

v. 2 of 3



# CORPUS
# INSCRIPTIONUM GRAECARUM.



## VOLUMEN SECUNDUM.

# CORPUS
# INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

AUCTORITATE ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

EDIDIT

AUGUSTUS BOECKHIUS

ACADEMIAE SOCIUS.

## VOLUMEN SECUNDUM.

PARS VII. INSCRIPTIONES ACARNANIAE, EPIRI, ILLYRICI.
PARS VIII. INSCRIPTIONES CORCYRAE ET VICINARUM INSULARUM.
PARS IX. TITULI ALIQUOT LOCORUM IN GRAECIA INCERTORUM.
PARS X. INSCRIPTIONES MACEDONIAE ET THRACIAE.
PARS XI. INSCRIPTIONES SARMATIAE CUM CHERSONESO TAURICA ET BOSPORO CIMMERIO.
PARS XII. INSCRIPTIONES INSULARUM AEGAEI MARIS CUM RHODO, CRETA, CYPRO.
PARS XIII. INSCRIPTIONES CARIAE.
PARS XIV. INSCRIPTIONES LYDIAE.
PARS XV. INSCRIPTIONES MYSIAE.
PARS XVI. INSCRIPTIONES BITHYNIAE.

BEROLINI EX OFFICINA ACADEMICA.

VENDIT G. REIMERI LIBRARIA.

MDCCCXXXXIII.

# PRAEFATIO EDITORIS.

Primum operis nostri volumen ante hos quattuordecim annos evulgatum secundi huius voluminis fasciculus primus anno huius saeculi tricesimo altero, secundus anno quinto et tricesimo subsecutus erat; ille titulo n. 2378. hic titulo n. 3126. terminabatur. Sero tertium publicamus fasciculum, quo absolvitur hoc volumen: interim qui accesserunt tituli earum regionum, quas secundo tomo complexi sumus, eos in Addenda conieci. Quodsi amplo volumini praemittere amplam etiam praefationem voluissem, poteram hac abuti, ut nova primi tomi supplementa ederem: id quod fieri posse monui Praef. Vol. I. p. xvi. (not. 2.): attamen quo haec plura et uberiora sunt, eo hic locus illis edendis minus accommodatus est, sed ea potius differenda sunt, donec absoluto reliquo opere paretur illa, quam ibidem promisimus, Appendix universae huius collectionis. Eidem loco reservandi fuerunt tituli nuperrime primum publicati a viro praestantissimo, Lud. Rossio, in secundo, qui Athenis prodiit a. 1841. meoque dedicatus nomini est, Inscriptionum ineditarum fasciculo: hic enim nobis medio demum mense superiore, quum Rossius ipse Berolini me viseret, redditus est, neque mihi honestum visum nec Rossio gratum, ut titulos vixdum primum editos repeterem: quare satius duxi horum recens editorum eos, quos iam antea collegeram, ad nova Rossii exempla emendare, reliquos vero, numero amplius centum, haud attingere: nec, si Rossii exemplum tituli a me iam prius in ordinem redacti nihil afferebat novi, illius esse mentionem faciendam ratus sum. Non eadem quidem sed simili ratione Kieperti diario usus sum, qui insulas aliquot et Asiae minoris partem eximio successu nuperrime adiit locorum potissimum situm indagaturus. Hic antequam reversus ex itinere esset, plures ad nos inscriptiones misit, quas suis posuimus locis usque ad p. 1032. Posthac demum, et ante paucos quidem dies, eiusdem diarium accepi, et ex hoc aliquot titulos ultimis horum Addendorum plagulis, postquam priores iam impressae fuerunt, inserui, non tamen omnes qui insunt ineditos, sed adhibito delectu. Vel sic tamen plura dedi quam in Addendorum limine promisi: quo minus paenitet reliqua distulisse in Appendicem universalem. Verum illa Appendix, cui adornandae iam nunc amplum collectum habeo apparatum, digerenda et edenda ab alio erit; satis habeo inchoasse opus, quod futura aetate, quotiens materiae affatim succreverit, continuent alii, si et Academiae nostrae, qua de re non dubito, placebit hoc institutum persequi etiam post eorum, qui id inceperunt, obitum, et in Germania manebunt haec studia antiquitatis, quibus multi interitum exoptant, augurantur, minantur. Proximus mihi hoc in negotio successor est Io. Franzius, quem, postquam Graecia excessit invitus, hospitalis recepit Borussia: idem, quum aliis commentariis tum Elementis epigraphices Graecae de hoc litterarum genere egregie meritus, ut prius me variis officiis adiuvit, sic inde a tertio volumine materiam a me collectam partim iam nunc digessit, auxit, illustravit, partim posthac adornabit ita, ut tamen ego non plane deserturus sim opus per longam annorum seriem a me paratum, inchoatum, profligatum. Doctis autem viris et benignis, quibus exempla debeo inscriptionum, quas hucusque edidi, vel quas nondum quidem edidi, sed domi collectas habeo, gratias nunc ago communiter omnibus, ac simul rogo, ut qua me benevolentia hucusque prosecuti sunt, eadem posthac et me et socium laboris successoremque meum impertire velint. Iucunda capto, molesta defugio. Atqui molestum est reprehendere, molestum reprehensionem redarguere, praesertim quae a familiari vel sanctiore quadam coniunctione nobis devincto profecta sit: quodsi quid istiusmodi invito mihi dicendum fuit, malui id loco minus insigni ponere; id quod feci ad n. 3384. Denique quaecunque errata in hoc irrepserint volumen haud exiguum, eorum precor ut mihi detur venia: quam me spero impetraturum eo facilius, quo magis operam dedi, ut maiora impenso studio tractarem, minorum forsitan hinc inde incuriosus. In quibus haerere, ut Quintiliani verbis utar, *miseri est: neque enim qui se totum in hac cura consumpserit, potioribus vacabit.*

Scrib. Berolini d. xxviii. m. Septembris a. mdcccxxxxii.

# PARS SEPTIMA.

## INSCRIPTIONES ACARNANIAE, EPIRI, ILLYRICI.

## SECTIO PRIMA.

### ACARNANIA.

### 1793.

In fragmine tabulae marmoreae quadrangulae, quae in loco *Punta* reperta a Pouquevillio a. 1813. inter fodiendum est: quo loco templum Apollinis Actii fuisse merito statuitur. Ex Pouquevillii schedis a Barbiaeo de Bocagio acceptis titulum *a* primus edidit Boissonadus et docto commentario instruxit inter epistolas L. Holstenii a sese editas p. 417-458. quae commentatio cum paucis novis annotationibus repetitur in Diar. class. Vol. XVII. p. 366-394. E Boissonadi commentatione titulus translatus est in diarium Italicum, Giornale Arcadico, T. IV. p. 61. ex eadem minusculis dedit Rosius Inscr. p. 282 sq. cum notis perpaucis. Versibus deinde indiscretis suum exemplum ipse edidit Pouquevillius Itin. T. III. p. 109. a. 1820. Eodem vero anno titulum *a* una cum iis, quae in dextera sunt, fragmentis (*b*, *c*) diligentissime edidit Leakius in Walpol. Travels p. 503 sqq. cum translatione tituli *a* et nota erudita, additis p. 515 sq. Walpolii notis. Titulum *a* habet praeterea Hughes Itin. T. I. p. 426 sq. versibus indiscretis.

*a.*

ΕΠΙΕΡΑΠοΛοΥΤΩΙΑΠοΛΛΩΝΙΤΩΙΑΚΤΙΩΙΦΙΛΗΜοΝοΣ
ΠΡοΜΝΑΜοΝ[ΟΣ]ΔΕΑΓΗΤΑΡοΤοΥΝΙΚΙΑΑΛΥΖΕΙοΥ
ΣΥΜΠΡοΜΝΑΜοΝΩΝΔΕΝΑΥΣΙΜΑΧοΥΤοΥΑΡΙΣΤοΚΛΕ
οΣΑΣΤΑΚοΥΦΙΛοΞΕΝοΥΤοΥΗΡΑΚΛΕΙΤοΥΦοΙΤΙΑΝοΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕοΣΔΕΤΑΙΒοΥΛΑΙΠΡοΙΤοΥΤοΥΔΙοΠΕΙΘΕοΣ
ΜΑΤΡοΠοΛΙΤΑΚοΥΡοΠοΥΩ ΕΔοΞΕΤΑΙΒοΥΛΑΙΚΑΙ
ΤΩΙΚοΙΝΩΙΤΩΝΑΚΑΡΝΑΝΩΝΠΡοΞΕΝοΥΣΕΙΜΕΝ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΣΤοΥΚοΙΝοΥΤΩΝΑΚΑΡΝΑΝΩΝΚΑΤΑ
ΤοΝΝοΜοΝΑΓΑΣΙΑΝοΛΥΜΠΙΩΝοΣΠΑΤΡΗΠοΠΛΙοΝ
ΛΕΥΚΙοΝΤοΥΣΠοΠΛΙοΥΑΚΙΛΙοΥΣΡΩΜΑΙ
οΥΣΚΑΙΕΙΜΕΝΑΥΤοΙΣ
ΚΑΙΕΚΓοΝοΙΣΕΝΑΚΑΡΝΑΝΙΑΙΑΣΦΑΛΕΙΑΝΚΑΙΑΥΤοΙΣ
ΚΑΙΧΡΗΜΑΣΙΚΑΙΚΑΤΑΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΚΑΙ
ΠοΛΕΜοΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΚΑΙΓΑΣΚΑΙοΙΚΙΑΣΕΓΚΤΗΣΙΝ
ΚΑΙΤΑΑΛΛΑΤΙΜΙΑΚΑΙΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑΠΑΝΤΑΟΣΑΚΑΙΤοΙΣ
ΑΛΛοΙΣΠΡοΞΕΝοΙΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΤοΥΚοΙΝοΥΤΩΝ
ΑΚΑΡΝΑΝΩΝΥΠΑΡΧΕΙ

*b.*

ΕΠΙΣΤΡΑ
ΩΝΟΣΟΙΝ
ΧΟΥΤΟΥ
ΕΔΟΞΕΤΑ
ΝΟΥΣΕ
ΝΑΝΩΝ
ΓΑΥΣΑΝ
ΕΝΑΚΑΡ
ΚΑΙΚΑΤ
ΕΙΡΑΝΑΣ
ΜΙΑΚΑΙΦ
ΝΟΙΣΚΑΙ
ΝΑΝΩ

*c.*

ΕΠΙΕΡΑΠΟΛ
ΝΟΣΔΕ
ΝΑΥΣΙΜ
ΡΑΚΛΕΙΤΟ
ΛΙΟΠΕΙ
ΙΚΟΙΝΩΙΤ
ΝΟΥΤ
ΕΜΜΕ
ΛΕΟΝΤΙ
ΑΙΑΣΦ
ΘΑΛΑ
ΚΤΗΣΙ
ΛΟΙΣΓ
ΥΠΑΡ

Formam inscriptionis et versuum divisionem ex Leakii fide certissima dedi, Omicron minutum e Pouquevillio, Π ex Boiss. Fundus etiam lectionis est textus Leakianus; in titulo *a*, ubi contrarium non annoto, Hughesius consentit cum Leakio, Boissonadi exemplum cum ipsius Pouquevillii exemplo. Vs. 1. Leak. Pouq. ΕΠΙΕΡ etc. Boiss. ΕΠΙΙΕΡ etc. Prius retinui maxime ob tit. *c*, quamvis id vitiosum, neque ex dialecti ratione, quod aliquis putaverit, excusandum. Leak. Pouq. ΤΩΙΑΠ etc. Boiss. ΤΟΙΑΠ etc. Pro ΗΜ Leak. lacunam habet, non Hugh. Vs. 2. init. Leak. quod dedi; Hugh. ΠΡΟΜΝΑΜΟΝΟΣ, Pouq. ΠΡοΜΝΑΜοΣ, Boiss. ΠΡΟΜΝΑΜ[ΟΣ]. Tum Leak. ΑΓΗΤΑΤΟΥ, Pouq. Hugh. ΑΓΗΤΑΡΟΧΟΥ. Retinui ex his Ρο; sed τοῦ haud dubie praestat; itaque id recepi. In fine Leak. ΑΛΥΣΕΙΟΥ, Pouq. Hugh. quod dedi. Vs. 3. extr. et vs. 4. Pouq. (non Boiss.) omittit verba Ἀριστοκλέος usque ad Ἡρακλείτου cum hoc ipso. Hugh. ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ. Vs. 5. idem ΤΑΒΟΥΛΑ. Vs. 6. Leak. ΚΟΥΡΟΤΡΟΠΟΥ omisso Ω: Pouq. quod dedi:

Hugh. et vocem illam et Ω in lacuna omittit. Vs. 10. Hugh. ΑΚΙΛΙΟΥ (omisso Σ) et vs. 11. ΕΜΕΝ. Vs. 12. extr. Boiss. ΑΥΤΟ'Σ. Vs. 13. 14. Pouq. (non Boiss.) omittit verba *κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμου καὶ εἰράνας καί.* Vs. 14. extr. Leak. quod dedi, Hugh. ΕΓΚΤΑΣΙΝ, Pouq. ΕΙΚΤΙΣΙΝ. Vs. 16. Boiss. ΑΛΛΟΙΣ, iunctis duobus Λ.

*a.*

Ἐπ[ὶ] ἱεραπόλου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ Φιλήμονος, προμνάμονος δὲ Ἀγήτα τοῦ Νικία Ἀλυζείου, συμπρομναμόνων δὲ Ναυσιμάχου τοῦ Ἀριστοκλέος Ἀστάκου, Φιλοξένου τοῦ Ἡρακλείτου Φοιτιᾶνος, γραμματέος δὲ τᾷ βουλᾷ Προίτου τοῦ Διοπείθεος Ματροπολίτα, Κουρόπου .., ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀκαρνάνων, προξένους εἶμεν καὶ εὐεργέτας τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων κατὰ τὸν νόμον Ἀγασίαν Ὀλυμπίωνος Πατρῆ, Πόπλιον, Λεύκιον τοὺς Ποπλίου Ἀκιλίους Ῥωμαίους, καὶ εἶμεν αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις ἐν Ἀκαρνανίᾳ ἀσφάλειαν καὶ αὐτοῖς καὶ χρήμασι καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν, καὶ τὰ ἄλλα τίμια καὶ φιλάνθρωπα πάντα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων ὑπάρχει.

*b.*

Ἐπὶ στρα[ταγοῦ - - - - - - - τοῦ - - ωνος Οἰν[ιάδα - - - - - - - - - - - χου τοῦ - - - - - - - - - - - - - ἔδοξε τᾷ [βουλᾷ καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀκαρνάνων, προξένους ε[ἶμεν καὶ εὐεργέτας τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων [κατὰ τὸν νόμον - - - - - - - - -, Π]αυσαν[ίαν - - - - - -, καὶ εἶμεν αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις ἐν Ἀκαρ[νανίᾳ ἀσφάλειαν καὶ αὐτοῖς καὶ χρήμασι καὶ κατ[ὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, [καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν, καὶ τὰ ἄλλα τίμια καὶ φ[ιλάνθρωπα πάντα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ [εὐεργέταις τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνω[ν ὑπάρχει.

*c.*

Ἐπ[ὶ] ἱεραπόλ[ου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ Φιλήμονος, προμνάμονος δὲ [Ἀγήτα τοῦ Νικία Ἀλυζείου, συμπρομναμόνων δὲ Ναυσιμ[άχου τοῦ Ἀριστοκλέος Ἀστάκου, Φιλοξένου τοῦ Ἡρακλείτο[υ Φοιτιᾶνος, γραμματέος δὲ τᾷ βουλᾷ Προίτου τοῦ Δ]ιοπεί[θεος Ματροπολίτα, - - - - ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ κοινῷ τ[ῶν Ἀκαρνάνων, προξένους εἶμεν καὶ εὐεργέτας τοῦ κοινοῦ τ[ῶν Ἀκαρνάνων κατὰ τὸν νόμον - - - - - - - - Ἐμμε[νίδαν? - - - - - - - - - - - - - Λεοντί[νους? καὶ εἶμεν αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις ἐν Ἀκαρνανίᾳ ἀσφ[άλειαν καὶ αὐτοῖς καὶ χρήμασι, καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλα[σσαν καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτησι[ν, καὶ τὰ ἄλλα τίμια καὶ φιλάνθρωπα πάντα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις [προξένοις καὶ εὐεργέταις τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων ὑπάρ[χει.

Proxeniae hae, ut solebant (Polyb. XII, 12, 2.), in anta templi Apollinis Actii videntur scriptae fuisse. Actiacum vero templum (de cuius religione Boissonadus ablegat ad Sueton. Aug. 18. et intt., Fabric. ad Dion. Cass. LI, 1. Tristanum de Augusti nummis, et de quo bene nuper egit Krusius Hellad. T. II. P. II. p. 352.) quum non ab Augusto conditum, sed vetustum fuerit, non est, quod putes, hos titulos Augustei aevi vel etiam recentiores esse. Immo quum praeter Romanorum nomina nullum in his titulis insit nomen ad Romanam formam compositum, atque ipse Patrensis (tit. *a*) Graeco utatur nomine, consentaneum est antiquiorem esse titulum quam coloniam Augustam Patrensem (Pausan. VII, 18, 5. Strab. VIII. p. 387. etc.). Sed quod Phoetiae in hoc monumento Acarnaniae tribuuntur, quae Olymp. 140, 1. Aetoliae sunt (Polyb. IV, 63, 7.), inde illas Leakius coniicit ab Augusto redditas Acarnanibus esse: quod si statueris, Augusteam aetatem non superant hi tituli. Quidni tamen ante Augustum Phoetiae Acarnanibus restitutae sint? Itaque mihi hae proxeniae in liberae Graeciae aetatem referendae videntur, et in id quidem saeculum, quo Romani, quorum cives proxeni creantur, Graecis rebus immisceri coeperunt. Ante Olymp. 140. quidem, hoc est antequam Phoetiae sunt Aetolis adscriptae, neutiquam scripti hi tituli videntur, sed aliquando post, restitutis iam Acarnaniae Phoetiis. Quantum vero e locis, quos singuli occupant tituli, coniicere licet, primus tempore est tit. *a*, secundus *b*, tertius *c*: *a* et *c* autem quum eiusdem sint anni, eiusdem putes etiam *b* esse. Utut est, mireris, quod in titulo *b* alius prorsus habetur eponymus, *στρατηγὸς* haud dubie, ut apud Aetolos et Achaeos: nam ΣΤ in ΙΕ mutare, ut teneas *ἱεραπόλον*, in Leakii apographo non licet. Itaque Acarnanum eponymum civilem censeo fuisse *praetorem*, sacrum *ἱεραπόλον* (cf. nos T. I. p. 701. *b.*); sed cur modo hic modo ille praescriptus proxeniis sit, nescio: nisi forte prout quis vel de sacris, vel de civilibus Acarnanum rebus demeruerat, aliter acta res est ac proinde alius eponymus praescriptus. Foederis civitates memorantur quinque, tit. *a. Alyzea, Astacus, Phoetiae, Matropolis*, tit. *b. Oeniadae.* Haec in universum: de singulis moneo paucissima. Tit. *a.* Vs. 2. ΟΣ supra scriptum a quadratario est, quod id omiserat per incuriam. *Promnamones* aliunde non notos recte cum Hieromnemonibus composuit Letronnius in comm. de Mnem. Hieromn. et Promn. (Act. Acad. Inscr. T. VI. 1822.): haud dubie sunt magistratus sacerdotales, ut hierapolus hic, ut alibi hieromnemon. Mox *Ἀγηταρόχου* ferri non potest, nec magis probandum *Ἀγηταλόχου*: haud cunctanter recepi e Leakio *τοῦ*, quod in patris nomine post genitivum rarissime omittitur, et in hoc titulo bis

apparet paulo post. Puto verum esse Ἀγήτα, ut Νικία, Ματροπολίτα, et delendum esse Ρο, quod non habet Leakius, et fortasse vitio lapidis originem debet. Vs. 2. extr. novum est gentilicium Ἀλύζειος. Pro Ἀστάκου vs. 4. requiritur Ἀστακίου: nisi forte etiam Ἄστακος gentilicium fuit, ut Ἀρτακός, Θαυμακός (quorum tamen urbs non et ipsa Θαυμακός, sed Θαυμακοί); sicut Πειραιεὺς et locus et vir, et similiter plura. Phoetias urbem Acarnaniae esse docet Steph. Byz. cum Thucyd. III, 106. ubi hoc nomen rescribendum. Aetolicam aliquando eam fuisse monui supra. Gentilicium est Φοιτιεὺς et Φοίτιος: novum nunc accedit Φοιτιάν, quocum Boissonadus et apud illum Viscontus recte conferunt formas Ἀκαρνάν, Αἰνιάν, Ἀτιντάν, Ἀθαμάν, Ἀζάν; adde Εὐρυτάν, Ἀλκμάν. Forma igitur Acarnanica, Epirotica, Aetolica, Arcadica etc. Matropolin esse Acarnaniae oppidum docent Polybius et Steph. Byz. Κουρόπου mensis nomen esse merito statuerunt Boissonadus et Viscontus, et Ω corruptum esse ex nota numerali diei. Apollineum vero mensem, quem Actii exspectes, recte habet Viscontus, memor Apollinis Κοροπαίου ap. Nicandrum Theriac. 614. ut nunc legitur: olim Κορυπαῖος. Hunc probabile est esse a Thessaliae oppido Κορόπη denominatum, ut testatur Scholiastes Nicandri, accedente Steph. Byz. v. Κορώπη; quamquam de eo loco ita dubitarunt veteres, ut aliam lectionem inferre in Nicandrum voluerint (vide Steph. Byz. et Schol. Nic.). Vs. 14. non ἔγκτασιν cum Hugh. sed ἔγκτησιν dedi ob tit. *c.* vs. 12. Tit. *b.* vs. 2. ωνος probabiliter superest ex patris nomine; quare praemisi τοῦ. Additur tum nomen gentilicium Οἰν[ιάδα. Tit. *c.* vs. 9. coniicio Leontinos Siciliae nominari: cui rei consequens dedi vs. 8. Ἐμμενίδαν, nomen Siculum.

## 1794. *a. b.*

Haud longe a Vonitza est locus Ἀϊλιάς, ubi multa rudera vetustatis vidit Meletius, cui Vonitza est Anactorium, Ailias Alyzea, falso utrumque: Krusius Hellad. T. II. P. II. p. 354. 355. in illo fere loco, Ailiae vel in vicinia, aut navalia Anactoriorum aut Echinum vel Heracleam fuisse censet. Equidem quum illo loco Apollinis templum fuerit, verisimile iudico *Anactoriae terrae* illum locum tribuendum esse, in qua ipsa fuit etiam Actium, Anactoriis olim parens Corinthiorum colonis (Thucyd. I, 29.). Apollini vero solet Aesculapius filius iunctus esse; itaque hic quoque ibi potest esse cultus: Herculesque Apollini dedicari potuit a Doriensi Anactorio vel ab Heracleensi cive vicino. Haec praemonui ob inscriptiones, quas hoc loco coniunctas dedi. Harum priorem in loco Ailias transcripsit Meletius Geogr. vet. et nov. p. 322. minusculis, excepto vs. 1. quem epigraphicis dedit litteris, deinde utramque tanquam Corcyraeam ex schedis Apostoli Zeni edidit Montfauc. Diar. Ital. p. 425. (cf. p. 431.), ex quo formam tituli dedi. Ex Montfauc. dederunt Murat. T. I. p. XXI. Bonada T. I. p. 97. Donatus p. 35. 6. Brunck. Anal. T. III. p. 188. (cf. Iacobs. Animadv. T. III. P. I. p. 396.) Iacobs. Anthol. Palat. T. II. p. 868.

*a.*

ΜΑΧΑΤΑΣΠΟΗΣΕ
ΤΟΝΔΙΟΣΑΛΚΜΗΝΗΣΤΕΓΟΝΟΝΤΙΜΑΙΣΙΝΑΕΞΩΝ
ΥΙΟΣΛΑΣΘΕΝΕΟΣΣΤΗΣΕΝΑΓΑΛΜΑΤΟΔΕ
ΜΝΗΜΗΝΑΘΑΝΑΤΟΝΣΩΖΩΝΠΑΤΡΟΣΤΕΚΑΙΑΥΤΟΥ
ΛΑΦΑΝΕΟΣΚΛΕΙΝΩΛΟΞΙΟΥΕΝΤΕΜΕΝΕΙ

*b.*

ΩΦΑΝΗΣΛΑΣΘΕΝΕΟΣΑΣΚΛΑΠΙΩ
ΑΝΕΘΗΚΕΜΑΧΑΤΑΣΕΠΟΗΣΕ

Tit. *a.* vs. 2. Montf. init. ΤΟΥ, in fine ΑΕΞΩ, quae ex Mel. correxi. Vs. 5. Mel. Λαφανεως κλεινω, Montf. ΛΑΦΑΝΕΟΣΚΛΗΝΩ. Tum Mel. Λοξειου.

*a.*

Μαχάτας πόησε.
Τὸν Διὸς Ἀλκμήνης τε γόνον τιμαῖσιν ἀέξων
υἱὸς Λασθένεος στῆσεν ἄγαλμα τόδε,
μνήμην ἀθάνατον σώζων πατρός τε καὶ αὐτοῦ
Λαφάνεος, κλεινῷ Λοξίου ἐν τεμένει.

*b.*

Λα]φάνης Λασθένεος Ἀσκλαπιῷ ἀνέθηκε,
Μαχάτας ἐπόησε.

Uterque titulus si unius est monumenti, cum Montf. censeo in Apollinis τεμένει fuisse Aesculapii filii sacellum, in quo Hercules dicatur. At sic intelligi nequit, quare bis scriptum artificis nomen sit. Itaque vide ne titulus *b* ex alio opere petitus sit: quem praesertim omiserit Meletius. Tit. *a* scriptum est πόησε, ut n. 31. ne addam nunc plura.

## 1794. *c.*

Prope Vonitzam, in vicinia veteris *Anactorii*, in loco qui dicitur Ἅγιος Βασίλειος, vidit Meletius p. 322. Quasi Corcyraeum edidit Montfauc. Diar. Ital. p. 425. et cum titulo Corcyraeo n. 1911. Murat. T. III. p. MCDLXXIX. 10. ex Montfauc.

ΤΕΛΛΙΑΣΠΥΘΙΩΝΟΣ

Τελλίας Πυθίωνος.
Male Montfauc. ΤΙΛΛΙΑΣΠΕΙΘ etc.

## 1794. *d.*

*Ibidem* vidit Meletius, praeter quem ed. Montfauc. Diar. Ital. p. 424. et hinc Murat. T. III. p. MDCLVI. 4. commistum cum titulis n. 1899. et ibi nominatis.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟCΤΥΑΝΕΥCΕΤΩΝΟΧΑΙΡΕ

Ἡράκλειτος Τυανεύς, ἐτῶν ο', χαῖρε.
Male Montfauc. ΧΑΙΡΑΙ.

## 1795.

In moenibus utrinque a porta quadam oppidi, quod Argos Amphilochicum visum, in finibus Epiri, ab ostiis Acheloi miliaria IX distans, loco qui tum Gerovilia dictus, ponit Cyriacus p. V. n. 40. In eodem oppido (Argis) „iuxta Acheloum fluvium, quem incolae Ieroviliam vocant, in lapidibus moenium" ponit Iulianus Giambertus, cuius schedae, quarum apographum ex Villoisonianis habemus, fluxerunt e Cyriaco. Ex schedis Cyriaci utrumque titulum dedit Murat. T. III. p. MDCLIV. et titulum *b* insuper ex suis p. MDCXXX. 8. Ceterum Achelous hodie dicitur Aspropotamo, non Ierovilia; neque ad Acheloum est Argos Amphilochicum. *Aeniae* has inscriptiones recte tribuit Krusius Hellad. T. II. P. II. p. 343.

| a. | | b. | |
|---|---|---|---|
| ΚΕΦΑΛΟΣ | Κέφαλος | ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ | Ἀνδρόνικος |
| ΓΡΑΥΧΟΥ | Πραύχου. | ΤΕΛΩΝΟΣ | Τέλωνος |
| | | ΧΑΙΡΕ | χαῖρε. |

Tit. *a* formam litterae Γ dedi ex Cyr. Giamb. Muratorius vitiose, ut solet, ΠΡΑΥΚΟΥ; idem p. MDCXXX. male ΑΝΔΡΟΝΟΣ et ΤΕΛΟΝΟΣ. De forma Πραύχου cf. n. 1647.

## 1796.

In moenibus, quae ex saxis polygonis constructa sunt, in loco qui hodie Trigardon dicitur, hoc est *Oeniadis* (non Alyzeae, uti putabat Cyriacus). Habet Cyriacus p. V. n. 41.

ΑΡΙΣΤΙΔΑΣ    Ἀριστίδας.

---

# SECTIO SECUNDA.

## EPIRUS.

Tituli n. 1797-1809. sunt *Ambraciae*, n. 1810-1821. *Nicopolitani*; n. 1822. interposui inscriptionem loci incerti, ob *Dodonaei Iovis* mentionem; n. 1823. est *Buthroti* repertus; sequuntur tituli prope *Panormum*, ut videtur, lecti n. 1824-1827.; ultimus est *Epiroticus loci incerti* n. 1828.

---

## 1797.

*Ambracia* hodie est Arta, ad fluvium cognominem, qui olim Arachthus s. Arethon, ex cuius nomine nomen Arta corruptum esse patet. Qui enim Argos Amphilochicum putabant Arta esse, explosi sunt, nec magis Pouquevillii probari ratio potest, qui ubi nunc Arta sita, ibi putabat Argitheam fuisse. Iam vero ipsa Arta est opinor ea urbs, quam Cyriacus p. III. IV. vocat Arechtheam Acarnanam Epiri civitatem, ubi III. Kal. Ian. a. 1435. fuit. Memorat ibi aedem Sophiae, forum, aulam Regis (Caroli, Epiri), „cathedralem ecclesiam periblepteam"; et statim post inscriptiones addidit imaginem, quae hodie desideratur, cum hac nota: „Moenia antiqua urbis Acarnaniae, in quibus lapides mirae magnitudinis conspiciuntur"; ubi quae Acarnania urbs dicitur, manifesto eadem est atque illa Arechthea Acarnana. Sequitur epistola ad Georgium Ragnarolium, Epirotarum Regis secretarium, cuius initium est: „Heri quo a te decessimus, quando cum cauda Phoebus caeli medium orbem conscenderit, Astacora, quam incolae Rogum vocant, incolumes venimus iuvante Deo." Haec epistola scripta est III. Idus Ianuar. a. 1436. postquam in oppido Rogum memoranda vidit haud pauca. Continuo addita erat delineatio muri oppidi Astacora. Data vero epistola ex arce regia (Astacora nempe s. Rogum, quae est arx aliunde cognita). Hinc Cyriacus Nicopolin petiit, quam vidit pridie Idus Ianuarias; Nicopoli profectus Graecas civitates multas visit, et V. Id. Mai. Acarnaniam, ut ait, revisit et ad Carolum Despoten sese iterum contulit, III. Idus autem per Astacora et Acherontem Leucadem profectus est (p. XIX.). Haec uberius exposui, ut inde docerem, quam Cyriacus Arechtheam Acarnanam dicit, non esse aliam nisi Arta. Primum nomen ipsum Arechthea non multum abest a nomine Arta, quod undecimo iam saeculo huic loco tributum reperitur; deinde Artae est ecclesia cathedralis (cathedrale de l'Annonciade), quam magnifico ornatu de Nicopoli potissimum translato aedificavit Michael Ducas; quae manifesto est illa Cyriaci „ecclesia cathedralis peribleptea". Praeterea Arta saeculo XIV. fuit caput Acarnaniae; et ipsa Arta passim dicitur Acarnania, ut in historia Epiri ap. Pouquevill. T. V. p. 290. et p. 267. unde intelligitur, quomodo Cyriacus urbem Arta modo *Acarnaniam*, modo Arechtheam *Acarnanam* appellare potuerit. Et Acarnaniam illam Cyriaci pro Arta habet etiam Pouquevill. Itin. T. II. p. 94 sq. T. I. p. 306. ex quo petii, quae de Arta Acarnaniae olim capite et de ecclesia ibi cathedrali rettuli. Accedit quod ex Arechthea sua Acarnana (inde enim profectus videtur in arcem Rogum) brevissimo itinere, dimidii vix diei, in arcem Rogum pervenerat Cyriacus; unde litteras ad Regis secretarium dat, quem Artae in aula illa Regis fuisse vix dubites. Rogun s. Rogum autem brevi spatio ab Arta distat, prope ostium fluminis Lourcha (qui Cyriaco Acheron), Meletio p. 320. τὸ Κάστρον τῶν Ῥωγῶν, in qua vicinia olim Charadrus vetus, cuius bis meminit Polybius, etsi semel (IV, 63.) Χαράδραν scribitur. Cf. de loco Rogum etiam Pouquevill. T. II. p. 95. not. et passim. His argumentis confisus Cyriaci Arechtheam Acarnanam censeo esse oppidum Arta, et quum Artam constet Ambraciam esse, ipsam Ambraciam: nec me movet, quod possit aliquis Arechtheam Acarnanam pro Argithea habere, quod Athamanum caput olim fuit, nec quod Cyriacus ipse Ambraciam alio loco ponit (vide eum p. IV. extr.). Illo igitur loco Cyriacus „ad columnam marmoream" hunc titulum extare tradit p. III. n. 29. repetitum a Muratorio T. II. p. DCCCLV. 5. ex Barberinis Cyriaci schedis, et vitiosius ex suis T. III. p. MDCLXIX. 13.

ΕΠΙΣΤΡΑΤΩΝΟΣΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ
ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣΓΟΡΓΙΑ
ΖΗΝΩΝΝΙΚΑΝΔΡΟΥ
ΣΩΣΑΝΔΡΟΣ

Vs. 1. Cyr. omittit prius Τ, quod addidi e Mur. T. II. Idem T. I. ΕΠΕΣΤΑΤΩΝΟΣ. Vs. 2. Mur. T. II. falso ΓΟΡΓΙΑΣ. Vs. 4. Mur. T. III. ΖΩ etc.

Ἐπὶ Στράτωνος πολεμάρχου,
Ἀνδρόνικος Γοργία,
Ζήνων Νικάνδρου,
Σώσανδρος - - -

Fragmentum catalogi nescio qualis, vel dedicationis eiusmodi, quales sunt n. 1798. 1799.

## 1798.

In eodem Epiri oppido „ad aulam Regis"; Cyriacus p. III. n. 38. et ex suis schedis Murat. T. I. p. CLXXV. 2.

ΣΩΤΗΡΙΔΙΙΑΦΡΟΔΕΙΤΑΙ
ΜΑΝΤΙΣ
ΒΙΟΣΑΓΑΣΙΔΑΜΟΥΑΥΛΗΤΑΣ
ΑΜΙΤΙΟΣΑΡΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΚΑΡΥΞ
ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣΡΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ
ΕΙΡΟΣ
ΣΟΦΟΚΛΕΟΣΟΙΝΟΧΟΥΣΑΡΟΛΛΩΝΙΟΣ

Sic Cyr. Sed Mur. versus aliter divisit, ut solet, et habet Π: idem vs. 4. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ, 5. ΚΑΡΙΞ, 6. ΦΙΛΙΣΤΩΝΟΣ, 7. ΣΟΣΤΡΑΤΑΕΟΠΑ ΤΟΥ, ex schedis Cyriaci tamen notata varietate ΣΟ ΦΟΚΛΕΙΣΟΙΝΟ etc. Muratorii prava lectio fluxit e n. 1804. Sed etiam ap. Cyr. turbati versus videntur, unde vs. 4. sunt duo nominativi, vs. 7. duo genitivi. Est catalogus ministrorum sacrorum dedicationi subscriptus, isque ita legendus videtur:

Σωτῆρι Διΐ, Ἀφροδείτᾳ.
μάντις
Βίος Ἀγασιδάμου,
αὐλητας
Ἀμίτιος? Φιλιστίωνος,
κάρυξ
Ἀπολλώνιος Πολυστράτου,
εἰρὸς
- - - Σοφοκλέος,
οἰνοχό[ο]ς
Ἀπολλώνιος - - -

Εἰρός est ἱερός, Aeolice et Dorice; ἱερὸς autem est quidam sacrorum minister (vide ad n. 13.), ut οἰνοχόος et ceteri.

## 1799.

In eodem oppido; Cyriac. p. III. n. 33. Ex schedis Barberinis Cyriaci a Compagnonio missis praebet Murat. T. I. p. CLXI. 1. agglutinatis in fine titulis n. 1803. 1802. 1805. 1804. qui huc non pertinent. Idem ex suis schedis addidit variam lectionem.

.ΔΙΙ.
ΑΦΡΟΔΙΤΑΣΑΡΙΣΤΟΔΑΣΑΓΕΜΑΧΟΥΓΟΡΓΙΑΣ
ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣΣΕΛΕΥΚΟΣΦΙΛΙΣΤΙΩΝ
ΜΑΧΑΤΑΣΣΩΚΡΑΤΕΟΣΣΑΤΥΡΟΣΝΙΚΑΡΧΟΥ
ΑΡΙΣΤΙΩΝΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ

Mur. omittit ΔΙΙ, sed in schedis suis esse dicit: dein idem vidit ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ scribendum ut n. 1798.

[Σωτῆρι] Διΐ, Ἀφροδίτᾳ,
Ἀριστό[λ]ας Ἀγεμάχου,
Γοργίας Ἀνδρονίκο[υ],
Σέλευκος Φιλιστίων[ος,
Μαχάτας Σωκράτεος,
Σάτυρος Νικάρχου,
Ἀριστίων Ἀνδρονίκο[υ].

Scripsi Γοργίας Ἀνδρονίκου, ut n. 1797. est Ἀνδρόνικος Γοργία; et sic deinceps dedi genitivos. Philistionis filius habetur etiam n. 1798. quocum hic titulus ex eodem fere genere est.

## 1800.

In oppidi Arta (*Ambraciae*) basilica τῆς Παρηγορίας, quo nomine cathedralis ecclesia hodie vocatur, repperit Hugo Pouquevillius a. 1814. Ed. Boissonadus ad Epist. Holst. p. 425. (Diar. class. Vol. XVII. p. 371.) ex schedis Pouquevillii, Hugonis fratris, a Barbiaeo de Bocagio acceptis. Dein Pouquevillius ipse edidit Itin. T. III. p. 109.

ΤοΚοΙΝοΝΤΩΝΔΙΑΚοΝΩΝΣΑΡΑΠΕΙΙΣΕΙ
ΑΝοΥΒΕΙΑΡΠοΚΡΑΤΕΙΚΑΝΩΠοΣΙΕΡΕΥΣ
ΣΩΤΩΝΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤοΥΔΙοΔΩΡοΣ
ΜΕΝΑΝΔΡοΥΑΝΤΙΠΑΤΡοΣ
ΠΑΣΙΩΝοΣΕΥΝοΥΣΑΠοΛΛοΦΑΝΕοΣ
ΚΡΑΤΗΣΗΡΑΚΛΕΙΤοΥΗΡΑΚΛΕΙΤοΣ
ΚΡΑΤΗΤοΣΑΓΑΘΙΔΑΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤ
ΕοΣΤΙΜοΔΑΜοΣΣΩΣΙΣΤΡΑΤοΥ
ΔΙοΙΣΙοΥ. . . . . . . . . .

O minusculum dedi ex Pouq. In Diar. Class. est Γ, sine auctoritate. Ceterum formam tituli retinui eam, quae est ap. Boiss. Apud Pouq. inde a vs. 4. differt versuum divisio, nec tamen melior est quam quae ap. Boiss. habetur; omninoque Pouq. in hac re paulo deprehenditur negligentior. Vs. 2. Boiss. ΑΠΟΧΡΑΤΕΙ, et vs. 8. ΣΩΣΙΣΤΑΡΑΤΟΥ, quae ex Pouq. correxi. In fine Pouq. nullam signat lacunam.

Τὸ κοινὸν τῶν διακόνων
Σαράπει, Ἴσει, Ἀνούβει, Ἁρποκράτει, Κανώπ[ῳ],
ἱερεὺς Σωτ[ί]ων Καλλιστράτου,
Διόδωρος Μενάνδρου,
Ἀντίπατρος Πασίωνος,
Εὔνους Ἀπολλοφάνεος,
Κράτης Ἡρακλείτου,
Ἡράκλειτος Κράτητος,
Ἀγαθίδας Καλλικράτεος,
Τιμόδαμος Σωσιστράτου,
Διο[νύ]σιο[ς] - - -

Dativi hoc loco non pro genitivo accipiendi videntur, sed supplendum ἀνέθεσαν, ut recte Viscontus Diar. class. l. c. p. 392. qui etiam Κανώπῳ correxit. Subscripta sunt nomina τῶν κοινωνῶν, in his princeps sacerdos: ἱερεὺς praeponitur, ut toties in Atticis. Σωτίων dedit Boiss. idem in fine Διονύσιος rescripsit, suspicans tamen simul mensis nomen Δαισίου ibi latere: quod non credo, quum ne archon quidem annum designans scriptus sit.

## 1801.

Marmor e Leucade Venetias advectum, ubi extabat in aedibus Caesaris Balbi; Octavius Bochius tamen Museo Capellio assignabat. Muratorio, qui id T. II. p. MXXIII. 1. edidit, miserat Stanislaus Santinellius clericus regularis Congregationis Somasch.

ΔΗΜΟΣ
ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΚΑΙΣΑΡΙΘΕΟΥ
ΝΕΡΟΥΑΥΙΩΙ
ΝΕΡΟΥΑΤΡΑΙΑΝΩΙ
ΑΡΙΣΤΩΙΣΕΒΑΣΤΩΙ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΩΙΔΑ
ΚΙΚΩΙΠΑΡΘΙΚΩΙ

Ὁ]? δῆμος Ἀμβρακιωτῶν Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεοῦ Νερούα υἱῷ, Νερούᾳ Τραιανῷ, Ἀρίστῳ, Σεβαστῷ, Γερμανικῷ, Δακικῷ, Παρθικῷ. Haec ni fallor arae inscripta erant, ut n. 1822.

## 1802.

In eodem oppido ubi n. 1797. vidit Cyriacus, ex cuius schedis edita est inscriptio a Moronio p. III. n. 35. Ex suis schedis dedit Murat. T. III. p. MDCXXXVI. 11. addito n. 1803. Cum aliis commiscuit T. I. p. CLXI. 1. (vide ad n. 1799.)

ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣΛΥΚΙΣΚΟΥ

Ἀρίσταρχος Λυκίσκου.
Male Mur. T. III. ΛΥΚΙΣΧΟΥ.

## 1803.

In eodem oppido ad aedem Sophiae in alio lapide vidit Cyriac. p. III. n. 34. Ex suis schedis Murat. l. c. ad n. 1802. post n. 1803. exhibet coniunctim, et T. I. p. CLXI. 1. commiscet cum aliis (vide ad n. 1799.).

ΑΡΙΣΤΟΙΝΙΚΑΡΧΟΥ

Sic Cyr. Sed Mur. T. I. ΑΡΙΣΤΟΣ, T. III. ΑΡΙΣΤΟΝ. Retineo lectionem Cyriaci, Ἀριστοῖ Νικάρχου, ob n. 1806. Est epitaphium dativo casu expressum.

## 1804.

In eodem oppido „in domo Domini Thomasii Venerii, viri magnifici", Cyriac. p. IV. n. 37. Muratorius admiscuit aliis, in his titulo n. 1799. (vide ad n. 1799.), item titulo n. 1798. (vide ad n. 1798.).

ΣΩΣΤΡΑΤΑΣΩΠΑΤΡοΥ

Σωστράτα Σωπάτρου.
Π ex Cyr. dedi. Muratorius l. c. ad n. 1798. pessimam lectionem habet.

## 1805.

In eodem oppido in foro, in ornatissimo imaginibus lapide; Cyriac. p. III. n. 28. et iterum p. IV. n. 36. Ex suis schedis dedit Murat. T. III. p. MDCCXXV. 6. praeterea T. I. p. CLXI. 1. admiscuit aliis ad n. 1799. significatis, et T. III. p. MCDXCIII. 4. cum titulis n. 1806. 1807. composuit, ita ut post illos assuerit.

ΦΙΛΙΑΚΛΕΩΝΟΣ

Φιλία Κλέωνος.

## 1806.

In eodem oppido, Cyriac. p. III. n. 26. Muratorius l. c. ad n. 1805. exhibet adiunctis continuo n. 1807. 1805. (ex schedis Cyriaci a Compagnonio missis).

ΠΟΥΒΛΙΩΙΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ

Πουβλίῳ Ἀριστίωνος.
Mur. Π, Cyr. Γ; unde dedi statim Π. Cf. ad n. 1803.

## 1807.

In eodem oppido „ad cathedralem ecclesiam periblepteam", Cyriac. p. III. n. 27. Muratorius T. III. p. MDCLVII. 6. ex suis dedit schedis, et confundit tamen alio loco cum n. 1806. 1805. (vide ad hos).

ΚΛΑΥΔΙΟΣΡΟΥΦΟΣ
ΕΤΩΝ ΚΒ ΧΑΙΡΕ

Κλαύδιος Ῥοῦφος, ἐτῶν κβ', χαῖρε.

1808.

In columna octagona inter rudera oppidi Phoenices in Epiro vidit Pouquevillius (Itin. T. I. p. 363.).

ΑΜΒΡΑΚΙΟΤΩΝ

Ἀμβρακι[ω]τῶν.

1809.

In pondere Athenis reperto circum librae figuram, quod in Leakii domo vidit Müllerus, hae leguntur litterae, ut in nummis:

Α Μ
Β Ρ

---

1810.

Prevesae in muro portae cuiusdam, ex ruderibus *Nicopolis*; ed. Pouquevill. Itin. T. II. p. 17. multis interpositis lacunis, quae nullae sunt, et Hughes. Itin. T. I. p. 411. ex quo formam tituli dedi.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑ
ΡΙΘΕΟΥΥΙΩΙΣΕΒΑ
ΣΤΩΙΜΑΛΛΩΤΑΙ

Vs. 1. secundum Ρ ab Hugh. omissum addidi ex Pouq. Est dedicatum aliquid (credo ara, ut n. 1822.) Octaviano Augusto Nicopolis conditori: Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεοῦ υἱῷ Σεβαστῷ Μαλλῶται.

1811.

Inter *Nicopolin* et Prevesam repperit Meletius Geogr. vet. et nov. p. 318. qui minusculis edidit. Inter Corcyraeos titulos edidit Montfauc. Diar. Ital. p. 426. ex schedis Apostoli Zeni, atque ex illo Murat. T. III. p. MCCCLXXXV. 6.

ΠΑΝΦΙΛΗΝΠΑΝΦΙΛΟΥΤΗΝΕΑΥΤΟΥΓΥΝΑΙΚΑ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΥ
ΚΑΤΑΤΟΨΗΦΙΣΜΑΤΗΣΒΟΥΛΗΣ

Sic Montf. Vs. 2. Mel. etiam Ἐπαφρόδιτος habet, ut Ἐπαφροδίτου.

Πανφίλην Πανφίλου, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, Ἐπαφρόδειτος Ἐπαφροδ[ε]ίτου κατὰ τὸ ψήφισμα τῆς βουλῆς.

1811. *b*.

Marmor tres palmos Romanos altum, *Nicopoli* translatum in Museum Nanianum a. 1759. Ed. Passerius Observatt. Sect. II. p. 19. Paciaudus Mon. Pelop. T. II. p. 23. aeri incisum. Idem exemplum recusum est in Collect. Mus. Nan. n. 83.

ΚΛΑΥΔΙΑΝΓΛΥ
ΚΕΡΑΝΤΗΝΕΑΥ
ΣΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΜΕΜΜΙΑΚΛΕΟΠΑ
ΤΡΑΚΑΤΑΤΘΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣΨΗΦΙΣ
ΜΑ

Pro Σ est Ξ.

Κλαυδίαν Γλυκέραν τὴν ἑαυ[τῆ]ς θυγατέρα Μεμμία Κλεοπάτρα κατὰ τ[ὸ] τῆς βουλῆς ψήφισμα.

1812.

In plintho sub statua marmorea virili togata, ut ait Thierschius vere, vel palliata, ut dicit Maffeius, *Nicopoli* translata a. 1729. olim Venetiis in Museo Ant. Diedi, postea in Museo Naniano. Solum titulum edidit Maffeius Mus. Ver. p. CCCLXXIII. 7. tum ex Museo Naniano editus titulus a Passerio Observatt. Sect. IV. p. 4. a Paciaudo Mon. Pelop. T. II. p. 62. in aerea tabula cum ipso signo; idem exemplum est in Collect. Mus. Nan. n. 83. et 188. Ex Maffeio dedit Donatus p. 245. 10. et ex ipso lapide Thiersch. Itin. Ital. T. I. p. 264.

ΚΟ<ΑΛΒΙΔΙΟΝΙΠΠΑΡΧΟΝΠΑΤΗΡ
ΦΙΛΟΤΕΚΝΟΣΑΝΕΣΤΗΣΕΝ
ΚΑΙΤΟΥΗΡΩΟΥΤΟΗΜΙCΥΕΠΟΙΗCΕΝ

Fundus lectionis est Maffeii exemplum. Vs. 1. post ΚΟ ex tabula aerea addidi siglum: idem post ΑΛΒΙΔΙΟΝ habetur, non vere credo. Thiersch. ΚΟΙ. Vs. 3. tabula aerea ΤΟΝΗΜΥCΥ. Maff. ΤΟΗΜΥ CΥ, Thiersch. ΤΟΗΜΙΣΥ. Credo Ι cum apicibus formatum esse, Υ.

Κο(ΐντον) Ἀλβίδιον Ἵππαρχον πατὴρ φιλότεκνος ἀνέστησεν, καὶ τοῦ ἡρῴου τὸ ἥμισυ ἐποίησεν. Altera pars heroi pertinebat ad Albidiam Euphrosynen n. 1813.

1813.

Sub statua marmorea muliebri cum tunica et stola, indidem translata et ibidem servata. Titulum edidit Maffeius l. c. 8. dein cum signo ipso in tabula aerea Passerius ibid. p. 8. Paciaud. l. c. quod exemplum habes etiam in Collect. Mus. Nan. n. 85. et 189. Postremo dedit titulum Thierschius l. c.

ΑΛ ΕΥΦΡΟΣΥΝΑ
ΚΟ ΑΛΒΙΔΙΟΥ ΙΠΠΑΡΧΟΥ

Sic Maff. sed cum puncto post ΑΛ. Thiersch. ΚΟΑΛΒ..... ΙΠΠ... ΡΧ. Tabula aerea pro ΑΛΒΙ

ΔΙΟΥ habet ΑΛΒΘΥ, hoc est Pac. iudice ΑΛΒΙΟΥ: sed non confido tabulae isti, licet eam sequatur Pac. Omnino enim Ἀλβιδίου postulat n. 1812.

Ἀλ(βιδία) Εὐφροσύνα, Κο(ΐντου) Ἀλβιδίου Ἱππάρχου, sc. θυγάτηρ. Filia est aut eius Q. Albidii Hipparchi, quem n. 1812. honorat, aut patris eiusdem. Ceterum haec eodem illo, de quo n. 1812. heroo condita erat.

## 1814.

*Nicopoli*; pars inscriptionis, oblitteratis ceteris. Ed. Hughes Itin. T. I. p. 415.

ΓΛΥΚΥΤΑΤΗΙΜΗΤΡΙΑΙΓΙΛΕ
ΙΤΗΓΛΥΚΥΤΑΤΗΙΘΥΓΑΤΡΙΚΛ.

Τῇ] γλυκυτάτῃ μητρὶ Αἰγιλε[ίνῃ? κα]ὶ τῇ γλυκυτάτῃ θυγατρὶ Κλ. - - - - - -

## 1815.

E ruderibus eiusdem urbis; Pouquevill. Itin. T. II. p. 17.

ΕΥΤΥΧΗΣΕΤΩΝ Β
ΧΑΙΡΕ

Εὐτύχης, ἐτῶν β',
χαῖρε.

## 1816.

In arca sepulcrali, in qua plura vasa reperta sunt, prope *Nicopolin* ad portum Vathi. Ed. St-Sauveur Itin. T. II. p. 260. et in tabula aerea ad eam paginam.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ
ΘΕΟΝΙΕ
ΕΤΩΝ ΕΞΕ
ΣΙΛΒΑΝΟΣ ΣΟΥ
ΥΙΟΣ ΕΤΩΝ ΟΖ
ΧΑΙΡΕ

Κορνηλία Θε[ω]νί[ς?
ἐτῶν ξε'?
Σιλβανὸς σοῦ υἱός,
ἐτῶν οζ', χαῖρε.

Quantum intelligo, post Corneliam eius filius conditus in eadem arca est: sed insolens illud σοῦ υἱός (tuus, h. e. Corneliae). Fortasse post ΣΟΥ aliquid periit, ut Σου[λπικίου. Vs. 3. post ἐτῶν pro Ε, quod legitur, videtur siglum fuisse interpunctioni inserviens.

## 1817.

*Nicopoli* in monumento sepulcrali, sub lectulo et tripode; Cyriac. p. IV. n. 39. et ex suis et Cyriaci schedis Murat. T. III. p. MDCCXXVIII. 2.

ΠΟΜΠΗΙΑ ❦ Μ. ΠΟΜΠΗΙΟΥ ❦ ΛΥΚΟΥ
ΘΥΓΑΤΗΡΕΥΤΥΧΙΣΕΤΩΝΙΕ. ΧΑΙΡΕ ❦

Foliola et Μ singulare (vs. 1.) omittit Cyr. qui habet ΚΑΙΡΕ.

Πομπηΐα, Μ. Πομπηΐου Λύκου θυγάτηρ, Εὐτύχις, ἐτῶν ιε', χαῖρε. Mulier vocata *Pompeia Eutychis*.

## 1818.

E ruderibus *Nicopolis*; Pouquevill. Itin. T. II. p. 17.

ΒΕΡΓΙΒΡΥΟΥΣΑΓΤΩΝΚΖ

- - - - Βρύουσα? [ἐ]τῶν κζ'.

## 1819.

Indidem, ex eodem.

ΑΙΔΕΠΙΤΥΜΒΟΣ..........
ΚΕΙΡΑΝΤΟΠΛΟΚΑΜΟ..........
........ΥΣΠΑΦΙΗΑΒ........

Fragmentum carminis sepulcralis: κεῖτ]αι? δ' ἐπίτυμβος (p. ἐπιτύμβιος, nisi hoc rescribendum), dein κείραντο πλοκάμο[υς.

## 1820.

In portu Vathi prope *Nicopolin* et Prevesam, in tabula. Ed. Murat. T. IV. p. MMXCI. 12. Ad P. Fröhlich S. I. miserat P. Etschläger S. I.

ΕΠΑΦΡΑΣ
ΦΗΛΙΚΟΣΥΙΟΣ
ΕΤΩΝ ΚΓ
ΚΑΙΡΕ

Ἐπαφρᾶς
Φήλικος υἱός,
ἐτῶν κγ',
[χ]αῖρε.

## 1821.

E ruderibus *Nicopolis*; Pouquevill. Itin. T. II. p. 17.

ΙΤΙΣΧΑΙΡΕ

Ὁ δεῖνα] - - ῖτις, χαῖρε.

## 1822.

In arae superiore parte, ornatae capitibus taurinis, quae coniuncta sunt vittis sive sertis; in Museo Naniano. Aeri incisam dedit Biagius Mon. Gr. ex Mus. Nan. p. 57. addita prolixa commentatione usque ad p. 87. Hoc exemplum extat etiam in Collect. Mus. Nan. n. 2.

ΑΥΤΟΚ˩
ΝΩΙΑΔΡΙΑ ΒΑΣ
ΟΛΥΜΠΙΩΙΔΙΙΔΩΔΩΝΑΙ..

Αὐτοκ[ράτορι Τραϊα]νῷ Ἀδρια[νῷ Σε]βασ[τῷ], Ὀλυμπίῳ, Διῒ Δωδωναί[ῳ.

Falso Biagius pro Σεβαστῷ supplet βασιλεῖ, quod longa disputatione fucat §. VII. tu vide modo n. 321 sqq. De Hadriano Olympio sufficit remittere ad eosdem titulos n. 321 sqq. quam denominationem inde ab Olympieo dedicato Olymp. 227, 3. tenuit. Cf. ad n. 342. Διῒ non ad Ὀλυμπίῳ pertinere recte statuit Biagius: non enim postpositum fuisset, nec solet addi post Ὀλύμπιος; vide eosdem quos dixi titulos. Itaque Διῒ praemissum sequenti voci iudica, ut n. 1312. Διὸς σωτῆρος Ὀλυμπίου, et n. 1313. 1314. Quare Δωδωναίῳ, non Δωδωναῖοι scripsi cum Biagio. Δία Δωδωναῖον non dixissent qui posuerunt hanc aram, nisi in Epiro posita esset; et fortasse Nicopoli abducta haec ara, ut alia Naniana.

---

## 1823.

In lapide Musei Naniani duobus palmis Romanis paulo altiore, quem aeri incisum praebet Biagius Mon. Gr. ex Mus. Nan. n. 14. (in tabulis annexis), quod exemplum recusum est in Collect. Mus. Nan. n. 171. extat inscriptio oblitterata, quam integriorem repperi ap. Cyriac. p. XX. n. 133. lectam *Buthroti* in moenibus. Cyriaci hoc exemplum ex schedis eiusdem a Compagnonio missis habet Murat. T. I. p. CLX. 5. et vss. 1-6. ex suis schedis separatim dedit T. I. p. CLVII. 4. item vs. 7. 8. separatim ex iisdem T. II. p. MLXVI. 6.

ΦΛΑΒΙΟϹ
ΑΘΗΝΑΓΟ
ΡΑϹ ΙЄΡЄΥ
ϹΑΦΡΟΔΙ
ΤΗϹΑΝ
ЄΘΗΚЄΝ
ΘΡΑϹΩΝ
ΠΕΛΛΗΝΕΥϹ

Dedi lectionem Cyriaci, quum Nanianum exemplum detritum sit; sed litterarum forma et versuum divisio ex aere Naniano a nobis restituta est, exceptis vs. 7. 8. Vs. 4. C abest ap. Mur. p. CLX. Vs. 7. in tabula Naniana ita oblitteratus est, ut vestigia tantum vocis Θράσων supersint; vox Πελληνεὺς nunc plane deest. Post hanc Cyr. et Mur. p. CLX. Latina haec habent: IMP. MV. OTACINIVS: quae ex alia inscriptione petita sunt. In Naniana tabula uni sane post vocem Πελληνεὺς vocabulo addendo spatium superest; sed ibi non potuisse illa Latina scripta esse sponte patet. Lege:

Φλάβιος Ἀθηναγόρας ἱερεὺς Ἀφροδίτης ἀνέθηκεν, Θράσων Πελληνεὺς [ἐποίησεν].

Non est ille Thraso, qui athletas, armatos, venatores, sacrificantes fecit, de quo vide Sillig. Catal. Artiff. p. 445. nam ille est Strabone prior: hic vix Traiano vel Hadriano fuerit vetustior. Scriptura enim novicia est. In Aegypto quidem et Oriente C multo est vetustius, non tamen in Graecia et terris adiacentibus.

## 1824.

Cyriacus Anconitanus e Corcyra, ubi Idibus Iuniis fuit, profectus ad Neptuni Promontorium (Posidium) pervenit, et hinc XIV. Kal. Iul. „in Epiro ad maritimum antrum sive rupem incisam prope id promontorium p. XXV. mil. ad orientem, quam in hodiernum nautae Grammatam vocant." Tum XIII. Kal. Aulone fuit, et XII. Kal. Iul. Apolloniam pervenit, et VII. Kal. Iul. Dyrrhachium. Patet igitur locum Γράμματα (sic haud dubie dictus est ob litteras rupi incisas) non in orientem, sed in septentrionem a Corcyra situm esse, haud procul ab Aulone, circa *Panormum* et scopulos Acroceraunios. Illo igitur loco et Graecae et Latinae inscriptiones plures incisae sunt, quibus ii, qui affuerunt, pii aut superstitiosi homines aliique, maxime plebeii, praesentes sese ibi fuisse testantur, vel deorum et familiarium ibi esse recordatos (μνησθῆναι), cuius generis plurimi tituli in Aegypto et Nubia extant; nunc quidem sufficiet ad Atticos n. 513. 516. et ad Dorvill. in Charit. p. 525. ed. Lips. remittere: alia exempla colligant quorum interest. Rei tamen illustrandae causa e Cyriaco n. 138. apponam Latinum in loco, qui Γράμματα vocatur, positum:

SEX . IVLIVS . SEX . L . MELEOFLVS . O . F
AD . XIIX . K . SEX . LAT . P . DOL . COS
MEMOR . Q . FVIT . DEORVM . ET
FEILI . SVEI . ET . LIBERTAE . SVAE . MONI
MES . VALE

Hoc igitur loco, quem *Castoribus* sacrum fuisse inscriptiones docent, reperti sunt quattuor tituli, quorum primus a Cyriaco p. XX. n. 136. et ex schedis suis a Murat. T. III. p. MDCCV. 8. refertur; mutilum titulum esse docet addita nota: „et reliqua, ubi videntur, sed antiquissima deleta vetustate."

ΜΑΓΟΡΑΣΚΑΙΣΕΒΗΑΔΙΟΣ

Mur. C pro Σ: idem CEBH, Cyr. ΣΕΒΝ. Ἑρ]μαγόρας καὶ Σεβή[ρ]α Διος[κόροις?

## 1825.

Alter est ap. Cyriac. p. XXI. n. 141. et ex eiusdem schedis a Compagnonio missis ap. Murat. T. II. p. DCCCX. 2.

ΔΙΟΝΥCΙΟCΠΡΩΤΑΡΧΟΥΩΔΕΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟC
ΜΕΤΑΤΩΝCΥΝCΤΡΑΤΙΩΤΩΝΨΙΛΟΤΑC
ΔΙΟΝΥCΙΟCΜΕΙΔΩΡΟCΚΑΙΠΟCΕΙΔΩΝΙΟC
ΚΑΙΔΙΟΝΥCΙΟCΚΑΙΠΤΟΛΟΜΑΙΟC

Murat. vs. 2. ΨΙΛΟΤΑΙC. Vs. 4. ultima littera Σ est apud Cyriac. C apud Murat. Dorvillius ad Charit. p. 525. volebat ψιλωταί, quod nihili est.

Διονύσιος Πρωτάρχου ὧδε παραγενόμενος μετὰ τῶν συνστρατιωτῶν. Subscripti commilitones nominativo casu:

[Φ]ιλ[ώ]τας,
Διονύσιος,
Μ[νήσ]ίδωρος?
καὶ Ποσειδώνιος,
καὶ Διονύσιος,
καὶ Πτολ[ε]μαῖος.

Tres sunt Dionysii.

## 1826.

Tertius exstat apud Cyriac. p. XX. n. 140. et ex Cyriaci schedis apud Murat. T. III. p. MDCCXXXV. 9.

PANTEROS
ΒΑCCΟCΠΥΡΑΤΟC
ΕΜΝΗCΘΗΙΤΡΥΦΩΝΠΑΡΑ
ΤΟΙCΔΙΟCΚΟΡΟΙCΝΕΤΩΝ
CΥΝΔΟΥΛΩΝΜΑΡΚΟΝ
ΚΕΡΚΗΝΙ

Vs. 1. Mur. PANTEPOC: Dorvill. ad Charit. p. 525. corrigit Ἀντέρως. Mihi videtur Latinum esse. Deinde alii duo nomen suum scripserunt: Βάσσος, Πύρατος. Sequitur: Ἐμνήσθη Τρύφων παρὰ τοῖς Διοσκόροις.. τῶν συνδούλων Μάρκο[υ] etc. Genitivus potest ab ἐμνήσθη pendere, potest etiam μετὰ scribi ut n. 1825. omissa mentione eorum, quorum meminerit Tryphon.

## 1827.

Quartus eidem tribuitur loco a Cyriaco p. XXI. n. 142. male vero Corintho a Murat. T. I. p. LXVI. 7. ex Cyriaci schedis.

ΕΠΑΓΑΘΟCΕΜΝΗ
CΘΗΠΑΡΑΤΟΙC
ΔΙΟCΚΟΡΟΙC

Ἐπάγαθος ἐμνήσθη παρὰ τοῖς Διοσκόροις: quorum, non dictum est. Παρὰ τοῖς Διοσκόροις Saxio Act. Trai. T. II. p. 232. est *ad Castoris s. Castorum*; neque obsum: etsi cave templum ibi Castorum fuisse putes. Fuit antrum, cui Castorum videtur religio adhaesisse.

---

## 1828.

In *Epiro*; ed. Murat. T. III. p. MDCLXV. 5. Ex schedis Vallicellianis miserat Ios. Blanchinius.

ΚΟΥΡΤΙΟΥΟΝΗΣΙ
ΜΟΥΚΑΙΑΠΟΛΛΟ
ΝΙΟΥΚΑΙΤΩΝ
ΤΕΚΝΩΝΑΥΤΩΝ
ΑΓΩΘΕΣΙΑΧΡΗΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ

Κουρτίου Ὀνησίμου
καὶ Ἀπολλ[ω]νίου
καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν.
Ἀ.....ία χρηστὴ
χαῖρε.

In sepulcro Onesimi etc. condita erat mulier, filia fortasse illius. Pro Ἀπολλωνίου malim Ἀπολλωνίας; item Ἀπολλωνία pro ΑΓΩΘΕΣΙΑ.

---

# SECTIO TERTIA.

## ILLYRICUM.

## 1829.

*Aulone* (Valona) in finibus Epiri, ad aedem Georgii Tropaeophori, ad basin marmoream; Cyriac. p. XXI. n. 143. atque ex suis et Cyriaci schedis Murat. T. II. p. MCXXXXL. 10. versibus ut solet ex arbitrio divisis.

ΙΟΥΝΙΑΝΤΙΜ - - -
ΙΟΥΝΙΟCΚΑCΤΕΛΛΑΝΟCΟΠΑΤΗΡ
ΚΑΙCΑΥΦΗΙΑΧΡΥCΗΜΗΤΗΡ
ΚΑΤΑΤΟΨΗΦΙCΜΑΤΗCΒΟΥΛΗC
ΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΕΠΙΚΟCΜΙΟ
ΤΗΤΙΚΑΙCΩΦΡΟCΥΝΗ
Τ.Δ.Β.Κ.Δ.Ε

Dedi versuum distinctionem ex Cyr. Vs. 1. lectionem Muratorii recepi, cuius delineatio formae huius tituli docere videtur, ante **TIM** nihil deesse, sed post **TIM** fractum vel laesum esse marmor. Cyr. **IOYNIAN....TIMNHN.** Fortasse **NHN** post lacunam in laesa marmoris parte vidit Cyr. unde coniicio *Τιμ[ο]ν[ό]ην* aut simile scriptum fuisse. Vs. 2. Cyr. editus **ΚΑΣΤΕΛΛΑΝΟC**, eius schedae referente Muratorio **ΚΑΤΕΛΛΟΣ**; Mur. quod dedi. Vs. 3. Mur. **CAY ΦΕΙΑΧΡΥCCH**, vs. 5. **KEI**. Vs. 7. litteras singulares explicare nequeo, nisi **T** fuit **Ψ**, et prius **Δ** et ultimum **E** sigla, veluti > vel simile, ut n. 1186. 1220. 1393. 1394. 1395. Sic explicabimus *ψ. β. κ. δ. ψήφισμα βουλῆς καὶ δήμου*, quod etsi iam vs. 4. dictum erat, potuit tamen repeti, fere ut n. 1395. ex nostra explicatione. Idem subscriptum est n. 1626.

*Ἰουνίαν Τιμ[ο]ν[ό]ην?*
*Ἰούνιος Καστελλανὸς ὁ πατὴρ*
*καὶ Σαυφηΐα Χρύση [ἡ] μήτηρ*
*κατὰ τὸ ψήφισμα τῆς βουλῆς*
*καὶ τοῦ δήμου, ἐπὶ κοσμιό-*
*τητι καὶ σωφροσύνῃ.*
*ψ. β. κ. δ.*

## 1830.

*Spalati* in Dalmatia, tertio a Salona lapide; Knibbius Grutero, qui edidit p. MXXXIX. 9.

ΕΝΘΑΔΕ.ΕΓѠ.ΚΕΙΜΑΙ
ΖΕΙ......ΝΗ..ΙΘ..C ΑΥΤΟC
ΑΧΙΛΛΕΥC
ΚΑΤΕΘΗΚΕΝ.ΤΡΑΥΛΟC

Lacunae partim nullae, partim nimiae. Vs. 2. nisi in **ZEI** nomen proprium latet, vs. 3. *Ἀχιλλεὺς* nomen est sepulti. Quod si statueris, legendum est:

*Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι - - - νή[π]ιος αὔτως,*
*Ἀχιλλεύς.*
*κατέθηκεν Τραῦλος.*

## 1831.

*Salonae* in Dalmatia, „ad magnum et ornatum sepulcrum"; Cyriac. p. XXIV. n. 163. et ex suis et Cyriaci schedis Murat. T. III. p. MDCXCI. 11.

ΙΟΥΛΙΑΠΙΛΗ
ΕΙΡΗΝΗCΕΜΝΟΤΑΤΗ

Mur. **EIPINH.**
*Ἰουλία Πίλη Εἰρήνη σεμνοτάτη.*

## 1832.

In vico Castel Sussuraz, prope *Salonam*; ed. Steinbüchel Itin. Dalmat. in Annal. litt. Vindob. T. XII. a. 1820. Anzeigeblatt, p. 25. n. 85.

Θ Κ
ΟΝΟΜΑ
CΤΗ.ΙΔΙ
Ѡ. ΑΝΔΡΙ
Γ. Κ. ΑΝΤΕ
ΡѠΤΙ. ΧΑ
ΡΙΝ.ΜΝΕ
ΙΑC

Vs. 5. editor post **K** signum interrogationis apposuit.

*Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).*
*Ὀνομάστη ἰδίῳ ἀνδρὶ* Γ. Κ(*αικιλίῳ* exempli causa) *Ἀντέρωτι, χάριν μνείας.*

## 1833.

*Salonae*; edidit idem l. c. p. 21. n. 41.

ΑΥΡ.CΙΛΑΝΟ
C.CΟΛѠΝΟ
C.ΖΟΜΕΘΕΡ
ΟΥ.ΦΕΝΗCΙΟC
ΕΤѠΝ.ΙΖ.ΕΝΘ
ΑΔΕ.ΚΙΤΕ

*Αὐρ. Σιλανὸς Σόλωνος, Ζομεθέρου, Φενήσιος, ἐτῶν ιζ', ἐνθάδε κίτε.*

In barbara hac et fortasse Christiana inscriptione *κίτε* non offendit, praesertim quum hic homo sit *Phaenesius* ex oppido Phaenesiorum inter Damascum et Bostra, quod hodie Missema dicitur. Barbare scriptum est *Φενήσιος* pro *Φαινήσιος* (sic tituli illius loci). Silano et patris et avi nomen additum est, omisso ante avi nomen articulo. Avi nomen est barbarum *Ζομέθερος*.

Hos solos in Dalmatia reperio Graecos titulos. In Liburnia vero, quae supra Dalmatiam est et vulgo Illyrico annumeratur, non novi ullum positum. Quem enim Muratorius habet T. I. p. cxxx. 8. ex schedis Cyriaci a Compagnonio missis, **ΤΡΙΤΩΝ ΤΟΥ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΣΑΛΠΙΓΞ**, nihil est nisi lemma, quod Cyriacus (P. I. n. 1.) imagini subscripsit Tritonis, a sese Iaderae in arcu quodam sub Latina inscriptione visae, post quam inscriptionem addidit etiam Latine: „Subtus visitur TRITON NEPTUNI TUBICEN."

---

## 1834.

In Dalmatica ora, e regione Salonae est insula *Issa*, quam Syracusiorum obtinuit colonia, hodie Lissa. Duas in hac Issa inscriptiones Graecas vidit Cyriacus; totidem e Lissa hac hodierna, quae non confundenda cum Lissa antiqua (hodie Isola Grossa) e regione Iaderae Liburnicae, nuperrime petitas refert Steinbüchel in Itinere Dalmatico. Has quattuor hoc loco collocari aptum visum est. Prima tegit fragmentum marmoris, nunc Spalati. Ed. Steinbüchel l. c. ad n. 1832. p. 18. n. 10.

. . ΝΤΑΜΗΕΞΕ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ΙΣΑΕΙΟΥΣΙΤΟΔΟΓΜΑ. . . . . . . . . . . . . . . . .
Ε . . ΤΙΣΚΑΛΥΣΗΑΠΟΤΕΙΣΑΤΩ. . . . . . . . . .
ΕΜΠΕΝΤΑΚΑΤ . ΙΔΙΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔ. . . . . . . .
ΛΟΓΙΣΤΑΣΤΟΔΟΓΜΑΤΟΥΤΟΕΣΤ . . . . . . .
ΜΟΝΤΟΝΛΟΓΙΣΤΙΚΟΝΟΙΔΕΟΥΠΑΝΤΕ. . .
. . . . ΝΟΤΙΜΟΣΣΑΛΛΑ
. . . . . . ΣΕΥΘΡΩΝΟΣ
. . . . . . . ΤΟΣΞΕΝΟΚΛΕΟΣ
. . . . . . . . ΛΑΝΟΥ
. . . . . . . . . . ΑΡΧΟΥ
. . . . . . . . . . . Χ

. . ντα μὴ ἐξέ[στω . . . . . . . . . . . . . . . . . . το-
ῖς ἀεὶ οὖσι τὸ δόγμα . . . . . . . . . . . . . . . .
ἐ[άν] τις κ[ω]λύσῃ, ἀποτεισάτω . . . . . . . . .
ἐμ πεντακατ[τ]ίδι. ἀναγράψαι δ[ὲ καὶ τοὺς
λογιστὰς το δόγμα τοῦτο ἐς τ[ὸν λογισ-
μὸν τὸν λογιστικόν. οἵδε οὐ πᾶν? τε . . .
. . . . νότιμος Σάλλα?
. . . . . . ς Εὔθρωνος?
. . . . . . . τος Ξενοκλέος,
. . . . . . . . λανοῦ,
. . . . . . . . . . ἄρχου
. . . . . . . . . . . .

Vs. 3. etsi Ι subscribendum abest, titulus tamen non videtur valde recens esse. Cf. ad n. 1841. Supplementa nostra numero litterarum ab editore signato prorsus congruunt; sed ceterae huius decreti lacunae restitui nequeunt. Quantum e logistarum mentione colligere licet, ad vectigalium id rationem pertinet. Vs. 2. το]ῖς ἀεὶ οὖσι refertur ad magistratus, qui *quoque anno* futuri sint. Vs. 4. πεντακατ[τ]ίδι vix dubium est, quasi πεντηκοστίδι; ατ pro οσ ferendum, quod pro οσ Dores in his formis dicunt ατ, sicuti ϝίκατι pro εἴκοσι, πεντακάτιοι pro πεντακόσιοι: ut ad hanc analogiam pro εἰκοστὸς dicendum fuerit ϝικαττός, pro πεντακοστὸς πενтακαττός: etsi πεντακοστὸς pro πεντηκοστὸς insolens est. Mox dedi λογισ]μὸν λογιστικόν, quod cave ob pleonasmum habeas suspectum. Sunt enim etiam alii λογισμοὶ praeter λογιστικόν. In fine nomina subscripta hominum sex erant, qui aliquid non fecerant: οἵδε οὐ etc. quae non possum restituere. Fortasse illi vectigal non pependerant: cf. similem dictionem in marmore Sandwicensi.

## 1835.

„Epigramma amphitheatri in *Issa* insula", Cyriac. p. XXIII. n. 152. et ex suis et Cyriaci schedis Murat. T. III. p. MDCLXVII. 4.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΑΓΗΣΙΔΑΜΟΣΑΓΗΣΙΔΑΜΟΥ
ΑΓΗΣΙΔΑΜΟΣΔΩΡΙΚΛΕΟΣ
ΑΓΗΣΙΔΑΜΟΣΦΙΛΗΣΙΟΥ

Διονύσιος,
Ἀγησίδαμος Ἀγησιδάμου,
Ἀγησίδαμος Δ[ο]ρικλέος,
Ἀγησίδαμος Φιλησίου.

Formam tituli dedi ex Cyr. Etsi haud dissimile vero, Dionysium priorem, Syracusiorum tyrannum, qui Lissum Illyrici condidit (Diod. XV, 13.), etiam Issam occupasse, vix tamen credo tyrannum Dionysium in nostra hac memorari inscriptione.

## 1836.

Titulus sepulcralis ex insula Lissa hodierna, olim *Issa*; ed. Steinbüchel l. c. ad n. 1832. p. 18. n. 11.

ΕΥΒΟΥΛΟΣΣΩΔΑΜΟΥ

Εὔβουλος Σωδάμου.

## 1837.

In eadem *Issa*, in parva basi lapidea; Cyriac. p. XXIII. n. 153. et ex schedis eiusdem Holsten. Nott. et Castigg. ad Steph. Byz. p. 344. ex suis schedis Murat. T. I. p. XXXVIII. 1.

ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΦΕΡΑΙΑΙΚΙΝ
ΤΟΣΔΡΩΝΟΝ

Ἀρτέμιδι Φεραίᾳ
Κ[ο]ΐντος Δρ[όμω]ν.

De Diana Pheraea cf. Callim. in Dian. 259. et Spanh. Cultus hic Pheris Thessaliae natus Sicyonem, Argos, Athenas propagatus est (Pausan. II, 10, 6. 23, 5.). Huc pertinet etiam Hesych. Φερέα (Φεραία), Ἀθήνησι ξενικὴ θεός· οἱ δὲ τὴν Ἑκάτην.

# PARS OCTAVA.

## INSCRIPTIONES CORCYRAE ET VICINARUM INSULARUM.

---

### 1838.

Lapis *Corcyraeus* Musei Veronensis lapidarii n. 34. Edidit Scip. Maffeius Mus. Ver. p. xi sq. cum notis, priore parte (*a*) aeri incisa; eodem modo repetiit Venturi Guida al Mus. Ver. T. I. p. 114 sqq. cum notis. E Maffeio petiit Mustoxydes Illustr. Corcyr. T. II. p. 70 sqq. cum notis indidem potissimum et ex Corsino traductis.

\- - - - - - - - - - - - - - - - -
*a.* .......ΑΣΑΓΩΓΑΣ : Ρ : ΑΓΩΓΑΙΕΚΑΤΟΜΜΕΝ - - - - - - -
.......ΑΤΡΙΩΙΤΟΥΑΠΟΡΘΩΜΑΤΟΣΕΡΓΑΣΙΑΣ:Η - - - - - -
.......ΟΙΤΟΜΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΤΟΙΧΟΝΕΡΓΑΣΙΑΣ:↑↑↑ - - - -
.......Σ:↑ΓΡΡ:ΜΙΣΘΩΤΟΙΣΠΟΤΤΟΜΒΩΜΟΝ:ΓΙΙΙΙΙ:....ΑΒΑΛΕ . . .
.......ΑΓΩΓΑΣ:ΡΡΡΡΓΟΑ....ΘΙΔΑΙΧΟΟΥΑΓΩΓΑΣ:ΡΡΡ - - - -
.......ΦΙΛΟΥΕΝΕΙΧΟΟΥΑΓΩΓΑΣ:ΓΡΡΡ:ΣΙΜΙΑΙΠΕΔΑ - - - - -
.......ΙΣΕΠΟΜΕΝΟΙΣΤΑΙΣΑΜΑΞΑΙΣ:↑↑ΓΙ:ΜΕΛΑΝΘΙΩΙ - - - -
.......ΠΟΛΙΤΑΙΤΟΥ....ΟΣΕΡΓΑΣΙΑΣ:ΗΡ:ΚΑΣΣΙΤΕΡΟΥ - - - -
.......ΤΟΝΟΦΙΝΧΑΛΚΟΥΤΑΛΑΝΤΟΝΗΜΙΤΑΛΑΝΤΟΝΔΕΚΑ . . .
.......↑ΡΡ:ΜΕΤΑΛΛΑ:↑↑↑Γ:ΧΑΛΚΟΥΕΣΤΟΝΟΦΙΝ - - - - -
.......ΜΑ:Ρ:ΓΟΜΦΩΝΧΑ.......ΓΛΑΥΚΩΙΜΝΑΙΔΕΚΑΠΕΝΤΕ
.......ΟΥΔΥ.....ΝΑ....ΜΑ:ΡΡ:ΕΣΤΟΜΒΩΜΟΝΝΙΤΡΟΥ:Ι - - - - -
.......ΑΝΘΙΩΙ:Ρ
.......ΤΟΣΜΗ↑↑ΡΡΙΙΙΙΙ−ΤCC
...........ΟΦΕΥΕΕΠΙΤΥΧΟΣ:ΗΗΗΗ↑ΓΡΡΡΙΙΙΙ - - - - - - -

*b.* . . Ο Ι Δ Ι Κ Α Σ Τ Α Ι Κ Α Ι Κ Ο Ι Ν Ο Ι Ε Υ Δ Ο Κ Ο Υ . . .
. . Κ Α Ι Υ Π Ε Ρ Τ Α Ν Π Ο Λ Ι Ν Τ Ω Ν Σ Υ Ν
. . Ν Α Ι Κ Α Ν Ε Ι Μ Ε Ν Α Π Ο Δ Ι Κ Ο Ν
. . Α Τ Ο Σ Τ Α Σ Σ Τ Ε Γ Α Σ Τ Ο Υ Ν Α Ο Υ
. . . Λ Α Π Τ Η Τ Ο Ρ Υ Μ Α Τ Ο Ν Τ Ο Ι Χ Ο Ν
. . . Ο Σ Ε Π Ι Σ Κ Ε Α Ξ Ε Ι Ν Τ Α Ν Π Ο Λ Ι Ν
. . . Α Ν Α Λ Ω Μ Α Τ Ω Ν Α Ν Υ Π Ο Δ Ι Κ Ο Ν
. . . Τ Η Ρ Ι Ω Ν Α Π Ε Ρ Ι Τ Α Ν Κ Ο Ρ Χ Υ Ρ Ε . .
. . . Α Ν Ε Κ Τ Α Σ Ο Ι Κ Ι Α Σ Ε Ι Σ Τ Ο Ν Α
. . . Ρ Υ Μ Α Τ Ο Σ Τ Ο Υ Ρ Ε Ο Ν Τ Ο Σ Α Π Ο
. . . Ε Π Ι Τ Ο Ν Α Ω Ρ Ι Ο Ν Σ Τ Ρ Ε Ψ Α Ι Δ Ε
. . . Α Σ Σ Κ Ε Ο Θ Η Κ Α Σ Τ Α Μ Π Ο Λ Ι Ν
. . . Ε Μ Β Α Λ Ε Ι Ν Δ Ε Κ Α Ι Ε Ι Σ Ε . . . .
. . . Ρ Α Ο Β Ε Λ Ι Σ Κ Ο Ν Ο Ρ Θ Ο Ν Ο Π Ω Σ
. . . Η Α Ν Α Γ Ρ Α Φ Η Τ Ω Ε Ι Σ Σ Τ Α
. . . . Τ Ο Ν Τ Ο Ι Χ Ο Ν Ε Ν Τ Ω Ι Δ Α
. . . . . Ε Θ Η Ε Ι Σ Τ Ο Ι Ε Ρ Ο Ν Τ Ο Υ Α
. . . . . . Ο Σ Τ Α Ν Ε Π Ι Μ Ε Λ Ε Ι Α Ν
. . . . . . . Α Ν Α Γ Ρ Α Φ Η Α Υ Τ Α Α Ε Π Ι
. . . . . . . Τ Ι Ε Σ Τ Ι Ε Π Ι Τ Ι Μ Ι . . .
. . . . . . . . . Ε Ρ Ο Ι

quem morem in epigrammatis contexendis observatum esse docent vel Theocritea. Itaque omittimus coniecturas aliorum nimium audaces. Vs. 1. in litteris ΤΗΝΩΤΟΙ non latere nomen proprium, docet extremum, quod est Εὐθυδάμω. Quod alterum etsi nos primi eruimus, unus tamen ex illis Italis *τήνω τοι* legendum vidit. Τοὶ inservit orationi magis extollendae, ut n. 1897. et in epigrammate Nossidis Anthol. ed. Iac. pr. T. I. p. 128. *Χαίροισάν τοι ἔοικε κομᾶν ἄπο τὰν Ἀφροδίταν* etc. Ὦνερ, quod duobus mutatis elementis dedimus, est pro vulgari *ὦ παροδῖτα*. Vs. 2. *ἔγεντ'* est ex Buttmanni correctione. *Timeae* nomen, quod plerique mutandum censuerunt, haud rarum est, ut ap. Pausan. II, 20, 4. in titulo Anaphaeo, in Attico n. 883., in Megarico n. 1096. etc. Idem in Anthol. Palat. T. I. p. 433. n. 423. restituit Graefius.

## 1925. *b.*

Haec quinque epitaphia ex totidem lapidibus petita, in *Ithaca* reperta misit Bröndstedius.

| | | |
|---|---|---|
| I. | ΑΓΕΜΑΧΟΥ | Ἀγεμάχου. |
| II. | ΔΑΜΩΣ | Δαμῶς. |
| III. | ΚΛΕΩΝΟΣ | Κλέωνος. |
| IV. | ΛΥΣΙΔΙΚΑΣ | Λυσιδίκας. |
| V. | ΦΙΛΩΤΙΟΣ | Φιλώτιος. |

Omnia sunt genitivo casu concepta; nota Δαμῶς pro Δημοῦς, quam terminationem vidimus aliquoties. Φιλῶτις est femininum a masculo Φιλώτας.

## 1925. *c.*

In *Ithaca*, in ecclesia Evangelistarum; ed. Gell. Ithac. p. 115.

ΑΓΗΜΟΝΙΔΑ — Ἀγημονίδα
ΧΑΙΡΕ — χαῖρε.

## 1925. *d.*

In *Ithaca*, in aedicula Panagiae prope scholam Homeri in muro; ed. idem l. c. p. 114.

ΕΛΑΦΙΕΛΑΦΙ — Ἐλάφι Ἐλαφί[ου?
ΛΑΜΙΣΚΕΧΑΙΡΕΤΕ — Λαμίσκε, χαίρετε.

## 1925. *e.*

In *Ithaca*, ibidem; ed. idem l. c.

ΘΕΟΔΩΡΕ — Θεόδωρε
ΧΑΙΡΕ — χαῖρε.

## 1925. *f.*

In *Ithaca*, in ecclesia quadraginta Sanctorum; ed. Gell. ibid. p. 115.

ΘΕΟΔΩ
ΡΟCΕΥ
ΤΥΧΟΥ ℒ
ΘΓΩΝΟ

Θεόδωρος Εὐτύχου, [ἐτ]ῶν ō.

## 1925. *g.*

In *Ithaca*, eodem loco ubi n. 1925. *c.* Ed. Gell. Ithac. p. 114.

ΜΟΛΩΤΑ — Μολώτα
ΧΑΙΡΕ — χαῖρε.

## 1925. *h.*

In *Ithaca*; misit Bröndstedius.

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΑΚΑΣΣΑΝΔΡΙΣ
ΜΗΤΡΟΦΑΝΤΟΣ
ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ
ΚΑΣΣΑΝΔΡΕΥΣ

Στρατονίκα Κασσανδρίς.
Μητρόφαντος Παρμενίωνος Κασσανδρεύς.

## 1925. *i.*

In *Ithaca*; misit idem.

ΣΩΣΙΜΙΟΣΧΑΙΡΕ — Σωσίμιος χαῖρε.

## 1925. *k.*

In *Ithaca*; misit idem. Minus recte edidit Guil. Gellius in libro de Ithaca p. 114. Servatur in aedicula Panagiae prope scholam, quae vocatur, Homeri.

ΣΕΠΤΟΥ
ΜΕ·ΜΟΥΣΙ
ΚΕ ΧΑΙΡΕ

Σέπτουμε μουσικὲ χαῖρε.
Vs. 2. Gell. ΜΟΥΣ.

## 1926.

In cippo, qui aëtomate instructus erat, nunc in Musei Naniani monumentis, translato ex *Ithaca* a. 1758. Aeri incisum dedit Paciaud. Monum. Pelop. T. I. p. 142. (repetito in Mus. Nan. antt. coll. n. 17.) et mira atque infructuosa sedulitate illustravit p. 139-204. Ex Pac. habet Gell. Ithac. p. 37. Cf. etiam Ion. Antt. T. II. p. 38.

ΙΕΡΟΣΟΧΩΡΟΣΤΗΣ
ΑΡΤΕΜΙΔΟΣΤΟΝΕ
ΧΟΝΤΑΚΑΙΚΑΡΠΟΥ
ΜΕΝΟ.ΙΤΙΝΜΕΝΔΕ
ΚΑΤΗΝΚΑΤΑΘΥΕΙΝΕ
ΚΑΣΤΟΥΕΤΟΥΣΕΚΔΕΤΟΥ
ΠΕΡΙΤΤΟΥΤΟΙΙΝΑΟΝΕ
ΠΙΣΚΕΥΑ.ΕΙΝΕΑΝΔΕΤΙΣ
ΜΗΠΟΙΗΤΑΥΤΑΤΗΙ
ΘΕΩΙΜΕΛΗΣΕΙ ℒ

*Ἱερὸς ὁ χῶρος τῆς Ἀρτέμιδος. τὸν ἔχοντα καὶ καρπούμενον τὴν μὲν δεκάτην καταθύειν ἑκάστου ἔτους, ἐκ δὲ τοῦ περιττοῦ τὸν ναὸν ἐπισκευάζειν. ἐὰν δέ τις μὴ ποιῇ ταῦτα, τῇ θεῷ μελήσει.*

Haec Xenophon columellae inscripsit, quae in Artemisio Scilluntio, a sese dedicato, collocata erat (Anab. V, 3. extr. ubi legitur τὸν δὲ ἔχοντα). Eadem Xenophontis aliquis cultor simili Artemisio in insula Ithaca a sese condito videtur accommodasse: certe solum ornamentum fundi esse hoc monumentum nequit, quod tamen censebat Dobraeus Diar. class. T. XXX. p. 147. Ceterum ὁ ἔχων καὶ καρπούμενος non, ut cuidam visum, *redemptor* est, sed *pos-*

*sessor iure quovis.* Sic Xenophon fundi a sese dedicati possessor est eatenus, quatenus homini in sacro fundo ius est. Sed primitivus possessor succedenti cuivis hoc imponit, ut deae offerat decimam, et ex reliquo (praeter decimam) reditu templum sartum tectum praestet: si tamen hoc neglectum fuerit, nulla poena afficitur qui id neglexit; sed deae relinquitur vindicta. Quod non convenire pacto conductionis, sponte patet. Paciaudus hanc inscriptionem, ut maioris videretur pretii, *legem sacratam Ithacensium* dixit: quo nihil potuit minus aptum excogitari.

## 1927.

Inter varia cimelia a Britanno Fiott Lee in *Ithacae* sepulcris reperta collare est aureum, ex tenui lamina XXVIII pollices longa fabricatum; in medio est nodus Gordius, exquisite ornatus gemmis granatis, rosis aureis et pendulis ornamentis in formam capitum papaveris: opus est eximium. In interiore parte scriptum est (Hughes. Itin. T. I. p. 164.):

ΣΑΦΦΟΥ ΛΑΩΔΑΜΙΑΣ

*Σάφφου, Λα[ο]δαμίας.*

---

## 1928.

In Craniorum *Cephaleniae* insulae moenibus, quae habentur, vidit Hamiltonus centurio. Ex schedis Guil. Gellii misit Rosius. Aliud exemplum, quod titulum inversum praebet, communicavit nobiscum Gerhardus, missum a Crawfurdo, Senatui Ionico ab epistolis.

⊥ƎꓤƎ⋛◇V⋛ — *Σάος Ἐρετ.*
⋛◇IꓤA ƎΛꓘ — *Κλεάριος.*
⋛ꓢAI⋛AMM — *Μνασίας.*

Vs. 1. inversus est; Cr. omittit ultimum T, et pro quarto a fine elemento habet ⊧. Ἐρετ. aut patris nomen decurtatum, aut gentilicium, ut Ἐρετριεύς. Vs. 2. videtur genitivus esse. *Μνασίας* est pro *Μνασέας*; Σ paenultimum, quantum ex Cr. exemplo colligo, delevit lapicida, quod formam dextrorsum currentem inciderat per errorem.

## 1929.

In basi palm. Rom. 5,5 alta, arae formam repraesentante, a. 1758. ex *Cephalenia* in Museum Nanianum translata. Damus ex aere ap. Paciaud. Mon. Pelop. T. I. p. 94. repetito in Mus. Nan. antt. coll. n. 58. Habetur etiam in libro: Memorie per servire alla storia letteraria Sept. 1758. p. 213. Ex perversa Paciaudi restitutione vitiosissime in aes incisum praebet St-Sauveur Itin. ad T. III. p. 64. cuius exempli nulla fides est, neque eius habenda ratio, licet ipse non dicat eo, quem significavi, modo id esse natum.

- - - - ΑΝΑ - - - - -
- - - - - Ω - - - - - -
- ΟΥΓΥΝΑΙΚΑ ΒΙ - -
ΑΡΙϹΤΟΜΑΝΤΙΔ ΟϹ- -
ΑΙ.ΙΕΡΑϹΑΜΕΝΗΝΤΗϹϹΕΒ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟ ϹΠΑΛΕΙ
ΩΝΕΥΓΕΝΕΙΑϹΕΙΝΕΚΕΝ
ΚΑΙΤΗϹΠΕΡΙΤΟΝΒΙΟΝ
ϹΩ ΦΡΟϹΥΝΗϹ ΨΒ

[Τὴν δεῖνα,] - - - - - - - - - ου, *γυναῖκα Βι - - ἀριστομάντιδος, ἀ[ρχ]ιερασαμένην τῆς Σεβ(αστῆς), ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Παλείων, εὐγενείας εἵνεκεν καὶ τῆς περὶ τὸν βίον σωφροσύνης. Ψηφίσματι βουλῆς.*

Primo loco cum nomine mulieris parentum erant nomina expressa: sed *γυναῖκα* pertinet ad sequentia, licet post id spatium relictum sit; quippe hoc coll. vs. 4. 6. 9. nullius momenti esse intelligitur. ΟΥ vs. 3. non necessario finis est nominis eius, qui huius mulieris pater fuit, sed potest ex nomine avi materni superesse; ut praecesserit simul matris nomen addito avi materni nomine. ΒΙ potest Βίωνος fuisse, ut censet Pac. Ἀριστομάντιδος iudico esse *ἀριστομάντεως, optimi vatis.* Σεβαστὴ Paciaudo non male est *Diva Sabina Augusta*, Hadriani uxor; quod ob n. 340. non dissimile veri. Memorabilis est forma Παλείων; vulgo Παλεῖς s. Παλλεῖς dicuntur. N. 340. ut servatus est titulus, legitur Παλέων.

## 1930.

In columella a. 1760. ex *Cephalenia* in Museum Nanianum translata; ed. Biagi Mon. Gr. in fine operis n. VI. aeri incisam, repetito in Mus. Nan. antt. coll. n. 95.

ΜΑΚΗΔΕΑΠΟΤΜΟΥ
ΟΝΙΚΕΚΛΙΜΕΝΟΝ
ϹΚΑΙΜΗΤΕΡΑΜΗΤΡΟϹ
ΚΟΜΕΝΟΥϹ
ΑϹΠΡΟϹΑΛΑΝΠΕΤΟΝΑΔ
ΟϹΚΑΤΕΒΗΝ
ϹΩϹΕΠΕΒΑΛΛΕΝ
ΠΕϹΙΝΤΕΦΙΛΟΙϹ
ΟΙΕΚΑΙΠΘΛΙΗΤΑΙϹ
ΚΡΥΑΜΗΚΕΤΙΠΕΜΠΕΙ
ΝΕΙΘΑΝΑΤΟϹ
ΕΜΩΝΑΠΟΠΑΥΕΤΕΘΡΗΙ

Sunt fines versuum elegiacorum.

*μα κήδεα πότμου*
*χθ]ονὶ κεκλιμένον*
*ς καὶ μητέρα μητρός*
*κομένους*
*ας πρὸς ἀλάνπετον Ἀιδ[ην*
*ος κατέβην*
*ς ὡς? ἐπέβαλλεν*
*πεσιν τε φίλοις*
*οι[ς] καὶ π[ο]λιήταις*
*δά]κρυα μηκέτι πέμπει*
*νει θάνατος*
*ἐμῶν ἀποπαύετε θρή[νων?*

## 1930. *b.*

*Cephaleniae*, inter rudera urbis Palensium; misit Bröndstedius.

ΝΙΚΟΧΑΙΡΕ
ΠΑΡΑΜΟΝΕ
ΧΑΙΡΕ

Νικο[ῖ] χαῖρε.
Παράμονε χαῖρε.

## 1930. *c.*

*Cephaleniae* in tribus lapidibus sepulcralibus elegantissimis; misit Bröndstedius.

I. ΕΙΡΑΝΑ — Εἰράνα.
II. ΚοΣΣΥΦΑ — Κοσσύφα.
III. ΦΑΙΚΥΛΕΧΑΙΡΕ — Φαικύλε χαῖρε.

## 1930. *d.*

*Cephaleniae* sub protoma muliebri anaglypho expressa; misit idem.

ΕΠΙΦΙΛοΥΜΕΝΗ

Ἐπὶ Φιλουμένῃ.

De forma hac epitaphii vide Introd. Boeot. c. 1. extr.

## 1930. *e.*

*Cephaleniae*; Gerhardo misit Crawfurdus, Senatui Ionico ab epistolis.

ΚΛΛΥΑΛ ΟΝΥΜΟΙ ΟΦ
ΟΙΩΤϹ ΛΗ ΤΗ
ΧΑ$^{S}_{Λ}$3

Lectio incerta dicitur; nec scio quid statuam, nisi quod Κλαυδία Ὀνυμ - - - θυγάτηρ χρηστὴ χαῖρε inesse dixeris: sed nihil affirmo.

## 1931.

Lapis a. 1754. ex *Cephalenia* in Museum Nanianum illatus. Aeri incisum dedit praeter Passerium Paciaudus Mon. Pelop. T. II. p. 213. Idem est in Mus. Nan. antt. coll. n. 77. Cf. Paciaud. p. 218 sq.




Τὸ σῆμα τοῦτο Ποπλίου Βειβίου ..... ἄλοχος Οὐλπία Ἀ[ρ]ουσία? ἐτῶν λζ', χαῖρε.

Nec prorsus constat ἐτῶν etc. ad Vibium an ad uxorem eius pertineat, nec vs. 3. initium intelligi potest. Ἀγουσία vix est Graecum nomen; dedi Ἀρουσία pro *Aruseia*.

## 1932.

Lapis eodem anno ex *Cephalenia* eodem translatus. Ediderunt iidem (Mus. Nan. coll. n. 76.). Cf. Paciaud. p. 219 sq.

ϹΑΒϵΙΝΟϹ
ϹΑΒϵΙΝΟΥ
ΥΙΟϹϵΤΩΝ
Η Α
ΧΑΙΡϵ

Vs. 4. Η transversam lineolam dextram versus paululum descendentem habet; quare id pro Ν Pac. habet merito.

Σαβεῖνος Σαβείνου υἱός, ἐτῶν να', χαῖρε.

## 1933.

In tabula rudibus quibusdam ornamentis distincta, quae a. 1700. e Corcyra translata est et ex cimeliis Apostoli Zeni Museo Naniano illata. Aeri incisam dedit Paciaudus Mon. Pelop. T. I. p. 198. quod repetitum est in Mus. Nan. antt. coll. n. 78. Prius non accurate dederat Montfauc. Diar. Ital. p. 424. inter Corcyraeas inscriptiones; hinc Murat. T. III. p. MCDLXIV. 5. Sed est *Cephaleniae* tribuenda; nam Meletius Geogr. vet. et nov. p. 327. vidit „εἰς τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κεφαλληνίας, Πιτκάρδο τανῦν καλούμενον", et dedit minusculis, sed paululum immutata orthographia, ut Montfauc.

ΤΙΤΟϹΦΛΑΑΡΙΟϹΔΙΟ
ΝΥϹΙΟϹ ... ϵΝΟϷ
ΚΙϹΖΟΜΑΙϹΟΙΤΟ
ΝϹϵΡΑϹϹΤΙΟΝΟϷΚΙ
ΟΝ ΜΗΔϵΝΙϵΞΟΝϵΙ
ΝΑΙΑΝΥΞΑΙΤΗΝϹΟΡ
ΟΝΟΛΥΝΠΙΑΔΟϹϵΙ
ΔϵΤΙϹΑΝΥΞΙΔΩϹϵ
ΙΤΩΦΙϹϹΚΩΔΗΝΑΡ$^{Y}_{T}$
ΙΑΔΙϹΧϵΙΛΙΑΠϵΝ
ΤΑΚΟϹΙΑΚΑΙΥΦϵΞΙ
ΛΟΓΟΝΑϹϵΡϵΙΑϹ

Quum aes Paciaudi satis accuratum sit, ex illo retinuimus vitiosam et insolentem orthographiam, quam correxerunt ceteri. Vs. 1. Mel. Φλαΐος. Vs. 4. extr. Ι omittunt Montf. Mel. et recte opinor; fortasse id vitio lapidis tribuendum, ut vs. 9. extr. Υ et Τ minuta, quae sensu cassa sunt et a ceteris omittuntur. Vs. 6. ubi ΤΗΝ dedi, lacuna trium litterarum est in aere. Montf. ΑΝΟΙΞΑΙΣΩΡΟΝ, Melet. ἀνοῖξαι ταύτην τὴν σορόν, unde ΤΗΝ adscivi. Vs. 7. extr. aes ΔϵϹϵΙ, quod e Montf. Mel. correxi. In ceteris aes repraesentavi fidissimum. Litterarum formam dedi quantum potui ex aere; nisi quod litteras apicibus quibusdam, qui nullius momenti sunt, variegatas in illo reperies. Nec quidquam de barbaris his formis addo, nisi ω in media parte divisum esse, quod etiam distinctius fit n. 1338. et O

supra esse apertum, et B infra. Titulus est aetatis infimae.

Τίτος Φλάβιος Διονύσιος, ἐνορκίτζομαί σοι τὸν σεβάσστιον ὅρκον, μηδενὶ ἐξὸν εἶναι ἀνῦξαι τὴν σορὸν Ὀλυνπιάδος. εἰ δέ τις ἀνύξι, δώσει τῷ φίσσκῳ δηνάρια δισχείλια πεντακόσια, καὶ ὑφέξι λόγον ἀσεβείας.

De scriptura σεβάσστιον et φίσσκῳ cf. potissimum n. 1306. Etiam magis offendit ἐνορκίτζομαι. Σοὶ pertinet ad legentem quemvis. Ὅρκος σεβάστειος manifesto est *per Genium Augusti*, licet hoc reiiciat Pac. de Styge cogitans. Post ὅρκον non intelligendum ἦ μήν, sed ἐφ' ᾧτε vel ὥςτε. Ἐξὸν εἶναι habetur etiam n. 2043. et in Asianis.

## 1934.

In insula *Zacyntho*, in ara ecclesiae D. Demetrii in vico Melinado. Ed. Chandler. Inscr. Gr. P. II. p. 86. n. 159. St-Sauveur Itin. T. III. p. 104. et in tabula aerea eo pertinente, Walpol. Mem. p. 455. 3. Hughes. T. I. p. 152. Ediderunt etiam alii, sed ita vitiose, ut nolim eos afferre. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis et Bröndstedianis.

ΑΡΧΙΚΛΗΣ ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΟΣΚΑΙΑΛΚΙ
ΔΑΜΑΑΡΧΙΚΛΕΟΣ ΚΛΗΝΙΠΠΑΝΤΑΝΑΥ
ΤΩΝΘΥΓΑΤΕΡΑΘΕΟΚΟΛΗΣΑΣΑΝΑΡΤΕΜΙΤΙ
ΟΠΙΤΑΙΔΙ

Formam tituli dedi ex Chandl. qui in hac re ceteris solet diligentior esse, et consentit Bröndst. Formam Π dedi ex Br. Vs. 2. Chandl. ΚΛΙΝ etc. Hugh. ΕΛΕΝ, Walp. Sauv. Köhl. Br. ΚΛΗΝ, idque se quoque legisse testatur Leakius in Walpol. Travels p. 509. Hugh. sub finem ΤΗΝ. Vs. 3. 4. Sauv. ΑΡΤΙΜΙΤΙΟΠΙΤΙΔΙ, Hugh. ΑΡΤΕΜΙΔΙΟΠΙΤΙΔΙ; ceteri ut dedimus. Etiam Chandlerum habere ΑΡΤΕΜΙΤΙ, annoto ob quendam, qui Chandlerum dicit legere ΑΡΤΑΜΥΤΙ.

Ἀρχικλῆς Ἀριστομένεος καὶ Ἀλκιδάμα Ἀρχικλέος Κληνίππαν τὰν αὐτῶν θυγατέρα, θεοκολήσασαν Ἀρτέμιτι Ὀπιταΐδι.

Κληνίππαν est pro Κλεινίππαν, quod ipsum vel Κλησίππαν reponi volebat Boissonadus Diar. class. Vol. XX. p. 297.

## 1935.

Super porta ecclesiae in vico Melinado in *Zacyntho*, in magno lapide; ed. Hughes. Itin. T. I. p. 153.

ΟΦΘΟΝΟΣΑΥΤΟΣΕΑΥΤΟΝΕΟΙΣΒΕΛΕΕΣΣΙΔΑΜΑΖΕΙ

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

# PARS NONA.

## TITULI ALIQUOT LOCORUM IN GRAECIA INCERTORUM.

Quum nonnulli tituli, partim non contemnendi, *ex Graecia* manifesto delati, tamen nulli certo loco adscribi queant, ne illi usque ad finem operis differentur, eorum partem hoc loco interponere est commodum visum, eo adhibito temperamento, ut privata epitaphia omnia excluderem, quae quo loco ponantur, non multum interest; nec si haec recensere hoc loco voluissem, expedire me ex difficultatibus potuissem quam plurimis, quas exponere supervacaneum videtur. Graeciam vero ubi dico, excepto Illyrico terras prioribus partibus comprehensas intelligo una cum insulis Aegaei maris et iis, quae inter Graeciam et Cretam sunt, et Creta ipsa. Ceterum in pluribus horum titulorum huc referendis ambiguam suspicionem sequi coacti sumus. Primum autem huc rettulimus Naniana omnia, quae non ex aliis, quam quos diximus, locis collecta esse constat; deinde Dorica potissimum decreta, quae verisimile est ex illis locis allata esse: quodsi etiam in Asia et in septentrionali supra Thessaliam tractu Doricae aliquot civitates fuerunt, paucissimae tamen illarum inscriptiones Dorice scriptae supersunt. Praeter haec autem alia quaedam hic habes, quae ex Graecia petita esse nobis non videtur dubium. N. 1936. titulus est militaris, n. 1937 - 1945. sunt decreta, vel decretis similia honoraria monumenta, n. 1946 - 1950. donariorum vel operum publicorum inscriptiones.

### 1936.

In Museo Britannico III, 41. (Synops. ed. 1821.) est anaglyphum 3′ 8″$\frac{1}{2}$ latum, 2′ 1″$\frac{7}{8}$ altum, utrinque pila terminatum, a. 1725. a Tophamo e Graecia apportatum, et a. 1780. a Ios. Banksio et A. C. Frazero Museo Britannico donatum. In trunco, oleae videtur exoletae, tropaeum collocatum repraesentatur; trunco circumvolvitur serpens, qui bibit ex patera, in quam muliebris figura ad sinistram adstans libat: ad dextram miles adstat galeatus, pronam tenens hastam; pone hunc equi antica pars et super equo caput hominis veluti prospicientis. Ed. Taylor Combe Descript. coll. marm. Mus. Brit. P. II. tab. 41. Supra et infra sunt inscriptiones ibidem redditae in textu tabulae addito.

Supra est:

. . . . . . . . . . .
ΑΛΙΦΗΡΕΙ
[Γ]ΟΡΓΩΓΟΡΓΟΥΚΑΦΥΕΙ
ΓΕΛΕΑΔΑΜΟΚΡΙΤΟΥΤΕΓΕΑΤ[Η]
ΦΙΛΙΣΚΩΙΚΥΔΙΜΑΧΟΥ
ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΙ
ΚΑΦΕΙΣΟΔΩΡΩΜΝΑΣΙΜΑΧ[ΟΥ]
ΛΕΒΑΔΕΙ
ΤΕΙΜΟΚΡΑΤΕΙΛΥΚΩΝΟΣ
ΛΑΡΥΜΝΑΙΩ
ΑΙΑΚΙΔΗΚΑΙΧΑΡΕΦΑΝΗΤ[ΟΥ]
ΑΒΥΛΟΥΔΕΛΦΟΙΣ
ΣΩΦΑΝΗΚΑΙΑΓΕΛΑΩΙΤΟΥ
ΦΙΛΩΝΟΣΕΛΑΤΕΥΣΙΝ
ΚΛΕΩΝΥΜΩΙΤΙΜΩΝΟΣΑΒΑΙ[Ω]
ΙΕΡΩΝΙΑΜΦΙΟΥΟΠΟΥΝΤΙΩΙ
ΠΟΛΥΞΕΝΙΔΗΣΙΜΩΝΟΣ
ΣΚΑΡΦΕΙ
ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΑΜΦΙ[ΟΥ]ΕΧΙΝ[ΑΙΩ]
ΦΑΝΑΣΙΠΠΩΦΙΟΛΥΧΟΥΦΑΡΣΑ[ΛΙΩ]
ΔΑΜΟΔΙΚΩΔΑΜΙΣΚΟΥ
ΣΚΟΤΟΥΣΣΑΙΩΙ
ΠΡΟΜΑΧΩΑΡΙΣΤΙΟΥΑΙΓΕΑΤΗ
ΑΙΣΧΙΝΗΚΑΙΑΝΔΡΟΝΙΚΩΙΤΟΥ
ΣΑΜΟΘΟΙΝΟΥΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤ[ΑΙΣ]
ΝΙΚΙΑΦΑΛΑΧΡΟΥΤΡΙΣΚΑΙ[Ω]
ΑΝΤΙΒΙΩΑΡΧΕΛΑΟΥ
ΦΑΛΑΝΝΑΙΩΙ

Et infra:

. . . . . . . . . . .
ΠΟΛΥΔΩΡΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΟ[Υ]
ΧΑΛΧΗΔΟΝΙΟΙΣ
ΛΛΥΠΗΤΩΑΛΥΠΗΤΟΥΚΑ[Ι]
. . . . . . . . .
. . . . . . . . .
ΒΥΖ . . . . . . Σ
ΕΒΙΑΤΩΕΒΙΑΤΟΥΝΕΩ
. . . . . . . . .

Supplementa supra posita ex Combio retinui.

[Τῷ δεῖνι τοῦ δεῖνος]
Ἀλιφηρεῖ,
[Γ]όργῳ Γόργου
Καφυεῖ,
Γελέᾳ Δαμοκρίτου
Τεγεάτ[ῃ],
Φιλίσκῳ Κυδιμάχ[ου]
Τροιζηνίῳ,
Καφεισοδώρῳ Μνασιμάχ[ου]
Λεβαδεῖ,
Τειμοκράτει Λύκωνος
Λαρυμναίῳ,
Αἰακίδῃ καὶ Χα[ι]ρεφάνῃ τ[οῦ] Ἀβύλου
Δελφοῖς,
Σωφάνῃ καὶ Ἀγελάῳ τοῦ Φίλωνος
Ἐλατεῦσιν,

Κλεωνύμῳ Τίμωνος
  Ἀβαί[ῳ],
Ἱέρωνι Ἀμφίου
  Ὀπουντίῳ,
Πολυξενίδῃ Σίμωνος
  Σκαρφεῖ,
Καλλισθένῃ Ἀμφί[ου]
  Ἐχιν[αίῳ],
Φανασίππῳ [Ο]ἰολί[κ]ου
  Φαρσα[λίῳ],
Δαμοδίκῳ Δαμίσκου
  Σκοτουσσαίῳ,
Προμάχῳ Ἀριστίου
  Αἰγεάτῃ,
Αἰσχίνῃ καὶ Ἀνδρονίκῳ τοῦ Σαμοθοίνου
  Μητροπολίτ[αις],
Νικίᾳ Φαλά[κ]ρου
  Τρι[κ]καί[ῳ],
Ἀντιβίῳ Ἀρχελάου
  Φαλανναίῳ,
[τῷ δεῖνι τοῦ δεῖνος καὶ]
Πολυδώρῳ Ἀπολλωνίο[υ]
  [Κ]αλχηδονίοις,
Ἀλυπήτῳ Ἀλυπήτου κα[ὶ]
[τῷ δεῖνι τοῦ δεῖνος καὶ
τῷ δεῖνι τοῦ δεῖνος]
  Βυζ[αντίοι]ς,
Ἐβιάτῳ? Ἐβιάτου?
  Νεω - - - -

Monumentum est victoribus militibus, qui in aliqua pugna ceciderant, exstructum; idque Müllerus noster in Böttiger. Amalth. T. III. p. 48 sqq. Atticum censet, truncum oleae iudicans esse Minervae oleam *πάγκυφον* et serpentem *τὸν οἰκουρὸν ὄφιν*, comparatque duo alia anaglypha valde similia, in quibus ipsa Minerva Polias, quae in hoc anaglypho non conspicitur, repraesentatur cultu prisco efficta; in iisdem figura muliebris alis instructa est, utpote Victoria. Sed vereor ne hoc Musei Britannici marmor non Atticum sit, quum praesertim Minerva Polias in hoc desit, neve hoc ipsum in alia civitate ad Atticorum monumentorum formam compositum sit, ideoque omissa Minervae imago. Nomen Atheniensis nullum inest; quamquam hoc non docet inscriptionem non esse Atticam (cf. n. 166.). Titulus eiusdem aetatis est cuius Delphicus n. 1706. et secundum ante Christum saeculum vix superat; hinc ingens in Iota subscribendo vel omisso vel addito inconstantia, hinc ει pro ῑ (Καφεισοδώρῳ vs. 7. Τειμοκράτει vs. 9.), hinc dativi in ῃ pro ει, ut Χαιρεφάνῃ, Σωφάνῃ, Καλλισθένῃ, de qua formatione alibi diximus. Nomina geographico ordine disposita sunt, primo loco Peloponnesiaca, tum Boeotica (de forma Λεβαδεὺς vide ad n. 1571. de Larymna Boeotis attributa monui in Introd. Boeot. c. II.), Delphica, Phocica, Locrica, Thessalica: inter haec habes nomina Echini, Pharsali, Scotussae, Metropolis, Triccae, Phalannae; sed in his mediis comparet Αἰγεάτης, qui vix potest ad Aegas Macedonicas s. Edessam referri. De gentilicio Αἰγεάτης cf. Steph. Byz. v. Αἰγαί. Desinitur in Chalcedone et Byzantio et alio loco nobis incognito. Milites hi omnes ex variis oriundi civitatibus videntur mercenarii fuisse: unde simul explicari potest, quod insunt Delphi, qui alias sacrorum tantum bellorum solebant participes esse. De singulis haec addo. Vs. 11. τοῦ dedi cum Comb. ut vs. 13. 24. licet τοῖς postulet accuratior usus. Ibidem correxi Χα[ι]ρεφάνῃ ex n. 1706. *Aeacidam* Delphum nota et cf. n. 1706. 1721. Quid quod n. 1706. iidem hi duo fratres scripti sunt: *ἀπέδοτο Πρᾶτον Πλιστάρχου, συνευδοκεόντων καὶ τῶν υἱῶν αὐτᾶς Αἰακίδα καὶ Χαιρεφάνεος.* Pater eorum est *Abylus*, cui cedet iam Babylus n. 1702. extr. a Chandlero illatus: nempe ibi lacuna nulla iam statuenda est (cf. lemma ad n. 1691.). Vs. 20. portentosum nomen certa expuli correctione. Vs. 26. **ΤΡΙΣ** pro **ΤΡΙΚ** est in lapide ipso. Vs. 31. praetuli corrigere [Κ]αλχηδονίοις quam Χαλ[κ]ηδονίοις. Vs. 36. nomen Ἐβίατος falsum iudico.

---

## 1937.

**Fragmen marmoreae tabulae in Museo Veronensi; ed. Maffeius p. XXXV. 2.**

. . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . ΓΡΑΨΑΝΤ . . . . . . .
. . . ΝΔΕΤΑΝΕΑΡΤΑΜ . . . . .
. . . ΚΑΔΕΜΗΗΙΤΟΥΑΓΡΙΑ . .
. . . ΑΙΤΩΝΚΑΡΥΚΩΝΑΙΚΑΚ . .
. . . ΕΤΑΡΤΑΙΟΠΩΣΑΙΠΕΡΚΑ . .
. . . ΘΑΙΤΟΥΤΑΙΚΑΙΤΙΜΩΜΕΝΟΣ .
. . . ΙΣΤΟΙΣΥΠΕΡΤΩΝΑΥΤΑΙ . .
. . . ΟΥΣΧΑΡΙΤΑΣΑΠΟΔΙΔΩ . .
. . . ΑΡΤΑΙΤΩΙΤΕΠΑΤΡΙΚΑ . .
. . . ΚΑΙΑΥΤΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣ . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . .

Hic discere licet, quam proclives in fragmentis interpretandis vel peritissimi ad errorem sint; quippe Maffeius vs. 4. *τῶν καρυκῶν*, bellariorum ut ait generis, et vs. 5. *περκῶν*, piscium, mentionem repperit, ut taceam cetera. Ni fallor, legendum vs. 2. τά]νδε τὰν ἑ[ο]ρτάμ (sequebatur μ, π vel φ, ψ), vs. 3. αἴ] κα δὲ μὴ ἦ τοῦ - - -, vs. 3. κ]αὶ τῶν καρύκων αἴ κα - - -, vs. 5. τ]ετάρτᾳ, ὅπως ᾇ (vel αἴ) πέρ κα (vel καί), vs. 6.

an τ[α]ύτᾳ? deinde καὶ τιμώμενος, vs. 7. πλε]ίστοις? ὑπὲρ τῶν αὐτ etc. vs. 8. ἀειμνήστ]ους χάριτας ἀποδίδω[σι. Hanc formulam petii e decreto Attico pro Lycurgo post vitt. X Oratt. Vs. 9. an τετ]άρτᾳ, ut vs. 5.? Vs. 10. καὶ αὐτοῖς καὶ τοῖς [ἐκγόνοις opinor, ut in aliis decretis huiusmodi.

## 1938.

Ibidem in basi arae formam referente; ex eodem p. XLII.

ΑΠΟΛΙΣ
ΝΕΙΡΑΝ...
ΑΛΕΞΑΙΕΡΑ
ΣΑΜΕΝΗΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕ
ΚΕΝΘΕΟΙΣ

Ἁ πόλις -- νειραν? [τὴν?] Ἀλέξα, ἱερασαμένην, ἀρετῆς ἕνεκεν θεοῖς. Nota mixtam dialectum.

## 1939.

A Fröhlichio accepit Bricherius Columbus; ed. Murat. T. IV. p. MCMLXXXIX. 5.

. . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . ΤΑΝΜΕΙΛΑΝ
ΜΑΤΕΡΑΚΛΕΟΞΕΝΚΑΙΝΙΚΩΝΟΣ
ΔΙΟΦΑΝΤΟΥΔΕΤΟΥΘΕΟΦΑ
ΝΕΣΤΓΥΝΑΙΚΑ
ΑΣΚΛΑΠΙΩΙΚΑΙΥΓΙΑΙ

- - - ματέρα Κλεοξέν[ου vel ας] καὶ Νίκωνος, Διοφάντου δὲ τοῦ Θεοφάνε[ος]? γυναῖκα, Ἀσκλαπιῷ καὶ Ὑγίᾳ.

## 1940.

Lapis Musei Naniani, aeri incisus ap. Biag. Mon. Gr. in fine operis n. 1. et in Mus. Nan. antt. coll. n. 173.

ΟΙΞΩΤΙΥΡ
ΩΙΣΤΕΦΑΝΩ..
ΑΤΟΝΑΝΔΡΑΑΓΑ
ΑΣΙΤΟΙΣΤΑΙΠΑ
ΧΑΙΤΑΙΑΓΑΘΑΙ

[Ὁ δᾶμος (vel simile) στεφαν]οῖ Ζώπυρ[ον (vel simile) etc. χρυσ[ῷ στεφάνῳ - - - [πρ]ᾶτον? ἄνδρα, ἀγα[θὸν? - - - π]ᾶσι τοῖς τᾷ πα[τρίδι - - - τύ]χᾳ τᾷ ἀγαθᾷ.

## 1941.

Venetiis, olim in Museo Antonii Capelli; ed. Maffeius Mus. Veron. p. CCCLXXIII. 10. et hinc Donatus p. 239. 4.

ΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟϹ
ϹΤΕΦΑΝΟΙΧΡΥ
ϹΩϹΤΕΦΑΝΩ
ΑΥΡΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΟΝΚΟϹΜΙΩϹ
ΒΙΟϹΑΝΤΑ

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Αὐρ. Ἀλέξανδρον κοσμίως βι[ώ]σαντα.

## 1942.

Sub anaglypho sepulcrali, in quo herma cum capite, quem manu tangit figura virilis palliata; titulus coronae insculptus est, sed inconcinne dispositis litteris et aliquot extra coronam additis. Ed. Biagi l. c. ad n. 1940. in epitaphiis n. 15. in aere. Idem exemplum est in Mus. Nan. antt. coll. n. 97.

ΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΕΤΙΜΗΣΕΙ
ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΝ
ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙ
ΡΕ:

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτίμησε[ν] Καλλίμαχον Καλλιμάχου. χρηστὲ χαῖρε.

De industria huc rettuli, quod titulus non mere epitaphius est, sed simul honorarius, ut n. 1944.

## 1943.

Lapis Musei Naniani aeri incisus ap. Biag. Mon. Gr. in fine operis tab. I. n. 3. et in Coll. antt. Mus. Nan. n. 174.

\ΟΛΛΩΝΚ
ΚΑΙΚΑΤΕΠΕΙ
ΣΚΑΙΤΩΝΠΡΟ
ΗΣΣΥΓΚΛΗΤΩΥ
ΚΟΣΜΗΣΑΝΤΗΝ
ΔΟΣΔΙΑΚΑ
ΤΟΝΕΤ'
ΙΑΠΟ‾
ΝΑ

Π]ολλῶν κ[αὶ μεγάλων
καὶ κατεπει[γ - - -
ἀξίω]ς? καὶ τῶν προ[γόνων
τ]ῆς συγκλήτ[ο]υ
ἐ]κόσμησαν τὴν - - - etc.

Restitui aliquot voculas ex aliorum decretorum formulis.

## 1944.

Lapis eiusdem Musei editus in aere ibidem, ap. Biag. n. 2. et in Coll. antt. Mus. Nan. n. 175.

ΑΝΟΥΤΕΠΙΝΙ
ΟΥΓΑΤΕΡΑΦΙΛΟ
ΑΝΗΡΩΙΔΑΗΜΗΤΗ
ΚΙΝΙΛΙΙΟΜΠΕΙΙ
Ψ . . Β

[τὴν δεῖνα - - - - -
θ]υγατέρα, φιλο - -
αν ἡρωΐδα ἡ μήτη[ρ
Λι]κινί[α Π]ομπ[η]ΐ[α.
Ψηφίσματι βουλῆς.

Erat sub statua defunctae; huc tamen rettuli ea ex causa, quam ad n. 1942. significavi.

## 1945.

Sub protoma virili Musei Naniani, ex aere Paciaudi Mon. Pelop. T. II. p. 150.

ΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΕΝ

---

## 1946.

In Museo Britannico (Spat. III.) extat anaglyphum pulchre sculptum, 2′ 7″$\frac{5}{8}$ latum, 1′ 7″$\frac{1}{4}$ altum, quod olim Dux Bedfordiensis possedit et a. 1805. Carolo Towneley donavit. Utrinque est columella; super his columellis est aliquid tecto simile. Ad dexteram adspectanti in cortina sedet Apollo, manu tenens nescio quid, quod hodie eo minus agnoscere licet, quum id instauratum novicio opere sit; adstant Diana et Latona, haec sinistra aliquid tenens, quod interpreti videtur thus esse; accedunt vir et duo pueri, veste Romana militari, capitibus, cruribus, pedibus nudis, laeva manu pectori admota; omnes figurae vultum in Apollinem convertunt. Infra est inscriptio partim evanida, partim attrita; alia pars, quum opus sarciretur, recisa est. Imaginem cum titulo dedit Taylor Combe l. c. ad n. 1936. P. I. tab. v. Solam imaginem, quae iam tum in Britannia fuit, a sese sartam exhibet sculptor Romanus Cavaceppius, Raccolta d' antiche statue etc. T. III. tab. I. (a. 1772.). Monumentum quin sit e Graecia, fortasse Delphis aut e Delo apportatum, cum Britannico editore non dubito. In titulo repraesentando quae arrosis litteris dedi, ea ex tabula aerea ductibus ab interprete exhibitis addidi.

ΧΑΙR . . . . . . . . . . . ΛΕΥΠΑΙΑΝΕΚΑΤΗΒοΛΑΠοΛ
ΠΟ.Κ . . . . . . . . . . . . . ΥΠΑΙΣΑΝΕΘΗΚΑΤοΔΕ

Fortasse: Χαῖρ[ε μάκαρ, βασι]λεῦ Παιάν, ἑκατηβόλ' Ἄπολ[λον.
Πο - - - - - - [ο]υ παῖς ἀνέθηκα τόδε.

## 1947.

In fragmine columnae rotundae palm. Rom. 1,7 alto. Ed. Paciaudus Monum. Pelop. Vol. I. p. 8. in aere, cum commentariis usque ad p. 136. quorum tamen maxima pars ad alia monumenta pertinet. Aes Paciaudianum repetitum est in Mus. Nan. antt. coll. n. 16. Litterae sunt maxime evanidae.

ΑΡΤΕΜΙΔΙΚΕΛΚΛΙΑΕ
ΚΟΛ:ΕΙΡΙΟΣΣΟΥΠΕΡ
ΒΟϹΚΑΙΚΛΑΥΔΙΑΝΕΙΚΗ
ΦΟΡΙϹΤΟΩΡΟΛΟΓΙΟΝ
ΚΑΙΤΟΝΚΕΙΟΝΑΚΑΙΤΗΝ
ΒΑϹΙΝΕΚΤΩΝΙΔΙΟΝ
ΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΑΝ
ΥΞΙΟΔΙΑΚΟΝΟΥΝΕϹ
ΕΠΗΕΡΕΙΑϹΚΛΑΥΔΙΑϹ
ϹΩΕΟϹΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥΛΕ
ΙΟΥΛΙΟΥΘΕΑΓΕΝΟ

Ἀρτέμιδι Κελκ[α]ίᾳ [Σ(έξτος)] Κο[μ]εί[ν]ιος Σουπέρβος καὶ Κλαυδία Νεικηφορὶς τὸ ὡρολόγιον καὶ τὸν κείονα καὶ τὴν βάσιν ἐκ τῶν ἰδί[ω]ν κατεσκεύασαν ὑ[π]οδιακονοῦν[τ]ες, ἐπ[ὶ ἱ]ερείας Κλαυδίας Σω[σ]ο[ῦ]ς, ἐπιμελητοῦ [δ]ὲ Ἰουλίου Θεαγένο[υ.

Titulus ubi repertus sit ignoratur; Atticum putes, ut alia quaedam Naniana: sed coniectura incerta est. Vs. 1. Ἀρτέμιδι Κελκαίᾳ est, qua firmatur optimorum librorum lectio apud Arrian. Exp. Alex. VII, 19. ubi memoratur antiquum Athenis τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Κελκαίας ἕδος. Hoc vidit iam Pac. sed ignorant Arriani interpretes. In fine ΑΕ Paciaudo lapicidae vitium visum est; quod non probabile. Sed id cave prisco Boeotico et vulgari Romano usu putes esse pro ΑΙ: potius crederes in lapide tantopere attrito fuisse ΑΙ, nisi ea aetate, qua sculptus hic titulus, Iota dativi omitti soleret. Omnino praestat Ε mutare in Ϲ; quod verum esse statim intelligitur. Nempe vs. 2. Pac. mire legit Κολείριος, quae vox portentosa est. Post ΚΟΛ exigua est lacuna, quam aes duabus notat lineolis, et praecedens Λ non esse integram litteram, exigua eius forma docet. Certa est correctio [Σ.] Κο[μ]εί[ν]ιος: Sexti praenomen in Cominiis usitatum fuisse docet vel S. Cominius eques Romanus ap. Cic. Verr. Ad horologii hanc dedicationem cf. in Atticis n. 522. De horologiis ipsis multa dixit Pac. p. 38 sqq. Mox male Pac. κατεσκευάσαντο et ὑποδιακονούσης, quocum coniungit nomen Σώγιος absonum, fictum e vs. 10. Nos dedimus ὑποδιακονοῦντες: ΝΕϹ muta in ΝΤΕϹ vel ΝΤΕϹ. Vs. 10. pro ΕΟϹ lege ϹΟΥϹ; Σωσὼ nomen notum est. *Sacerdotem* intellige *Dianae*, *curatorem* vero *templi*, ut ἐπιμελητὴς τοῦ ἱεροῦ est in titulo, qui in portu Traiani repertus est, et *curatores templi* habentur etiam apud Romanos in inscriptionibus. In fine cave Θεαγένους scribas: littera Ϲ non opus est.

## 1948.

In lapide fracto Musei Naniani; aeri incisum praebent Biagi Mon. Gr. in fine operis tab. I. n. 4. et Coll. antt. Mus. Nan. n. 176.

ΧΗ .
ΩΣΙΙ
ΑΝΤΙΟΧΟΥΤ..ΙΕΡΟΦΑΝ
ΥΝΗΤΗΝΑΝ ΟΝοΙΚο
ΘΜΩΣΑΣΑΚΑΙ οΝΠΑ
ΝΤΟΙΧΟΝΚΑΤΑ/ ΄ΕΥ
ΣΥΝΤΗΠΥΛΙΔΙΑι
ΤΩΕΙΠΦΑΝΕΣΤΑΤΩ
ΙΥΣΩΕΥΒΟΥΛΕΙΚΑΙΤΟΙΣ
Τ'/ ΤΝΓ

Ἀγαθῇ τύ]χῃ. [ἡ δεῖνα τοῦ δεῖνος,] Ἀντιόχου τ[οῦ] ἱεροφάν[του γ]υνή, τὴν ἄν[οδ]ον οἰκο[δο]μ[ή]σασα καὶ [τ]ὸν π[λησίο]ν τοῖχον κατα[σκ]ευ[άσασα] σὺν τῇ πυλίδι ἀ[νέθηκε] τῷ ἐ[πι]φανεστάτῳ [θεῷ Διον]ύσῳ Εὐβου[λ]εῖ καὶ τοῖς [συννάοις θεοῖς?]

Εὐβουλεὺς est mysticum Bacchi cognomen ex Orphicis potissimum cognitum; itaque hierophantae uxorem huic aliquid dedicare consentaneum est. Titulum possit aliquis ad Attica sive Eleusinia referre: sed hierophantae fuerunt etiam alibi, ut Lernae (vide ad n. 405.), Epidauri (n. 1176.) etc. Hierophantae Attici nomen proprium utrum pronunciare licuerit necne, quaesivi ad n. 190. hoc loco nominatur hierophanta *Antiochus*; sed non constat Atticum esse. In fine συννάοις θεοῖς ex more dedi, non tamen addicentibus aeris ductibus vs. 10. qui quidem valde incerti videntur.

## 1949.

Ad urbem *Atestinorum* in Venetis plura Graeca marmora dicuntur simul effossa esse, sed ea talia, quae vix credibile sit ibi posita esse: potius Venetorum aliquis ea eo detulisse videtur; mox humo obruta postea rursum detecta sunt. Hoc etiam Venetiis semel et iterum accidisse scio. Huc igitur refero monumentum non ignobile a. 1710. in illa urbe effossum. Aeri incisum est in libro postumo Comitis Camilli Silvestrii Rhodigini, cui index: In anaglyphum Graecum interpretatio posthuma, cui accedunt dissertationes duae epistolares, altera Io. Mariae Laucisii, altera Blasii Caryophili, cura Io. Olivae Rhodigini vulgatae, Rom. 1720. 8. p. 28. Tum iterum dedit Montfauc. Ant. expl. Supplem. T. I. p. 190. tab. 73. et prolixam addidit explicationem p. 188-198. Tabula nimis minuta expressit Maffei. Mus. Ver. p. XLVII. 7. (cf. p. LVI.) et verborum ordinem in interpretatione sua prorsus pervertit. Nuperrime descripsit Thierschius noster Itin. Ital. T. I. p. 70. qui vidit in Museo Veronensi n. 555. Cf. etiam Act. Erudit. 1723. Febr. p. 98. Anaglyphum describo accurate. Marmor longum fere 23'' Paris. reg. altum 13''. Ad sinistram adspectanti in basi collocati sunt Dioscuri, corporibus velatis vel potius prorsus involutis, si pedes ad genua usque exceperis; ipsa brachia cum manibus operta involucro; pedes tibialibus tecti; facies utriusque ita est attrita, ut vultus agnosci nequeat; capita pileis tecta sunt dimidii ovi formam habentibus, ut solent Dioscurorum pilei fingi. In Maffeiana tamen delineatione palliis induti sunt, brachium dexterum nudum, non ut in maiore priorum delineatione, involutum; vultus non detritus; pileorum ne vestigium quidem: neque hos vidit Thierschius, quum Dioscurorum has imagines pro sociis Argenidae nautae habuerit, de quo statim dicam. Haec notent velim isti imaginum aeri incisarum admiratores. Ante Dioscuros est ara, cui duo insistunt urcei sive diotae, ad quarum eam, quae ad dextram est, quasi ex aëre advolans adrepit serpens ita, ut eius caput operculo propinquum sit. Iuxta hanc aram est minor ara, in cuius latere super eius basi aper effictus est setis horridis in altum surgentibus. Ante aram Argenidas, qui dedicavit monumentum, pallio amictus in basi collocatus est, dextera diotas versus offerens aliquid, quod quid sit nolo coniicere (pateram dicunt interpretes); pone hunc navicula expressa est in portu littori appulsa, in quo quattuor homines nudi proiecti sunt; etsi in antiquiore delineatione duo ex his vel tres sedentibus sunt similiores. Ibidem prope hos bestiae quaedam species et quasi umbra comparet. Ad dextram in summo angulo aedes videtur ichnographice delineata esse. Sub hac legitur:

...ΚΕΙοΝ [Ἀνά]κειον.

Infra universum anaglyphum sunt haec:

ΕΥΧΑΝ
ΑΡΓΕΝΙΔΑΣΑΡΙΣΤοΓΕΝΙΔΑΔΙοΣΚοΡοΙΣ Ἀργενίδας Ἀριστογενίδα Διοσκόροις εὐχάν.

Vox εὐχὰν manifesto in fine ponenda est. Litterarum formas dedi ex antiquioribus delineationibus: Α primum etsi evanuisse dicitur, ex Maff. addidi. Titulus Corcyraeis similis est, si litterarum formam spectes: ibi cultos Dioscuros vidimus n. 1874. facileque is potuit ex Corcyra in Venetos translatus esse. Ceterum hi Dioscuri in hoc monumento Cabiri sunt; unde etiam urcei et vestitus singularis. Argenidas pro navigatione votum exsolvit Dioscuris Cabiris; quattuor illi in littore homines nautici videntur ministri esse e navi egressi et in littore recubantes. Serpens videtur salutis symbolum.

## 1950.

Ara Musei Naniani, ap. Biag. Mon. Gr. p. 5. et in Coll. antt. Mus. Nan. n. 13. aeri incisa. Explicuit Biagi p. 5-22. In summo plintho legitur:

ΑΝΕΘΙ - - -

Infra hoc in latere arae:

ΛΓΛΘΗϹ
ͻΤΥΧΗϹΙϹ
ͻΛΘΗΝΛϹ
ϹΥΝΤΡΟΦΟΥ
ΚΑΤΑΟΝΛΡ

Ἀνέθ[ηκεν] Ἀγαθῇ τύχῃ Ἰ(ουλία) Ἀθηνᾶ Συντρόφου κατὰ ὄναρ. Sic Biag. nec novi melius: etsi insolens est I. pro Ἰουλία, nec mihi cognitum nomen Ἀθηνᾶ. Sed ut Ἀφροδίτη et Φοίβη nominatae mulieres sunt, potuerunt etiam Ἀθηναῖ dictae esse; nec quidquam huc pertinet illa quaestio, an Atticae mulieres potuerint Ἀθηναῖαι (pro Ἀττικαὶ s. ἀσταί) dici: quamquam ne hoc quidem sine exemplo est. Ἀγαθῇ τύχῃ hic non formula est illa in decretis et aliis monumentis publicis usitatissima; sed ipsi *Bonae Fortunae* ara dedicata est. Quamobrem Biag. prolixam de Fortunae apud Graecos divinitate dissertationem addidit p. 25-52.

# PARS DECIMA.

## INSCRIPTIONES MACEDONIAE ET THRACIAE.

Quum harum terrarum late patentium paucae et longis spatiis inter se dissitae inscriptiones supersint, locique ipsi, ubi illae repertae, nullo interiore reipublicae nexu sint coniuncti, satius visum est titulos ordine mere geographico, quam per classes digerere. Progrediar autem a finibus Thessaliae et in ora Euxini Thracica desinam.

---

### 1951.

Persequar primum *oram maritimam Macedoniae inde a Thessalia usque ad Thessalonices viciniam.* Primum hic nobis in *Pieria* occurrit flumen *Pellica* inter oppida Platamonum et Katherin, haud procul a loco Katherin: in huius traiectu, in via inter illa oppida, rudera conspiciuntur Dorici ordinis templi, inter quae aliquot inscriptiones vidit Clarkius. Hic fluvius mistus cum alio, qui ad Katherin etiam propior est, nomine Mauro-Neri, effunditur in sinum Thermaicum. Platamonus Clarkio est Heraclea s. Heracleum Macedoniae aut Thessaliae, et Katherin Dium Pieriae: sed *Dium* constat esse Platamonum (ἡ Πλαταμὼν dicitur media aetate, vide Mannert. Geogr. T. VII. p. 511.); Katherin Mannerto (ib. p. 509.) fere *Pydnae* in loco positum esse videtur: at Pydna est Κίτρος, in septentrionem a loco Katherin. Itaque templum illud *inter Dium et Pydnam* situm est. Tituli ibi tres reperti sunt (Clark. Itin. P. II. S. III. p. 508.).

ΚΟΜΙΝΙΑΑΝΤΙΓΟ
ΝΑΤΙΤѠΤΙΒЄΡΙΑ
ΝѠΠΑΡΜЄΝΙѠΝΙ
ΤѠЄΑΥΤΗCΑΝΔΡΙ
ΜΝЄΙΑCΧΑΡΙΝ

*Κομινία Ἀντιγόνα Τίτῳ Τιβεριανῷ Παρμενίωνι τῷ ἑαυτῆς ἀνδρὶ μνείας χάριν.*

### 1952.

*Ibidem* (ed. idem).

ΝΕΙΚΙCΕΡΒΙCѠ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗ
ΤѠΥѠΜΝΕΙ
ΑCΧΑΡΙΝ

*Νείκ[η] Σερβίῳ Ἡρακλείδῃ τῷ υἱῷ μνείας χάριν.*

Vs. 1. IC muta in HC, et CѠ in Ѡ, quod videtur paulo latius scriptum fuisse.

### 1953.

*Ibidem* in basi (ed. idem).

ЄΜΝΗCΘΗ
CΑΝΤΑΤЄ
ΚΝΑΑΥΡΗ
ΛΙΟΥΛΥΚΟ
ΥΤΟΥΠΑΤΡΟ
CΔЄΙΛΛΟΥΚ
ΙΛΑΟΥΑΛЄΡΙ
ΑΝΟCΙΠΠΟΙΑΤ
ΡΟCΥΟCΙΠΠΟΙ
ΑΤΡΟΥΜΝЄΙΑ
CΧΑΡΙΝ

*Ἐμνήσθησαν τὰ τέκνα Αὐρηλίου Λύκου τοῦ πατρός, Δεῖ[α], Λουκίλα, Οὐαλεριανὸς ἱπποΐατρος υἱὸς ἱπποϊάτρου, μνείας χάριν.*

Mira est haec inscriptio, quam tamen aliter in ordinem redigere nequeo, nisi ut statuam patri eam posuisse filias duas et filium. Δεῖα est Δῖα, a noto nomine proprio Δῖος s. Δεῖος; Λουκίλα est p. Λούκιλλα; Valerianus non proprio nomine, sed appellativo *Hippoiatrus* videtur vocatus esse et simul additum, patrem quoque, qui iam ante nominatus est, veterinarium fuisse; quod ita est enunciatum, ut veterinarius Valerianus veterinarii diceretur filius.

---

### 1954.

In vico quodam, qui trium horae quadrantium spatio a loco Katherin situs in valle est, ad sinistram ei, qui *Pydnam* iter faciat, inter rudera. Ed. Clarkius l. c. p. 324.

ΟΥΛΠΙΑΕΡΜΑΙΟΥ
ΟΥΛΠΙωΡΟΥCΤΙ
ΧωΤωΓΛΥΚΥΤΑ
ΤωΑΝΔΡΙΕΚΤωΝ
ΕΚΕΙΝΟΥΕΚΕΙΝω
ΚΑΙΕΑΥΤΗΤωΓ
ΜΝΕΙΑCΧΑΡΙΝ

*Οὐλπία Ἑρμαίου Οὐλπίῳ Ῥουστι[κ]ῷ τῷ γλυκυτάτῳ ἀνδρὶ ἐκ τῶν ἐκείνου ἐκείνῳ καὶ ἑαυτῇ [ζ]ῶ[σα], μνείας χάριν.*

## 1955.

Horae spatio a loco Katherın *Pydnam* versus in muro aediculae prope viam, in cippo. Ed. idem ib. p. 325.

ωΦЄΛΙ
ωΝωΦЄ
ΛΙωΝΙΤω
ΠΑΤΡΙ..ΝЄΙ
ΑCΧΑΡΙΝ

Ὠφελίων Ὠφελίωνι τῷ πατρὶ μνείας χάριν.

---

## 1956.

Kozani est pagus (κωμόπολις Meletio Geogr. p. 389.) Macedoniae haud procul a Saringioli, a loco Katherin et *Pydna* in occidentem, sex fere miliaribus Germanicis ab ora maritima, fere ubi D'Anvillius *Agassam* indicat. Ibi Leakius repperit hanc inscriptionem, quam ex Mülleri schedis edo.

ΚΡΙϹΠΟϹΜΕΤΑΤΗϹ
ΤΑΤΡΟϹΚΡΙϹΠΕΙΝΑϹ
ΖωΝΕΤΙΚΛΕΟΠΑΤΡΑΝ
ΤΥΜΒΙΟΝΦΙΛΑΝΔΡΙΑϹЄΝΕΚΝ

Infra litteris maioribus:

ΧΑΙΡΕΤΕΗΡWΕϹ
ΧΙΡΕΚΑΙϹΥΚΕΥΟΔΕΙ

Κρίσπος μετὰ τῆς [θυγ]ατρὸς Κρισπείνας ζῶν ἔτι Κλεόπατραν τύμβιον, φιλανδρίας ἕνεκεν.

Χαίρετε ἥρωες.

Χαῖρε καὶ σὺ κ(αὶ) εὐόδει.

Defunctis (illati enim post Cleopatram alii videntur) acclamatur: *Valete heroes.* Defuncti respondent viatori: χαῖρε καὶ σύ etc. Haec ratio maxime ex Diodorae cuiusdam monumento pridem constat, in quo est: Διοδώρα χρηστὴ χαῖρε. καὶ σύ γε. Simile habes n. 1961. et in Thessalonicensibus n. 1982. est χαίρετε, et dein καὶ σὺ πολλά (χαῖρε), τίς (hoc est ὅστις) ποτ' εἶ, ac n. 1987. χαῖρε et tum χαῖρε καὶ σύ, τίς [ποτ'] εἶ; postremo n. 1988. *b.* ad haec exempla emendavi: Πωλίων χαῖρε. χαῖρε καὶ σύ [γ]ε, [τίς] ποτ' εἶ.

---

## 1957.

*Pydna* olim Κύδνα vocata est, qua de re satis constat. Hinc fluxit nomen Κίτρον s. τὸ Κίτρος, etiam Κίτρο; et Κίτρον esse Pydnam docent Excerpta ex Strabonis lib. VII. ubi hoc nomen addidit excerptor. Hodie pagus (κωμόπολις) est Κίτρος in septentrionem ab oppido Katherin trium horarum spatio (Clark. Itin. P. II. S. III. p. 326.); sedem episcopalem esse et alii et Meletius Geogr. p. 391. notant. Hic (ἐν τῇ ἐπισκοπῇ Κίτρους) inscriptio reperta est, quam Ge. Dousa de Itin. Constantinop. p. 105. et ex Dousanis, sed quantum video non ex impressis, Gruterus p. DCCXCVIII. 4. refert, ille minusculis, hic ita:

ΚΑΣΙΟΝΣΕΚΟΥΝΔΟΝ
ΑΒΙΑΜΑΞΙΜΑ
ΤΟΝΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑ
ΝΕΩΧΑΡΙΝ

Omisi puncta vocabulis interposita.

Κάσιον Σεκοῦνδον Ἀβία Μαξίμα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα [μ]νε[ίας] χάριν.

---

## 1958.

Novem quae sequuntur inscriptiones minusculis et versibus non distinctis edidit Ge. Dousa de Itin. Constantinop. p. 105-106. quantum video non ab ipso, sed a Theodosio Zygomala ex lapidibus transcriptas. Easdem quum Gruterus e Dousanis reddiderit maiusculis nec sine varietate lectionis, et circumductis ut plurimum lineis, quae apud Dousam non sunt, videtur ille aliis Dousae exemplis manuscriptis usus esse, non tamen ab ipso Dousa acceptis, quem quidem in eorum tantum indice posuerit, qui illi scriptis profuerant publicis. Lemma apud Dousam titulis n. 1959. 1963. 1965. 1966. praefigitur hoc: Ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ τοῦ Πέτρας πλησίον τῆς Θεσσαλονίκης ἐν χώρᾳ Κουντουριώτισσα καλουμένη, ὅπου ἐγένετο πόλις Παυρίσιον; ceteris (n. 1958. 1960. 1961. 1962. 1964.) praefixum est ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς παρασκευῆς: et hi post priores positi sunt. Grutero ex his n. 1958. circa Thessalonicam, n. 1960. non longe ab eadem, n. 1961. prope Thessalonicam, n. 1964. circa Thessalonicam reperti dicuntur; n. 1962. apud eundem habet lemma idem quod in Dousanis n. 1959. etc. omissis ultimis (ὅπου ἐγένετο πόλις Παυρίσιον). Quibus spectatis hos novem titulos eiusdem iudico loci esse. Locum illum qui Κουντουριώτισσα dicitur, non novi; ἐπαρχίαν, quae Πέτρα vocatur, Meletius Geogr. p. 389. dicit Pelion, Ossam, Olympum, Tempe comprehendere. Verba eius ipsa appono: Ἕπεται τελευταῖον νὰ εἰποῦμεν καὶ περὶ τῆς Μαγνητικῆς χώρας, ἡ ὁποία καὶ Μαγνησία καλεῖται, εὑρισκομένη μεταξὺ τοῦ Θερμαϊκοῦ κόλπου πρὸς βορέαν καὶ τοῦ Πελασγικοῦ πρὸς μεσημβρίαν, καὶ ἔχουσα ἐκ δυσμῶν τὴν Φθιῶτιν καὶ Πελασγιῶτιν τὰς χώρας τῆς Θετταλίας καὶ ἀπὸ βορέως τὴν Πιερίαν κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν. πρὸς ἀνατολὰς ταύτης εἶναι ἡ Μαγνησία ἄκρα, ἡ ὁποία κοινῶς λέγεται ὑπό τινων Κάβος τοῦ ἁγίου Γεωργίου καὶ ὑπ' ἄλλων Κάβο Βερλίκι. εἰς αὐτὴν τὴν ἐπαρχίαν εἶναι τὸ Πήλιον ὄρος, ἡ Ὄσσα καὶ Ὄλυμπος, ὁμοίως καὶ τὰ Τέμπη. οἱ ἐγκάτοικοι ταύτης καλοῦνται Μάγνητες. κοινῶς λέγεται αὕτη ἡ ἐπαρχία Πέτρα, τῆς ὁποίας τὸ ὄνομα τάζεται εἰς τὸν Ἐπίσκοπον ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης Μητροπολίτην ὄντα. Quum ex his tum ex locis, quos Meletius postea designat, ἐπαρχία Πέτρα est orientalis Thessalia a promontorio D. Georgii usque ad Pieriam. *Petram* vicum Turcicum novem miliaribus Gallicis a Larissa memorat Pouquevillius Itin. T. III. p. 68. Quum tamen non viderem, cur prope Thessalonicen, non prope Larissam, urbem satis notam, reperti hi tituli dicerentur, nisi propius ad *Thessalonicen* reperti essent, satius duxi hoc eos loco ponere quam in Thessalicis, quum praesertim hi tituli Thessalonicensibus similes nominibus

multis sint, de quo in singulis aliquoties monebo, et praesertim n. 1965. sepulcrali titulo impositus annus sit, quod in Thessalonicensibus titulis factum videbimus.

Primus titulus praeter Dousam l. c. exhibetur a Grutero p. DCCLX. 6. et hinc apud Fleetwood. p. 279. 3. et apud Gruterum quidem hac forma:

ΑΥΡΗΛΙΑΑΡΤΕΜΙΔΩΡΑΖΩΣΑ
ΤΟΝΔΕΤΑΦΟΝΤΕΥΞΕΝΕΚΚΟΙΝΩΝΚΑΜΑΤΩΝΑΥΤΗ
ΚΑΙΦΙΛΙΩΑΝΔΡΙΤΟΥΝΟΜΑΔΗΜΗΤΡΙΩ
ΖΗΣΑΣΑΕΤΗΤΕΣΣΑΡΑΚΑΙΕΝΝΕΑΜΗΝΑΣ
ΚΕΙΣΑΙΕΝΚΟΙΝΩΤΑΦΩΑΞΙΟΣ
ΗΣΕΓΕΝΟΥΣΟΦΙΑΣ
ΕΙΔΕΟΚΛΗΡΟΝΟΜΟΣΟΕΜΟΣ
ΠΑΡΑΠΕΜΨΗΤΙΤΟΥΤΩΝΔΩΣΕΙ
ΤΩΤΑΜΙΕΙΩΠΡΟΣΤΙΜΟΥ Ӿ ΨΝ

Puncta vocibus interposita hic et in ceteris octo titulis omisi. Dousa Iota subscriptum addit exceptis vocabulis Δημητρίω et παραπέμψη. Idem vs. 4. ζησα τεσσαρα, vs. 9. Ӿ minutum habet.

Αὐρηλία Ἀρτεμιδώρα ζῶσα τόνδε τάφον τεῦξεν ἐκ κοινῶν καμάτων αὑτῇ καὶ φιλίῳ ἀνδρὶ τοὔνομα Δημητρίῳ, [συ]ζήσασα? ἔτη τέσσαρα καὶ ἐννέα μῆνας. κεῖσαι ἐν κοινῷ τάφῳ ἄξιος ἧς ἐγ[εύ]ου σοφίας. εἰ δὲ ὁ κληρονόμος ὁ ἐμὸς παραπέμψῃ τι τούτων, δώσει τῷ ταμιείῳ προστίμου δηνάρια ψν̄.

Quae insignivi diductis litteris, carminis speciem habent. Verba εἰ δὲ etc. referuntur ad solita in sepulcris iussa, quae hic exciderint necesse est. Κληρονόμων mentio fit etiam in Thessalonicensi n. 1981. Ad formulam ἐκ κοινῶν καμάτων cf. verba tituli Thessalonicensis n. 1977. ἐκ τῶν κοινῶν κόπων. Multae τῷ ταμιείῳ solvendae frequens mentio in Thessalonicensibus; vide lemma ad n. 1967. et titulos n. 1992. 1993.

## 1959.

Vide ad n. 1958. Praeter Dousam Gruterus p. DCCLXXXIII. 9. habet forma hac:

ΤΙΤΙΑΦΛΑΥΙΑΕΠΙΦΑΝΕΙΑ
ΑΥΡΗΛΙΩΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΩ
ΚΑΙΤΑΤΕΚΝΑΑΥΤΟΥΕΚ
ΤΩΝΕΚΕΙΝΟΥΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝ

Dousa addit Iota subscriptum. Vs. 2. Grut. ΑΥΡΕΛΙΩ, quod ex Dousanis correxi.

Τιτία Φλαυΐα Ἐπιφάνεια Αὐρηλίῳ Ὀλυμπιονίκῳ καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐκ τῶν ἐκείνου μνείας χάριν.

De industria verba καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ post viri nomen posita sunt. De illo ἐκ τῶν ἐκείνου cf. titulum Macedonicum n. 1954. Formula μνείας χάριν in Thessalonicensibus titulis ut in his Dousanis frequentissima est et longe frequentior quam μνήμης χάριν.

## 1960.

Cf. ad n. 1958. Praeter Dousam praebent Gruterus p. DCCCXLI. 2. et ex hoc Fleetwood p. 292. 1. Gruteriana forma haec est:

ΟΥΛΠΙΟΣΑΓΑΘΟΜΟΡΟΣ
ΧΡΗΣΤΗΤΗΣΥΜΒΙΩ
ΧΡΗΣΤΟΝΒΙΟΝΒΡΑΧΥΝ
ΙΔΟΥΣΑΕΝΘΑΔΕΚΟΣ
ΜΟΥΜΑΙΛΙΘΩ
ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ

Dousa addit Iota subscr. Vs. 4. Grut. ΕΝΤΑΔΕ, quod ex Dousa correxi.

Οὔλπιος Ἀγαθόμορος Χρήστῃ τῇ συμβίῳ.
Χρηστὸν βίον βραχὺν ἰδοῦσα ἐνθάδε
κοσμοῦμαι λίθῳ
μνείας χάριν.

Metricum aliquid vel metri speciem quaesivit auctor, sed excidit ausis. Cf. n. 1958.

## 1961.

Vide ad n. 1958. Gruterus p. DCCCXLI. 4. sic:

ΟΥΛΠΙΟΣΕΠΙΚΤΗΤΟΣ
ΕΥΤΥΧΙΑΝΗΤΗΓΛΥΚΥ
ΤΑΤΗΣΥΜΒΙΩΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ
ΕΥΤΥΧΕΙΤΕΧΑΙΡΕΤΕ

Dousa addit Iota subscr. idem vs. 1. Ὄλπιος.

Οὔλπιος Ἐπίκτητος Εὐτυχιανῇ τῇ γλυκυτάτῃ συμβίῳ μνήμης χάριν. Εὐτυχεῖτε, χαίρετε.

*Eutychianum* offert etiam Thessalonicensis titulus n. 1990. Verba εὐτυχεῖτε, χαίρετε defuncta acclamat superstitibus. Cf. ad n. 1956. ubi similia ex ipsis quoque Thessalonicensibus contuli.

## 1962.

Vide ad n. 1958. Gruterus p. DCLXXX. 7. sic:

ΕΞΕΥΣΕΒΟΥΣΕΡΕΝΙΟΣΔΙΟΝΥΣΑΣ
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΩΤΩΤΕΚΝΩ
ΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝ

Dousa addit Iota subscr.
Ἐξ εὐσεβοῦς (formula haec insolita) Ἑρέν[ν]ιος Διονυσᾶς Διονυσοδώρῳ τῷ τέκνῳ μνείας χάριν.
*Herennios* habes etiam in Thessalonicensi n. 1982.

## 1963.

Vide ad n. 1958. Gruterus p. DCCLXXX. 6. hac habet forma:

ΕΠΑΦΡΑΣΖΩΣΙΜΗ
ΤΗΙΔΙΑΣΥΜΒΙΩ
ΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝΤΗ
ΓΛΥΚΕΙΑ

Dousa excepto τη addit Iota subscr. Gruterus male ΕΠΑΦΡΑΖΣΩ etc. Dousa quod dedi.
Ἐπαφρᾶς Ζωσίμῃ τῇ ἰδίᾳ συμβίῳ, μνείας χάριν τῇ γλυκείᾳ.

## 1964.

Vide ad n. 1958. Gruterus p. DCCLXXX. 9. sic:

ΕΡΩΣΛΟΝΓΙΝΑΤΗΓΛΥΚΥΤΑΤΗ
ΣΥΜΒΙΩΚΑΙΠΟΛΥΧΑΡΜΩΜΝΕΙΑΣ
ΧΑΡΙΝ

Dousa excepta voce Λονγινα addit Iota subscr.
Ἔρως Λονγίνᾳ τῇ γλυκυτάτῃ συμβίῳ καὶ Πολυχάρμῳ μνείας χάριν.
*Polycharmus* videtur filius esse Erotis et Longinae, et fortasse excidit τῷ υἱῷ. *Polycharmum* offert etiam Thessalonicensis titulus n. 1980.

## 1965.

Vide ad n. 1958. Gruterus p. DCCLXXXI. 3. sic:

ΕΥΤΥΧΗΣΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ
ΤΗΣΥΜΒΙΩΚΑΙΚΥΡΙΑ
ΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝΕΤΟΥΣΖC

Dousa addit Iota subscr.

Εὐτύχης Στρατονίκῃ τῇ συμβίῳ καὶ κυρίᾳ μνείας χάριν, ἔτους ζσ̄.
Annus est 207, sed a qua epocha non constat. Si titulus Macedonicus est (nec dubito quin sit), epocha fuerit una ex illis, quae in Thessalonicensibus titulis comparent (vide ad n. 1970.), et credo ea, quae n. 1970. primo loco ponitur, recentior, abolita priore. Sic annus fuerit ab u. c. 930.

## 1966.

Vide ad n. 1958. Gruterus p. DCCCXCVIII. 9. exhibet hac quam reddimus forma. Ex Grutero habent Fleetwood p. 301. 5. sed vitiose, Brunck. Lectt. p. 303. (cf. Iacobs. Anthol. Animadv. T. III. P. II. p. 288.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 248. p. 835. (cf. Nott. T. III. p. 940.).

ΜΟΙΡΑΙΚΑΙΛΗΘΗΜΕΚΑΤΗΓΑΓΟΝΕΙΣΑΙΔΑΟ
ΟΥΠΩΝΥΜΦΕΙΟΥΘΑΛΑΜΟΥΚΑΙΠΑΣΤΑΔΟΣΩΡΗΣ
ΓΕΥΣΑΜΕΝΟΝΑΘΙΓΗΣΔΕΛΙΠΟΝΦΑΟΣΗΕΛΙΟΙΟ

Vs. 1. Grut. et posteri male ΜΟΙΡΗ, quod ex Dousa emendavi. Vs. 3. Reinesius (vide ad Grut.) γευσαμένην recte correxit ob ἀθιγής, quod virginis est.

Μοῖραι καὶ Λήθη με κατήγαγον εἰς Ἀΐδαο
οὔπω νυμφείου θαλάμου καὶ παστάδος ὥρης
γευσαμέν[η]ν, ἀθιγὴς δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.

---

## 1967.

Accedo ad *Thessalonicam* ipsam. De cuius historia et monumentis qui scripsit Belleius Hist. Acad. Inscr. T. XXXVIII. is a Consule Franciae *Germain* a. 1746. plures titulos Thessalonicenses Parisios esse missos docet, ut fragmentum, ex quo verba ΠΟΛΙΤΑΡΧΟΥ ΜΑΡΚΟΥ refert (p. 125. cf. p. 133.): in alio titulo (Germ. n. 31.) Thessalonicae servato primae provinciae mentio inesse dicitur, ΜΑΚΗΔΟΝΩΝ ΠΡωτης; in duobus aliis (Germ. n. 37. 39.) multa mille et quadringentorum denariorum ΙΕΡΩΤΑΤΩ ΤΑΜΕΙΩ solvenda memoratur (vide Bell. p. 133.). Praeterea in illis inscriptionibus refertur ea quam n. 1968. praebemus. Ceteras quattuor desidero; neque eae Parisiis reperiri potuerunt, etsi non defuit amicorum cura intentissima. Quas collegi Thessalonicenses, hae sunt. Primam edidit Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 2. p. 48. et ex schedis Bimardi Murat. T. II. p. DXCV. 2. cum Latina Bimardi translatione.

ΠΟΛΕΙΤΑΡΧΟΥΝΤΩΝΣΩΣΙΠΑΤΡΟΥΤΟΥΚΛΕΟ
ΠΑΤΡΑΣΚΑΙΛΟΥΚΙΟΥΠΟΝΤΙΟΥΣΕΚΟΥΝΔΟΥ
ΤΟΥΑΥΛΟΥΦΛΑΟΥΙΟΥΣΑΒΕΙΝΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥΤΟ
ΥΦΑΥΣΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥΤΟΥΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣΖΩ
ΙΛΟΥΤΟΥΠΑΡΜΕΝΙΟΝΟΣΤΟΥΚΑΙΜΕΝΙΣΚΟΥΓΑΙΟΥΑΓΙΛΛΗΙΟΥ
ΠΟΤΕΙΤΟΥΤΑΜΙΟΥΤΗΣΠΟΛΕΩΣΤΑΥΡΟΥΤΟΥΑΜΜΙΑΣ
ΤΟΥΚΑΙΡΗΓΛΟΥΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΥΝΤΟΣΤΑΥΡΟΥΤΟΥΑΥ
Ι ΤΟΥΚΑΙΡΗΓΛΟΥ

Formam tituli dedi ex Poc. qui in hac re satis fidus esse solet, sed lectiones ex Bimardo, ubi contrarium non noto. Vs. 1. Poc. ΠΟΛΗΤΑΡΧΟΝ etc. ΣΟΣΙ etc. et in fine Κᴀɪ (pro ΚΛΕΟ); vs. 2. Bim. ΣΕΚΟΝΔΟΥ, Poc. ΣΕΚΟΥΝΔΟʏ. Vs. 3. Bim. omittit ΑΥΛΟΥ, quod addidi ex Poc. qui habet ΥΙΟΥΑΥΛΟΥΛΟΥΙΟΥ etc. et in fine omittit Ο. Vs. 4. Poc. .ΡΛΥΣΤΟΥ et ΝΕΚΟΠΟΛΕΟΖΟ. Vs. 5. init. Poc. ΤΟΥΠΑΙΙΟΣΑΣΤΟΥΙΜΕΝΙΣ etc. et in fine ΑΠΑΛΗΙΟΥ. Vs. 6. Poc. ΓΑΜΙΟΥΤΗΣΠοᴧ etc. et in fine ΑΜΙΗΣ. Vs. 7. Poc. ΠΟΥΚΑΙΒΗΒΟΥ. In fine Poc. ΤΟΥΑΥ habet, quae a Bim. omissa addidi. Vs. 8. ex Poc. dedi primum Ι, omissum a Bimardo. Ibid. Poc. ΤΟΥΚΑΤΙΙΓΑΟΥ eo loco ubi apud nos, quod correxi ex Bimardo: sed Bimardus post *γυμνασιαρχοῦντος* nihil habet nisi ΤΑΥΡΟΥΤΟΥΚΑΙΡΗ ΓΛΟΥ sine lacuna.

Πολειταρχούντων Σωσιπάτρου τοῦ Κλεοπάτρας, καὶ
Λουκίου Ποντίου Σεκούνδου,
[Π]ου[βλί]ου Φλαουΐου Σαβείνου,
Δημητρίου τοῦ Φαύστου,
Δημητρίου τοῦ Νικοπόλεως,
Ζωΐλου τοῦ Παρμενί[ω]νος, τοῦ καὶ Μενίσκου,
Γαΐου Ἀγιλληΐου Ποτείτου,
ταμίου τῆς πόλεως Ταύρου τοῦ Ἀμμίας, τοῦ καὶ Ῥήγλου,
γυμνασιαρχοῦντος Ταύρου τοῦ Ἀ[μμ]ίας, τοῦ καὶ Ῥήγλου,
\- - - - - - - - -
\- - - - - - - - -

Deest res ipsa illis magistratibus acta. Πολιτάρχας Thessalonicae novimus ex alia inscriptione (vide lemma) et ex Act. Apost. 17, 6. 8. Manifesto fuerunt septem, ex quibus hoc loco princeps quasi separatim scriptus est, sex ceteris deinde particula καὶ annexis. Mire vero bis Aegyptiorum et Lyciorum more matris nomen additum est, Κλεοπάτρας, Ἀμμίας: bis etiam diversa eiusdem viri nomina proposita sunt, *Zoili*, qui et Meniscus, *Tauri*, qui et Regulus. Vs. 3. υἱοῦ ap. Poc. ferri non potest; itaque ΤΟΥ ex Bim. retinui. Sed Bim. *L. Pontium* et *Secundum Flavii Sabini f.* nominatos censet, turbata nominum Romanorum ratione. Romano more si qui praenomine, nomine, cognomine vocantur, non solet patris nomen addi, ut vs. 5. 6. Γαΐου Ἀγιλληΐου Ποτείτου: hinc patet Λουκίου Ποντίου Σεκούνδου nomen esse integrum: eodemque modo ex corrupto Pocockii exemplo Flavii Sabini nomen integravi. Titulus non antiquior Vespasiano videtur, ex cuius familia denominatus Flavius Sabinus.

## 1968.

*Thessalonicae* in arce Heptapyrgio prope portam, in arcus triumphalis epistylio. Titulus *a*, qui superius positus est, a me ex schedis Köhlerianis editur plenior; minus plenum habent Belleius l. c. ad n. 1967. p. 155. ex apographo Consulis Germain (n. 44.) et Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 351. Titulus *b* inferius litteris minoribus scriptus est, diserte tradentibus Belleio et Clarkio ll. cc. ex quibus eum edo. Arcus huius meminerunt etiam alii, ut Paulus Lucas Itin. Gr. As. min. etc. T. I. p. 203. ed. Amstel. a. 1714. qui plures in eo Antonini imagines pulchras extare narrat.

*a.*

. . . . . ΑΝΩΑΝΤΩΝΕΙΝΩΣΕΒΑΣΤΩΕΥΣΕΒΕΙΚΑΙΤΟΙΣ
. . . . . ΡΙΚΑΙΦΑΥΣΤΕΙΝΗΣΕΒΑΣΤΗΚΑΙΛΟΥΚΙΩΚΟΜΟΔΩΗΠΟΛΙΣ

*b.*

ΤΙΤΩΑΝΤΩΝΕΙΝΩΣΕΒΑΣΤΩΕΥΣΕΒΕΙ

Tit. *a.* primum versum integrum, quem cave ex tit. *b.* repetitum censeas, et vs. 2. litteras ΡΙΚΑΙ ex schedis Köhl. addidi. Tit. *b.* Clark. ΤΙΤΩΑΝΤΟ etc. Bell. ΤΙΤΩΑΝΤΩ etc.

*a.* Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδρι]ανῷ Ἀντωνείνῳ Σεβαστῷ Εὐσεβεῖ καὶ τοῖς [τέκνοις αὐτοῦ Μ. Αὐρηλίῳ Καίσα]ρι καὶ Φαυστείνῃ Σεβαστῇ καὶ Λουκίῳ Κομόδῳ ἡ πόλις.

*b.* Τίτῳ Ἀντωνείνῳ Σεβαστῷ Εὐσεβεῖ.

Cur *b.* adscriptus sit, non inquiram. In primo titulo cave Commodum putes M. Aurelii Antonini philosophi filium esse, qui post Antonini Pii fata demum natus est, patre iam imperium adepto. Titulus positus est Antonino Pio superstiti, et eius liberis, M. Aurelio Caesari sive pleno nomine M. Aelio Aurelio Vero Caesari (vide Eckhel. D. N. T. VII. p. 44.), eius uxori Faustinae, et L. Ceionio Commodo, qui pleno nomine L. Ceionius Aelius Aurelius Commodus, etiam L. Aurelius Verus dictus est. Hic titulus quum poneretur, M. Aurelius nondum Augustus, sed Caesar fuit: Faustina tamen iam Augusta (cf. Eckhel. l. c. p. 77.). L. Verus sive L. Commodus tum ne Caesar quidem (vide Eckhel. l. c. p. 88.). In M. Aurelii nomine restituendo breviore denominatione usus sum, quod etiam L. Commodi nomen brevius designatum est. Titulum a. u. c. 900-914. scriptum esse epitheta docent.

## 1969.

Marmor longum pedes sex, latum tres et trientem, crassum pedem et trientem, repertum Thessalonicae a. 1803. Ex schedis Köhlerianis.

- - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -
. . . . . ΝΔΙΛΙΩΝ·Α·ΝΝΕΩΤΕΙΝΩΡΟΥΦΩ·ΚΑΙ·ΜΙΚΠΕΙ . . . . . . . . . . .
. . . . . . Ν ΚΑΛΑΝΔΩΝΟΚΤΩΒΡΙΩΝΑΓΩΝΕΠΕΤΑΣΕΒΟΗΕΠΙΤΑΦΙΟΣΘΕΜΑΤΙΚΟΣ . . . . .
. . . . . . ΑΥΣΙΟΙΣ·Γ·ΟΥΙΒΙΟΥΑΣΠΙΔΟΥΑΧΙΛΛΕΟΣ ΜΕΤΑΘΥΣΙΑΣΤΑΥΡΟΥΚΑΙΜΕΤΑΘΥΣ . . . . . . . .
. . . . . . ΩΝ·Β·ΕΠΙΒΩΜΟΥΣ·Β·ΥΠΟΙΕΡΟΣΑΛΠΙΚΤΗΝ ΣΕΥΗΡΟΝΙΕΡΑΚΟΣΚΑΙΚΑΣΣΑΝΔΡΕΑΤ . . . . . .
. . . . . ΧΞΙΟΝΚΑΙΙΕΡΟΚΗΡΥΚΑ·Κ·ΚΑΙΚΙΛΙΟΝ·ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ·ΟΙΑΓΩΝΙΣΑΜΕΝΟΙ·~ . . . . . . . . .

| | | | |
|---|---|---|---|
| ΠΑΙΔΕΣ ΠΑΛΑΙΣΤΑΙ | ΠΑΙΔΕΣ ΠΑΝΚΡΑΤΙΣΤΑΙ· | ΑΓΕΝΕΙΩΝ ΠΑΛΗ· | ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΛΗ |
| ΕΥΦΡΑΙΝΩΝΚΑΙΛΟΥΚΙΟΣ | ΜΑΡΚΟΣΚΑΙΜΑΞΙΜΟΣ | ΦΑΥΣΤΟΣΚΑΙΔΩΡΟΣ· | ΠΡΩΤΑΣ ΚΑΙΕΡΜΗΣ· |
| ΑΚΡΑΤΟΣΚΑΙΖΩΣΙΜΟΣ· | ΣΥΜΦΟΡΟΣΚΑΙΔΙΑΛΟΥ | ΑΓΕΝΕΙΟΙ ΠΑΝΚΡΑ· | ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤ· |
| ΜΥΡΩΝΚΑΙΣΩΣΙΑΣ | ΜΕΝΟΣ. | ΟΥΑΛΗΣΚΑΙΣΕΚΟΥΝΔΟΣ· | ΝΕΚΗΦΟΡΟΣΚΑΙΗΛΙΟΣ |

Romani calendarii usus monstrare videtur, *coloniae* Thessalonicae hunc titulum esse, quae deducta ab Imp. Valeriano (Eckhel. D. N. T. II. p. 80.), et fortasse *ludi* hi *funebres* Valeriano acti sunt. Post initium, quod periit, dativo casu, ut solet in Consulibus etiam apud Graecos Romanum ablativum sic reddentes, magistratus scripti sunt A. [Ἀ]ν[τ]ω[ν]εί-νῳ? Ῥούφῳ καὶ Μ. Ποπει[λλίῳ]? - - - Sequitur: - - καλανδῶν Ὀκτωβρίων ἀγὼν ἐπέτ[ελ]έ[σθ]η ἐπιτάφιος [θ]εματικός. Sequentium tenor perspici nequit: - - - ἐνι]αυσίοις? Γ. Οὐιβίου Ἀσπίδου Ἀχιλλέος, μετὰ θυσίας ταύρου καὶ μετὰ θυσ[ίας - - - - - - ων Β, ἐπὶ βωμοὺς Β, ὑπὸ ἱεροσαλπίκτην Σεύηρον Ἱέρακος καὶ Κασσανδρέα τ - - - (καὶ Κασσανδρέα designare videtur, Severum non solum Thessalonicensem, sed etiam Cassandrensem esse) - - ἄ]ξιον, καὶ ἱεροκήρυκα Κ. Καικίλιον Κάλλιστον. Sequitur catalogus certantium:

Οἱ ἀγωνισάμενοι·

Παῖδες παλαισταί,
Εὐφραίνων καὶ Λούκιος,
Ἄκρατος καὶ Ζώσιμος,
Μύρων καὶ Σωσίας.

Παῖδες παγκρατι[α]σταί,
Μάρκος καὶ Μάξιμος,
Σύμφορος καὶ Δια[δ]ούμενος.

Ἀγενείων πάλη,
Φαῦστος καὶ Δῶρος.
Ἀγένειοι πανκρά.
Οὐάλης καὶ Σεκοῦνδος.

Ἀνδρῶν πάλη,
Πρωτᾶς καὶ Ἑρμῆς.
Ἀνδρῶν πανκράτ.
Νε[ι]κήφορος καὶ Ἥλιος.

De ἀγενείοις inter παῖδας et ἄνδρας cf. ad n. 232. 1590.

## 1970.

Addam epitaphia *Thessalonicae* reperta, inter quae ea primo loco ponam, in quibus annus notatus est. Primum Paulus Lucas Itin. Gr. As. min. etc. T. I. p. 318. n. 50. versibus indiscretis edidit, et ex huius exemplo a Bimardo misso Murat. T. III. p. MCCCLXI. 11. Nos exprimimus schedas Köhlerianas.

Μ·ΙΟΥΛΙΟΣΕΡΜΗΣΙΟΥΛΙΑΤΕΡΤΙΑΤΗΓΥΝΑΙΚΙΕΑΥΤΟΥΚΑΙΙΟΥΛΙΑΕΡΜΙΑΝΗΤΗΘΥΓΑ
ΤΡΙΖΩΣΙΝΕΠΟΙΕΙΕΤΟΥΣϹΠΡ ΤΟΥΚΑΙΒΤ·

Muratorii vitia mitto: Luc. initio Μ'ΙΟΥΛΙΟΕΡ etc. tum ΕΑΥΤȣ et ΕΡΜΙΟΝΗ, vs. 2. ΖΟΣΙΝ, et in numeris ΓΛΠΡ ac ΒΙ. Prior numerus ex Lucae lectione significatione caret, et nostrum apographum prorsus fidum est.

Μ. Ἰούλιος Ἑρμῆς Ἰουλίᾳ Τερτίᾳ τῇ γυναικὶ ἑαυτοῦ καὶ Ἰουλίᾳ Ἑρμιανῇ τῇ θυγατρὶ ζῶσιν (p. ζώσαις) ἐποίει, ἔτους ϛπρ̄, τοῦ καὶ βτ̄.

Annorum in epitaphiis similis nota est n. 1965. 1971. At hic titulus duplici anni nota insignis est, unde ad epochas constituendas proficere licet, de quibus diu multumque quaesivi. Haud dubie hoc est verum: maior numerus (302) computatur a Macedonia una cum Graecia in provinciam redacta, a. u. c. 608. quae epocha etiam in Graecis obtinet titulis (cf. ad n. 1297. 2140.), minor (186) a principatu Augusti, hoc est ab anno post Actiacam pugnam, a. u. c. 724. Itaque hic titulus a. u. c. 909. scriptus est.

## 1971.

*Thessalonicae* in capuli operculo; in altero latere est *a*, in altero *b*. Ed. Pocockius Inscr. I, 3, 2. n. 3. 4. p. 48. Idem partem *b*. corruptiorem repetiit p. 49. n. 12. unde tamen aliquid addidi. Hoc monumentum memorat Clarkius P. II. S. III. p. 355.

*a.*

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣΚΑΙΖΩΣΙΜΗΕΓΓΟΝΟΙΣΕΑΥΤΟΙΣΖΩΝΤΕΣ

*b.*

ΑΣΚΛΗΠ
ΚΛΕΙΕΙΣΙΑΔΙΤΗΣΥΝΒΙΩΙΣΗΣΑΣΗΑΜΕΜΠΤΩΣΕΤΗΚΗ
ΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝ ΕΤΟΥΣ ϜϘΡ
ΛΩΚΟΥ ΚΒ
ΕΙΣΙΑΔΑΤΗΝΑΚΑΤΑΓΝΩΣΤΟΝ

Tit. *b*. Pocockius vs. 2. in secundo exemplo omittit prima ΚΛΕ, ne dicam de corruptelis: in fine prius Pocockii exemplum Κ.Η, quod ex altero correxi. Vs. 3. ΜΝΕ deest in altero exemplo; ex hoc tamen verba ΕΤΟΥΣ etc. remotiora a voce χάριν dedi quam in priori exemplo. In altero est ΕΤΟΣ. Numerus in priori est ϛ. q. p. in altero Fqϛpς, quod sensu cassum; Clarkius tamen manifesto ex hoc titulo, cuius reliquam partem legere non potuit, refert hoc: ΕΤΟΥΣ—ϜϘSP, qui numerus non est Graecus. Credo tertiam Clarkii siglam et Pocockiana illa in altero exemplo duo ϛ nihil esse nisi ornamenta; sed pro F prioris exempli Pocockiani, quod in ceteris secutus sum, Clarkianum siglum reconditius reposui. Vs. 4. est in solo altero Pocockii exemplo. Vs. 5. dedi ex priori Pocockii exemplo; in altero est ΙΕΙΣΙΑΔΑΤΗΝΑ......

*a*. Ἀσκληπιάδης καὶ Ζωσίμη ἐγγόνοις, ἑαυτοῖς ζῶντες.

*b*. Ἀσκληπ[ιάδης] Εἰσιάδι τῇ συνβίῳ [ζ]ησάσῃ ἀμέμπτως ἔτη κη̄, μνείας χάριν, ἔτους ϛϙρ̄.

- - - - Εἰσιάδα τὴν ἀκατάγνωστον - - - -

*Isias* fortasse altera uxor Asclepiadis post Zosimam, vel Zosima altera fuit. Annus est 196. credo a recentiore epocha (cf. ad n. 1965.), ut sit a. u. c. 919. In fine tituli alterum eiusdem Isiadis elogium scriptum erat.

## 1972.

Lapis Musei Parisini Catal. Clarac. n. 598. ex Choiseulianis (Catal. Dub. n. 154.), altus 2', latus 1' 7", *Thessalonica* missus a Cousinerio. Inest anaglyphum, prope arborem, cui serpens circumvolvitur, duo equites, quos comitantur canes. Ed. Villoisonus Act. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 302. Dubois Catal. l. c. Aeri incisum titulum praebet Claracus in tabulis, ex quibus verba reddo.

ΕΡΜΗϹΔΙΟϹΚΟΥΡΙΔΟΥΚΑΙ
ΕΥΝΟΙΑΕΥΝΟΥΝΚΑΙ
ΕΡΜΕΡΩΤΑΤΑΕΑΥΤΩΝ
ΤΕΚΝΑΜΝΙΑϹΧΑΡΙΝ

Villois. falso ΜΝΕΙΑΣ.

Ἑρμῆς Διοσκουρίδου καὶ Εὔνοια Εὔνουν καὶ Ἑρμέρωτα τὰ ἑαυτῶν τέκνα μνίας χάριν.

## 1973.

*Thessalonicae* prope moenia et portum, in capulo magno marmoreo, qui nunc aquis recipiendis inservit, litteris, ut ait Clarkius, inferiore aetate usitatis. Vs. 4-7. ex Walpolii schedis Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 349. edidit; universum titulum misit Letronnius, ex quo dedi formam litterarum.

I . . N ıı I C L I I Z Λ C I O
ΤΟΥΤΟΓΑΡΕΝΖΩΟΙΣΙΝΕΠΩΝΥΜΩΝΕΣΚΕΓΥΝΑΙΚΙ
ΕΙΝΕΚΕΝΗΣΑΡΕΤΗΣΚΑΙΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣΜΑΛΑΡΙΣΤΗΣ
ΤΕΥΞΕΔΕΤΟΝΔΕΤΑΦΟΝΦΙΛΙΟΣΠΟΣΙΣΕΥΤΡΟΠΟΣΑΥΤΗ
ΟΙΤΑΥΤωΜΕΤΟΠΙΣΘΕΝΟΠΩΣΕΧΟΙΑΜΠΑΥΕΣΘΑΙ
ΣΥΝΦΙΛΙΗΞΥΝΩΣΑΛΟΧΩΚΕΚΛΩΣΜΕΝΟΝΑΥΤΩ
ΤΕΡΜΕΣΙΔΩΝΒΙΟΤΟΥΑΛΥΤΟΙΣΥΠΟΝΗΜΑΣΙΜΟΙΡΩΝ
ΕΑΝΔΕΤΙΣΕΤΕΡΟΝΤΟΛΜΗΣΗΚΑΤΑΘΕΣΘΑΙΜΕΤΑΤΟΕΜΕΚΑΤΑΤΕΘΗΝΑΙΧΩΡΙΣΤΩΝΤΕΚΝΩΝ
ΗΜΩΝΗΜΕΤΑΚΙΝΗΣ....ΟΡΟΝΔΩΣΕΙΤΩΙΕΡΟΤΑΤΩΤΑΜΙΩ✕ M̆ /B.

Clark. dativis additum habet Iota subscr. Vs. 1. qui mihi est, notatur etiam in marmore esse primum. Vs. 3. Letr. ΤΟΝΔΕΤΟΝΤΑΦΟΝ, quod ex Clark. correxi. Vs. 6. extr. Letr. ΑΥΤ - -, Clark. ΑΥΤΩΙ. Vs. 7. Clark. ΑΛΥΤΟΙΣ et ΜΟΙΡΩΝ, Letr. Α....ΟΙΣ et ΜΟ - - -

[Ἡ δεῖνα τοῦ δεῖνος.]
Τοῦτο γὰρ ἐν ζωοῖσιν ἐπώνυμ[ο]ν ἔσκε γυναικί
εἵνεκεν ἧς ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης μάλ' ἀρίστης.
τεῦξε δὲ τόνδε τάφον φίλιος πόσις Εὔτροπος αὐτῇ
οἷ τ' αὐτῷ, μετόπισθεν ὅπως ἔχοι ἀμπαύεσθαι
σὺν φιλίῃ ξυνῶς ἀλόχῳ, κεκλωσμένον αὐτῷ
τέρμ' ἐσιδὼν βιότου ἀλύτοις ὑπὸ νήμασι Μοιρῶν.

ἐὰν δέ τις ἕτερον τολμήσῃ καταθέσθαι μετὰ τὸ ἐμὲ κατατεθῆναι, χωρὶς τῶν τέκνων ἡμῶν, ἢ μετακινῆσ[αι τὴν σ]ορόν, δώσει τῷ ἱερ[ω]τάτῳ ταμίῳ (ταμείῳ) δηνάρια μύρια καὶ δισχίλια? si modo M̆ est μύρια et /B est pro β͵.

## 1974.

*Thessalonicae* in lapide quattuor pedes longo, pedem et semissem lato, plus quam pedem crasso; ex schedis Köhlerianis.

ΖΩΣΙΜΗΑΙΔΙΑ
ΜΩΜΩΤΗΙΔΙΑ
ΘΥΓΑΤΡΙΕΚΤΩ
ΝΕΑΥΤΗΣ
ΜΝΕΙΑΣΧΑ
ΡΙΝ

Ζωσίμη [Α]ἀίδι ἀμώμῳ, τῇ ἰδίᾳ θυγατρί, ἐκ τῶν ἑαυτῆς, μνείας χάριν.

## 1975.

*Ibidem*; ex iisdem.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ
ΑΝΝΗΛΙΜΕ

Μένανδρος Παρμενίωνος etc.

## 1976.

Fragmentum maioris lapidis 2′ 1″ altum, 8″ crassum, 1′ 1″ altum; in Museo Leidensi. *Thessalonicae* repertum Smyrna ad Oudendorpium miserat Hochepied. Ed. Te Water Narrat. de rebus Acad. Lugduno-Batavae p. 165.

. . . . . . . . . . .
ΥΙΟCΑΠΟΛΛωΝ
ΙΟΥ.ΤΗΝΤΑΦΗΝ
ΚΑΙΤΟΝ.ЄΝΑΓΙC
ΜΟΝ.ΤωΠΑΤΡΙ
ΑΠΟΛΛωΝΙωΑ
ΠΟΛΛωΝΙΟΥ

- - - - υἱὸς Ἀπολλωνίου τὴν ταφὴν καὶ τὸν ἐναγισμὸν τῷ πατρὶ Ἀπολλωνίῳ Ἀπολλωνίου.

De ἐναγισμῷ, nota re, editor provocat ad Polluc. III, 102. VIII, 91. 146. c. not. Hemst., Hesych. v. ἐναγίζειν et nott. Ruhnk. ad Tim. p. 101.

## 1977.

Lapis 2′¾ longus, 2′ latus, *Thessalonicae*. Ed. Villoison. l. c. ad n. 1972. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis.

ΤΗΦΙΛΑΝΔΡΩΚΑΙΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΗCΥΝΒΙΩΕΠΙΚΤΗ
CΕΙΑΠΟΔΗ
ΜΙΟCЄΚΤΩΝ
ΚΟΙΝΩΝΚΟΠΩΝΚΑΙΕΑΥ
ΤΩΖΩΝ

Vs. 3. extr. Villois. ΔΕ, Köhl. ΔΗ.

Τῇ φιλάνδρῳ καὶ γλυκυτάτῃ συνβίῳ Ἐπικτήσει Ἀποδήμιος ἐκ τῶν κοινῶν κόπων, καὶ ἑαυτῷ ζῶν. Cf. n. 1958.

## 1978.

*Thessalonicae* in marmore quadrato pedis unius et semissis mensura; ex schedis Köhlerianis et chartis Letronnii, quae meliores sunt.

ΚΡΑΤЄΡΟC
ΑΝΔΡωΝΙ
CΑΡΜΑΤΗ
ΙΔΙω ☙
ΑΓΑΘω
ЄΤωΝ Κ

Κράτερος Ἄνδρωνι Σαρμάτῃ ἰδίῳ, ἀγαθῷ, ἐτῶν κ̄.

## 1979.

*Thessalonicae*; ed. Pocockius Inscr. I, 5, 3. p. 49. n. 8.

| | |
|---|---|
| ΕΡΟΦΙΜΗΙΥ | [Τ]ροφίμη [Ο]ὐ[ι- |
| ΡΟΥΛΛΙΙΩ | β]ουλλίῳ? |
| ΚΙΑΙΟ | - - |
| ΗΙΟΥ | - - |
| ΚΑΚΛΥΥΙΙΙ | κα[ὶ ἑα]υ[τῇ] |
| ΖΩΣΑ | ζῶσα |
| ΥΙΣΛΥΑΣ | κατε]σ[κε]ύασ[ε |
| ΛΙΙΤΗΙΙ | ταύ]τη[ν τὴν |
| ΛΙΙΝΙΝ.Ν | λ[η]ν[ὸ]ν - |
| ΜΝΕΙΑΣ | μνείας |
| ΧΑΡΙΝ | χάριν. |

## 1980.

In cippo prorsus integro cum fastigio, alto palm. Rom. 6,2. a. 1755. *Thessalonica* in Museum Nanianum translato; aeri incisum dederunt Passerius Observatt. Sect. II. p. 22. Paciaudius Mon. Pelop. T. II. p. 214. n. 7. Collect. antt. Mus. Nan. n. 157.

ΔΩΡϹ
ΟΠΟΛΥΧΑ
ΡΜΟΥΤΡΟΦ
ΙΜϹΕΝΘ
ΑΔΕ

Δῶρος ὁ Πολυχάρμου τρόφιμος ἐνθάδε.
Dori nomen habes n. 1969. Polycharmi n. 1964.

## 1981.

*Thessalonicae* extra portam arcis; ex schedis Köhlerianis.

ΑΝΝΙΑΕΥΤΥΜΙΣ
ΕΑΥΤΗΖΩΣΑΕ
ΓΟΙΗΣΕΝΓΟΗΡΩ
ΟΝΚΑΙΤΙΝΣΟ

ΝΟΜΟΥΣΜΟΥΠΑΝ
ΤΑΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΙΣ
ΤΗΝΛΙΝΟΝΤΑΥΤΗΝ
ΕΤΕΡΟΝΜΗΔΕΝΑ
ΜΗΘΗΝΑΙΕΛΝ

Ἀννία Εὐ[θ]υμὶς ἑαυτῇ ζῶσα ἐποίησεν [τ]ὸ ἡρῷον καὶ τ[ὴ]ν σο[ρόν].

Secunda pars fere talis fuit: Ἐπόμνυμι πρὸς τοὺς κληρο]νόμους μου πάντας τοὺς θεούς, ἰς τὴν λ[η]νὸν ταύτην ἕτερον μηδέν[α κοι]μηθῆν[α]ι· ἐ[ὰ]ν [δὲ ἕτερός τις κοιμηθῇ etc.

## 1982.

*Thessalonicae* in Anastasii medici domo vidit Villoisonus et edidit l. c. ad n. 1972.

ΕΡΕΝΝΙΑΣΥΡΙΣΚΑΚΑΙΥΙΟΣΑΥΤΗΣ
ΜΑΡΚΕΕΡΕΝΝΙΕΑΓΑΘΟΚΛΗΧΑΙΡΕΤΕ
ΚΑΙΣΥΠΟΛΛΑΤΙΣΠΟΤΕΙ

Ἑρεννία Συρίσκα καὶ υἱὸς αὐτῆς Μάρκε Ἑρέννιε Ἀγαθοκλῆ χαίρετε. καὶ σὺ πολλά, τίς ποτ' εἶ. Vide ad n. 1956. De vocativo Ἀγαθοκλῆ vide ad n. 1148.

## 1983.

Prope *Thessalonicen* in via εἰς τὸ Στενόν, e regione fontis a. 1694. vidit Meletius Geogr. vet. et nov. p. 392. sed triennio post invenire non potuit, quum lapis, ut putat, a barbaris esset fractus. Ex schedis Apostoli Zeni inter Corcyraeos titulos dedit Montfauc. Diar. Ital. p. 426. et inde Murat. T. III. p. MCCLXXIII. 2. Falso inter Corcyraeos titulos rettulit Mustoxyd. Illustr. Corcyr. T. II. p. 195.

ΠΟΝΤΙΟΣΛΟΥΠΟΣΠΟΝΤΙΩΛΟΥΠΩ
ΤΩΠΑΤΡΙΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝ

Apostolus Zenus et Meletius addunt, ille καὶ τὰ λοιπά, hic καὶ τὰ ἑξῆς: itaque titulus non integer est, quod viderunt etiam alii; cf. Corsin. Not. Gr. p. 42. Meletius minusculis habet et addit Iota subscr.

Πόντιος Λοῦπος Ποντίῳ Λούπῳ τῷ πατρὶ μνείας χάριν.

Fortasse additum erat καὶ ἑαυτῷ ζῶν, ut n. 1984. etc.

## 1984.

*Thessalonicae* in marmore $3\frac{1}{2}$ pedes longo, $1\frac{5}{12}$ lato, $1\frac{1}{3}$ crasso; ex schedis Köhlerianis.

Λ ΦΑΒΙΟΣΖΩ
ΣΙΜΟΣΛΟΥ
ΚΙΩΦΑΒΙΩ
ΖΩΣΙΜΩ
ΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙ
ΝΚΑΙΕΑΥΤΩ
ΖΩΝ

Λ. Φάβιος Ζώσιμος Λουκίῳ Φαβίῳ Ζωσίμῳ μνείας χάριν, καὶ ἑαυτῷ ζῶν.

## 1985.

*Thessalonicae*; ed. Pocockius Inscr. ant. I, 5, 3. p. 49. n. 5.

ΚΛΑΥ·ΔΙΑΕΥΚΛΙΑΦΛΑΥΙΑΟΠ.ΤΑΤΗΜΗΤΡΙ

Κλαυδία Εὔκλ[ε]ια Φλαυΐα - - τα ('Ορφίτα?) τῇ μητρί.

## 1986.

*Ibidem*; ex eodem l. c. n. 9.

ΚΑΛΥΝΑ
ΝΟΣΦΗΛΙ
ΚΙΤΑΤΩΤΕ
ΚΝΩΜΝΕΙ
ΑΣΧΑΡΙΝ

Κ[λα]υ[δι]ανὸς Φηλικίτα τῷ τέκνῳ μνείας χάριν.

Φηλικίτα est *Felicitati*. Ut genitivus Φηλικίτας est in titulo Musei Capitolini:

Κλαύδιος ἰητὴρ 'Αγαθεῖνος τήνδ' ἀνέθηκεν
εἰκόνα Φηλικίτας μάρτυρα σωφροσύνης.

## 1987.

*Ibidem*; ex eodem l. c. n. 6.

ΓΑΙΩΙ.ΚΛΩΔΙΩΙΕΠΑ
ΦΡΟΔΕΙΤΩ.ΠΛΩΔΙΑ
ΦΙΛΗΜΑΤΙΟΝΤΩΙ..
ΤΡΟΝΙΤΟΜΝΗΜΑ
ΧΑΙΡΕΧΑΙΡΕΚΑΙΣΥ
ΤΙΣΤΙΙΕΙ

Γαΐῳ Κλωδίῳ 'Επαφροδείτῳ [Κ]λωδία Φιλημάτιον τῷ [πά]τρ[ω]νι τὸ μνῆμα. χαῖρε. Χαῖρε καὶ σύ, τίς [ποτ'] εἶ.
Cf. n. 1982. et ad n. 1956.

## 1988.

*Thessalonicae* in ecclesia secundum Lucam, ad fontem secundum Clarkium. Ed. Paulus Lucas Itin. Gr. As. min. etc. p. 318. n. 51. Pocockius l. c. n. 13. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 355.

ΟΥΝΔΟΣΚΑΙΚΑΣΣΑΝΔΡΑ
ΙΔΟΥΤΟΥΛΕΥΚΙΟΥΕΑΥΤΟΙΣ...
ΔΩΤΩΛΕΥΚΙΟΥΚΑΘΩΣΔΙΕ.

Poc. de coniectura vs. 1. praefigit ΣΕΚ minoribus litteris. Ibidem Clark. ΚΑΣΑΝΔΡ, ceteri ut dedi. Vs. 2. Poc. ΙΔΟΥ, ceteri ΔΟΥ: initium versus secundi eo loco dedi, ubi consensu habent Luc. Clark. Ibidem Luc. ΛΕΙΚ etc. Poc. ΕΑΥΤΩΣ..., Clark. ΕΑΥΤΟ, Luc. ut dedi. In fine Clark. ΚΑΘΩΣΔ, Poc. ΚΑΘΩΣΑΙΕ, Luc. ΚΛΘΩΣΔΙΕ.

Σεκ]οῦνδος καὶ Κασσάνδρα [οἱ Σε-
κούν]δου τοῦ Λευκίου ἑαυτοῖς [καὶ Σε-
κούν]δῳ τῷ Λευκίου, καθὼς διέ[θετο.

## 1988. *b*.

In capulo *Thessalonicae* reperto; misit nuperrime Letronnius. *A* est ad sinistram, *B* in media parte in area a cetero plano separata, *C* ad dexteram; sub *A* delphinus, sub *B* navicula sculpta sunt, sed navicula non in area illa, quam dixi, est.

*A*.

ΚΥΜΑΤ.ΠΟΡΘΜΕΥϹΑϹΚΕΙΜΑΙΝΕΚΥϹΕΝΘΑϹΕΚΟΥΝΔΙΩΝ
ΓΗΠΑΤΡΙΔΙΚΡΥΦΘΕΙϹϹΥΝΟΜΑΙΝΟϹΙΔΑΚΡΥΤΡΟΛΕΙΨΑϹ
ΡΙϹΔΕΚΑΩΝΠΑΗϹΑϹΕΤΕΩΝΤΟΠΑΝΥϹΤΑΤ/ΒΑΙΝΩΝ
ΔΥΠΗΝΜΝΤΟΙΔΙΒΩΝΚΑΠΑϹΙΒΡΟΤΟΙϹΕΙΔΙΟΝϹΙΝ
ΔΙΧΑΜΑΧΗϹΞΗϹΑϹΕΝϹΥΝΤΙΟϹΔΕΠΟΠΑϹΙΝ
ΠΟΛΛΟΥϹΕΚΦΙΛΙΟΝΕΚΤΗϹΑϹΑΜΗΝΑΝΔΡΑΕΤΑΠΟΥϹ
ΟΙΤΕΠΟϹΕΚΕΛΑΒΟΝΕΤΗϹΑΛΕΝΕΥϹΕΒΙΗϹΙΝ·ΟΥϹ
ΔΑΜΟΝΑΓΙΗΤΗΘΗΝΤΟΤΕΛΟϹΟΕΔΕΙΠΟΤΕΛΟΥΝΑΙ
ΛΑΒΕΝΟΡΧΙΧΩϹϹΥΝΟΜΑΙΜΟΝΑϹΟΥϹΠΡΟΑ.ΕΛΟΙΠΑ
ΜΗΤΕΡΑΝΕΥϹΕΒΙΝΠΟΛΑΗΔΙΑϹΩϹΑΘΙΚΝΟΥΕΕΜΑΙ
ΕΙΔΟΤΕϹΑΝΘΡΩΠΩΝΓΕΝΕΗΤΑΧΕΩϹΟΤΙΛΗΓΕΙ
ϹΩΝΑΤΑΓΑΡΚΑΤΕΛΥϹΕΔΙΚΗΨΥΔΕΠΡΟΠΑϹΑ
ΑΘΑΝΑΤΟϹΥΛΟΥΠΩΤΩΜΕΝ-ΠΑΝΤΕΠΑΚΟΥΕΙ

*B.*

ΙΟΥΛΙΑΣΕΚΟΥΝΜ
ΠΑΙΛΙΩΠΩΛΙΩΝΙ
ΜΕΤΑΤΩΝΤΕΚΝΩΝ
ΜΝΗΜΗΣΧΑΡΙΝ ❧
ΠΩΛΙΩΝΧΑΙΡΕ . ΧΑΙΡΕΚΑΙΣΥΤΕ
ΠΟΤΕΙ

*C.*

ЄΥΔΑΙΜѠΝΟЄΚΟΥΝ
ΔΙѠΝΘЄϹϹΑΛΟΝΙΚЄΥ
ЄΝΤΑΔЄΚЄΙΜΑΙ ❧
ΜΗΤЄΔΙΚΗΝЄΙΠΑϹ ❧
ΜΗΤЄΓΥΝΑΙΚΑΛΑΒѠΝ
ΑΛΛЄΘΑΝΟΝΤΡΙΑΚΟΝΤ
ЄΤΗϹΒΙΟΤΟΥΜЄΤΡΑΔЄΙ
❧ ΨΑϹ ❧
ΚΑΙΦѠΝΗϹЄΠΑΚΟΥЄΦΙΛΗϹΧΑΙΡΟΙϹ
ΠΑΡΟΔЄΙΤΑ

*A.*

Κύματ[α] πορθμεύσας κεῖμαι νέκυς ἔνθα Σεκουνδίων,
γῇ πατρίδι κρυφθείς, συνομαί[μ]οσι δάκρυ [π]ρολείψας.
[τ]ρὶς δέκα[το]ν π[λ]ήσας ἐτέων τὸ πανύστατ[α] βαίνων,
[λ]ύπην μ[ὲ]ν [πρόλ]ιπ[ο]ν κα[ὶ] πᾶσι βροτοῖσι [πόθη]σιν,
δίχα μάχης ζήσας, ἐν συν[β]ίο[ι]ς δὲ π[ρ]όπασιν
πολλοὺς ἐκφιλ[έων] ἐκτησάμην ἄνδρα[ς] ἑτα[ίρ]ους.
ο[ὔ]τε πόσε[ις] ἔλαβον· ἔ[ζ]ησα [δ'] ἐν εὐσεβίῃσιν.
δα[ί]μον[ος ἡτ]τήθην τὸ τέλος, ὃ ἔδει ποτὲ [δ]οῦναι,
[ἀλλά γ'] ἐν[ω]ρ[κηκ]ὼς συνομαίμονας, οὓς προ[λ]έλοιπα·
Μητέραν εὐσεβί[ῃ] πολ[λ]ῇ διασώσαθ', ἱκνοῦμαι,
εἰδότες ἀνθρώπων γενεὴ ταχέως ὅτι λήγει.
σώ[μ]ατα γὰρ κατέλυσε Δίκη, ψυ[χὴ] δὲ πρόπασα
ἀθάνατος ὑ[ψ]οῦ πωτωμέν[η] πάντ' ἐπακούει.

*B.*

Ἰουλία Σεκούν[δα] Πο. Αἰλίῳ Πωλίωνι μετὰ τῶν τέκνων μνήμης χάριν. Πωλίων χαῖρε. χαῖρε καὶ σύ [γ]ε, [τίς] ποτ' εἶ.

*C.*

Εὐδαίμων ὁ [Σ]εκουνδίων Θεσσαλονικεὺ[ς] ἐν[θ]άδε κεῖμαι,
μήτε δίκην εἴπας μήτε γυναῖκα λαβών·
ἀλλ' ἔθανον τριακοντ[α]έτης βιότου μέτρα [λ]είψας.
καὶ φωνῆς ἐπάκουε φίλης· Χαίροις παροδεῖτα.

Pessima haec metrica epigrammata sunt *A* et *C*, atque insuper apographum valde corruptum; addendae hinc inde litterae sunt, quae ligatae cum proximis effugerunt transcribentis diligentiam: sic *A*. vs. 3. Ρ fuit Ͳ, vs. 5. ΠΟ fuit ΓΡΟ etc. *A*. vs. 1. Σεκουνδίων est trisyllabum. Vs. 3. utut me torsi, non potui reperire melius. Τρὶς δέκατον ἐτέων pro τὸ τρὶς δέκατον s. τριακοστὸν ἔτος dictum sumo: triginta annos natus decessit Secundio, quod tit. *C*. diserte enunciatur: uterque enim ad eundem haud dubie hominem refertur, ad eundemque pertinent delphini et naviculae signa, quam non in area tituli *B* sculptam esse supra monui. Pro τὸ πανύστατα malim τά: sed illud videtur auctor dedisse. Vs. 4. extr. manifesto latet substantivum in ησιν desinens; dedi βροτοῖσι πόθησιν; ΟΝ mutavi in ΘΗ facillima correctione; Є ex praegresso C temere repetitum iudico, ut plures in hoc apographo litteras vacare statim docebo: ΔΙ in ΠΟ mutare non nimium audacis est in titulo ligaturas ostendente: fuit ΠΙ. Vs. 5. prior syllaba vocis δίχα male producitur, item paenultima in συνβίοις, quod vocabulum tamen verum iudico. Vs. 6. possis etiam ἐκ φιλί[ω]ν; sed quod dedi praestare videtur. Ibidem alterum CA delendum; pro quarto dactylo male habetur creticus; vitium idem redit vs. 13. Vs. 7. K in IC dissolvi, ut certe Graeca vox esset πόσεις: sed quid est ο[ὔ]τε πόσεις ἔλαβον? Anne abstinuit se *a compotationibus*? Exspectes potius οὔτε γυναῖκ' ἔλαβον (vide tit. *C*.). Videant alii, an quid extricare queant. Vs. 7. extr. nota interpunctionem; hanc qui epigramma transcripsit, apposuisse videtur, ut appareret finis versus; quod sequitur OYC, prorsus vacat, nec potest versui octavo addi, quod singuli heroici singulas explent lineas. Ni fallor, pro varia lectione hoc OYC supra OYN vs. 8. additum est. Sic etiam vs. 10. extr. ante MAI litterae ЄЄ manifesto superfluae sunt. Vs. 8. non potui aliter restituere: vocis δαίμων quin casus insit, non dubito. Τὸ τέλος videtur ad ἡττήθην pertinere, ut dicitur ἡττᾶσθαί τινός τι. Vs. 9. ΛAB quid sit non extrico; exempli causa dedi ἀλλά γ': reliqua satis certa sunt. Ad ἐνωρκηκὼς supple τάδε. De accusativo μητέραν vide ad n. 1781. et cf. Introd. Sarmat. II, 2.

Ad tit. *B*. de formula χαῖρε καὶ σύ γε, τίς ποτ' εἶ cf. ad n. 1956. Sed si γε omiseris, TE potest in TIC mutari. Tit. *C*. primus versus est heptameter; Σεκουνδίων ut tit. *A*. trisyllabum est, et τριακονταέτης duas priores syllabas pariter in unam commistas habet. In fine defunctus hortatur viatorem, ut gratae auscultet illi voci: Χαίροις παροδεῖτα.

## 1989.

*Thessalonicae*; ex Ephem. litt. Florent. T. XIV. col. 98. Donatus p. 383. 8. sub imagine feminae et pueri.

ϹΟΥΜΜΟϹ . ΚΑΙ . ΚΟΙΝΤΟϹ
ΚΑΙ . ΚΕϹΙΑ . ΜΑΝΤΩ ΤΗ
ΜΗΤΡΙ . ΜΝΗΜΗϹ . ΧΑΡΙΝ

Σοῦμμος καὶ Κόϊντος καὶ Κεσία (Καισία) Μαντῶ (Μαντοῖ) τῇ μητρὶ μνήμης χάριν.

## 1990.

Lapis Musei Parisini Catal. Clar. n. 619. ex Choiseulianis (Catal. Dub. n. 228. opinor), nunc altus 1′ 3″, latus 11″ (ap. Dub. altus 14″, latus 13″, ut latitudo imminuta videatur, sicuti in aliis Parisinis: certe alium Choiseulianum reperire nequeo, qui Parisino n. 619. conferri queat). Aeri incisum dedit Claracus in tabulis; edidit Osannus Syll. p. 373. n. 43. Habeo etiam a Müllero et ex schedis Fauvelii Köhlerianis, ex quibus didici titulum esse *Thessalonicensem.*

ΙΑΛΙΑ
ΑΥΡΗΛΙ
ΑΚΑΙΚΙ
ΝΑΕΥΤΥ
ΧΙΑΝW
ΤWΣΥΜ
ΒΙWΜΝΕ
ΙΑΣΧΑΡΙ

Litterarum et versuum formam dedi ex Clar. Müll. Vs. 1. Clar. ΙΑΛΜ, Müll. ΙΜΛΙΑ, Os. ΙΑΛΙΛ, Fauv. ΙΑΛΙΑ. Vs. 4. pro Ε Os. Σ esse notat, item vs. 7. non addicentibus ceteris: credo mediam inter Ε et Σ formam quandam esse, ut n. 2207. Vs. 6. ultima littera Osanno est W, errore lapicidae ut ait: dedi M ex Clar. Müll. Fauvelius vocem *συμβίῳ* omisit. Vs. 7. 8. ex Clar. Müll. dedi; Os. et Fauv. pro *μνείας* ΜΣΙ|ΑΣ. Vs. 8. Ν addit solus Clar.

*Ἰαλία* (mirum nomen, sed ΑΙΛΙΑ scribere non licet) *Αὐρηλία Καικίνᾳ Εὐτυχιανῷ τῷ συμβίῳ μνείας χάριν.* *Caecina Eutychianus*, ut *Scipio Aemilianus.*

## 1991.

Lapis *Thessalonicensis* 2′ 10″ altus, 2′ 5″ latus, 4″ crassus; ab eodem ad eundem missus ac n. 1976. ibidemque servatus et editus ab eodem p. 163. Post vs. 1. in medio lapide septem comparent protomae virorum et feminarum vestitae, duplici serie dispositae.

ΑΥΡΗΛΙΟϹϹѠΖΟΜЄ........ΤЄΜΙΔѠΡΑ

ΖѠΝΤЄϹЄΑΥΤΟΙϹΚΑΙΤΟΙϹΓΛΥΚΥΤΑΤΟΙϹΤЄΚΝΟΙϹΑΥΡΗ
ΛΙΑЄΥΚΛЄΙΑΚΑΙΡΗΛΙΑϹѠΖΟΜЄΝΗΚΑΙΑΥΡΗΛΙΑΑΛЄΞΑΝΑΡΑ
ΚΛΑΥΔΙΑΑΡΤЄΜΙΔѠΡΑΤΗΘΡЄΠΤΗΜΝΗΜΗϹΧΑΡΙΝ

Vitia quae insunt, sunt lapicidae.

*Αὐρήλιος Σωζομε[νὸς καὶ Ἀρ]τεμιδώρα ζῶντες ἑαυτοῖς καὶ τοῖς γλυκυτάτοις τέκνοις Αὐρηλίᾳ Εὐκλείᾳ καὶ [Αὐ]ρηλίᾳ Σωζομενῇ καὶ Αὐρηλίᾳ Ἀλεξάν[δ]ρᾳ [καὶ] Κλαυδίᾳ Ἀρτεμιδώρᾳ τῇ θρεπτῇ, μνήμης χάριν.*

Ante *Ἀρ]τεμιδώρα* Hochepied vult inseri ΑΥΡΗΛΙΑ; sed spatium non sufficere notat editor. Neque illa videtur Aurelia, sed Claudia fuisse, ut eius ancilla. Nomina sunt tantum sex, quum tamen protomae sint septem. Igitur editor ante *τῇ θρεπτῇ* vult inseri *καί.* Sed ita deficit nomen ancillae domi natae. Potius ancilla est *Claudia Artemidora* denominata ex domina, quum filiae omnes sint Aureliae. Fortasse septimum nomen negligentia quadratarii excidit.

## 1992.

*Thessalonicae*; ex Pocockio Inscr. ant. I, 5, 3. p. 49. n. 11.

ΩΙΙ/ \Χ\ΥΙΛΩΙΙΑΙΙΙΙΑΙΙΙ/ ΥΙΑΣΕΙΙΙ.
ΤΗΕΑ.ΛΙΑΡΛΑΡΝΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝΕΑΝΔΕΤΙΣΑΝΟιΞΑΣ
ΤΗΝ..ΑΚΤ.ΝΟΣΙΤ.ΝΑΚΑΤΑΘΕΣΤΑΙΧΩΡΙΖ
ΤΗΓΥΝΙΣcΣ
..ΔΩΣΙΤΩΤΑ.Ι.ΕΙΩ..ΧΖΦ

Vs. 2. *μνείας χάριν. ἐὰν δέ τις ἀνοίξας τὴν [ληνόν]?* (vel simile) *τ[ολμή]σ[ῃ τ[ι]νὰ καταθέσ[θ]αι χωρὶ[ς] τῆ[ς] γυν[αικό]ς [μου], δώσ[ε]ι τῷ τα[μ]ιείῳ* ⋇ *(δηνάρια)* $\overline{\phi}$. Ζ non littera est, sed siglum dirimendis ⋇ et $\overline{\phi}$ inserviens, ut alibi.

## 1993.

*Ibidem*; ex eodem l. c. p. 48. n. 2.

..........ΙΩLΙ.......—ΛΙΕ
ΟΜΟΙΩΣΟΥΔΕΤΩΝΕΝΤΩΗΡΩΩ
..ΟΞΙΤΙΜΕΤΑΚΗΝΙΣΕΕΙΔΕΜΝΑΩΣΙΤΩΤΑΜΙΩΥΠΕΡΕΚΑΣΤΗ
ΛΗΝΟΥ Χ / Ε

Vs. 2. *ὁμοίως οὐδὲ τῶν ἐν τῷ ἡρῴῳ - - - - τι μετακ[ει]ν[ή]σει. εἰ δὲ μ[ή, δ]ώσ[ε]ι τῷ ταμι[εί]ῳ ὑπὲρ ἑκάστη[ς] ληνοῦ* ⋇ - - Numerus denariorum vitiatus est.

## 1994.

*Thessalonicae* fragmentum scalae insertum; ed. Villoison. Act. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 320.

ΤΗΙΔΙΑΘΡΕΠΤΗΚΑΙΕΑΥΤΗΖΩΣΑ

Τῇ ἰδίᾳ θρεπτῇ καὶ ἑαυτῇ ζῶσα.

## 1995.

*Ibidem*; ex Pocockio (l. c. ad n. 1992.) p. 49. n. 7.

Ι
ϽΑΝΙ
ΛΝΟΥΚΙ
ΘΗΚΑΡΙΟΝ
ΟΒΟΧΟΝ

Fortasse ex Byzantino titulo. Vs. 3. ἀπο]θηκάριον vel ὑπο]θηκάριον.

## 1996.

Fragmentum inscriptionis porrectum per universam longitudinem Zophori porticus Corinthiae Hippodromi vel Fori, ut putatur, Thessalonicensis. Ed. Stuartus Antt. Att. Vol. III. tab. II. ad cap. IX. et hinc Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 353.

ΝΓΕΓΕΝΗΜΕΝΟΝΥΠΟ

---

## 1997.

Jenidgé (Jenitza), hoc est *Pellae*, in basi; ex schedis Köhlerianis. Est etiam Jenidgé prope Philippos in orientem; sed hoc hic non intelligendum esse ex schedis vidi.

ΗΡΑΚΛΙΔΗΣΑΣΚΛΗΠΙΑ
ΔΟΥΙΕΡΕΥΣΤΗΣΘΕΟΥ
ΚΑΤΑΔΙΕΘΗΝΙΝΕΚ
ΕΛΕΥΣΕΝ

Ἡρακλίδης Ἀσκληπιάδου ἱερεὺς τῆς θεοῦ κατὰ δι[α]θή[κη]ν ἐκέλευσεν.

Fortasse sub statua ipsius deae.

---

## 1998.

*Aegis* s. *Edessae*, quae nunc Βοδενά (Vodhena), in capulo; ed. Leakius Diar. class. T. XIII. p. 334. T. XV. p. 164. unde petierunt Boissonadus ad Luc. Holsten. Epist. p. 452. Welcker. Epigr. Spec. I. n. 9. et in Syllog. ed. alt. p. 35. Ultima linea magnis litteris exarata est.

ΗΔΕΠΕΤΡΟCΚΕΥΘΕΙΓΡΑΦΙΚΟΥΔΕΜΑCΕ..:..ΑΡWΝΔΕ ΨΥΧΗΝΘΕCΠΕCΙΗΝ
ΘΗΚΕΘΕΟCΠΕΔ.ΟΝ
ΟΥΝΕΚΕΝΗΝΠΑΝΑΡΙCΤΟCΕΝΗΓΑΘΕΟΙCΔΕΠΟΛΕΙΤΑΙC
ΠΡWΤΑΦΕΡWΝΠΙΝΥΤΗCΚΥΔΟCΕΚΑΡΠΙCΑΤΟ
ΕΥΞΑΤΟΔΑΥΜΑΚΑΡΕCCΙΚΑΙΕΙΜΕΡΤΗΝΠΑΡΑΚΟΙΤΙΝ
ΤΟΥΔΕΛΑΧΕΙΝΤΥΜΒΟΥΓΗΡΑΟCΕΥΤΕΤΥΧΟΙ
Χ Α Ι Ρ Ε Γ Ρ Α Φ Ι Κ Ε

Ἧδε πέτρος κεύθει Γραφικοῦ δέμας, ε[ἰς μακ]άρων δὲ
ψυχὴν θεσπεσίην [θ]ῆκε [θ]εὸς πεδ[ί]ον,
οὕνεκεν ἦν πανάριστος, ἐν ἠγαθέοις δὲ πολείταις
πρῶτα φέρων πινυτῆς κῦδος ἐκαρπίσατο.
Εὔξατο δ' αὖ μακάρεσσι καὶ εἱμερτὴν παράκοιτιν
τοῦδε λαχεῖν τύμβου, γήραος εὖτε τύχοι.
Χαῖρε Γραφικέ.

Vs. 7. maioribus litteris.

---

## 1999.

*Bitoglia* s. *Monastir* manifesto in ea regione fuit, ubi olim *Heraclea Lyncestidis*, quae et *Heraclea Pelagoniae*, et ipsa *Pelagonia* vocata, caput regionis quartae Macedoniae (cf. Mannert. Geogr. T. VII. p. 482 sq.). Tribus a Bitoglia stadiis hunc titulum Leakius repperit et nobiscum per Müllerum communicavit.

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ
ΟΙΣΥΝΕΔΡΟΙ
ΜΑΡΚ ΑΚΥΛΙΑΝ
ΦΑΒΡΙΚΙΑΝΟΥ
ΑΠΕΡΟΣΘΥΓΑΤΕΡΟ
ΑΝΔΡΟΣΑΓΑΘΟΥ

Μακεδόνων οἱ σύνεδροι Μαρκ. Ἀκυλίαν Φαβρικιανοῦ Ἄπερος θυγατέρ[α], ἀνδρὸς ἀγαθοῦ.

Ἄπερος pro Ἄπρου, ut Κίμβερα pro Κίμβρου n. 1778.

## 2000.

In egregia imagine Aeschinis oratoris reperta in Pelagonia, nunc in domo Leakii; ex schedis Mülleri. Effigiem cum inscriptione edidit Millingen Ancient unedited monuments, tab. IX. X.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ

## 2001.

*Bitogliae*; ex schedis Mülleri, quae e Leakianis desumptae sunt.

ΖΩϹΟΥϹΗΡΑΚΛΙΑ
ΤΗΘΥΓΑΤΡΙΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝЄΤΩΝ ΚΖ
ΚΑΙΑΥΤΗΖΩϹΑΕΠΟΙ
ΕΙ

Ζωσοῦς (femina) Ἡρακλίᾳ τῇ θυγατρὶ μνήμης χάριν ἐτῶν κζ', καὶ αὐτῇ ζῶσα ἐποίει.

## 2002.

*Ibidem*; ex iisdem.

ΝΙΚΑΝΔΡΟϹϹΤΡΑΤΙШΤΗϹ
ΖШΝΑΝΕΘΗΚΕΝΕΑΥΤΟΥ
ΚΕΠΕΔΙΟΥΚΕΤΕΡΤΙΑϹ
ΤΗϹϹΕΜΝΟΤΑΤΗϹϹΥΜ
ΒΙΟΥ........... ΚΕϹΥΝΕΥΑΡΕ
ϹΤΟΥΝΤШΝΜΟΝШΝΘΕΙΟΤΑΤШΝ
ΜΟΥΠΕΝΘΕΡШΝ...... ΕΚΤШΝ
ΙΔΙШΝΜΝΗΜΗϹΧΑΡΙΝ

Νίκανδρος στρατιώτης ζῶν ἀνέθηκεν ἑαυτοῦ κὲ πεδίου (παιδίου) κὲ Τερτίας τῆς σεμνοτάτης συμβίου - - - - -, κὲ συνευαρεστούντων μο[ι τ]ῶν θειοτάτων μου πενθερῶν - - - ἐκ τῶν ἰδίων μνήμης χάριν.

## 2003.

*Ibidem*; ex iisdem. Vs. 1. pro lacuna videtur vitium lapidis statuendum.

ΦΑΒΙΑΝ...ΔΟΞΑΝ.Μ.ΣΤΕΡΤ.
ΝΙϹ.ΚΟΕΙΝΤΟΣ.ΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝ

Φαβίαν Δόξαν Μ. Στεgτίνιος Κόειντος, μνήμης χάριν.

## 2004.

*Ibidem*; ex iisdem.

ΓΛΑΦΥΡШϹΒΙШϹΑΝΤΙ
ΑΝΔΡΙΜΟΥϹΙΚШΧΡΗϹΤШ
ΦΙΛΙΠΠШΕΡΜΙΟΝΗΜΝ
ΗΜΗϹΧΑΡΙΝ

Γλαφυρῷ βιώσαντι ἀνδρί, μουσικῷ, χρηστῷ, Φιλίππῳ Ἑρμιόνη μνήμης χάριν.

## 2005.

*Ibidem*; ex iisdem.

ΑΙΛΙΑΝΗΙΟΥΛΙΑΝΩ...
...............

Αἰλιανὴ Ἰουλιανῷ etc.

## 2006.

*Ibidem*; ex iisdem.

.....ΕΤΩΝΟ̄...ΙΝΤΟΥ....Ν.ΙϚC
ΚΟΙΝΤΟΥ....ΝCΛ̄ΕC

Cave de annorum notatione a certa epocha computatorum cogites, ut in exemplis ad n. 1970. notatis; nam ΙϚC et CΛ̄ΕC non sunt numeri legitime scripti. Potius C in his locis non numeralis nota est, sed siglum idem quod ‹, hic numeris semel in fine, deinceps vero utrinque appositum, ut solet. Est epitaphium trium hominum, quorum nomina genitivo expressa sunt, ut alibi saepe:

[τοῦ δεῖνος] ἐτῶν ο'.
[Κο]ΐντου [ἐτῶ]ν ιϛ'‹
Κοΐντου [ἐτῶ]ν ‹ λε'‹

---

## 2007.

*Sirrhae* in Odomantica (Σιῤῥάν scribit Steph. Byz. v. ex Theopompo, consentiente hoc titulo), quae hodie Serrhes, ad scalam domus Episcopi. Vulgatis maiusculis edidit Choiseul-Gouffier Voy. pittor. T. II. p. 169. nos formam tituli et ligaturas ceteraque damus ex schedis Köhlerianis.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Vs. 1. utrinque habet palmam. Chois. ubique Σ, excepto vs. 6. extr. ubi habet Ζ. Vs. 9. extr. Chois. ΥΙΟΝ. Vs. 2. schedae Köhl. omittunt secundum Ε, atque iterum vs. 4. idem in eadem voce, et vs. 10. Ε in voce ἀρετῆς: quae addidi ex Chois.

Οἱ νέοι ἀρχιερέα καὶ ἀγωνοθέτην τοῦ κοινοῦ Μακεδόνων, ἀρχιερέα δὲ καὶ ἀγωνοθέτην καὶ τῆς Ἀμφιπολειτῶν πόλεως, πρῶτον δὲ ἀγωνοθέτην τῆς Σιῤῥαίων πόλεως, δὶς ἐκ τῶν ἰδίων γυμνασίαρχον Τι. Κλαύδιον Διογένους υἱόν, Κυρίνᾳ, Διογένη, ἀρετῆς ἕνεκεν, ἐπιμεληθέντος Κασάνδρου τοῦ Κασάνδρου.

ΟΙΝΞΟΙ
ΑΡΧΙΞΡΕΑΚΑΙΑΓΩΝΘΕΤΗΝ
ΤΟΥΚΟΙΝΟΥΜΑΚΕΔΟΝΩΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑΔΕΚΑΙΑΓΩΝΘΕΤΗΝ
ΚΑΙΤΗΣ ΑΜΦΙΠΟΕΙΤΩΝΠΟΛΕΩΣ
ΠΡΩΤΟΝΔΕΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝΤΗΣ
ΣΙΡΡΑΙΩΝΠΟΛΕΩΣΔΙΣΕΚΤΩΝ
ΙΔΙΩΝΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ
ΤΙΚΛΑΥΔΙΟΝΔΙΟΓΕΝΟΥΣΥΙΟΝ
ΚΥΡΙΝΑΔΙΟΓΕΝΗΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣΚΑΣΑΝΔΡΟΥΤΟΥΚΑΣΑΝΔΡΟΥ

---

## 2008.

Ex ruderibus *Amphipolis.* Ad fontem vici Yenikevi s. Neochorio prope Marmári s. Marmara, repperit Leakius et cum notis edidit in Walpol. Trav. p. 510. Cf. etiam Walpol. p. 521 sqq.

ΕΔΟΞΕΝΤΩΙΔΗΜΩΙΦΙ
ΛΩΝΑΚΑΙΣΤΡΑΤΟΚΛΕ
ΑΦΕΟΓΕΙΝΑΜΦΙΠΟΛΙ[Ν]
.ΠΟΛΙΤΕΩΝΑΕΙΦΥΓ[Ι]
ΗΝΚΑΙΑΥΤΟΣΚΑΙΤΟΣ
ΠΑΙΔΑΣΚΑΙΗΜΠΟΤΑΛ[Ι]
ΣΚΩΝΤΑΙΠΑΣΧΕΙΝΑ[Υ]
ΤΟΣΩΣΠΟΛΕΜΙΟΣΚΑΙ
ΝΗΠΟΙΝΕΙΤΕΘΝΑΝΑΙ
ΤΑΔΕΧΡΗΜΑΤΑΥΤΩΝΔ
ΗΜΟΣΙΑΕΙΝΑΙΤΟΔΕΠ
ΙΔΕΚΑΤΟΝΙΡΟΝΤΟΥΑ
ΠΟΛΛΩΝΟΣΚΑΙΤΟΣΤΡ
ΥΜΟΝΟΣΤΟΣΔΕΠΡΟΣΤ
ΑΤΑΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΑΥΤ
ΟΣΕΣΣΤΗΛΗΝΛΙΘΙΝΗΝ
ΗΝΔΕΤΙΣΤΟΨΗΦΙΣΜΑ
ΑΝΑΨΗΦΙΖΕΙΗΚΑΤΑΔ
ΕΧΕΤΑΙΤΟΥΤΟΣΤΕΧΝ
ΗΙΗΜΗΧΑΝΗΙΟ[Τ]ΕΩΙΟ[Υ]
Ν[Τ]ΑΧΡΗΜΑΤΑΥΤΟΔΗΜ
ΟΣΙΑΕΣΤΩΚΑΙΑΥΤΟΣ
ΦΕΟΓΕΤΩΑΜΦΙΠΟΛΙΝ
ΑΕΙΦΥΓΙΗΝ

Quae in uncis sunt, addidit Leakius. Vs. 4. initio unius litterae lacunam notavit Leak. sed ipse in reddendo textu nullam eius rationem habuit, et potest illa litterâ **Ν** vs. 3. extr. positâ expleri. Excidisse ἐκ putes: sed nimis hoc improbabile.

*Ἔδοξεν τῷ δήμῳ· Φίλωνα καὶ Στρατοκλέα φεόγειν Ἀμφίπολι[ν] πολιτέων ἀειφυγ[ί]ην καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς παῖδας, καὶ ἤμ ποτ' ἁλ[ί]σκωνται, πάσχειν α[ὐ]τοὺς ὡς πολεμίους, καὶ νηποινεὶ τεθνάναι. τὰ δὲ χρήματ' αὐτῶν δημόσια εἶναι, τὸ δ' ἐπιδέκατον ἱρὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τοῦ Στρυμόνος. τοὺς δὲ προστάτας ἀναγράψαι αὐτοὺς ἐς στήλην λιθίνην. ἢν δέ τις τὸ ψήφισμα ἀναψηφίζ[ῃ] ἢ καταδέχ[η]ται τούτους τέχνῃ ἢ μηχανῇ ὁ[τ]εῳο[ῦ]ν, [τ]ὰ χρήματ' αὐτοῦ δημόσια ἔστω καὶ αὐτὸς φεογέτω Ἀμφίπολιν ἀειφυγίην.*

Pro **ΟΥ** est **Ο**, excepto vs. 12. **ΤΟΥ.** *Stratocles,* qui cum Philone exilio afficitur, Olymp. 105, 3. cum Hierace legatus Athenas venerat, ut Athenienses iuberet accipere Amphipolin (Demosth. Olynth. I, p. 10. 11.: cf. Theopomp. apud Harpocr. v. Ἱέραξ, Liban. declam. XVI. et de tempore Oec. civ. Athen. T. II. p. 88.) hunc, postquam Philippi partes, capta ab illo urbe, vicerunt, eiectum esse probabile est, circiter Olymp. 105, 4. cui tempori etiam litteraturae in hoc titulo genus convenit. Hunc Stratoclem intelligendum esse, vidit iam Leakius. Etsi vero decreta exilii vulgo columnis inscripta sunt, hoc unum, quantum scio, exemplum superest. Formulae decreti sunt fere sollemnes Atticorum, quod et ipsum ex Andocide, Demosthene, Vit. X Oratt. in Plutarcheis, Xenoph. Hell. I, 7. annotavit Leakius, pluraque possunt ex indicibus a quovis conquiri. Sed forma reipublicae ab Attica differt; nulli enim Athenis magistratus proprie *προστάται* dicti, licet vox Attica sit et in rebus civilibus non inusitata etiam apud Athenienses. Dialectus est Ionica, et in hac imprimis insolens est forma *φεόγειν* bis a diligentissimo inscriptionum investigatore lecta, vs. 3. 23. Nam alias *εο* et *ευ* commutantur tantum in iis formis, in quibus vulgo *ου* habetur, *ὤχου*, *ὤχεο*, *ὤχευ*, qualia huc contulit Walpolius. Unum hucusque inveni compar *Ἐοπάμονος* pro *Εὐπάμονος* in Phanagorensi titulo, cuius lectio certissima est, n. 2121. hoc est in titulo colonorum Mileti. Haec scilicet credulis scribo, non viris eo iudicio praeditis, quod in Lipsiensi critico inesse scimus, qui quidquid ipsi displicet, quidquid nondum vidit, coniecturis expellit, licet in lapide sit certissime. Sic *εὐφήβοισι* in marmore Oxoniensi n. 270. 1. tribus testibus nixum damnat, sic *ἐξηργήσατο* n. 456. ab omnibus, qui saxum viderunt, agnitum: ubi ne lapicida quidem culpari potest, quod Archedemus auctor ipse incidit titulos. Hoc in transcursu. Ceterum Amphipolis Atheniensium colonia est, Olymp. 85, 4. archonte Euthymene deducta (Thucyd. IV, 102. Diod. XII, 32. Schol. Aeschin. l. c. a Wess. ad Diod.), qua aetate Athenis vetus Atticismus vigebat: neque unquam haec sermonis forma in Attica obtinuit, quam hoc affert decretum: numquam certe Attici *ἀειφυγίην* dixerunt; quae mollities in Ionia nata est, quum Attici contra etiam *ναυκράρους* pro *ναυκλήρους* dicerent ad Doricam et Aeolicam rationem: neque obsunt *νηός*, *κρητήρ* et talia, quae ex diverso sunt ge-

nere; ut omittam alia, quae Walpolius affudit hinc satis aliena. Itaque ex Attica Ionismus Amphipolitanus non fluxit; nec probo Leakii, viri cetera praestantissimi rationem, qui Amphipolitanos censet in decretis Ionismo usos esse, etiam postquam in Attica obsolevit, ut originis retinerent vestigia. Immo Amphipolitanorum inde a coloniae initio minima pars fuit Attica; *βραχὺ μὲν Ἀθηναίων ἐμπολιτεῦον, τὸ δὲ πλεῖον ξύμμικτον*, ait Thucydides IV, 106. adde verba Diodori: *ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἀθηναῖοι συνῴκισαν Ἀμφίπολιν, καὶ τῶν οἰκητόρων οὓς μὲν ἐκ τῶν πολιτῶν κατέλεξαν, οὓς δ᾽ ἐκ τῶν σύνεγγυς φρουρίων.* Hi alteri non Thraces fuerunt, quod nonnulli nescio quo iure contendunt, sed magna quidem ex parte Graeci; neque hoc decretum dubitare sinit, quin Iones potissimum fuerint, quorum vicerit sermo, ab Atheniensibus in illis castellis prius collocati ut praesidiarii. Omnino multi in ea regione Iones fuerunt, ut Abderitae, Thasii etc. Haec de antiqua colonia; sed praeterea Lacedaemonii, postquam eiecerunt Athenienses, novos conscripserunt colonos (Philipp. epist. ap. Demosth. adv. Phil. epist. p. 164. extr.); et hi novi coloni, qui tum, quum hoc decretum scriptum est, tenuerunt urbem, et ipsi fuerint Iones ex proximis civitatibus Ionicis et pristinis incolis non Atticis collecti. Vs. 4. construxerim *πολιτέων ἀειφυγίην*, licet in fine *πολιτέων* omissum sit, hoc est *exilium quale civium* est, oppositis inquilinis. Vs. 18. 19. coniunctivum restitui ob vs. 6-7.

## 2009.

Cippus sepulcralis inter rudera *Amphipolis* repertus a Cousinerio; nunc Parisiis in Museo regio; edimus ex schedis Mülleri et tabulis Claraci (sub fin.).

ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΣΒΑΣΙ
ΛΕΩΣΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑ
ΔΟΥΛΟΣ
ΥΠΟΤΗΣΓΥΝΑΙ
ΚΟΣΜΟΥΣΗΣΤΕ

Vs. 2. Müll. ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ, ut in nummis Rhoemetalcae I.

*Φιλότειμος βασιλέως Ῥοιμητάλκα δοῦλος.*
*ὑπὸ τῆς γυναικός μου Σῆστε.*

Est epitaphium. Σῆστε nomen barbarum ut videtur indeclinabile. Titulus enim integer est.

## 2010.

Loci incerti; sed argumenti causa huc rettuli. Est sub anaglypho Veronae servato, in quo Mercurius manu ducens defunctum. Aeri incisum dedit Maffeius Mus. Ver. p. LI. 1.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΑΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

*Ἀσκληπιάδη Ἀπολλωνίου Ἀμφιπολῖτα, χρηστὲ χαῖρε.*

## 2010. *b.*

In ruderibus *Philipporum* urbis, quae Turcis *parvae Philippi* (prope Cavallo). Ex itinerario ad n. 2162. designato petiit Villoisonus, et ex huius schedis Osannus, qui edidit Syllog. tab. II. n. 6. ad p. 407. Titulus fortasse Christianus est. Verbum non addo his quisquiliis.

- - - - - - - CONΡOV - - - - - - -
- - - - - - - ΘΕȢΑΡΧΟϤ- - - - - -
- - - - - - -ΑΝΟϹΑΠΕϹΤιΛΕ - - - -
- - - - - - ȢΛΟΝΤΟΝΚΑ⋎ΧΑ - - - -
- - - - - -ΟΝΔΟϹΑϹΑ⋎ΤΟΦΝ·ΟϹΑ- -
- - - - - ΤΑΚΤΟΝ. . . .ȢΒΟΛΑ- - -
- - - - -ΑΝΚΤΟΛΚΑΝΑ..ΟΙΛΑΚΟ- - -
- - - -ΟΒRΟΝΚΟΚΑΥΧΑΝΟϹ - - - -
- - - -ΤȢϹϹΜΟΛΕΑΝȢ - - - - - - -

---

## 2011.

*Callipoli*; ed. Turner. Itin. T. I. p. 47.

ΗΡΑΙΤΩΡ
ΝΟΣ
ΑΦΡΟΔΕΙΤ
ΕΥΧΗΝ
ΑΝΕΘΗΚΑ

*Π]ραιτωρ[ια]νὸς*
*Ἀφροδεῖτ[η*
*εὐχὴν ἀνέθηκα.*

## 2012.

*Callipoli*, in scapo inferiore columnae finis tituli perlongi, cuius reliqua pars legi non potuit. Transcripsit De Bohn; Marchio de Caumont dedit Buherio, ex cuius schedis habeo a Bekkero.

ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝΤΩΝΑΡΧΟΝΤΩΝ
ΚΑΙΤΑΜΙΩΝΤ.ΦΛΑΒΙΟΥΔΙΟΓΕΜΙΑΝΟΥ
ΚΑΙΤΗΚΛΑΥΔΙΟΥΣΕΒΗΡΟΥ

Ἐπιμεληθέντων τῶν ἀρχόντων καὶ ταμιῶν Τ. Φλαβίου Διογε[ν]ιανοῦ καὶ Τ[ιβ]. Κλαυδίου Σεβήρου.

## 2013.

*Callipoli*, in porta arcis, fragmenta duo diversis locis muro inserta, inverso altero. Utrumque edidit Richter Itin. p. 571. n. 32. (cf. p. 433. et 631.), secundum etiam Turner. Itin. T. I. p. 46.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚ . . . ΑΡΑΘΕΟΥΤΡΑΙ
ΑΝΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥ . . . ΝΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑΥ
ΟΝΟΝΤΡΑΙΑΝΟΝ . . . ΙΑΝΟΝΣΕΒΑΣΤΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑΜΕΓΙΣΤΟ . . ΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΞΟΥ
ΣΙΑΣΤΟΗΥΠΑΤΟ . . ΟΓ

Vs. 1. Turn. ΑΙΑΘ etc., vs. 3. omittit ultimum Ν, vs. 4. habet ΕΙ sine ΟΥ.

Αὐτοκράτορα Κ[αίσ]αρα θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ [υἱό]ν, θεοῦ Νερούα υἱ[ιω]νόν, Τραϊανὸν [Ἀδρ]ιανὸν Σεβαστ[ό]ν, ἀρχιερέα μέγιστο[ν, δ]ημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ η̅, ὕπατο[ν τ]ὸ γ̅.

Pertinet ad a. u. c. 877-878. Hadriano Cos. III. Trib. Pot. VIII. Non recte Morgensternius noster ad Richt. p. 631. vs. 5. pro ΤΟΗ correxit ΤΟΙΗ.

## 2014.

*Callipoli* ad portam australem; ed. Spon. Itin. T. III. P. I. p. 91. Wheler. Itin. p. 75.

ΠΑΝΤΑΘΕΟΔΟΤΟΥ
ΤΗΝΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΒΙΤΑΝΑΝΤΙΚΛΕΟΥΣ

Vs. 1. extr. Spon. ΘΕΟΔΩΤΟΥ, Whel. quod dedi. Vs. 3. Spon. quod dedi; sed Whel. habet ΒΑ ΤΑΝΑΝΑΝΤΙ etc. rursum vero in textu suae narrationis *Bitanam* vocat.

Πάντα Θεοδότου τὴν θυγατέρα Βίταν Ἀντικλέους.

*Panta* mater est *Bitae*, uxor *Anticlis*. Βίτα nomen simile nominibus Βιττώ, Βίττιον, Βιττίς.

## 2015.

*Callipoli*; ed. Murat. T. III. p. MCDLXVIII. 3. ex schedis Bimardi.

ΤΟΥΤΟΤΟΜΝΗΜΑ
ΕΡΜΑΦΙΛΟCCΤΡΑ
ΤΩΝΟCΚΑΤΕCΚΕ
ΒΑCΕΝΕΑΥΤΩΖΩΝ
ΚΑΙΤΗCΥΝΤΕΚΝΩΑΡΤΩ
ΡΙΑΟΝΗCΙΜΗΚΑΙΤΩΑΝ
ΔΡΙΑΥΤΗCΖΩCΙΜΩΜΕ
ΝΕCΤΡΑΤΟΥΚΑΙΤΩ
ΥΙΩΑΥΤΗCΖΩCΙΜΩ
ΖΩCΙΜΟΥΤΟΙCΔΕΛΟ
ΙΠΟΙCΑΠΑΓΟΡΕΥΩ
ΕΙΤΙCΔΕΤΟΛΜΗ
CΕΙΕΤΕΡΟΝΚΑΤΑ
ΘΙCΤΑΙΔΩCΕΙΕΙC
ΤΟΝΦΙCΚΟΝΧΑ

Τοῦτο τὸ μνῆμα Ἑρμάφιλος Στράτωνος κατεσκέβασεν ἑαυτῷ ζῶν καὶ τῇ συντέκνῳ Ἀρτωρίᾳ Ὀνησίμῃ καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς Ζωσίμῳ Μενεστράτου καὶ τῷ υἱῷ αὐτῆς Ζωσίμῳ Ζωσίμου· τοῖς δὲ λοιποῖς ἀπαγορεύω. εἴ τις δὲ τολμήσει ἕτερον καταθ[έ]σ[θ]αι, δώσει εἰς τὸν φίσκον δηνάρια χίλια.

Σύντεκνος videtur esse, quae una cum illo educata sit quasi soror.

## 2016.

*Callipoli*; ex Pocockio Inscr. ant. I, 5, 1. p. 48.

. . . . ΕΑΥΤΩΚΑΙΤΗΓΥΝΑ
ΙΚΙΜΟΥΑΣΚΛΗΠΙΟΔ
ΟΙΣ . . ΤΟΥΣΛΕΛΟΙΠΟΥΣ

Ὁ δεῖνα τοῦτο τὸ μνῆμα κατεσκεύασεν vel κατεσκεύασα] ἑαυτῷ καὶ τῇ γυναικί μου Ἀσκληπιοδ[ώρᾳ vel -ότῃ καὶ τ]οῖς [τέκνοις]. τοὺς [δ]ὲ λοιποὺς [ἀπαγορεύω etc. fere ut n. 2016.

---

## 2017.

In *Chersoneso Thracica*, lapis sub finem superioris saeculi repertus; ed. Köhlerus de insulis et cursu Achillis in Act. Acad. Petrop. T. X. p. 115.

ΚΑΜΙΣΛΟΣΥΠΕΡΤΟΥ
ΥΙΟΥΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΔΙΙ
ΟΛΒΙWΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Κά[λλ]ισ[τ]ος ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ Ἀλεξάνδρου Διῒ ὀλβίῳ εὐχαριστήριον.

Ζεὺς ὄλβιος non notus: de voce εὐχαριστήριον alibi dixi.

---

## 2018.

Inter Heracleam castellum, quod hodie Heraklizza vocatur, et Ganos est locus *Chora*, hodie Khoras, ab altero hoc loco haud procul remotus in meridiem. Ibi ante portam ecclesiae cathedralis hic titulus repertus est in lapide 3′½ longo, 1′ lato; quam notitiam praebent schedae Buherii ad n. 2012. citatae: Buherius autem habuit ab iisdem, a quibus n. 2012. Bis edidit Muratorius, T. I. p. CCLVII. 2. „extra Heraclizzam in vico Lupada", ex schedis Bimardi, et T. IV. p. MCMXCIV. 7. „in vico Lupuda ad Chersonesum Thraciae", ex schedis Bohnii a Bricherio missis. At neutrum exemplum fidum est, prius vero a Bimardo suppletum manifesto. Nos damus schedas Buherii, quae ex Bohnianis transcriptae sunt, neque annotamus variam lectionem Muratorianorum exemplorum, quippe correctorum.

ωΝ
ΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϽ
ΚΑΜΑΞΙΜΙΑΝ
ΤωϹΕΒΑϹΤ
ΚΑΙΚωϹΤΑΝΤ
ΚΑΙΜΑΞΙΜΙΛΧ
ΤωΝΕΠΙΦΑΝΕ
ΚΑΙϹ - - - -
ΑΓΡΟΥϹΙΚΟΤΙ
ΤΑΟ ᵓ Α
ΕωϹ ωΛ

Recte restituit Bimardus, nisi quod vs. 1. aliquid post ωΝ addendum censeo ab illo omissum. Lege: Αὐτοκρατόρ]ων [Οὐαλ. Δ]ιοκλητιαν[οῦ] καὶ Μαξιμιαν[οῦ] τῶ[ν] Σεβαστ[ῶν], καὶ Κωσταντ[ίου] καὶ Μαξιμι[ανοῦ] τῶν ἐπιφανε[στάτων] Καισ[άρων etc.

Vs. 5. non opus scribi Κωνσταντίου. Vs. 9. Buh. corrigit ἀγροὺς εἴκοσι, quod satis incertum. Vs. 6. *Galerius Maximianus* Caesar intelligendus est.

## 2019.

In aula *eiusdem* ecclesiae in lapide sepulcrali; ex Bimardi schedis ed. Murat. T. III. p. MCCXL. 8. et ex Bohnianis a Bricherio missis T. IV. p. MMLXIV. 3. Nos ex Buherii schedis iisdem damus, quas supra diximus.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹΚΑΡΚΟϹΚΑ
ΔΙΖΑϹΤΩΠΑΤΡΙΔΟΛΕΙΔΕΙ
ΔΑΚΑΙΤΙΜΗΤΙΗΡΥΛΛΗ
ΜΝΗΜΗϹΧΑΡΙΝ

Bim. excepto vitio typographico eodem modo habet; Brich. immiscuit coniecturas, vs. 1. ΚΑΙΜΑΡΚΟϹ, vs. 3. ΤΗΜΗΤΡΙ; idem vs. 2. extr. duarum litterarum lacunam signat; vs. 3. init. in eius exemplo ΛΑ est operarum vitio.

Ἀπολλώνιος κα[ὶ] Κοσ... ί[δ]ας τῷ πατρὶ ..λε[κλ]είδᾳ καὶ τ[ῇ] μητ[ρ]ὶ Ἡρύλλῃ μνήμης χάριν.

---

## 2020.

*Perinthi*, quae a nonnullis *Heraclea* dicta, in ecclesiae cathedralis muro. Ex schedis alienis dedit primum Seldenus (Append. Marm. Oxon. n. CLXII. p. 57. ed. Maitt. cf. p. 192. et p. 504. 522. 563.), hinc Reinesius Synt. Inscr. III, 17. p. 305. et Fabrettus Inscr. p. 483. qui Seldeni errorem in lapide tractando correxit; ex marmore repetierunt Spon. Itin. T. III. P. I. p. 95. qui et ipse Seldeno recte oblocutus est, Wheler. Itin. p. 80. Melet. Geogr. p. 421. minusculis neque versibus distinctis, ex schedis D. de la Condamine Murat. T. I. p. CCXXXIII. 1. ex schedis Cyrilli Metropolitae Adrianopolitani nuperrime de lapide Perinthi conscriptis Anthimus Gazes Ἑρμ. λόγ. a. 1813. p. 112. unde est in Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 556. In schedis Köhlerianis extat ter.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡ
ΘΙΚΟΥΥΙΟΝΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑΥΙΩΝΟΝΤΡΑΙΑΝΟΝΑΔΡΙ
ΑΝΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟΙ̅
ΥΠΑΤΟΝΤΟΓ̅

Formam et dispositionem litterarum dedi ex schedis Köhlerianis. Vs. 1. Mel. Cyr. omittunt Iota subscr.; vs. 2. Mel. Spon. Whel. omittunt Θεοῦ; Cyr. litteras ΑΔΡΙ falso initio vs. 4. addit. Vs. 4. extr. solus Mur. ΤΟΓ habet, idemque omittit Mel. Ibidem et vs. 5. lineolas supra positas omittunt Seld. Spon. Whel. Mur. (vs. 5. etiam Melet.); eas addidi ex Köhl. Cyr. et ex hoc etiam ductum (ʼ) adieci. In fine lacunam signat Mur. fortasse recte (cf. n. 2022.). Mera vitia non annoto.

Ἀγαθῇ τύχῃ, Αὐτοκράτορα Καίσαρα Θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱόν, Θεοῦ Νερούα υἱωνόν, Τραϊανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστόν, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ῑ, ὕπατον τὸ γ̄.

Pertinet ad a. u. c. 879-880. Hadriano Cos. III. Trib. Pot. X.

## 2021.

*Perinthi*, fragmentum inscriptionis ad Hadrianum pertinentis, ex Hamiltoni Aegypt. p. 207. In fine unius versus:

Καὶ Ὀλυμπίῳ Ἐλευθερίῳ, καὶ Σαβείνῃ Σεβαστῇ.

## 2022.

*Ibidem* ubi n. 2020. et ex iisdem fere auctoribus: Marm. Oxon. Append. n. CLXI. p. 57. ed. Maitt. (cf. p. 521 sq.) ex schedis alienis, quae Seldeno missae erant, Reines. Synt. Inscr. III, 35. p. 312. qui inter marmora Arundeliana perperam refert, sed recte notat Ism. Bullialdum vidisse hunc lapidem muro ecclesiae metropolitanae transversum insertum, a quo acceperint Lambecius et Langermannus; Spon. Itin. T. III. P. I. p. 97. Wheler. Itin. p. 79. Melet. Geogr. p. 421. (ut n. 2020.) Murat. T. II. p. MLXIX. 2. ex schedis suis: postremo titulus etiam ex Cyrilli schedis nuper Perinthi de lapide conscriptis editus ibidem ubi n. 2020. nos vero eum ex duplicibus schedis Köhlerianis habemus, quibus nuperrime accessit apographum Peyssonelii a Zieglero missum; Peyssonelius vero a Britannico videtur medico accepisse.

ΑΓΑΘΗΤΨΧΗ
ΑΨΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑ
Λ·ΣΕΠΤΙΜΙ⊗ΣΕΟΨΗΡ⊗
ΕΨΣΕΒΗ>ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΝΑΡΑΒΙΚΟΝ
ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝΠΑΡΘΙΚΟΝ
ΜΕΓΙΣΤΟΝΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣΤΩΝ
ΝΕΩΚΟΡΩΝ
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ

Litterarum forma et dispositio est ex Köhl. et partim ex Peyss. ex quo Ψ dedi. Vs. 1. Köhl. ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗ, Peyss. ΑΓΑΘΗΤΨΧΗΙ, Spon. Whel. Oxon. Mur. ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ, Rein. ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ, Mel. Cyr. quod dedi: omisi vero Iota, quod id hac aetate iam omissum prope constanter esse certum est. Vs. 3. pro Λ Oxon. Rein. soli habent Μ. Peyss. addit punctum, quod dedi. Idem versus ap. Cyr. turpiter depravatus est; pro ΟΥ est Β apud Whel. Mur. et solum Υ apud Mel. Vs. 4. ΕΥΣΕΒΗ>ΙΠΕΡ etc. habet Peyss. quod dedi omisso Ι: ΕΥΣΕΒΗΕΠΕΡ etc. prorsus vitiosum consensu habent schedae Köhlerianae et Cyrillus; Mel. Mur. Spon. Whel. ΕΥΣΕΒΗΝ, ceteri ΕΥΣΕΒΗ. Vs. 5. Oxon. ΑΡΑΒΙΑΝΟΝ. Vs. 6. Peyss. ΝΠΡ. Vs. 8. 9. Köhl. et Seld. (non Marm. Oxon. ed. Maitt.) ΤΟΝΝΕΩΚΟΡΟΝ, vs. 8. ΤΟΝ etiam Cyr. Alia prorsus vitiosa omitto. Peyss. vss. 7-9. aliter dispositos habet, et in fine addit Latinum titulum in Antoninum Pium, qui hinc alienus est.

Ἀγαθῇ τύχῃ, Αὐτοκράτορα Καίσαρα Λ. Σεπτίμιον Σεούηρον Εὐσεβῆ Περτίνακα Σεβαστόν, Ἀραβικόν, Ἀδιαβηνικόν, Παρθικόν, Μέγιστον ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν νεωκόρων Περινθίων.

De Neocoratu Perinthiorum vide Eckhel. D. N. T. II. p. 41. Eum primum nacti sunt, ex quo Sept. Severus capta, quae Nigrum amplexa erat, Byzantiorum urbe, hanc ipsam eiusque dicionem donavit Perinthiis, ut narrat Dio in Severo. Hoc notavit iam Reinesius. Quae apud eundem addita est inscriptio L. Septimii Tryphonis de Novi Bacchi templo ornato, eaque sub Sept. Severo posita, eam Io. Ern. Imm. Walchius in singulari de ea diatribe Perintho utpote neocoratu auctae tribuit mera neglegentia: quod hoc loco, ne quis eam desideret, moneo.

## 2023.

In oppido Tschourli (Τζορλοῦ), quae et Τζορολόπολις sive *Tyrilus* seu *Turullus*, haud dubie tum *Perinthiis* parente (cf. n. 2027. et ad n. 2022.); ed. Spon. Itin. T. III. P. I. p. 98. et minusculis versibusque indistinctis Meletius Geogr. p. 439.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙ
ΣΑΡΑΓΑΙΟΝΜΕΣΙΟΝ
ΚΥΙΝΤΟΝΔΕΚΙΟΝ
ΤΡΑΙΑΝΟΝΕΥΣΕΒΗ
ΕΥΤΥΧΗΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΗΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΔΙΣ
ΝΕΩΚΟΡΟΣΠΕΡΙΝΘΙΩΝ
ΠΟΛΙΣ

Sic Sponius: Melet. vs. 7. *νεωκόρων*, omissa tum voce *πόλις*.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Γάϊον Μέσιον Κυΐντον Δέκιον Τραϊανὸν Εὐσεβῆ, Εὐτυχῆ, Σεβαστὸν ἡ λαμπροτάτη δὶς νεωκόρος Περινθίων πόλις.

*Δὶς νεωκόρος* Perinthus est inde ab ultimis Sept. Severi annis.

## 2024.

In ruderibus *Perinthi* in colle. Ex Bimardi schedis Murat. T. I. p. CXXXVIII. 2. dedit vss. 2-7. Eosdem praebent schedae Buherii, de quarum origine vide ad n. 2012. reliqua tum legi non poterant, quod lapis solo infixus erat: id quod in schedis notatum est. Integer titulus ex schedis Cyrilli ibidem editus est ubi n. 2020. eumque nos etiam ex duplicibus Köhleri schedis habemus, ex quo formam et dispositionem litterarum damus.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Vs. 1. ΘΥΧΗ et Cyr. et Köhl. Vs. 2. 5. 7. ligaturae ex Köhl. redditae sunt etiam in Buh. Vs. 3. Mur. ΕΤΕΙΜΗΣΕΝΠΟΑΙΛΙΟΝ, Buh. ΕΤΕΙΜΕΣΕΝ ΠΟΑΙΛΙΟΝ, Cyr. ΕΤΕΙΜΗΣΕΝΑΠο–ΑΙΛΙΟΝ, Köhl. quod dedi. Vs. 5. Buh. ΙΟΝΙΟΤΥΧ etc. Cyr. ΤΟΝ ΤΟΥΤΥΧΑΙΟΥ.

ΑΓΑΘΗ ΘΥΧΗ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΗΣΕΝΠΟ—ΑΙΛΙΟΝ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝΑΤΟΝΚΑΙ
ΠΡΟΚΛΟΝΤΟΝΤΟΤΥΧΑΙΟΝ
ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΝΤΑΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΕΙΣΟΙΠΡΑΓΜΑΤΕΥΟΜΕΝΟΙ
ΕΝΠΕΡΙΝΘΩΤΟΝΑΝΔΡΙΑΝΤΑ
ΑΝΕΣΤΗΣΑΝΤΕΙΜΗΣΧΑΡΙΝ

---

Ἀγαθῇ [τ]ύχῃ. ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησεν Πό. Αἴλιον Ἁρποκρατίωνα τὸν καὶ Πρόκλον, τὸν τὸ Τύχαιον κατασκευάσαντα. Ἀλεξανδρεῖς οἱ πραγματευόμενοι ἐν Περίνθῳ τὸν ἀνδριάντα ἀνέστησαν τειμῆς χάριν.

Proclum habes etiam n. 2025. eumque arbitror operis tessellati artificem fuisse (ψηφοθέτην patrem una cum filio vocare n. 2025. videtur), qui Fortunae fanum Perinthi eo opere ornaverit in modum Praenestini Fortunae templi.

## 2025.

*Perinthi*; ed. Ios. de Hammer, topogr. Ansichten p. 159.

. . . . . . . ΛΙΕΣΣΙΤΕΧΝΗΝ. .
ΚΗΣΑΠΡΟΠΑΝΤ. .
ΨΗΦΟΔ . ΤΑΣΔΩ
ΡΟΙΣΠΑΛΛΑΔΟΣ. .
. ΑΜΕΝΟΣΥΙΑΛΙ
ΠΩΝΒΟΥΛΗΣΣΥΝ
ΕΔΡΟΝΠΡΟΚΛΟΝΙ
ΣΟΤΕΧΝΟΝΜΟΙ
ΟΓΔ . ΚΟΝΤΟΥΤΗΣ. . .

Πάσαις ἐν πο]λίεσσι τέχνην [ἤσ]κησα πρὸ πάντ[ων
ψηφοθ[έ]τ[η]ς, δώροις Παλλάδος [εὑρ]άμενος,
Υἷα λιπὼν βουλῆς σύνεδρον Πρόκλον ἰσότεχνόν μοι,
ὀγδ[ω]κοντούτης [τοῦδε τάφοιο λαχών.

Nomen viri supra scriptum fuisse cogita. Vs. 1. ab Hammero restitutus est. Δῶρα Παλλάδος fuit qui *oleum* esse diceret, quod ille gratis dederit in balneis. Immo artem is Minervae munere nactus erat; dedi εὑράμενος, sc. τέχνην. Litterae ΨΗΦΟΔ . ΤΑΣ autem non viri nomen continent, sed artificium. Ψηφοθέτης est *operis tessellati fabricator*; qui quidni etiam ψηφοθέτης appellatus fuerit? Proclus vero Tychaeum instruxit teste n. 2024. ubi qui memoratur si idem est, quam bene Tychaei exornatio cum arte illa conveniat, apertum est. Vs. ult. exempli causa a nobis suppletus est. Βουλῆς σύνεδρος, nempe βουλευτὴς Περίνθιος n. 2027.

## 2026.

In ruderibus Amphitheatri prope *Perinthum*; titulum ibidem ubi n. 2020. editum habemus praeterea ex schedis Köhlerianis.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣΤΑΥΡΟ - -
ΩΝΚΑΙΦΡΟΝΩΝΕΘΥ - -
ΤΩΕΘΕΚΕΤΟΝΒΩΜΟΝ - -
ΩΕΑΥΤΟΥΕΠΙΚΤΗΣΕΙΑΙΚ
ΣΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝ
ΕΠΑΡΟΔΕΙΤΑ

Formam litterarum dedi ex Köhl. Vs. 1. Cyr. ΓΑΥΡΟ, Köhl. quod dedi. Vs. 2. extr. Cyr. ΕΘΗ; idem vs. 3. secundum Ε omittit. Vs. 4. Cyr. ΗΑΥ etc. et in fine ΑΙΧ.

Vs. 4. extr. debet aliquid turbatum esse; nomen haud dubie est Ἐπικτήσει, ut n. 1977. Α fortasse nihil nisi vitium ex siglo non intellecto ortum, ut n. 2024. vs. 3. ΙΚ autem fortasse ex monogrammate aliquo superest καὶ significante. Utut est, non video aliam restitutionem nisi hanc: Ἀσκληπιάδης Ταύρο[υ ζ]ῶν καὶ φρονῶν ἑ[α]υτῷ ἔθ[η]κε τὸν βωμὸν [καὶ τῇ συμβί]ῳ ἑαυτοῦ Ἐπικτήσει [καὶ τοῖς τέκνοι]ς μνείας χάριν. [χαῖρ]ε παροδεῖτα.

## 2027.

*Ibidem* ubi n. 2023. in coemeterio Armeniorum. Ex Bimardi schedis dedit Murat. T. II. p. MLXIX. 3. Habent Pocock. Inscr. ant. I, 5, 1. p. 48. et Buherius in schedis, de quarum origine vide ad n. 2012.

ΒΕΤΤΙΔΙΟΣΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣΠΕΡΙΝΘΙΟΣ
ΒΟΥΛΕΥΤΗΣΕΘΗΚΑΤΗΝΣΟΡΟΝΑΥΡ
ΧΡΗΣΤΩΟΣΔΑΝΤΟΛΜΗΣΕΙΕΤΕΡΟΝ
ΚΑΤΑΘΕΣΘΑΙΚΑΤΑΑΥΤΟΝ
ΔΩΣΕΙΤΗΠΟΛΕΙΧΒΦ

Tituli formam dedi ex Poc. Vs. 2. Buh. ΕΘΗΙΚΑ; vs. 4. Poc. ΚΑΤΑΘΕΣΑΙ, Mur. ΚΑΤΑΘΕΣΤΑΙ. Ibid. Poc. ΕΑΥΤΟΝ p. ΑΥΤΟΝ.

Βεττίδιος Εὐτυχιανὸς Περίνθιος βουλευτὴς ἔθηκα τὴν σορὸν Αὐρ. Χρήστῳ. ὃς δ᾽ ἂν τολμήσ[η] ἕτερον καταθέσθαι κατὰ αὐτόν, δώσει τῇ πόλει δηνάρια βφ.

Πόλιν intellige Perinthum, cui parebat ille locus. Cf. n. 2023.

## 2028.

In Eski Eregli (quo significatur *Heraclea vetus*) duabus horis a Buyuk Eregli (quod significat *Heracleam maiorem*), qui posterior vicus fere in *Perinthi* loco est. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 472.

ΙΟΥΛΙΑΚΛΕΟΠΑΤΡΑ
ΤΕΡΟΝΤΙΝΑΝΚΑΙΑΘ..
ΟΣΤΕΙΜΟΥΤΗΠΟΛΕΙ
ΧΑΙΡΕΠΑΡΟΔΕΙΤΑ

- - Ἰουλία Κλεοπάτρα - - [ὃς δ' ἂν τολμήσῃ ἕ]τερόν τινα κα[τ]αθ[έσθαι, δώσει πρ]οστείμου τῇ πόλει [δηνάρια - -] χαῖρε παροδεῖτα. Cf. n. 2027.

## 2029.

*Perinthi*; ed. Ios. de Hammer topogr. Ans. p. 159.

F. ΠΑΥ. Ε. ΕΙ..
ΑΠΟΥΝΤΟΣΤΟΥ..
ΚΑΙΠΑΥΤΕΡΙΟΥ..

## 2030.

Circa imaginem cistulae mysticae, in qua serpens; ed. Spon. Misc. erud. ant. II, 3. p. 26. sed unde esset, non dixit. In nummo non videtur esse, sed fortasse in candelabro.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ

---

## 2031.

*Selymbriae* (Selivree); ex Paulo Luca Itin. Gr. As. min. etc. T. I. p. 313. n. 41.

ΫΡΤΑΚΡΑΤΗΣΙΟΥΧΑΙΡΕ

- ὕρτα Κρατησίου χαῖρε.

---

## 2032.

In capulo prope Buyuk Chekmagee s. Buyuk Czedmedge; ex schedis Huntii ed. Walpol. Mem. p. 463. n. 13. Locus ille est ad fluminis *Athyrae* ostium, ubi olim *navale* fuit *Athyras portus* vocatum, infra villam *Melantiada*. Cf. Cellar. Geogr. T. I. p. 1073. et Mannert. Geogr. T. VII. p. 172. Tractavit Boissonad. Diar. class. T. XX. p. 305. et repetiit Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 161

ΑΥΡΗΛΙΑΒΛΟΥΚΙΑΖΩΣΑΚΑΙΦΡΟΝΟΥΣΑΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΤΟ
ΛΑΤΟΜΙΟΝΣΥΝΤΗΙΣΤΗΛΗΙΕΜΑΥΤΗΙΚΑΙΤΩΙΓΛΥΚΥΤΑ
ΤΩΙΜΟΥΑΝΔΡΙΣΑΤΥΡΩΝΙΔΩΙΥΠΟΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝΖΗΣ
ΑΝΤΙΕΤΗΤΡΙΑΚΟΝΤΑΜΕΜΠΤΩΣΜΗΔΕΝΔΕΤΕΡ
ΟΝΕΞΕΣΤΑΙΒΛΗΘΗΝΑΙΕΣΑΥΤΟΕΙΜΗΤΑΤΕΚΝΑΜΟΥ
ΕΙΔΕΤΙΣΚΑΤΑΘΗΤΑΙΕΤΕΡΟΠΤΩΜΑΔΩΣΕΙΤΗΠΟΛΕΙ
ΧΑΦ. ΧΑΙΡΕΠΑΡΘΕΝΑ

Αὐρηλία Βλουκία ζῶσα καὶ φρονοῦσα κατεσκεύασε τὸ λατόμιον σὺν τῇ στήλῃ, ἐμαυτῇ καὶ τῷ γλυκυτάτῳ μου ἀνδρὶ Σατυρωνίδ[ῃ] ὑπομνείας χάριν, ζήσαντι ἔτη τριάκοντα [ἀ]μέμπτως. μηδέν[α] ἕτερον ἐξέσται βληθῆναι ἐς αὐτό, εἰ μὴ τὰ τέκνα μου· εἰ (p. ἐὰν) δέ τις κατάθηται ἕτερο[ν] πτῶμα, δώσει τῇ πόλει δηνάρια ἀφ. χαῖρε Παρθένα.

Vs. 1. non audeo mutare nomen Βλουκία; Boiss. ἡ Λουκία, vix recte. Κατεσκεύασε pro prima persona, quae posthac infertur, non sollicitandum, quod frequens in his sepulcrorum dedicationibus personae mutatio est. Vox ὑπομνείας est nova. Πόλιν intellige, cui locus ille subiectus, Byzantium vel Selymbriam aut Perinthum. Παρθένα est filiola Aureliae postea sepulcro illata.

---

## 2033.

Marmor Cantabrigiense n. 43. recens advectum ex *Propontide* a Spencero Smithio; ed. Dobraeus in epistola ad Rosium Diar. class. T. XXX. p. 148. (Ros. Inscr. p. 418.).

ΗΓΗΜΩΝ
ΕΠΙΚΗΦΙΣΙ

Dicitur nihil videri perisse, et Ἐπικηφισίους esse pagum Atticae. Posterius non verum est. Titulum non intelligo, nisi dicas esse: Ἡγήμων ἐπὶ Κηφίσι p. Κηφισίδι; sed hanc formam vix probaverim, neque in illis locis epitaphiorum formulam hanc ἐπί τινι, quam ex Boeoticis et Phocicis potissimum novimus, constat fuisse usitatam.

---

## 2034.

Prope *Byzantium*, in marmore candido ad oram Bospori Europaeam loco a Turcis Mpalta Limani dicto, supra promontorium Hermaeum (Rumeli Chisari). Ex schedis Graeci ed. in Ἑρμῇ λογίῳ a. 1819. p. 57.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣΜΕΝΔΙ
ΔΩΡΟΥΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣ
ΤΑΙΛΑΜΠΑΔΙΤΩΝΑΝΗ
ΒΩΝΤΑΒΟΣΠΟΡΙΑΤΟ
ΑΘΛΟΝΕΡΜΑΙΚΑΙΗ
ΡΑΚΛΕΙ

Ὀλυμπιόδωρος [Β]ενδιδώρου στεφανωθεὶς τᾷ λαμπάδι τῶν ἀνήβων τὰ Βοσπόρια, τὸ ἆθλον Ἑρμᾷ καὶ Ἡρακλεῖ.

Titulus optimae aetatis, quo praemium ex lampadephoria puerorum in ludis Bosporo sacris reportatum agonisticis diis dedicavit victor Byzantius. Ludi hi lampadephoriae fortasse Athenis translati sunt cum Atticis colonis, eo opinor loco habiti, ubi repertus lapis. Nomen Βενδίδωρος, ex Thracica Diana Bendide traductum, vidimus n. 496.

## 2035.

*Perae* in urna fictili; ex Paulo Luca misit Bimardus Muratorio T. II. p. DCXI. 1. Cf. Corsin. F. A. T. IV. p. 143. et in Gorii Symbol. litt. Vol. VI. p. 75.

ΑΓΑΣΙΑΣΑΡΧΩΝ
ΤΩΝΑΘΗΝΗΘΕΝΑΘΛΩΝ

Ἀγασίας ἄρχων.
τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων.

Quam de hac inscriptione ad n. 33. proposui sententiam, eam correxi in Addendis T. I. p. 888. Cf. etiam ad n. 406. Etiamnunc vero hoc vas cum oleo in Panathenaeis datum censeo, et Agasiam esse Atticum archontem eponymum eius aetatis, ubi Fasti deficiunt; prorsus ut Corsinus iudicabat. Sic vas dicitur esse „*ex praemiis, qui Athenis reportata sunt.*" Id vero Byzantius aliquis Athenis acceperit. Quamquam quod ad n. 33. dixi, possis ex n. 2034. confirmare; nam n. 2034. verisimile visum lampadephoriam Byzantiam esse Athenis petitam; itaque ut Athenis in Panathenaeis, in quibus non minus quam in aliis Atticis festis quibusdam lampadephoria instituta est, vas olearium praemio datum, ita potuit etiam Byzantii Atticus hic obtinere mos, et vas tale praemium dici ex ludis reportatum, qui Athenis traducti essent. Attamen hoc ideo prorsus repudio, quod sic τῶν Ἀθήνηθεν ἀγώνων ἆθλον dicendum erat. Illud vero omnino nunc nego, ἄρχων τῶν ἄθλων coniungendum esse. Ceterum huiusmodi vasa plura nuperrime in Italia effossa sunt, de quibus suo loco dicam.

## 2036.

*Constantinopoli* in ara, pone domum legati Suecici; ed. Ios. de Hammer, topogr. Ans. p. 185. et in libro qui inscribitur „Constantinopolis et Bosporus" T. I. Inscr. p. 6. n. 11.

ΔΙΟΝΥΣΟΦΑΝΗΣ
ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ

In secundo libro Hamm. ΔΙΟΝΥΣΟΙΦ etc. Nomen Διονυσοφάνης habes ap. Herodot. IX, 84. sed ibi alius est. Genitivus Κολοφωνίων aram videtur a Colophoniis dicatam significare.

## 2037.

*Ibidem* ante portam gynaecei Imperatorii. Ed. Hessel. Append. Praef. ad Inscr. Gud. C. XXIV. Nos habemus etiam ex schedis Horstianis. In Syll. Epigr. ed. alt. p. 191. recepit Welckerus.

ΑΥΤΗΜΝΗΜΟΣΥΝΗΔΙΟΣΕΥΝΕΤΙΣ
ΗΤΕΚΕΜΟΥΣΑΣ

Αὕτη Μνημοσύνη Διὸς εὐνέτις, ἣ τέκε Μούσας.
An olim sub statua?

## 2038.

*Perae* apud Turcam repperit Paulus Lucas. Hic edidit in Praefatione operis: Voyage du Sieur Paul Lucas au Levant, T. I. ex hoc Bimardus misit Muratorio, qui dedit T. I. p. XVIII. 4.

ΑΘΗΝΑΙΟΣΚΑΙΑΓΑΘΗΜΕΡΙΣ
ΥΠΕΡΤΩΝΥΙΩΝΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΚΑΙΠΑΜΦΙΛΟΥΑΣΚΛΗΠΙΩ
ΚΑΙΥΓΙΕΙΑΙ

Sic Bim. Sed Lucas ΑΤΗΜΕΡΙΣ.
Ἀθήναιος καὶ Ἀγαθημερὶς ὑπὲρ τῶν υἱῶν Ἀθηναίου καὶ Παμφίλου Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ.

## 2039.

In suburbio *Galata*; ex schedis Bimardi dedit Murat. T. II. p. DCXLV. 2. et iterum melius T. IV. p. MMXIX. 3. quod exemplum a Patre Etschlager S. I. acceperat Frölichius, et Muratorio miserat Bricherius Columbus.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΘΕΑΜΑΤΙΒ.ΚΛ.
ΧΑΙΡΗΜΩΝ
ΚΑΙΤΙΒ.ΚΛ.ΑΥ
ΡΗΛΙΑΝΟΣΑΡΧΕ
ΑΟΣΧΑΡΙΣΤΗ
ΡΙΟΝ

Vs. 2. θέαμα dicitur spectaculum esse, quod ediderint illi gratiarum agendarum causa. Sed hoc nihili est. Credo corruptam esse vocem et aliquid excidisse.

Ἀγαθῇ τύχῃ, θεᾷ - - Τιβέριος Κλαύδιος Χαιρήμων καὶ Τιβέριος Κλαύδιος Αὐρηλιανὸς Ἀρχέ[λ]αος χαριστήριον.

## 2040.

In coemeterio Graeco prope Pharum, in Europaea *Bospori* ora; ex schedis Köhlerianis.

ΟΣ ΟΒΙΟΣ ΗΔΘΕΣ ΕΙΔΕΣ ΙΠΑΕ
Α Σ Κ Λ Η Π Ι Ο Δ Ο Τ
ΙΠΕΡΙΤΟΝΗΡΑΚΛΕΑΕΓΟΝΠΑΞΠΕΙΝ
Ρ ʼ Є Λ Π Ι Δ Ι Α
ΕΘΑΜΕΤΑΤΟΚΑΤΑΤΕΘΗΝΑΙΗΜΑΣΚΑΙΤΗΙΝΘΡΕΠΤΗΝΗΜΩ
ΝΤΗΝΚΑΙΚΥΡΙΛΛΩΜΗΛΕΝΑΤΕΘΗΝΑΤΕΙΛΕΤΙΣΤΟΛΜΗΣ
ΤΟΛΙ ⋇ ЄΤΑΜΕΙΩΧΡΥΣΙΟΥΛΕΙΤΡΑΣ

Mirus titulus. Ni fallor vs. 1-3. pertinet ad virum in gymnasio Herculis spectatum (cf. de Hercule gymnico etiam Byzantii heroe n. 2034.). Vs. 1. videtur sententia quaedam *de vita* scripta fuisse: - - ος ὁ βίος; deinde ἤ[λ]θες, εἶδες et fortasse [ἐν]ί[κ]α[ς, ex Caesariano illo adumbratum et in ludorum victorem versum; ἐνίκας (non ἐνίκησας) ob litteras traditas dedi, neque imperfectum vituperandum est, quod de industria et ex usu in verbo νικᾶν usurpant Graeci, ubi aoristum exspectes. Sequitur nomen sepulti Ἀσκληπιόδοτ[ος] - - - [τῶν?] περὶ τὸν Ἡρακλέα, quae formula satis usitata. Tum ni fallor ἔ[τῶ]ν πᾱ. Sequitur novum nomen vs. 3. 4. Πειν[α]ρ(ία) Ἐλπιδία, et adduntur quae solita in sepulcris sunt:

- - - - μ]εθα, μετὰ τὸ κατατεθῆναι ἡμᾶς καὶ τὴν θρεπτὴν ἡμῶ-
ν - - - - ]ν, τὴν καὶ Κυριλλῴ, μη[δ]ένα τεθῆνα[ι]. εἰ [δ]έ τις τολμήσ-
ει, δώσει τῇ π]όλι ⋇ [φ̄, τῷ δ]ὲ ταμείῳ χρυσίου λεί-τρας ..

Summam correxi ex n. 2043. Ταμεῖον videtur Imperatoris esse (*fiscus*).

## 2041.

Ex subterraneis Musei Britannici; transcripsit Müllerus. Quia locus, ubi lapis repertus, non notatus est, argumenti causa inter *Byzantios* rettuli.

Θ K
ΑΤΤΙΚΗΧΡΥϹЄ
ΡѠΤΟϹΘΥΓΑΤΗΡΒΥ
ΖΑΝΤΙΑΖΗϹΑϹΑЄ
ΤΗ.ΚΗΚΑΤЄϹΚЄΥ
ΑϹЄΝΑΙΛΙΟϹΒΑϹ
ϹΟϹЄΚΤѠΝΙΔΙѠΝ
ΜΝΙΑΣΧΑΡΙΝ

Θ(εοῖς) Κ(αταχθονίοις). Ἀττικὴ Χρυσέρωτος θυγάτηρ Βυζαντία, ζήσασα ἔτη κη̄. κατεσκεύασεν Αἴλιος Βάσσος ἐκ τῶν ἰδίων, μνιας χάριν.

## 2042.

*Constantinopoli* vidit Ism. Bullialdus, a quo titulum habet Reinesius Synt. Inscr. XI, 56. p. 627. Posthac possederunt Foucault et mox De Boze; nunc est Parisiis in theca nummaria. Monumentum est sepulcrale, aëtomate instructum; sub hoc anaglypho expressa femina vestitu decoro; utrinque ab hac figura manus effecta est sursum porrecta, palmâ adversâ; infra est inscriptio. Aeri incisum monumentum dederunt Montfauc. Ant. expl. Suppl. T. V. p. 113. (tab. 46.); Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 65. cf. p. 206. Habeo etiam ex schedis Mülleri.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ
ΛΕΥΚΙΟΥ
ΒΡΗΣΑΙΙΣ

Κορνηλία Λευκίου Βρησαΐς.

Litterarum formam dedi ex Cayl. et Müll. (Montf. titulum non in aere, sed in textu habet). Vs. 1. Rein. ΚΟΡΝΙΛΙΑ, vs. 2. Cayl. ΛΕΥΚΙΟ. Vs. 3. Montf. ΒΡΗΣΑΕΙΣ, Cayl. ΒΡΗΣΑLΙΣ.

Manus quid significent dubitatur. Sunt qui mulierem χειρόμαντιν fuisse dicant, sine causa opinor:

Reinesio notante manus protendere habitus est orantium, plangentium, supplicantium etc. Hoc loco et in similibus sepulcralibus quidni superstitum planctus funebris significetur? Quamquam Paciaudus in „Graeci anaglyphi interpretatione" (Rom. 1752.) manus non appositas nisi imaginibus hominum in flore aetatis defunctorum censet, et significari quandam de infausta fortuna querelam, ut in monumento apud Grut. p. DCCCXX. 1. ubi adscriptum manibus: „*Manus lebo contra deum, qui me innocentem sustulit.*" At dubito impiam hanc sententiam similibus monumentis accommodare omnibus. Βρησαΐς est pluribus nomen puellae proprium visum: mihi videtur gentilicium, ita formatum ut Ἀχαΐς, Πτολεμαΐς, Πλαταΐς etc. Masculinum igitur probabiliter est Βρησαιεύς, ut Πλαταιεύς, Πτολεμαιεύς. De Armeniae oppido Bresso vix cogitari potest; sed in Lesbo fuit *Bresa* promontorium, ubi Bacchus cultus; quem locum quominus habitatum esse statuamus, nihil impedit. Etym. M. Βρισαῖος· οὕτως ὁ Διόνυσος. καὶ εἰ μὲν διὰ τοῦ ι, παρὰ τὸ βρίζειν ἐστίν, ὁ ὁρμητικός· εἰ δὲ διὰ τοῦ η, ἀπὸ ἄκρας Λεσβιακῆς Βρήσης, ἧς μέμνηται Ἀνδροτίων· ὅτι τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ ἐν τῇ Βρίσῃ φησὶν ἱδρύσθαι ὑπὸ Μάκαρος. Bresam igitur dixerat Androtion; sed Steph. Byz. Βρίσα, ἄκρα Λέσβου, ἐν ᾗ ἵδρυται Διόνυσος Βρισαῖος. Scripturam Βρήσα firmant tituli Smyrnaei, in quibus est θεῷ Βρησεῖ Διονύσῳ, et Βρησεῖ Διονύσῳ, quanquam semel etiam τὸν Βρεισέα Διόνυσον, hoc est Βρισέα. Smyrnaeus autem cultus haud dubie ex vicina Lesbo petitus erat, quum praesertim eiusdem Aeolicae gentis essent Smyrnaei et Lesbii. Ceterum Βρησεὺς et Βρησαιεὺς potuit in usu esse, ut tertia etiam forma Βρησαῖος s. Βρισαῖος extat. Rochettus Mon. ined. T. I. p. 132. in lapide quasi Attico legere volebat Βησαΐς: sed debebat esse ἐκ Βησαιέων.

## 2043.

*Constantinopoli* repperit De Bohn; cuius apographum Buherius ex eodem fonte habuit unde n. 2012. nos vero Buherianum habemus a Bekkero. A Bimardo acceptum titulum dedit Murat. T. III. p. MCDXXVI. 5. et ex schedis P. Etschlageri per P. Frölichium acceptis et a Bricherio Columbo missis T. IV. p. MMLXXVI. 6.

ΖΩΤΙΚΟϹ ΠΑΦΙΟΜΝΑΙΟΥ
ϹΟΥΛΠΙΚΕΙΟΥΤΟΛΑΤΟΜΙΝ
ΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΑΖΩΝΚΑΙΦΡΟ
ΝΩΝΕΜΑΥΤΩΚΑΙΤΗΓΛΥΚΥ
ΤΑΤΗΜΟΥΓΥΝΑΙΚΙΦΙΡΜΕΙΝΗ
ΚΑΙΑΝ ΤΕΚΝΟΝΜΟΥΕϹΤΕΕΤΕ
ΡΟΝΔΕΕΞΟΝΜΗΕΙΝΑΙΠΤΩΜΑ
ΚΑΤΑΘΕϹΘΑΙΟϹΑΝΔΕΤΟΛΜΗϹΗ
ΔΟϹΕΙΤΟΙϹΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙϹΜΟΥ (ΧΦ)
ΚΑΙΤΗΠΟΛΕΙ (ΧΦ) ΧΑΙΡΕΠΑΡ°ΔΕΙΤΑ

Litterarum formam dedi ex Bim. et Buh. Vs. 1. Etschl. Buh. ΠΑΦΙΟΥΝΑΙΟΥ, Bim. ΠΑΦΙΟΜΝΑΙΟΥ, pro quo ἀπελεύθερος Γναΐου legendum censet audacius. Vs. 2. λατόμιον recte vult Etschl. (scribe ΜΙ°Ν, ut vs. 10.). Vs. 3. CA ex solo est Bimardo. Vs. 6. post AN lacunam (..) signat Buh. Vs. 6. extr. Bim. ΕϹΗ ΕΤΕ, Buh. ut Etschl. nisi quod ille pro ΕΤΕ habet ϹЄ. Pro Χ in numero Bim. ⋇; circulos habet Buh. solus.

*Ζωτικὸς Παφιομναίου Σουλπικείου τὸ λατόμι[ο]ν κατεσκεύασα ζῶν καὶ φρονῶν ἐμαυτῷ καὶ τῇ γλυκυτάτῃ μου γυναικὶ Φιρμείνῃ καὶ ἂν τέκνον μου ἔστε* (p. *ἔσται*, et hoc p. *γένηται*). *ἕτερον δὲ ἐξὸν μὴ εἶναι πτῶμα καταθέσθαι· ὃς ἂν δὲ τολμήσῃ, δ[ώ]σει τοῖς κληρονόμοις μου δηνάρια φ̄, καὶ τῇ πόλει δηνάρια φ̄. χαῖρε παροδεῖτα.*

Παφιομναίου mirum nomen est nec certum; ferendum tamen puto, modo ne Σουλπικείου sit pro Σουλπικίου, sed pro Σουλπικιείου, ut Ἀσκλήπεια p. Ἀσκληπίεια et talia. Sic ille dictus fuerit *Paphiomnaeus Sulpicieus* (p. *Sulpicianus*). Nam *Paphiomnaeus Sulpicius* nemo dici potuit. De λατομίῳ cf. n. 2032. Ἐξὸν εἶναι ut hic ita n. 1933. extat et saepius, etiam in scriptoribus.

## 2044.

In suburbio *Galata*; bis edidit Ios. de Hammer, topogr. Ans. p. 185. et Constantinop. et Bosp. T. I. Inscr. p. v.

ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣΜΑΡΚΟΥΖΩΝΤΩΝ
ΚΑΙΕΑΥΤΩ. .ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕ
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ΕΧΟΝΤΟΣΕΤΕΡΟΝ. . . . Ν. . . .ΙΝΑΙΕΝΤΑΦΗΝΑΙ
ΤΟΝΘΡΕΠΤΟΝΜΟΥΚΑΙ

Reddidi formam tituli ex priori exemplo; posterius prorsus differt. Vs. 2. prius .ΑΙΕΑ.ΤΩ. .; posterius ΚΑΙΕΑΥΤΩΝ; in fine prius ΕΥ. . . . ; posterius ΕΥΑΣΕ. Vs. 3. (hoc est mera puncta) non extat in posteriori, sed pro eo habetur: - - - - - - ΕΧΟΝΤΟΣΕΤΕΡΟΝ; et pro reliquis vs. 4. est: - - - ΕΝΤΑΦΗΝΑΙΤΟΝΘΡΕΠΤΟΝΜΟΥ sine ΚΑΙ.

*Μητρόδωρος Μάρκου ζῶν τῷ - - - - - καὶ ἑαυτῷ τὸ μνημεῖον κατεσκεύασε - - - - - - - - - [ἐξουσίαν] ἔχοντος. ἕτερον [δὲ μὴ ἐξε]ῖναι ἐνταφῆναι, [εἰ μὴ] τὸν θρεπτόν μου καὶ - - -*

## 2045.

*Constantinopoli*; ed. Murat. T. IV. p. MMLXXI. 2. A P. Etschlager S. I. acceperat P. Frölichius; Muratorio miserat Bricherius Columbus.

ΤΙΒΕΡΙΟΝ
ΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΑΛΚΙΔΑΜΟΥ
ΤΥΛΛΟΝ
ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ
ΣΠΕΔΙΑΝΟΝ
ΑΛΛΙΑΝΟΝ
ΒΑΙΒΙΑ
ΣΕΒΗΡΑ
ΜΑΤΡΩΝΑ
ΤΟΝ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΟΝ
ΑΝΔΡΑ

*Τιβέριον Κλαύδιον Ἀλκιδάμου Τύλλον Ἰουλιανὸν Σπεδιανὸν Ἀλλιανὸν Βαιβία Σεβήρα Ματρ[ώ]να τὸν γλυκύτατον ἄνδρα.*

---

## 2046.

*Hadrianopoli*; ex Apiano et Lazio Gruter. p. LXIX. 1.

ΖΩΣΙΜΟSΟΝΗΣΙΦΩΝΤΟS
ΚΑΙΤΡΕΙΤΩΝΙΣΥΠΕΡΤΟΥ
ΥΙΟΥΟΝΕΣΙΦΩΝΤΟS
ΑΧΚΛΗΠΙΩΚΑΙΥΓΕΙΑΙ

*Ζώσιμος Ὀνησιφῶντος καὶ Τρειτωνὶς ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ Ὀν[η]σιφῶντος Ἀ[σ]κληπιῷ καὶ Ὑγείᾳ.*

---

## 2047.

*Philippopoli* Thraciae, quae a Philippo Amyntae f. denominata est, in muro ecclesiae Parasceues sub colle *τῶν Σχοινοβατῶν*, in marmore valde mutilato. Muratorius, cui Bimardus miserat, edidit T. I. p. CCXLII. 1. Ante hunc dederant Paulus Lucas Itin. Gr. As. min. etc. T. I. p. 314. n. 43. versibus indistinctis, et Marsigli Danub. T. II. tab. 63. hic in aere, sed vitiosissime. Nuper dedit Constantinus in Enchiridio de eparchia Philippopoli (Vindob. 1819.) p. 23. versibus aliter distinctis atque ap. Marsigl. Constantini apographa (nam librum non vidi ipse) misit Münterus. Postremo commentariis his iam absolutis ex schedis Cousinerii misit Letronnius: sed apographi huius varietatem uno loco excepto non annotavi; manifesto enim idem est quod Pauli Lucae, nisi quod in rebus longe minimis differt, exempli causa vs. 2. habens ΑΙΩ.ΝΙΥ. Ceterum in his schedis marmor a. 1728. Philippis (immo Philippopoli) ablatum dicitur.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΥΠΕΡΤΗΣΤΩΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝΝΙΚΗΣΚΑΙΑΙ.ΩΝΙΥ
ΔΙΑΜΟΝΗΣΜΑΥ
ΡΗΛΙΟΥΑΝΤΩΝΕΙΝΙΚΑΙΛΑΥΡΗΛΙΟΥΟΥΗ
ΡΟΥΑΡΜΕΝΙΑΚΩΝΦΙΛΙΣΚΟΣ
ΚΑΗΑΙΟΣΟΙΜΑΡΚΟΥΙΗΦΥΜΙΤΑΙΕΡΛΑ
ΝΕΘΗΚΕΝΑΡΤΕΜΕΙΣΙΑΔΙΜΕΤΑΙΕ
ΡΟΣΥΝΗΝ ❦ ΕΚΝΚΟΥΝΤΟΣΑΛΦΕΙΟΥΠΟ
ΣΕΙΔΩΝΙΟΥ ❦ ΕΠΙΜΕΛΗ
ΤΕΥΟΝΤΟΣΦΛΑΟΥΙΟΥΕΥΔΑΙΜΟΝ
ΟΣΤΟΥΚΑΙΦΛΑΟΥΙΑΝΟΥ

Tituli formam quantum potui dedi ex aere Marsigliano, item litterarum, ubi in illo superstites sunt: ceterum id adeo vitiosum est, ut illius lectionem universam non repraesentem; idem valet de Lucae apographo; nec vitia Constantini omnia affero. Vs. 2. ΝΙΚΗΣ est ex Const.; Mars. Luc. lacunam pro eo habent, Mur. ne lacunam quidem. ΚΑΙΑΙ.ΩΝΙΥ est ex Luc. nam Mur. ΚΑΙΥΙΩΝΕΥ, Const. ΚΑΙ ΤΩΝ - - - - - Υ, Mars. ΚΑΓΤΩΙVΚΧ. Vs. 3. extr. Mur. C pro Σ. Vs. 4. Mur. ΑΝΤΩΝΕΙΝ., omisso ΟΥ, item Luc. ΛΝΤΟΝΕΙΝ, Const. ΛΑΙΤΩΝΕΙΙΙ, Mars. ΑΝΟΙVΕΓΕΙΙVΙ, unde addidi Ι. Vs. 5. Const. ΚΩΝ, Mur. ΚΟΥ, Luc. ΚΩΙ, Mars. ΚΩΕ. Vs. 6. init. Mars. ΚΑΗΑΙΟΣΟΡΜΑΙΚΟΥ, Luc. ΚΑΙΣΛΙΟΣΟΙΜΑΡΚΟΥ, Mur. ΚΑΙΣΑΡΟΣΤΟΥΜΑΡΚΟΥ (unde in sqq. Bimardus *ἀπελεύθερος* inferri voluit male), Const. Κ - - - - - - - ΙΟΣΑΡΚΟ - - - Tum Mars. ΙΗΦΥΜΙΤΑΙFΡΜ, Luc. ΗΙ...ΤΛΙΕΡ., Const. meram lacunam, nisi quod Α habet ante ΝΕ etc. Mur. nihil habet nisi ΤΑΙΕΡΑ, ex quo Α ultimum ad vocem *ἀνέθηκ[α]ν* rettuleris. Ego ex Const. pro ultimo Marsigliano Μ dedi ΛΑ, ne Α alterum abesset. Vs. 7. init. Mars. ΙVΕΟ ΗΚ - -, Luc. ΝΕΟΗΚ.., Const. ΝΕΘΗΚΕ, Mur. ΝΕ ΘΗΚΕΝ. Tum Mars. ΡΤΕΜΕΙΣΙVΛΙ, Luc. ..ΤΕ ΜΕΙΣΙΑΔΙ, item Mur. sed Const. quod dedi. Vs. 8. solus Mur. ΡΟΣΙΝΗΝ. Tum foliola sunt ex Mars. Const. Vs. 8. Luc. ΕΚΝΚΟΥΠΤΟΣ, Mars. ΕΕΚΜ ΚΟΥΙVΤΟΣ, Const. ΕΚΙ - - - - ΚΟΥΝΤΟΣ, Mur. lacunam. Pro ΑΛΦΕΙΟΥ Mars. ΜΦΕΙΟΥ. Vs. 9. Mars. ΕΠΗΜΕΝΗ, Mur. ΕΠΙΜΕΛΕ, Luc. ΕΠΙΜΕΔΗ (Cous. Λ pro Δ), Const. quod dedi. Vs. 10. pro ΛΑ Mars. Μ.

*Ἀγαθῇ τύχῃ, ὑπὲρ τῆς τῶν Αὐτοκρατόρων νίκης καὶ αἰωνί[ο]υ διαμονῆς, Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείν[ου] καὶ Λ. Αὐρη-*

λίου Οὐήρου Ἀρμενιακῶν, Φιλίσκος κα[ὶ Γ]άϊος οἱ Μάρκου [τ]ῇ φυ[λῇ] τὰ ἱερ[ὰ] ἀνέθηκ[α]ν Ἀρτεμεισιάδι μετὰ ἱερ[ω]σύνην, ἐ[παρχ]οῦντος Ἀλφείου Ποσειδωνίου, ἐπιμελητεύοντος Φλαουΐου Εὐδαίμονος τοῦ καὶ Φλαουϊανοῦ.

Vs. 2. extr. fuit ΑΙΩΝΙΥ̊ vel ΑΙΩΝΙ°Υ, et vs. 3. Ν°Υ vel ΝΥ̊. Vs. 6. ΜΙ muta in ΛΗ et Μ sive ΛΑ in ΑΑ; de φυλῇ Ἀρτεμεισιάδι cf. n. 2048. neque in ordine vocum inverso laborandum. Τὰ ἱερὰ videntur *sacella* esse. Vs. 8. Ν sive Μ vocis ΕΚΝ. muta in ΑΡ, ut apud Marsiglium Μ aliquoties pro duabus litteris est (vide var. lect.). Ἀλφείου scripsi, non Ἀλφειοῦ: nam nominum ratio postulat, ut vir hic dictus sit *Alfius Posidonius*, qui eparchus fuit eius Thraciae partis, cuius caput Philippopolis. Ἐπιμελητὴς videtur *urbis curator* esse, ut Athenis aliisque locis Imperatorum aetate.

## 2048.

*Philippopoli* in ecclesia τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου, quae in media est urbe, in muro pone suggestum. Ed. Paulus Lucas l. c. (ad n. 2047.) n. 45. et ex Bimardi schedis Murat. T. I. p. CDLXIX. 1. nuperrimeque Constantinus l. c. (ad n. 2047.) p. 25. Versuum divisio ap. Mur. et Const. arbitraria est, quantum video; apud Lucam indiscreti sunt: ego retinui Muratorianam tituli formam.

\- - - - - - - - - - - - -
ΑΚΤΙΟϹΜΑΞΙΜΟΥΤΟΥϹΚΛΥΝ
ΤΗΡΑϹΚΑΤЄϹΚЄΥΑϹЄΝϹΥΝΤΟΙϹ
ΥΠΟΘЄΜΑϹΙΝΕΚΤΩΝΙΔΙωΦΥΛΗ
ΑΡΤЄΜЄΙϹΙΑΔΙΑΝΤΙΤΗϹΠΟΛΙΤЄΙΑϹ
ЄΠΙΜЄΛΗΤЄΥΟΝΤΟϹΦΛΑΒΙΟΥЄΥΔΑΙΜΟ
ΝΟϹΤΟΥΚΑΙΦΛΑΒΙΑΝΟΥ

Initio defectum signavi e Luc. Litterarum formam dedi e Luc. et partim e Const. Vs. 1. Mur. ΤΟΥΣΚΛΙΜΑΚ, et vs. 2. ΤΕΡΑΣ, illud haud dubie ex Bimardi coniectura. Ibid. Luc. ΚΑΤЄϹΚЄΑ etc. Vs. 3. Mur. ΕΚΚΟΝΙΔΟϹΦΥΛΗ, Luc. ЄΚΚΟΝΙΔΙΩΦΥΛΗ, Const. quod dedi, nisi quod ΦΙΛΗ habet. Vs. 4. Const. ΑΡΤЄΜΙϹΙ etc. Vs. 5. Mur. ΕΠΙΜΕΛΕ etc. Const. ΕΠΙΜΕΛΙ etc. Vs. 6. Const. ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΥ.

[Ἀγαθῇ τύχῃ etc. cf. n. 2047.] Ἄκτιος Μαξίμου τοὺς κλ[ι]ντῆρας (sellas) κατεσκεύασεν σὺν τοῖς ὑποθέμασιν ἐκ τῶν ἰδίω[ν] φυλῇ Ἀρτεμεισιάδι ἀντὶ τῆς πολιτείας, ἐπιμελητεύοντος Φλαβίου Εὐδαίμονος τοῦ καὶ Φλαβιανοῦ.

Cf. n. 2047.

## 2049.

*Philippopoli* in eadem ecclesia ubi n. 2047. Ed. Paulus Lucas l. c. (ad n. 2047.) n. 44. versibus indiscretis, Marsigli Danub. T. II. tab. 64. in aere, unde versus divisi, Constantinus l. c. (ad n. 2047.) p. 24.

⸙ΤΥΧΗΙ
\- - - - - ΗΟΥΤΟΥΥΠΑΤΙΚΟΥΤΟΝ
\- - - - - ΝΑΦΥΛΗΚΕΝΔΡΙϹΕΙϹ

Ἀγαθῇ] τύχῃ.
Τὸν δεῖνα υἱὸν] - - - ήου τοῦ Ὑπατικοῦ, τὸν
ἑαυτῆς πάτρω]να φυλὴ Κενδρισεῖς.

Vs. 1. foliolum ex solo Const. qui ΤΥΧΗ; Luc. ΤΥΧΗΙ, Mars. ΤΥΧΙΙΙ. Vs. 2. Mars. ΗΟΥΤCΥ, Luc. ΗΟΥΤΙΥ, Const. ΙΙΟΥΤΟΥ. Tum Luc. ΥΠΑΤΡΙΚΟΥ. In fine Const. solus ΤΩΥ. Vs. 3. Luc. ΚΕΝΔΡΙΣΕΙΣ, Mars. ΚΕΝΑΡΙΕΕΤΕ (ultimum Ε pro Ϲ ut videtur, quod dedi omissa media lineola), Const. ΚΕΝΔΡΙϹΕΙΣ. In ceteris formam litterarum ex Mars. dedi. Lacunas signavi ex Const.

Tribus haec, cui nomen οἱ Κενδρισεῖς, aliquid certe confert ad explicandum nomen ludorum Κενδρείσεια Πύθια ἐν Φιλιπποπόλι Νεωκόρῳ in nummis (Eckh. D. N. T. II. p. 44. T. IV. p. 437.), quod quo referendum esset, nemo perspicere potuit. Ni fallor, haec tribus a numine quodam appellata est, ut Ἀρτεμισιὰς n. 2047. 2048.

## 2050.

*Philippopoli* in lapide quadrato, qui nunc cisternae loco est in deversorio fori. Ed. Paulus Lucas l. c. (ad n. 2047.) p. 316. n. 46. versibus non distinctis, et ex hoc a Bimardo missum titulum dedit Murat. T. II. p. MLXIX. 6. Nuper ex lapide transcripsit Constantinus l. c. (ad n. 2047.) p. 25. ex quo versuum divisionem dedi.

ΕΡΕΝΝΙΟϹΗΡΑΚΛΙΑΝΟϹΓΕΡΟΥ
ϹΙΑϹΤΗϹΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΗϹΕΚ
ΤΩΝΙΔΙΩΝΕΑΥΤΩΚΑΙΤΗϹΥΜΒΙ
ΩΕΑΥΤΟΥΚΛΕΟΠΑΤΡΑΑΘΗΝΟΔΩ
ΡΟΥΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΕΤΗΝϹΟ
ΡΟΝϹΥΝΤΩΓΡΑΛΩΑΝΕΞΟΔΙΑ
ϹΤΟΝΟϹΑΝΔΕΠΩΛΗϹΙΔΩϹΙΤΩΦΙ
ϹΚΩΔΗΝΑΡΙΑ ⸙

Muratorii varietatem utpote auctoritate carentem omitto. Litterarum formam dedi ex Const. cum ligaturis; Luc. Σ, non C; Const. habet C, credo constanter, etsi in apographo mecum communicato aliquoties extat Σ, quod tamen aliquot locis postea in C mutatum est. Vs. 2. Luc. ΛEI, Const. ΛI. Vs. 3. Luc. TWNΔIWN; idem ΣYMPI, Const. quod dedi, omisso tamen M. Vs. 6. Luc. ΣYTNWΓPAΛW; Const. quod dedi, nisi quod ΓPAΔΩ habet. Vs. 8. Luc. ΔHNAPIAΓE.

Ἑρέννιος Ἡρακλιανός, γερουσιαστὴς Φιλιπποπολείτης, ἐκ τῶν ἰδίων ἑαυτῷ καὶ τῇ συμβίῳ ἑαυτοῦ Κλεοπάτρᾳ Ἀθηνοδώρου κατεσκεύασε τὴν σορὸν σὺν τῷ [πυ]άλῳ ἀνεξοδίαστον. ὃς ἂν δὲ πωλήσ[ῃ], δώσ[ε]ι τῷ φίσκῳ δηνάρια - -

Πωλησι et δωσι fortasse lapicidae vitia sunt.

## 2051.

*Philippopoli*, in sepulcro extra templum Sophiae. Aeri incisum dedit Marsigli Danub. T. II. tab. 64. Lapis in marginibus integer est.

ΝΙΑΝ⁼....ΜΑΚΚΑ
ΝΗΑΑΔFΕΙΚΑΙ
ΤΗΑΝΑΕΤΛΙΟΕΕ
ΝΕΝΗΚΤωΜΙΔΗΝ
ЄΙΔЄΤΙЄΟΛΛΛΟΟ
ΤЄΘЄΚΗΤωЄΘΜ
ΤΓΜΑΝΜЄΝΚΝΙΜ
ΚΗΝΜ..ЄΝΜЄΙωΧΜ
ΧΑΙΡΘΤΤΑΡωΔЄΙΤΑ

His sordibus vix immorandum. Tenor fere hic fuit: Ἡ δεῖνα (nomen desinens in *νηα* vs. 2.) ἑαυτῇ] καὶ τ[ῷ] ἀν[δρὶ Γα]ΐ[ῳ] ἐ[ποίησ]εν [ἐ]κ τῶ[ν] ἰδ[ίω]ν. εἰ δέ τι[ς τ]ολμ[ήσει etc. δώσει τῷ τα]μείῳ ✱ - - χαῖρ[ε π]αρ[ο]δεῖτα.

---

## 2052.

Sozopoli s. Sizeboli, quae in vicinia *Apolloniae*, Milesiorum coloniae, ad Pontum Euxinum; Apollonia videtur sex verstis Russicis a Sozopoli afuisse, ubi arcis et aliorum aedificiorum rudera supersunt in littore meridionali sinus Sozopolitani. Ed. Ios. de Hammer: Umblick auf einer Reise von Constantinopel nach Brussa, p. 195 sq. Supersunt etiam sepulcrales aliquot eo loco tituli, sed male servati: in uno horum esse ΧΑΙΡΕ ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ, nuntiat Blarambergius.

.....ΚΑΡΝΕΑΔΗϹΗΡΑ.........
....ΔΟΩΡΟΥΛΙΚΝΑΦΟΡΟϹ
.....ΔΟΝΟϹΟΡΟΒΟΥΚΟΛΟϹΦΑ....
ΕΚΔΙΚΟϹΠΟϹΕΙΔΩΝΙϹΕϹΤΙΑΙ.....
ΝΙΚΗΦΟϹΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹΑΡΙϹΤΑΙΝΕΤΟΥ.......
ΚΡΑΤΗΡΙΑΚΟϹΤΕΡΤΙΟϹΧΡΙΣΣΟΥΑΡΧΙΜΥϹ........
ΕΡΜΟΔΩΡΟϹΕΛΟΣΟΥΔΙΟΝΥ........ΚΑϹΙΟΥ
ΠΟΛΥΞΕΝΟΣΚΑΙΠΙΑΡΑΝ........ΙΩΝΟΙΑΠΟΛΛΩ
ΝΙΟΥΔΗΜΗΤΡΙϹΠΡΟΤΕΙΜΟΥ........ΚΛΕΙΔΗϹ
ΠΑΠΑΚΟΔΡΑΤΟϹΗΡΟΦΙΑΟΥΑΑΕΞΑΝ
ΔΡΟϹΑϹΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟϹΤΕΛΕΦΟΡΟΥΦΙΛΟ
ΤΕΙΜΟϹ...ΑΡΠΟϹΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΔΙΟΝΥϹΟ...
.........ΡΟϹΚΑΚΑΕΙΔΟΥΟΝΗϹΙΜΟϹΠΩΝΩΝΟϹΤΑ
ΤΟϹΓΑΙΟϹΝΕΑΝΔΡΟΥΕΞΟΧ....ΣΕΡΜΑΦΙ
ΛΟΥΖΩΠΥΡΟϹΕΡΜΟΥΤΕΙΟϹΑΡΠΟΚΡΑΤΟΥΓΑΛ
ΑΑΡΟΙΧΙΤΗϹΑΤΥΡΟΥΑΡΧΙΒΑϹϹΑΡΑΒΑΚΛ....
....ΜΥΡΩΝΟϹΚΙϹΤΑΦΟΡΟϹΤΡΗϹΤΙϹϹΙΜΟϹΤΕΛΕΟ
ΦΟΡΟΥΑΠΟΛΛΩΝΙϹΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥΛΟΥΚΙϹΑΝ
ΔΡΟϹΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΤΗΛΕΜΑΧΟϹΠΑϹ
....ΔΡΩΝΟϹΓΕΝΕΜΗϹΗΡΟΦΙΛΟΥϹΩΖΟΜΕΝΟϹ
ΙΩΥϹΧΑΤΕΛΛΗϹΚΟΡΝΟΥΤΟϹΟΙΚΟΡΝΟΥΤΟΥ

Contineri hoc titulo munerum mysticorum eorumque Dionysiacorum nomina non videtur dubium; ea vero, quantum video, nominibus propriis adiuncta sunt singulis, non uni vel pluribus praescripta. Vs. 15. etiam femina comparet. Videntur igitur nomina sic fere ordinanda esse:

Καρνεάδης Ἡρα[κλεί - -],
- - - - - δώρου λικναφόρος,
- - - - - ο[φ]όρου βουκόλος,
Φά[βιος?] Ἔκδικος Ποσειδωνίο[υ] ἑστία[ρχος?]
Νικήφορος [)],
Ἀλέξανδρος Ἀρισταινέτου, κρατηριακός?
Τέρτιος [Κ]ρίσ[π]ου? ἀρχιμύσ[της?]
Ἑρμόδωρος ....ου,
Διονύ[σιος] Κασίου,
Πολύξενος καὶ ........ίων οἱ Ἀπολλωνίου,
Δήμητρις Προτείμου,
[Ἡρα]κλείδης Παπᾶ,
Κοδρᾶτος Ἡροφί[λ]ου,
Ἀ[λ]έξανδρος [)],
Ἀσκληπιόδοτος Τελε[σ]φόρου,
Φιλότειμος [)],

[Κ]άρπος Ἀλεξάνδρου,
Διονυσό[δω]ρος [Ἡρ]ακ[λ]είδου,
Ὀνήσιμος [Κό]νωνος?
........ος Νεάνδρου,
Ἔξ[ο]χος Ἑρμαφίλου,
Ζώπυρος Ἑρμοῦ,
..ιος Ἁρποκράτου,
Γαλ[ερί]α? ....χίτη Σατύρου ἀρχιβασσάρα,
[Ἡρ]ακλ[ει]... Μύρωνος κισταφόρος,
Τρ[ι]στίσσιμος Τελε[σ]φόρου,
Ἀπόλλωνις Ἀρτεμιδώρου,
Λουκ. Ἴσανδρος Ἀπολλωνίου,
Τηλέμαχος Πασ..δρωνος,
Γέ[μ]ε[λλο]ς? Ἡροφίλου,
Σωζομενὸς [Σ]ώ[σου?]
Ἀ[π]ελλῆς [καὶ] Κορνοῦτος οἱ Κορνούτου.

Δήμητρις et Ἀπόλλωνις, de quo genere formarum alibi dixi, retenta a me de induriast sunt.

## 2052. *b.*

*Anchiali*, quod Apolloniatarum fuit oppidum; initium fragmenti a Blarambergio missum.

ΧΑΙΡΩΝΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ

---

## 2053.

*Mesambriae*, quam Chalcedonii et Megarenses condiderunt, ad Pontum Euxinum, in muro ecclesiae metropolis; infra est Hermes cum capite binas facies habente, brachiis extensis, utroque lancem tenente; ad dextram huius figurae apposita sunt pondera et ad sinistram aliae mensurae. Ed. in Ἑρμῇ λογίῳ 1812. p. 48. et in Ephem. Odess. 1829. n. 95. a Blarambergio.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙΤΗΣΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣΜΕΣΑΜ
ΒΡΙΑΝΩΝΠΟΛΕΩΣΑΥΡ.ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣΑ
ΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΚΑΙΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣΤΑΤΑΒΟΥΛΕ
ΥΤΑΙΠΑΡΑΚΑΛΟΥΣΙΝΠΑΝΤΑΣΤΟΥΣΚΑΤΕΡ
ΓΑΖΟΜΕΝΟΥΣΤΗΝΠΟΛΙΝΕΡΧΕΣΘΑΙΚΑΙ
ΑΠΟΓΡΑΦΕΣΘΑΙΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣΚΑΙΤΟΕΘΟΣ·ΕΥΤΥΧΩΣ

Formam tituli dedi ex Ephem. Od. Vs. 1. Iota subscr. in Ἑρμ. λογ. minusculis scriptum est. Vs. 2. Ἑρμ. ΛΑΜΠΡΑΣΤΑΥΤΗΣ. Vs. 4. 5. Ἑρμ. ΤΑΥΤΑ ΒΟΥΛΕΤΑΙΠΑΡΑΚΑΛΟΥΣΙΠΑΝ etc. Vs. 6. Ἑρμ. ΤΗΝΠΟΛΙΤΕΙΑΝ, Eph. Od. ΤΗΝΠΟΛΙΝ. Vs. 8. Eph. Od. ΚΑΙΕΘΟΣ.ΕΥΤΥΧΗΣ.

Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἀγορανόμοι τῆς λαμπροτάτης Μεσαμβριανῶν πόλεως, Αὐρ. Ἀσκληπιάδης Ἀσκληπιάδου καὶ Δημοσθένης Τατᾶ? βουλευταί, παρακαλοῦσιν πάντας τοὺς κατεργαζομένους τὴν πόλιν ἔρχεσθαι καὶ ἀπογράφεσθαι κατὰ τὸν νόμον τῆς πόλεως καὶ τὸ ἔθος. Εὐτυχῶς.

Titulus fere tertii saeculi est. Pro Τατᾶ malim Παπᾶ, ut n. 2052. Κατεργάζεσθαι τὴν πόλιν est hoc loco *urbe uti ut negotiatores*, quasi ἐργάζεσθαι κατὰ τὴν πόλιν. Quare *aediles* foro rerum venalium praefecti hanc rem agunt.

## 2053. *b.*

In Ephem. Odess. l. c. ad n. 2054. Blarambergius titulum alium *Mesambrianum* Gallice versum ex parte dedit; mox a me rogatus Graecum hoc, quod edo, exemplum misit, ab alio ex lapide transcriptum. Monumentum Petropolin translatum esse idem putat.

ΕΔΟΞΕΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΚΟ
ΝΩΝΜΑΝΤΙΘΕΟΥΕΙΠΕΕΠΕΙΔΗΔΕΜΟΝ
ΤΗΣΔΗΖΟΥΑΣΤΑΣΦΙΛΟΞΕΝΩΣΚΑΙΞΥΝ
ΔΙΑΤΕΛΕΙΤΑΙΠΟΛΕΙΚΑΤΙΔΙΑΝΤΟΙΣ
ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙΧΡΗΣΙΜΟΝΕΑΥΤΟΝΠΑ
ΡΕΧΕΤΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙ
ΔΕΔΟΣΘΑΙΑΥΤΩΙΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΠΡΟΞΕΝΙΑΝ
ΠΟΛΙΤΕΙΑΝΙΣΟΤΕΛΕΙΑΝΠΑΝΤΩΝΚΑΙΠΟ
ΛΕΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΑΣΥΛΕΙΚΑΙΑΣΠΟΝΔΕΙ
ΚΑΙΕΦΟΔΟΝΕΠΙΤΑΝΒΟΥΛΑΝΚΑΙΤΟΝΔΑ
ΜΟΝΠΡΑΤΟΙΣΜΕΤΑΤΑΙΕΡΑΤΟΝΔΕΤΑΜΙ
ΑΝΑΝΑΓΡΑΨΑΝΤΑΤΟΨΑΦΙΣΜΑΤΟΥΤΟ
ΕΙΣΤΕΛΑΜΩΝΑΛΕΥΚΟΥΛΙΘΟΥΑΝΑ
ΘΕΜΕΝΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣ

Ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ· Κόνων Μαντιθέου εἶπε· Ἐπειδὴ Δεμόντης (?) Δήζου Ἀστὰς φιλόξεν[ο]ς καὶ [ε]ὔν[ους ὢν] διατελεῖ τᾷ πόλει, κα[ὶ] ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσι χρήσιμον ἑαυτὸν παρέχεται, δεδόχθαι τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ δεδόσθαι αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις προξενίαν, πολιτείαν, ἰσοτέλειαν πάντων καὶ πολέμου καὶ εἰράνας ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί, καὶ ἔφοδον ἐπὶ τὰν βουλὰν καὶ τὸν δᾶμον πράτοις μετὰ τὰ ἱερά. τὸν δὲ ταμίαν ἀναγράψαντα τὸ ψάφισμα τοῦτο εἰς τελαμῶνα λευκοῦ λίθου ἀναθέμεν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος.

Titulus praecedente longe vetustior est, essetque cum n. 2053. *c.* ante illum a me positus, nisi essent sero allati. Honoratur eo Thrax Astes; Astae haud procul a Mesambria habitarunt in mediterraneis, ubi urbs Calybe s. Cabyle. Vide locos Artemidori et Polybii apud Steph. Byz. v. *Ἀσταί* et *Καβύλη*, et Strab. VII. p. 319. 320. Vs. 4. ΚΑΤΙΔΙΑΝ necessario fuit ΚΑΙΙΔΙΑΙ. *Πολιτείαν* una cum *προξενίᾳ* datam in locis extra Graeciam sitis etiam aliunde constat. Cf. n. 2053. *c.* 2056. Post *ἰσοτέλειαν πάντων* aliorum decretorum usum dicas postulare *καὶ εἴσπλουν καὶ ἔκπλουν*; sed Thrax ille mediterranei loci incola dubites num mercaturam exercuerit, atque etiam ad *προξενίαν, πολιτείαν, ἰσοτέλειαν* referri potest dictio *καὶ πολέμου καὶ εἰράνας ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί*: ita quidem, ut illi firma essent illa beneficia, etiamsi bellum cum Astis natum esset, utque posset iis sine indutiis frui securus. De *τελαμῶνι* dixi ad n. 2056.

## 2053. *c.*

In Ephem. Odess. 1830. n. 72. de pluribus refertur *Mesambrianis* marmoribus Petropolin translatis. Ex his unum, sed mutilum, continebat inscriptionem, ex qua patet quendam ab urbibus Tomide, Istro, Apollonia honoratum esse ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙΚΑΙΕΙΚΟΝΙΧΑΛΚΗΙ, et ei permissum esse, sepulcrum suum ut in urbe conderet, Tomitanos autem iussisse eius statuam suo loco coronari. Aliud ibidem ex schedis a Kokino scriptis editur a Blarambergio; id fere duobus saeculis ante Christianam epocham scriptum esse ex litterarum forma colligit Blarambergius.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΜΕΣΣΑΜ
ΒΡΙΑΝΟΙΕΔΩΚΑΝΚΑΛΛΙΠΠΩΙ
ΚΑΣΑΝΔΡΙΔΑΘΕΣΣΑΛΩΙΠΡΟ
ΞΕΝΙΑΝΠΟΛΙΤΕΙΑΝΠΡΟΕ
ΔΡΙΑΝΙΣΟΤΕΛΕΙΑΝΠΑΝ
ΤΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝΑΥΤΩΙΚΑΙΕΚ
ΓΟΝΟΙΣΚΑΙΕΙΣΠΛΟΥΝ
ΕΙΣΠΟΛΙΝ

*Ἀγαθᾷ τύχᾳ. Μεσσαμβριανοὶ ἔδωκαν Καλλίππῳ Κασανδρίδα Θεσσαλῷ προξενίαν, πολιτείαν, προεδρίαν, ἰσοτέλειαν πάντων χρημάτων αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις, καὶ εἴσπλουν εἰς πόλιν.*

## 2054.

*Mesambriae* sub anaglypho, in quo parvula ara, adstante figura sacrificium offerente; ed. Ios. de Hammer l. c. ad n. 2052. p. 194. Nuperrime misit Blarambergius; idem postea edidit in Ephem. Odess. 1829. n. 98. sed non sine operarum vitiis.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΥΛΟΥΞΕΝΗΣΑΥΛΟΥΞΕΝΕΟΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΥΠΕΡΤΗΣΕΑΥΤΟΥΣΩΤΗ
ΡΙΑΣΚΑΙΤΩΝΙΔΙΩΝΑΜΠΕΛΩΝΕΠΙΑ
ΚΡΑΝΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝΑΝΕΘΗΚΕ

Vs. 1. super anaglypho scriptus est, reliqui infra. Vs. 1. Hamm. ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ. Vs. 2. Hamm. ΑΥΛΟΣΕΝΕΣΑΥΛΟΣΕΝΟΣ, vs. 5. ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΑΝ et ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

*Ἀγαθῇ τύχῃ, Αὐλουξένης Αὐλουξένεος Ἀπόλλωνι ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας καὶ τῶν ἰδίων ἀμπέλων ἐπὶ ἄκραν εὐχαριστήριον ἀνέθηκε.*

Vs. 2. mirum nomen habetur; antequam Blarambergii apographum tenerem, conieceram *Αὐλοσθένης Αὐλοσθένεος*: et hoc etiamnunc verum puto. *Ἐπὶ ἄκραν* videtur ad *ἀμπέλων* pertinere, quasi sit *τῶν ἐπὶ ἄκραν*. De voce *εὐχαριστήριον* vide T. I. p. 888.

## 2055.

*Ibidem*, ex Hammero l. c. ad n. 2054.

ΑΥΡΙΟΥΛΙCΙC
ΑCΤΗCΕΜΑΥ
ΕΙΔΕΤΙΣ
ΔΩΣΕΙΠΡΟΣ
ΜΕΙΩ.ΕΚΑΤ

*Αὐρ. Ἰουλι[ανός? γερουσι]αστὴς ἐμαυ[τῷ ἐποίησα* vel simile]. *εἰ δέ τις [τολμήσει ἕτερον καταθέσθαι], δώσει προς[τείμου τῷ τα]μείῳ [Χ] ἑκατ[όν.*

*Γερουσιαστὴς* dedi ut n. 2050. Multa est centum opinor denariorum, vel fortasse paulo amplior, siquid in fine additum fuerit.

Aliud epitaphium epigramma metricum Mesambriae extat, ex quo in Ephem. Odess. 1830. n. 72. hoc solum refertur:

ΞΕΝΩΕΙΜΙΟΔΕΜΟΣΠΟΣΙΣΕΓΓΥΘΙΕΜΕΙΟ

‒ ◡◡ ‒ *Ξενώ εἰμ᾿· ὁ δ᾿ ἐμὸς πόσις ἐγγύθ᾿ ἐμεῖο* etc.

---

## 2055. *b.*

Prope oppidum Devno, in vicinia vetustae *Marcianopolis*; ex schedis Tiepliakoffii ed. Blarambergius in Diar. Odess. 1829. n. 91. Idem nobis etiam per litteras misit, ex quibus edo.

D M
C VAL ALEXANDER VI
VVS SIBI FECIT SEPVLCRVM
ET HIC SITVS EST
Γ.ΟΥΑΛΕΡΙΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΖΩΝ
ΤΟΜΝΙΜΕΙΟΝΕΑΥΤΩΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ

*Γ. Οὐαλέριος Ἀλέξανδρος ζῶν τὸ μν[η]μεῖον ἑαυτῷ κατεσκεύασεν.*

---

## 2056.

„Ἐν τῇ πολιτείᾳ Βάρνῃ ἐντὸς τῆς μητροπόλεως"; minusculis et versibus indiscretis edidit Dousa Itin. Constantinop. p. 104. et „e Dousae Constantinopolitanis" Gruterus p. CCCCXIX. 2. ex quo formam tituli reddidi, omissis tamen punctis, quae ille inter vocabula posuit; dubito tamen, num C et Ꞷ in lapide fuerit, nec potius Σ et Ω, ex quibus hoc semel vs. 15. comparet. De Gruterianis exemplis, quae ex Dousa petita sunt, cf. ad n. 1958. Ex Grutero petierunt Vandal. Diss. p. 743 sqq. (cf. etiam p. 769.) et Rosius Inscr. p. 292 sq. qui minusculis apposuit. Nonnulla ex hoc titulo deprompsit Boissonadus in Comment. palaeogr. addita L. Holstenii epist. p. 444. 454. 457. Civitatem, cuius hoc decretum, ignotam Rosius dicit; Vandalius Thessalonicen esse putat; Boissonadus quoque incertam habuit. At ἡ Βάρνα Graecis est urbs illa hodie satis celebrata ad Pontum Euxinum, quae vulgo *Varna* vocatur, sedes metropolitae (Melet. Geogr. ant. et nov. p. 416.): unde μητρόπολιν dixit Dousa. Haec sita est in Moesia inferiore, quae Thraciae latiore vi dictae pars est. Quaeritur iam, quae urbs in loco Varnae olim posita fuerit. Et primum Mannertus Geogr. T. VII. p. 127. 131. ex Constantino Porphyrogenneto de admin. Imp. II, 9. demonstravit in loco urbis Varnae ad flumen Varnam positam fuisse Constantiam: sed haec inscriptio Graecae urbis est, non Constantiae. Praeterea sunt, qui Varnam dicant Dionysopolin esse (vide Melet. l. c.), in quibus est etiam D'Anville: sed Dionysopolis, olim Cruni et Matiopolis dicta, illo nomine ipsi Constantino Porphyrogenneto cognita erat (Mannert. l. c. p. 132.): igitur Dionysopolis non est Constantia ac proinde ne Varna quidem: simul inde patet, Varnam flumen non esse illud, quo alluitur Dionysopolis (Ziras hic fluvius vocatur Plinio H. N. IV, 18.). Rursum alii, tradente iam Meletio, Varnam dixerunt olim Odessum fuisse. Quodsi Mannertum audimus, Dionysopolis a Constantia s. Varna in meridiem est, ad flumen Kamtschi s. Kamajek, ubi nonnullae tabulae geographicae nomen *Dionysipoli* apponunt: ac proinde Odessum Mannertus etiam magis in meridiem removit, et apposuit ad vicum Emineh, non magno a Mesambria intervallo, ubi nullus fluvius est. Et hoc quidem falsum esse inde patet, quod Odessi moneta fluvium offert (Eckhel. D. N. T. II. p. 37.). Quae quum ita sint, aliter iudicandum est. Nec video probabilius, quam quod iam olim dictum est et hodie a plerisque creditur, Varnam urbem esse *Odessum*, Milesiorum coloniam, quae postea sit Constantia dicta, et Varnam fluvium Panysum, ac proinde Odesso esse hunc titulum tribuendum; Dionysopolin autem, quod oppidulum exiguum fuit, cum fluvio suo apponendam esse in septentrionem a Varna, ad locum Balczik, ut fecit Reichardus. Certe Odessum debemus ad fluvium paulo maiorem et loco ad navigationem opportuno apponere, quod illa civitas in hac ora inter celebriores est et fluvii imagine in nummis utitur; et ipsa quoque haec inscriptio Varnae reperta cum aliis ibidem nuperrime inventis (vide n. 2056. *b. c.*) debet insigniori alicui civitati tribui et maritimis negotiis praestanti: omniaque inter se iam conveniunt, ubi Varnam dicimus Odessum esse, quod et flumen Varnam alluens in hac regione est idque navigabile, et portus opportunus, et inscriptiones plures Varnae repertae sunt. Accedit quod nummorum post nuperam Varnae expugnationem ibi repertorum longe plurimi Odessitarum (ΟΔΗΣΙΤΩΝ) nomen inscriptum habent. Postremo nulla urbs paulo nobilior nisi Odessus inter Callatin et Mesambriam est, cui hi tituli cum aliqua probabilitatis specie queant tribui.

ΕΔΟΞΕΤΗΙΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤꞶΙ
ΔΗΜꞶΙΚΡΑΤΙCΘΕΝΗCΖꞶΙΛΟΥ
ΕΙΠΕΝΕΠΕΙΔΗΕΡΜΕΙΟCΑCΚΛΗΠΙΟΔꞶΡΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΕΥCΔΙΑΤΡΙΒꞶΝΠΑΡΑΒΑCΙΛΕΙ
CΚΥΘꞶΝΓΚΑΝΙΤΑΕΥΝΟΥΝΚΑΙΠΡΟΘΥΜΟΝ
ΕΑΥΤΟΝΤꞶΙΔΗΜꞶΙΔΙΑΤΕΛΕΙ . . . . . . .
ΚΑΙΙΔΙΑΙΤΟΙCΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥCΙΝΑΥΤꞶΙ
ΤꞶΝΠΟΛΕΙΤꞶΝCΥΜΠΑΡΙCΤΑΤΑΙ
CΠΟΥΔΗCΟΥΘΕΝΕΠΙΛΕΙΠꞶΝΕΝΠΑCΙ
ΤΟΙCΑΞΙΟΥΜΕΝΟΙCΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΙ
ΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤꞶΙΔΗΜꞶΙΔΕΔΟCΘΑΙ
ΑΥΤꞶΙΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙCΠΡΟΞΕΝΙΑΝ
ΠΟΛΙΤΕΙΑΝΠΡΟΕΔΡΙΑΝΑΤΕΛΕΙΑΝ
ΧΡΗΜΑΤꞶΝΠΑΝΤꞶΝꞶΝΑΝ
ΕΙCΑΓΩCΙΚΑΙΕΞΑΓꞶCΙΕΠΙΚΤΗC⊟
ΚΑΙΕΓΓΕΙꞶΝΕΓΚΤΗCΙΝΚΑΙΔΙΚΑC
ΠΡΟΔΙΚΟΥCΚΑΙΕΙCΠΛΟΥΝΚΑΙ
ΕΚΠΛΟΥΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥΚΑΙΕΙΡΗΝΗC
ΑCΥΛΕΙΚΑΙΑCΠΟΝΔΕΙΕΙΝΑΙΔΕ
ΑΥΤΟΙCΚΑΙΕΦΟΔΟΝΕΠΙΤΗΝ
ΒΟΥΛΗΝΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΠΡꞶΤΟΙC
ΜΕΤΑΤΑΙΕΡΑΤΟΝΔΕΙΕΡΟΠΟΙΟΝ
ΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΟΨΗΦΙCΜΑΤΟΥΤΟ
ΕΙCΤΕΛΑΜꞶΝΑΚΑΙΘΕΙΝΑΙΕΙC
ΤΟΙΕΡΟΝ

Grut. Iota subscr. omisit; ego apposui ex Dousa, ubi appositum vides. Vs. 6. Dousa lacunam ita signat: ∴.∴. Vs. 8. Dousa πολιτῶν. Vs. 12. Grut. ΕΚΓΟΝΕΙC, Dousa quod dedi. Vs. 17. Dousa προδίκας,

quod apud Grut. ut varia lectio annotatur. Vs. 20. ΚΑΙ omittitur ap. Dous. quum tamen usui sermonis congruum sit et vix a Grutero profectum.

*Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, Κρατισθένης Ζωΐλου εἶπεν· Ἐπειδὴ Ἑρμεῖος Ἀσκληπιοδώρου Ἀντιοχεὺς διατρίβων παρὰ βασιλεῖ Σκυθῶν .κανίτᾳ, εὔνουν καὶ πρόθυμον ἑαυτὸν τῷ δήμῳ διατελεῖ [παρεχόμενος], καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ τῶν πολειτῶν συμπαρίσταται σπουδῆς οὐθὲν ἐπιλείπων ἐν πᾶσι τοῖς ἀξιουμένοις· δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, δεδόσθαι αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις προξενίαν, πολιτείαν, προεδρίαν, ἀτέλειαν χρημάτων πάντων ὧν ἂν εἰσάγωσι καὶ ἐξάγωσι ἐπὶ κτήσει, καὶ ἐγγείων ἔγκτησιν, καὶ δίκας προδίκους, καὶ εἴσπλουν καὶ ἔκπλουν καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί. εἶναι δὲ αὐτοῖς καὶ ἔφοδον ἐπὶ τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά. τὸν δὲ ἱεροποιὸν ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα τοῦτο εἰς τελαμῶνα, καὶ θεῖναι εἰς τὸ ἱερόν.

Rosius vs. 3. Ἑρμίας, vs. 5. Τρανίτᾳ (cur non Γρανίτᾳ vel Γλανίτᾳ?), vs. 6. διατελεῖ [καὶ κοινῇ] καὶ ἰδίᾳ sine structura (καὶ κοινῇ ut addas non opus est, quum id insit in praegresso τῷ δήμῳ), vs. 9. ἐλλείπων. Forma decreti usitata est. Vs. 13. memorabile est quod πολιτεία una cum προξενίᾳ confertur, quod in Graecia non fieri, monui ad n. 1563. Cf. n. 2053. *b. c.* Extra Graeciam id reperiemus etiam in Asianis. Tum per formulam ἐπὶ κτήσει ad εἰσάγωσι καὶ ἐξάγωσιν additam restringitur importationis et exportationis immunitas ad eas merces, quas illi vehant secum proprias, non alienas: si alienas merces suis navibus mercede accepta sive ναύλῳ exportent vel importent, non illae immunes sunto. Δίκαι πρόδικοι sunt id quod alias προδικία, ut in Delphicis 1691-1693. Τελαμῶνα Vandalius interpretatur *fasciam*: Schneiderus in Lex. Gr. materiam scribendo inservientem intelligit. Patet lapidem ipsum, cui titulus inscriptus est, esse τελαμῶνα, ut n. 2053. *b.* nam in aere scriptum illum ne credas. Me iudice τελαμὼν initio dicta *pila*, στήλη, quae aliquid fulciat vel impositum habeat, ut apud Latinos *Atlantes* dicti *Telamones*: postea etiam, quae nihil fulciat, τελαμὼν dicta fuerit. In fine puto dei nomen perisse, verbi causa τοῦ Διός, quem offerunt nummi. Quis enim credet hanc civitatem unum tantum templum habuisse? Aetas tituli incerta est; sed si quis eum secundo fere ante Christum saeculo tribuere velit, me non habebit adversarium.

## 2056. *b.*

Gloriosis Russorum armis Varnae s. *Odessi* nuperrime detectas plures debemus inscriptiones, quarum notitiam in Ephem. Odess. 1829. n. 35. dedit Blarambergius, missarum ad Comitem Woronzowium. Plura sunt sepulcralia monumenta cum usitata formula ΧΑΙΡΕ et nominibus coniugum; praeterea fragmenta duo decretorum, quorum prius ad scalam domus privatae oppidi Varnae repertum est. Hoc edo ex diligenti apographo lapidea forma expresso, quod humanissime misit Blarambergius. Litterae sunt elegantes.

ΕΔΟΞΕΤΗΙΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤΩΙ
ΔΗΜΩΙΕΠΕΙΔΗΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ
ΛΕΩΝΙΔΟΥΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ
ΛΓΑΘΟΣΓΕΓΕΝ
ΠΟΛΙΝΤΩΝ
–Ο

*Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Ἐπειδὴ Φιλοκράτης Λεωνίδου Ἐπιδάμνιος [ἀνὴρ] ἀγαθὸς γεγέν[ηται περὶ τὴν] πόλιν τῶν [Ὀδησσιτῶν] etc.

## 2056. *c.*

Alterum *ibidem* repertum ex compari delineatione a Blarambergio missa edimus. Est id in basi statuae olim impositae. Litterae apicibus ornatae sunt.

ΑΓΑΘΗΙ·ΤΥΧΗΙ·
ΗΡΟΣΟΔΟΝΦΑΡΝΑ
ΓΟΥΑΡΞΑΝΤΑΤΗΣΠΟ
ΛΕΩΣΚΑΙΑΡΞΑΝΤΑ
ΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΗΣ
ΠΕΝΤΑΠΟΛΕΩΣΚΑΙ
ΤΕΙΜΗΘΕΝΤΑΥΠΟ
ΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΗΣΠΕΝ
ΤΑΠΟΛΕ..

Ἀγαθῇ τύχῃ,
Ἡρόσοδον Φαρνάγου, [ἄ]ρξαντα τῆς πόλεως καὶ ἄρξαντα τοῦ κοινοῦ τῆς πενταπόλεως, καὶ τειμηθέντα ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς πενταπόλεως etc.

*Odessus*, Blarambergio iudice, foederatorum quinque oppidorum videtur caput fuisse, quibus ille annumerat *Tomidem*, *Callatin*, *Mesambriam*, *Apolloniam*. Memorabilis etiam ἄρχων τοῦ κοινοῦ (cf. Introd. Sarmat. I, 19.): notabile nomen Φάρναγος, de quo vide Introd. Sarmat. II, 8. 13. Mirum nomen Ἡρόσοδος.

# PARS UNDECIMA.

## INSCRIPTIONES SARMATIAE CUM CHERSONESO TAURICA ET BOSPORO CIMMERIO.

*Sarmatiae* nomine Ptolemaeus universam complectitur terram inter Vistulam et flumen, quod olim Rha, nunc Wolga vocatur: quam quum Tanais in Europaeam et Asiaticam dividat, Europaeae quidem ad Pontum Euxinum meridionalis plaga, quam nos nunc solam spectamus, a Tyra fluvio usque ad Tanais ostia porrigitur, angustique isthmi vinculo connexam *Tauricam Chersonesum* habet; Asiatica vero inde a Tanais ostiis paludem Maeotidem et Cimmerium Bosporum ac Pontum Euxinum stringit usque ad flumen Coracem, quod est a Dioscuriade in septentrionem, eaque in austrum habet Caucasi tractum septentrionalem cum mari Caspio, atque una cum Taurica Chersoneso *regnum* complectitur *Bosporanum*. Inter hos igitur fines reperti sunt tituli hac in parte editi; sunt autem n. 2057. *Ophiusae s. Tyrae* in sinistra fluvii Tyrae ripa, n. 2058-2096. *Olbiae*, n. 2096. *b-f. cursus Achillis in Hylaea*, n. 2097-2102. *urbis Chersonesi* Heracleoticae, n. 2103-2103. *d. barbari in Taurica paeninsula regni*, n. 2103. *e*-2116. Bosporanae in Chersoneso Taurica urbis *Panticapaei*, reliqui vero Bospori Asiatici, et ex his n. 2117-2129. *Phanagoriae et viciniae*, n. 2130. 2131. *Gorgippiae* ut opinor, n. 2132-2134. in *mediterraneis Bospori Asiatici locis* reperti. Titulus n. 2134. *b*. ex oppido Tanaitico *Exopoli* delatus ad flumen Rha s. Wolgam videtur. Quae inscriptiones ut certius et explicari et iudicari possent, duplicem praemisi introductionem, *de populis*, *civitatibus*, *regnis*, et *de sermone*; utraque tamen in parte non disputavi multo plura, quam titulorum postularet ratio: hoc vero loco ante ipsam introductionem paucis moneo de libris aliquot magna ex parte inter se connexis, quibus pleraeque hae inscriptiones continentur, propterea quod, qui illos non tractarit, unde quidque in titulis edendis et explicandis petierim, ex brevi nostra significatione non satis fortasse distinguere poterit. Nam praeter *Pallasii* secundum itinerarium affatim notum, et *Matthaei Guthrie* collectanea ex duabus *Marschalli de Bieberstein* commentationibus petita et edita in Appendice itinerarii a femina Maria Guthrie conscripti (A Tour performed in the Years 1795-1796. through the Taurida or Crimea, Lond. 1802. 4.), binaque *Leonis de Waxel* scripta (Recueil de quelques antiquités trouvées sur le bords de la Mer-Noire, dessinées en 1797, 1798. Berol. 1803. 4. et Suite du Recueil etc. comprenant des découvertes faites depuis l'année 1798. 4.), et *Io. Potockii* opus (Histoire ancienne du Gouvernement de Cherson, Petrop. 1803. 4.), postremo praeter *Clarkii* itinerarium et libellum de marmoribus Graecis Cantabrigiae servatis, maxime Köhlerus, Rochettus, Petr. Köppenius in Olbiae ac Chersonesi et Bospori monumentis edendis et explicandis versati sunt. Inter quos qui eximia nummorum et inscriptionum peritia facile palmam fert *Köhlerus*, a. 1805. et de monumento Comosaryes (Diss. sur le monument de la Reine Comosarye, Petrop. 8.) et de nummis Olbiae et Chersonesi (Nov. Act. Acad. Petrop. T. XIV. 1805. p. 99-130.) scripsit egregie; idem commentarios de meritorum apud veteres remuneratione equestribus nostrorum ordinibus simili (in Morgensternii libro, Dörptische Beiträge a. 1814.) et de honore imaginis (Act. Acad. Monac. a. 1816. et 1817. T. VI. class. hist. et philol. quae edita a. 1820. sunt) auxit titulis eorundem locorum ibi primum editis, et a. 1822. 8. Petropoli dissertationem publici iuris fecit de nummis Graecis, quam doleo me una excepta pagina non nosse nisi ex aliorum commentariis. Eodem vero anno quum *Rochettus* edidisset Antiquitates Bosporanas Gallice scriptas, quibus *Stempovskii* appendix numismatica addita est, Köhlerus adversus illum composuit libellum: Remarques sur un ouvrage intitulé Antiquités Grecques du Bosphore-Cimmerien, Petrop. 1823. 8. Eiusdem libri Rochettiani sibi probati censuram scripsit *Köppenius* Annal. litt. Vindob. T. XX. a. 1822. eamque cum additamentis iterum impressam dedit hoc indice: Alterthümer am Nordgestade des Pontus, Vindob. 1823. 8. cui libello inediti plures Olbiopolitarum tituli insunt: harum inscriptionum, non Bosporanarum, quae vox mihi Praef. T. I. §. III. excidit invito, apographa primitiva mecum communicavit idem, ex quibus quae Köppenius ipse confecit, ea cognovi summa cum diligentia delineata esse. Rursum vero illius libelli partem separatim excudi iussit Köppenius: Olbisches Psephisma zu Ehren des Protogenes, Vindob. 1823. 8. Köhlerus autem et hoc monumentum cum alio, anno ante impressum edidit (Zwei Aufschriften der Stadt Olbia, Petrop. 1822. 8.), licet libellus post Köppenianum demum videatur publici iuris factus esse, et Köppeniani opusculi censuram scripsit: Beurtheilung einer Schrift, Alterthümer am Nordgestade des Pontus, Petrop. 1823. 8. ad quam brevi scripto respondit Köppenius: Nachhall vom Nordgestade des Pontus, Vindob. 1823. 8. Quae omnia quum ipsorum auctorum deberem benevolentiae, operam dedi, ne eorum immiscerer controversiis, nisi quantum rei postularet ratio: plurima tamen quum ex Köhleri disquisitionibus didicerim, sicubi ab illo mihi discedendum fuit, quanto id ego gravius tuli, tanto eum spero facilius

laturum. Ceterum idem et alias atque eas, quas hucusque commemoravi, de Sarmatiae antiquitatibus commentationes edidit; quae magna ex parte, quantum intelligo, eius continebuntur *Serapide*; de quo nuper Böttigerus (Archäologie und Kunst T. I. F. I. Praef. p. xii.) monuit ea, quae ex Köhleri litteris monere poteram. Et ex hoc quidem libro una et altera particula auctoris beneficio iam nunc mihi in manibus est; alia illi inesse partim nova partim prius separatim edita, ex aliis eius commentariis hinc inde cognovi. Ita decretum pro Protogene n. 2058. ibi repetitum esse intellexi; dissertationem de nominibus urbium n. 2059. memoratarum inde deprromptam ipse habeo, eique adhaeret una pagina commentarii de nummis Graecis, cuius supra mentionem feci; inest etiam censura Rochettianarum antiquitatum, inest p. 395-505. commentarius inscriptus: Das Königliche Schloſs des Bosporus und die Stadt Gargaza auf der Taurischen Halbinsel, insertus etiam Noviss. Act. Acad. Petrop. T. IX. p. 694 sqq. a. 1824. Postremo eiusdem usus sum dissertationibus duabus, altera de nummo Spartoci (Description d'une médaille de Spartocus, roi de Bosphore-Cimmerien, du Cabinet du Chancelier de l'Empire Comte de Romanzoff, avec un supplément de plusieurs médailles Grecques rares et inedites qui se trouvent dans le même Cabinet, Petrop. 1824. 8.), cui in fine addita est inscriptio Panticapaeensis; altera de insulis et cursu Achillis (Mémoire sur les îles et la course consacrée à Achille dans le Pont-Euxin, avec des éclaircissemens sur les antiquités du littoral de la Sarmatie et des recherches sur les honneurs que les Grecs ont accordés à Achille et aux autres héros de la guerre de Troie, Petrop. 1827. 4. et in Act. Acad. Petropol. noviss. T. X.). Postremo quum egregia Russorum industria, non sine publica cura, nunc quum maxime nova quotidie monumenta ex solo eruantur, opera danda fuit, ut ne horum me notitia effugeret. Igitur *Ephemerides Odessenses* in usum vocavi, diarium sane quam eruditum: huic partim *Stempovskius*, partim *Blarambergius*, Russorum Imperatori Augusto a consiliis reipublicae, inserere solent narrationes de monumentis recens detectis. Sed quum illas Ephemerides viderem consilio meo non sufficere, aliam quaesivi viam, qua titulorum illorum diligentia apographa obtinerem: et postquam vir excellentissimus Liber Baro de Kamptz, qui in adiuvandis hominum litteratorum studiis nullum defugit laborem, preces nostras perferendas sua sponte suscepit, faventibus summis in Russico imperio viris et inter hos Comite Woronzowio, Novae Russiae Praeside, Blarambergio Odessae habitanti commendatus sum, cui antiquitatum illius terrae custodia demandata est. Et ille comitate et humanitate nescio an eruditione praestantior vir, domestico quamvis tum luctu afflictus, magno labore delineata titulorum aliorumque monumentorum exempla sine mora mecum communicavit. Mox ipsius missu etiam libellos ab eo editos nactus sum duos, alterum hunc: Notice sur quelques objets d'antiquité, découverts en Tauride dans un tumulus, près du site de l'ancienne Penticapée, Paris. 1822. 8. alterum sic inscriptum: Choix de médailles antiques d'Olbiopolis ou Olbia, faisant partie du cabinet du Conseiller-d'état de Blaramberg à Odessa; avec xx planches, gravées d'après ses dessins sur les médailles originales; accompagnées d'une notice sur Olbia, et d'un plan de l'emplacement où se voient aujourd'hui les ruines de cette ville, Par. 1822. 8. Itaque minutissimis quibusdam rebus exceptis, ex iis, quae hucusque reperta sunt, non desidero quidquam. Quo minus me paenitet operae, quam in remotae huius terrae antiquitatibus explicandis posui.

# INTRODUCTIO.

## CAPUT PRIMUM.

### DE POPULIS, CIVITATIBUS, REGNIS.

1. Ponti Euxini oram ab Istro usque ad Tyram, et Sarmatiae Europaeae tractus meridionales a Tyra usque ad Tanain Herodoti aetate incoluerunt *Scythae*, qui sese *Scolotos* vocabant; eosdem in Europa collocat etiam Xenophon (Mem. II, 1, 10.), vagumque recentiorum inde ab Alexandro Magno vocabuli usum, quo barbaros quoslibet Asiae septentrionalis et Europae huic contiguae nationes vocant Scythas, egregie explosit Niebuhrius eiusque originem demonstravit commentatione de Scythis Getisque et Sarmatis nuperrime edita (Opusc. hist. et philolog. T. I. p. 352 sqq.): quam solam nomino, etsi etiam Theoph. Sigfr. Bayeri, viri haud dubie eruditissimi, et aliorum de Scythis scripta legi. Antiquitus vero Scythas ex interiore immigrasse Asia non solum recentiores, in his Diodorus (II, 43.), sed etiam Herodotus (IV, 11.) et ante hunc Aristeas Proconnesius (Herod. IV, 13.) recte haud dubie tradiderunt, Mongolicaeque eos fuisse stirpis idoneis argumentis evicit Niebuhrius (p. 362.). Olbiae vero proximi ad Hypanim sunt *Callippidae*, Ἕλληνες Σκύθαι, ut ait Herodotus (IV, 17.): quos cum Niebuhrio (p. 359.) haud invitus dicerem eosdem, quos Ephorus fertur Καρπίδας dixisse, nisi hi ad ipsum dicerentur Istrum esse (Peripl. Pont. Eux. p. 3. Huds. Geogr. min. T. I. et Fragm. Scymn. 102. Huds. T. II. p. 49.). Ἕλληνες Σκύθαι autem sunt, qui ex Graecis et Scythis coaluerunt hybridae, similes fere Gelonis, qui in Budinis habitantes, antiquitus Graeci ex emporiis eo delati, et Graeca et Scythica utebantur lingua (Herod. IV, 108.): quales quum et Μιξοβάρβαροι et Μιξέλληνες dici potuerint, huc referam Μιξέλληνας n. 2058. *B.* memoratos, qui modo Olbiopolitis socii, modo ab his alienati fuerunt. Iam ut

ceteras Scytharum stirpes omittam, trans Borysthenem supra Hylaeam habitant *Scythae agricolae* s. *Borysthenitae* usque ad Panticapem fluvium, a quibus Callippidarum quantum Scythicum fuit, originem habuisse probabile est; trans Panticapem sunt *Scythae Nomades* ad Gerrhum flumen usque. Trans Gerrhum *regii Scythae* in orientem ostia Tanais tangunt (Herod. IV, 18 sqq. coll. Niebuhr. p. 358.), austrum versus autem iidem in *Tauricam* porriguntur *Chersonesum*, eiusque orientalem obtinent plagam super *Tauris*, quos suo parentes regi a Scythis seiungit Herodotus (l. c. coll. cap. 3. 28. 99 sq. 102.), licet his vulgo annumerentur: a Tauris vero separantur fossa ab horum montibus in Maeotin paludem ducta, hoc est a vicinia Theudosiae ad Chersonesum Zenonis; qua fossa postea Bosporanum regnum a Tauris dividebatur (Introd. I, 14). Tauri igitur etiam septentrionales Chersonesi campos, non solos in australi parte montes tenuerunt: olim tamen Scythae, qui orientalem Chersonesi plagam insederant, simul necesse est Isthmo vicina obtinuerint, ut illis, qui extra Chersonesum colerent, essent contigui: ipsaque Chersonesus non solum Taurica, sed etiam Scythica et una cum adiacente usque ad Borysthenem continente μικρὰ Σκυθία appellata est (cf. imprimis Köhler. de arce Bospor. p. 403. 475.): denique Plinio auctore in occidentem a Bosporanis et in orientem a Tauris habitarunt aliquando *Scythae Satarchae*, his posthac sedibus expulsi. Utut est, a Nomadibus, iisque Scythis, agros suos vectigales accepere Bosporani (Strab. VII. p. 311. cf. Introd. I, 15.).

Sed Scytharum terram ab altera parte Getae, ab altera Sauromatae invaserunt. Et de Sauromatis quidem statim dicam uberius; *Getae* vero, Thracica gens, Istrum mature transgressi, Lysimachi potissimum clade sedes suas inter Istrum et Tyram nobilitarunt, et circa a. u. c. 700. ipsam expugnarunt Olbiam (cf. Niebuhr. p. 392 sq.); ac Γετῶν ἐρημία supra Istrum est (Strab. VII. p. 306.). Itaque quum praesertim etiam ex orientali parte Sauromatae Tanain transgressi sint, quamdiu ab Istro ad Tanain quoque loco Scytharum perduraverit potentia, quaerendum videtur. Primum igitur aetate Philippi Amyntae f. et Alexandri Magni Scythae pristinas certe in vicinia Istri sedes servarunt (Mannert. Geogr. T. IV. p. 160 sq.), nec minus rege Lysimacho Olymp. 116, 4. (Diod. XIX, 73.); et qui cum Philippo bellum gessit, rex Ateas, videtur plurimis ab Istro usque ad Maeotin Scythis imperasse (Strab. VII. p. 307.), ut proinde tum haud exigua esset regni Scythici potentia. Inter Tyram vero et Hypanim, aetate tituli n. 2058. *B.* secundo vel primo opinor ante Christum saeculo una cum Thisamatis et Saudaratis resident Scythae, illa in terra sane Galatis adeo inferiores, ut Olbiae moenibus ab his sese defendere cupiverint: unde tamen cave colligas, non superfuisse alios Scythas inter Hypanim et Tanain, de quibus locis in illo titulo nihil dicitur, sed de solis cis Hypanim Scythis. Immo postquam Sauromatae Tanain transgressi pridem sunt Getaeque Istrum, nihilominus prope Olbiam habitarunt Scythae: his enim non invitis urbem a Getis vastatam restituisse Olbiopolitas tradit Dio Chrysostomus (Or. Borysth. XXXVI. p. 76. T. II. Reisk.), qui Scythas et Sauromatas non ut alii inter se commiscet; idem per Scythas Olbiâ in Getas proficisci constituerat (ibid. init.); unde patet vel Domitiani fere aetate Scythas in occidentali Hypanis ripa superfuisse; idem quum Olbiae versaretur, hanc urbem infestarunt Scythae (ibid. p. 81.), simul tamen aderant Sauromatae; nec firmas stabilesque sedes hi populi tenebant, sed huc illuc vagantes Sauromatae et Scythae alteri alteris in eadem successerunt dicione. Atque licet Sauromatae iam Scylacis aetate cis Tanain colant, Olymp. 117, 3. rex Scytharum Agarus in vicinia Bospori imperat (Diod. XX, 24.); gens illius fortasse sunt Agari, qui Mithradatis VI. aetate commemorantur (App. Mithrid. 88.), terra credo in orientem ab Isthmo, ubi Agarus fluvius et Agarum promontorium. Alius Scytharum rex in inscriptione n. 2056. et ipse Alexandri Magni aetate haud dubie multo est recentior, sed sedes illius incerta. Neque omitto, Lucianum (Toxar. 39.), qui rerum Scythicarum haud mediocriter peritus est, sua ut videtur aetate Scythas cum Sauromatis ad Tanain dimicantes facere. Postremo ut de Scythis Chersonesi dicam: quod Tauri Scythis vulgo annumerantur, etiam a Strabone (VII. p. 308.); ideo ubi recentiore aetate Scythae in Chersoneso memorantur, dubium videtur, sintne veri Scythae an Tauri intelligendi: quare ubi Dio (Borysth. p. 75.) Scytharum Chersonesi meminit, poterit hoc ad Tauros referri; Sciluriusque etiam et filii etsi a Strabone Scythae vocantur (VII. p. 309. 312.), dubites numne Tauri fuerint. Sed quum Scytharum nationem docuerim non tam mature, quam creditum, exolevisse, non est quod negemus etiam in Chersoneso resedisse Scythas, quique in Mithradatis exercitu Scythae fuisse dicuntur, potuerunt partim e Chersoneso partim ex continente collecti esse. *Scilurus* autem et filii, quibuscum dimicavit Mithradates, si iidem sunt, ut putatur, quibus patria regna a Mithradate restitui voluerunt Romani, quod ex Memnone tradit Photius (cod. 224. p. 230. *b.* Bekk.), publice illi tum videntur Scythae dicti, quod fieri recte non poterat, si a Scythis fuissent diversi. Et Tibure nuperrime nuntiatur Latinam inscriptionem repertam esse, qua referente T. Plautius, Traiano Imp. bis consul, et Moesiae Propraetor, inter alia „*Scytharum quoque rege a Cheronensi* (Chersoneso Taurica, quae hic Cheronensis dicitur, adiectivo *Chersonensis* in substantivum verso), *quae est ultra Borusthenem, obsidione summoto, primus ex ea provincia magno tritici modo annonam populi Romani adlevavit.*" Quo loco germani Scythae an mixti cum Tauris intelligendi sint, dubites. Enimvero Scythae et Tauri inter sese mixti mature videntur nec posse prorsus distingui: unde *Scythotaurorum* s. *Tauroscytharum* natum vocabulum; qui secundo post Chr. saeculo etiam e Chersoneso progressi incommodabant Olbiae (cf. Introd. I, 6. et Mannert. Geogr. T. IV.

p. 284.). Et certe non solos Tauricae montes meridionales tenuit Scilurus ille notissimus (n. 2103.), neque in australi ora, ubi hodie Balaclava, castellum eius Palacium quaerendum est, quod quidam fecerunt, sed ut Diophanti castellum Eupatorium adversus Scilurum munitum in septentrionem a Chersoneso urbe situm est (Strab. VII. p. 312.), ita Sciluri castella videntur campis septentrionalibus propiora fuisse, unumque ex illis fuit in rupe campis cincta prope Sympheropolin (n. 2103.), ubi etiam Graeci habitarunt (n. 2103. *b. c.*). Tamen eius potentia num unquam usque ad Olbiam propagata sit, dubium videtur; nam quos Sciluri nomine nummos aereos vilissimos signarunt Olbiopolitae, ii fortasse ad alium et recentiorem Scilurum, qui Scythis Olbiae vicinis praefuerit, referendi sunt (Köhl. adv. Roch. p. 62 sqq.); Olbiam vero ipsam neque hic neque alius Scytharum rex unquam tenuit.

Superest ut de *Sauromatis* dicam, quos Latini vulgo Sarmatas vocant; utrosque tamen sunt qui distinguant, ut Plinius (H. N. VI, 5.), licet idem alibi (IV, 25.) Graecis esse Sauromatas dicat, qui Latinis sint Sarmatae: et Graecis quoque non inusitata forma Σαρμάτης etiam in titulis (n. 890. 1978. 2065. 2130. extr. 2131. etc.). Hi igitur Sauromatae, Slavorum haud dubie parentes, Herodoti aetate sunt trans Tanain a Maeotide in septentrionem, sed inclinati in orientem, quod ipsius fluvii cursus evincit, terramque ibi obtinent quindecim dierum spatio patentem (Herod. IV, 21. coll. Mannert. Geogr. T. IV. p. 137.): ibidem fere ponit Mela (I, 19.) cum aliis. Hos Scythis laxius annumerant Hippocraticus scriptor de aëre, aqua, locis (p. 291. Foës.), Ephorus (ap. Strab. VII. p. 302.), Strabo (XI. p. 492.); Herodotus a Scythis distinguit, sed eam certe Sauromatarum stirpem, quam ille novit, hoc est eos qui vulgo Γυναικοκρατούμενοι dicuntur, sermone usos esse Scythicae linguae affini concedendum est, quod diserte is dicit: φωνῇ δὲ οἱ Σαυρομάται νομίζουσι Σκυθικῇ, σολοικίζοντες αὐτῇ ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου (IV, 117.); qua de re infra erit dicendi locus (Introd. II, 4.). Originem eorum a Scythis et Amazonibus repetit Herodotus; nec, quare Γυναικοκρατουμένοις immixti e vicinia Scythae fuisse negentur, causa est; ceterum Sauromatae e Media immigrarunt ad Tanain (Diod. II, 43. extr. Plin. H. N. VI, 7.), unde Gatterer (Introd. in hist. univ. synchron. T. I. p. 75.) nomen derivat a Matenis s. Matienis s. Medis et voce Lithuanica *Szaure*, quae septentrionem designat: ut Sauromatae sint Medi septentrionales. Iidem recte visi sunt Syrmatae, quos Plinius (VI, 18.) prope Oxydracas Indo vicinos collocat (cf. Ritter. Vorhalle d. Gesch. p. 283.), et eodem nomine Scylax ad Maeotidem. Mox vero Sauromaticae gentes latius evagatae sunt. Et illas vix ambigo in Asiana Maeotidis ora promovisse fines: certe qui ibi Tanai vicini sunt Iaxamatae, sunt quibusdam Sauromatae visi (Introd. I, 3.), nec Ptolemaeus Sarmatiam usque ad Coracem fluvium extenderet, nisi in illam terram immigrassent Sauromatae (cf. Ammian. Marc. XXII, 8, 29.). Sed Europam illi potissimum ingentibus inundarunt agminibus; quarum turbarum initia commemorare sufficit. Primum igitur auctor Hippocraticus de aëre, aqua, locis (p. 291. Foës.) in Europa eos ad Maeotin ponit, ergo cis Tanain: Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ ἔστιν ἔθνος Σκυθικόν, ait, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκεῖ τὴν Μαιῶτιν, διαφέρον τῶν ἐθνέων τῶν ἄλλων· Σαυρομάται καλεῦνται. Dein circiter Philippi Amyntae f. aetate Scylax in Europaea ora Maeotidis collocat *Syrmatas* (p. 30. Huds. T. I.), quos licet a Sauromatis Asiae distinguat, cum Niebuhrio censemus fuisse Sarmaticos: eosdem memorat Eudoxus ap. Steph. Byz. Συρμάται, οἱ Σαυρομάται, ὡς Εὔδοξος πρώτῳ· Ποταμὸν τοῦ Ταναΐδος Συρμάτας κατοικεῖν. Tum antequam Chersonesum urbem ab incursionibus barbarorum tutam praestitisset Mithradaticum in Bosporo imperium, Amage Medosaccae uxor Sauromatarum ad Pontum regina cum exigua superveniens manu repentinum Chersonesitis auxilium tulit adversus Tauricae barbaros (Polyaen. VIII, 56.): ut videas iam tum Ponti oram attigisse Sauromatas: quemadmodum postea Rhoxolani, Sarmatica gens (Tac. Hist. I, 79.), Sciluro in Chersoneso duce Tasio opem tulerunt adversus Mithradatem (Strab. VII. p. 306.). Mox Hypanim Sauromatas transgressos esse testatur munimentum Alectoris in occidentem ab illo fluvio, ex Sauromatici regis uxore denominatum (Dion. Chrysost. Borysth. p. 75.), ut ex Dione videtur ipsius aetate, sed ut arbitror multo prius; Ovidii aetate Sarmatae Iazyges iam ad Istrum usque progressi sunt. Itaque recte Strabo Sarmatas cis Tanain ad Maeotidem collocat (II. p. 128.); idem Sarmatas regios et Iazyges manifesto inter Tyram fere et Borysthenem habet una cum Urgis, licet eosdem saepe utramque Istri ripam habitare scribat (VII. p. 306.): et Dio (Borysth. p. 77.) sua aetate cum Sauromatis dimicasse Olbiopolitas docet. In qua regione quod tum versabantur Sarmatae, Σαρματίας βασιλεῖς comparent in titulo Olbiae n. 2065.: τῆς χώρας βασιλεῖς in alio Olbiopolitarum tituli fragmento apud Blarambergium (v. Köhler. adv. Roch. p. 56 sq.) possunt aut Scythici aut Sarmatici esse. Ceterum dum trans Borysthenem et ad Istrum pergunt Sarmatae, remanserunt nihilominus in prioribus sedibus: quos Tiberii aetate Tacitus Ann. VI, 33. nominat, ii manifesto circa Tanain degerunt; Rhoxolanos et Iazyges Sarmatas etiam Ptolemaeus ad Maeotidem ponit, non opinor ex prioribus auctoribus; Sauromatas ad Tanain pugnantes ex Luciano supra attulimus.

2. Quaerendum iam de regno *Saitapharnis* in titulo Olbiae n. 2058. *A.* quod in orientem ab Hypani fuisse manifestum est. Eum Niebuhrius (l. c. p. 384.) Getici in sinistra Borysthenis ripa imperii regem pronunciat argumentis his. Diodorus, ait, ubi bellum filiorum Paerisadis I. Bosporani regis Olymp. 117, 3. gestum narrat (XX, 22 sqq.), pro solita sua negligentia non rettulit, quibus incrementis Bosporanum regnum a Leucone usque ad obitum Paerisadis in eam auctum amplitudinem esset, quae ex illo cognoscitur bello. Res enim geritur inter Isthmum Chersonesi et Borysthenem, in Hylaea, ad flumen

Thapsin s. Thaten, qui Herodoti aut Panticapes aut Hypacyris est; Hylaeam agnoscimus in eo, quod regia Thracis Ariopharnis, quae in illo oppugnatur bello, in paludoso est silvisque opaco solo: itaque in oriente a Borysthene Thracicum tum, hoc est Geticum fuit regnum, ibidemque, non in Dacia, Dromichaetes regnarit, qui septendecim annis post vicit Lysimachum Thraciae regem. Saitapharnes autem quum ipso prodente nomine descenderit ab Ariopharne, est ille quoque Geticus trans Borysthenem rex; hoc Getico regno terminantur Galatae tum Olbiae imminentes (n. 2058. *B.*), a Borysthene illi in occidentem. Hinc simul decretum n. 2058. bello Hannibalico (circa a. u. c. 536.) non recentius esse colligitur; Galatas enim, quos modo diximus, esse illos Cimbros, qui a. u. c. 639. in Norico compareant: hos pulsos videri a Sauromatis Tanain superantibus et paulatim in Europa progredientibus; ab iisdem autem Sarmatis deletum Geticum trans Borysthenem regnum esse, quod quum aetate tituli n. 2058. superfuerit, huic illud fere, quod diximus, esse tempus tribuendum. Haec cur non probem, explicandum est. Primum enim Diodorus ab ea, quae in eum coniicitur, culpa liberandus: numquam Spartocidarum imperium usque in Hylaeam propagatum est, ne ad Isthmum quidem unquam, sed longo hinc intervallo terminatum est munimento a Theudosia ad Chersonesum Zenonis porrecto (Introd. I, 14.), et ipso Paerisade I. rege hunc limitem non superasse Bosporanos discimus ex titulo n. 2104. Nec quo iure Thapsis sive Thates Panticapes aut Hypacyris, quorum eadem fere nomina agnoscit Plinius (H. N. IV, 26.), haberi queat video. Fluvius autem, silvae, paludes sunt etiam extra Hylaeam; rupes num in Hylaea sint dubito: utut est, ob paludes silvasque regia Ariopharnis, nisi alia argumenta accedant, Hylaeae tribuenda non est. Immo illa regia videtur potius in Asiana ad Maeotin terra fuisse (vide Introd. I, 18.). Getas vero Borysthenem unquam transgressos esse non traditur usquam; neque ex iis, quae §. 1. de Scythis Getisque ex historiae fide narravimus, probabile fit, iam ante Olymp. 117, 3. Scythas a Getis ita esse pressos, ut Geticum trans Borysthenem regnum condi potuerit: Dromichaetes autem quidni ibi dominatus sit, ubi vicit Lysimachum, inter Istrum et Tyram? Iam Saitapharnes ob levem in secunda parte vocis similitudinem nominum non magis potest Ariopharnis videri suboles, quam Ariopharnis parens haberi Ariapithes Scytharum rex ex Herodoto cognitus, quorum nomina aeque similia; nihilque usitatius in Asianae originis vocibus quam terminatio in φάρνης (vide Introd. II, 13.). Nec Galatas tituli Olbiopolitani certum est fuisse Cimbros, nec si illos Cimbros fuisse concesseris, eos Cimbros post Olbiopolitanam hanc inscriptionem invasisse Noricum constat (vide Introd. I, 4.); itaque tituli n. 2058. aetas ex Cimbricarum rerum temporibus definiri non potest. Denique Sarmatae non delevere Geticum regnum trans Borysthenem, quod non fuisse unquam nobis persuasimus. Nunc meam exponam rationem. Primum Saitapharnes non Scytharum illorum rex est, quos memorat titulus; ille enim in orientali, hi in occidentali Hypanis ripa sunt, quod in interpretatione inscriptionis doceo. Deinde ne Galatarum quidem eum regem esse eodem constat argumento: neque, ut hoc obiter moneam, Saii, de quibus statim dicam, Galatae esse possunt, a quibus eos satis distinguit inscriptio. Ceterum non longe quaerendum, quorum rex Saitapharnes fuerit. Aliquoties Olbiae viciniam adiit Saitapharnes, ut dona acciperet, neque vero cum exercitu advenisse dicitur; contra uno loco *A.* vs. 34. eiusdem rei causa affuisse ἀθρόοι Σάϊοι dicuntur. Nonne apertum, ἀθρόους Σαΐους opponi regi, qui non cum exercitu vel populo advenerit, sed cum suo comitatu huc illuc proficiscens? Itaque *Saiorum* ille rex est, et convenit nomen, opinor. Σαϊταφάρνης (ita, non Σαιτ. scribo) Σαΐων rex est; ut Agarus credo Agarorum (§. 1.), ut Σαυρομάτης Bospori rex videtur ab initio Sauromatarum fuisse stirpis alicuius princeps (Introd. I, 13.): φάρνης si in huiusmodi nominibus Persis fere idem fuit quod Graecis κλῆς, Σαϊτακλῆς nomen erit Saitico regi optime congruum. Hi Saii quum Olbiae tum vicini essent, rex eorum subinde adiit Olbiam, ut olim Scytharum rex Scyles, qui sibi Olbiae etiam domum exstruxerat magnificam (Herod. IV, 78.). Quid quod ab his Saiis manifesto petitum nomen inexplicabile visum Ὀλβία Σαυΐα in Periplo Ponti Euxini anonymo? Qui Saii licet Olbiae vicini quum Herodoto ignoti sint, eius certe aetate non apud Olbiam coluerunt: Herodotus enim quod ab Olbiopolitis sciscitatus Scythicas res est, nihil prius narrasset quam de Saiis, si hi tum ibi iam habitassent. Quo minus probabile est Saios fuisse Scythas; magis consentaneum, Sauromaticam vel Sauromatis affinem Maeoticam esse gentem, quae aliquanto post Tanain transgressa Scytharum occuparit sedes, ubi iam tituli n. 2058. aetate, secundo fere vel primo ante Christum saeculo degat: ipsumque regis nomen Medica sive Persica voce insigne ad eandem deducit sententiam, quod et Maeotica et Sauromatica lingua Medicae Persicaeque maxime est affinis (Introd. II, 13.). Sauromatas autem iam ante Mithradatem vidimus Tanain superasse (§. 1.); immo Thisamatae, qui eiusdem fere stirpis esse videntur, aetate tituli n. 2058. iam in occidentali sunt Hypanis ripa (§. 3.). Quodsi Saii Scythis successerunt, occuparint etiam Scytharum τὰ καλούμενα βασίλεια a Gerrho in orientem (Herod. IV, 20.); Olbiopolitae vero ubi magno sumptu tributa mittunt εἰς βασίλεια, Saitapharnis haud dubie (n. 2058. *A.*), quidni intelligamus illum locum, ubi Scytharum olim fuere βασίλεια? Certe quum sine articulo εἰς βασίλεια, non εἰς τὰ βασίλεια dicatur, βασίλεια debuit nomen loci esse, quod longo usu evaluerit in proprium. Etiam σκηπτοῦχοι n. 2058. *A.* fuerint Sauromatici, vel Maeoticae gentis, Saitapharni subiecti. Tamen sunt qui etiam Saios hos non quidem Getas, sed Getis propinquos Thraces esse arbitrentur, qui terram aliquam Maeoticam occupave-

rint. Nam Saii Thraces afferuntur, quorum meminerat Archilochus: hi praeter Thraciae partem tenuerunt olim Lemnum, atque ut putatur Samothracen (Strab. X. p. 457. XII. p. 549.), a nonnullis autem iidem habiti sunt qui Herodoti (VII, 110.) et Strabonis aetate Sapae et Sapaei nominabantur, passim etiam a recentioribus commemorati (Hesych. v. et intt. item Steph. Byz. v. cf. etiam ad n. 359.): ac sane Σάϊοι et Σαπαῖοι videtur eadem esse vox, mediaque inter utramque est tertia eorundem denominatio Σάβοι (Eustath. ad Dionys. Perieg. 1069.). Iam isti Thraces Saii veterum nonnullis iidem visi qui Lemnii Sinti, apud Homerum Σίντιες: hos vero recentiores aliquot docti eosdem statuunt ac Sindos Bospori, similiterque Saios Thracicos iam cum Saiis tituli Olbiopolitani componunt, eosque una cum Sindis in regiones Bosporo Cimmerio vicinas pervenisse statuunt. Hinc simul connubium inter Sapaeos Thraciae et novos post Mithradaticam familiam Bospori reges (cf. Introd. II, 3.), hinc nominum, quibus reges Thracici et Bosporani utuntur, convenientia repetita a nonnullis sunt. Quodsi illi Thraces ea aetate, qua nondum Sapaei, sed Saii appellabantur, in Bospori vicina immigrarint, non fuerit quod mireris, vetusta illos forma Saios appellari in Olbiopolitarum decreto, nec cum Köhlero (adv. Köppen. p. 51.) desideraris nomen recentius Σαπαῖοι. Attamen Thracicam coloniam in Cimmerio Bosporo et ad Maeotidem nullam unquam fuisse persuasum habeo; nihil enim quidquam in Bosporo et ad Maeotidem Thracicum reperitur, si regum nomina exceperis, quae populorum cognationem non demonstrant (cf. Introd. II, 3.); regiarum vero familiarum connubium non docet communem fuisse nationum stirpem. Soli Thraces mercenarii in Bosporo fuerunt; regem Thracum Ariopharnem in Bospori vicinia imperantem removebo infra (Introd. I, 18.). Qui vero apud Plinium (VI, 7.) Sapei commemorantur, ii ita remoti in mediterranea sunt, ut Thraces haberi nequeant (cf. de illo loco Mannert. Geogr. T. IV. p. 346 sq.): Σάπειρας vero s. Σάσπειρας, qui Herodoto sunt inter Colchos et Medicam, cum Saiis vel Sapaeis comparare non est sobrii iudicii (vide de iis Herodot. I, 104. III, 94. IV, 37. 40. VII, 79. Apollon. Rhod. II, 395. 1245. Orph. Argon. 758. Ammian. XXII, 8, 21. Steph. Byz. v.). Est etiam, qui Saios ex Aegaeo navibus Olbiae viciniam ut piratas petivisse putet; sed ex inscriptione ipsa patet, Saitapharnem firmius ibi habuisse regnum, et magno numero advenisse Saios dona ab Olbiopolitis ordinaria repetentes.

3. Ab Hypani in occasum cum Scythis aetate tituli n. 2058. (*B.*) versantur *Saudaratae*, de quibus non habeo quod dicam, et *Thisamatae*, qui sese a Galatis tutari Olbiae moenibus cupiebant. Haec altera vox componitur ex θισα et μαται, Asiaticis radicibus. Prior radix comparet in nomine Asiaticae gentis Θυσσαγετῶν s. Thussagetarum, apud quos Tanais fontes habere Herodoto videtur (Herod. IV, 22. Plin. IV, 26. Mel. I, 19.); quod compositum ex eadem radice paulo aliter scripta et alia γεται, quam habes in Μασσαγέται, Μυργέται (Steph. Byz. v.) etc. Radix finalis autem, de qua Gattereri coniecturam supra attuli (cap. 1.), est eadem quae in Σαυρομάται, Σαρμάται, Συρμάται, et in Ἰαξαμάται s. Ἰξομάται, cuius vocis radix initialis habetur in Ἰαξάρτης, composita cum vulgatissimo αρτα (Introd. II, 13.): Iaxamatae vero Ephoro auctore Sauromatae sunt, Demetrio Callatensi iudice Maeotae veterum (Scymn. Fragm. 140. et Peripl. Pont. Euxin. Anonym. p. 2. Huds.); Maeotis eos annumerat etiam Polyaen. VIII, 55. Quibus collatis Thisamatas quoque iudico Sauromatis ac Maeotis affinem esse gentem, quae olim trans Tanain habitarit in Asia.

4. Manifesto ex occidente Hypanis advenere, qui in eodem titulo (n. 2058. *B.*) nominantur, *Galatae*, quibuscum iam prius Olbiopolitae bellum gesserant, et Galatarum socii *Sciri*. Priores Niebuhrius (Opusc. T. I. p. 384 sqq.) censet esse Cimbros origine Celtas, qui hinc pulsi a Sauromatis Noricum petierint; Cimbros enim, narrante Posidonio, usque ad Maeotin vagatos esse: sed aetate huius tituli nondum attigisse Maeotin, quod inde a Borysthene in orientem Geticum istud regnum fuerit satis validum, de quo quid censerem, dixi supra. At Posidonius illud ex sola coniectura dixit; οὐ κακῶς εἰκάζει, ait Strabo (VII. p. 293.), ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν: causa vero coniecturae fuit, quod Cimmerium ex iis Bosporum nomen traxisse putabat, ut deinceps tradit Strabo. Itaque Posidonius non illos, qui Noricum invasere, Cimbros ad Maeotin pervenisse censuit, sed priscos quosdam; vetustior enim Cimmerii Bospori denominatio: et diu ante huius tituli aetatem, remotissimis temporibus, quibus Cimmerii cum Scythis pugnabant, Cimbros illos sive Cimmerios coniecit Maeoticam invasisse terram, quum tamen secundum hunc titulum Galatae Borysthenem nondum attigerint, nedum Maeotidem. Quare tituli nostri Galatae non sunt illi Posidonii Cimbri. Etiam Mannertus Geogr. T. III. p. 33 sq. ed. nov. Cimbros cum Cimmeriis componit, sed illos fere ad Tyram collocat, ubi et ante expeditionem in Noricum habitarint, Poloniam simul insidentes, et post victoriam Marii rursum consederint. Quodsi plus semel ad Tyram sedes habuerint Cimbri, hi sane tituli nostri Galatae haberi poterunt; nec tamen hinc definiri poterit, quo tempore cum Olbiopolitis dimicaverint: atque insuper sunt alii Galatae, quos aequo huc iure advoces. Inter Thraces enim ad Danubium habitabant Celticae gentes, τὰ Κελτικά, οἵ τε Βόϊοι καὶ Σκορδίσκοι καὶ Ταυρίσκοι, ait Strabo (VII. p. 296.), qui etiam prius Scordiscos et Tauriscos cum Posidonio vocat Galatas (p. 293.); Scordiscorum vero parentes aetate Philippi et Alexandri Magni ad Danubium venisse docet Niebuhrius (l. c. p. 375.); Athenaeus illos cum Brenno advenisse tradit (VI. p. 234. B. cf. ibi Casaub.). Hi profecto ab Istro Hypanim versus proficisci potuerunt ulla aetate (hanc enim definire non licet), atque ex horum aeque ac cum Niebuhrio ex Cimbricorum Galatarum in Scythia commoratione

explicaveris Κελτοσκυθῶν denominationem (Strab. I. p. 33.): ex Asiana quidem Galatia vix quisquam derivarit hos, qui Scythiam pervagantur, Galatas. Postremo Tanai quo iure Galatiam apponat tabula Peutingeriana (VIII, *b.*), prorsus ambiguum. Sciros autem Galatarum socios ad Vistulam collocat Plinius (H. N. IV, 27.); postea sunt ad Danubium et sequuntur Odoacrum, etiam Scirri et Scyri dicti (Mannert. Geogr. T. III. p. 341. ed. nov.).

5. Celeberrima inter *Scythas* Graecorum urbs, mercatura insignis est *Olbia*. Hoc ei fuit proprium nomen, in nummis Ionice ΟΛΒΙΗ (cf. imprimis Köhler. Act. Acad. Petrop. T. XIV. p. 108.); ut ab aliis cognominibus distingueretur, videtur Ὀλβία Σαυΐα vocata, ex Saiis s. Saviis vicinis (vide Anonym. Peripl. Pont. Eux.). Etiam *Olbiopolin* et *Miletopolin* antiqua eius nomina esse refert Plinius (H. N. IV, 26.); posterius fortasse apud Ptolemaeum latere, sed ut alius et proximi oppidi nomen, coniicit Mannertus (Geogr. T. IV. p. 244.): Olbiopolin dictam non usquam reperimus, et videtur Plinius ex civium nomine illud urbis nomen collegisse. Nam cives sese appellabant Ὀλβιοπολίτας; testes nummi, in quibus Ὀλβιοπολιτῶν, Ὀλβιοπολιτέων, Ὀλβιοπολειτέων, nec solum vetusti, sed etiam aetate Caracallae et Alexandri Severi cusi (Köhler. Act. Acad. Petrop. T. XIV. p. 106. Blaramberg. de numm. Olb. et Mionnet. Descr. Numm. T. I. p. 349.); testis titulus Caracallae et Getae dicatus n. 2091. credo etiam n. 2084. testis antiquissimus Herodotus (IV, 18.); scriptor quoque Posidonius vocatur Ὀλβιοπολίτης (Suid. v. Ποσειδώνιος). Noli igitur putare, Olbiae et Olbiopolitarum nomen esse antiquius, et aliud *Borysthenis* ac *Borysthenitarum* recentius, quod aliquis colligat ex Anonym. Peripl. Pont. Eux. (p. 2. Huds. Geogr. T. I. coll. Scymni fragmentis vs. 57. quae tamen hoc loco valde suspecta sunt): πρότερον μὲν Ὀλβία Σαυΐα καλουμένη, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὑφ' Ἑλλήνων Βορυσθένης κληθεῖσα: potius prius est proprium, quo usi indigenae; altero soli utuntur exteri, quibus quasi e longinquo spectantibus urbs ab illustriore appellabatur fluvio Borysthene, quamquam ei non apposita: sed ipsi Olbiopolitae sese non potuerunt ex fluvio denominare, cui non essent adiecti, et Borysthenitas appellarunt huius fluminis accolas Scythas. Herodotus (IV, 18.): Σκύθαι γεωργοί, τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας, σφέας δὲ αὐτοὺς Ὀλβιοπολίτας. Steph. Byz. v. Βορυσθένης: Ἔστι δὲ πόλις Ἑλληνὶς πρὸς ἑσπέραν [Ὑπάνιδος], Μιλησίων ἀποικία, ἣν οἱ μὲν ἄλλοι Βορυσθένην, αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν [καλοῦσιν, ἐν τῷ καταντικρὺ τῆς Ἱππολάου καλουμένης ἄκρας], ἣν ποιοῦσιν ὅ τε Βορυσθένης καὶ Ὕπανις: sic enim haec, cum additamentis quae interposui, fere scribenda e Dionis Borysthenitica et Herodoto (IV, 53.) sunt. Quae quum ita sint, Herodotus vulgo illos Βορυσθενεΐτας et urbem τὸ Βορυσθενεϊτέων ἐμπόριον aut πόλιν vocat (IV, 17. 53. 78. 79.), vel simpliciter Βορυσθένη (IV, 78.), item Βορυσθένη ἐμπόριον (IV, 24.). Sic etiam Straboni ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ urbs dicitur (VII. p. 306.); neque aliter unquam appellat Dio Chrysostomus, qui ibi aliquamdiu commoratus est, in Borysthenitica, qui a fluvio denominatam fert διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ποταμοῦ (p. 74.); etiam Lucianus rerum Scythicarum imprimis gnarus Βορυσθενιτῶν πόλιν vocat (Toxar. 61.), Ammianus (XXII, 8.) Borysthenem civitatem, Plutarchus (Cleom. 2.) civem Βορυσθενίτην, Macrobius (Sat. I, 10.) *Borysthenitas*, ut omittam alios. Unum addo Menandrum Comicum ap. Schol. Dionys. Perieg. 311. ubi ὁ Βορυσθενίτης videtur Olbiopolita esse, non Ποντικός, ut visum scholiastae. Sed forma Βορυσθενίς, qua si certa lectio Ptolemaeus (Geogr. III, 5.) utitur, item Mela, perperam eam et Olbiam distinguens (II, 1.), et Iornandes (Get. c. 5.), prorsus reiicienda videtur. Ceterum Olbia, ut dixi, non Borystheni apposita est, sed Hypanis ripae dextrae sive occidentali, e regione templi Cereris, quod est in Ἱππολάου ἄκρᾳ, ubi continens Hypani et Borystheni interiecta excurrit in cuneum. Sic accuratissime definit Herodotus (IV, 53.), apud quem Cereri falso Magnam Matrem substituunt libri aliquot, quum Cererem Olbiae cultam etiam nummi demonstrent: sic Dio (p. 74.), qui utramque urbem, et vetustam et novam, illo loco conditam docet; unde Olbiopolitas Herodotus vocat Ἕλληνας τοὺς οἰκέοντας ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ. A confluentibus Borysthenis et Hypanis, quibus vicina Olbia, ad mare Dio stadia ducenta computat, ab urbe ad mare Periplus Ponti Euxini anonymus ducenta et quadraginta, Strabo ducenta stadia, Plinius (IV, 26.) tantum quindecim millia passuum. Rudera urbis supersunt in occidentali Hypanis ripa, haud procul ab oppido Oczakow, duodecim fere mil. Anglicis infra oppidum Nicolaev; solum tenet Comes Kuschelew-Besborodko, qui ibi vicum possidet Iljinskoje; ruderum parti nomen est Stomogil (centum tumuli); tabulam, qua regio descripta est, Russico sermone Petropoli edidit Köppenius a. 1821. aliam Parisiis Blarambergius libello annexam, quem supra rettuli; utraque etsi Köhlero iudice (adv. Köpp. p. 53.) imperfecta est, tamen situs locorum inde satis cognoscitur: quem quum et ex scriptoribus et ex his subsidiis didicissem nulli obnoxium dubitationi esse, non de eo disputassem uberius, nisi a vero aberrare Mannertum vidissem.

6. *Milesiorum* Olbiopolitas colonos esse, ex certissimis testibus Olbiopolitis ipsis rescivit Herodotus (IV, 78.), neque aliud tradunt recentiores (Scymn. Fragm. 62. et ex illo Auctor Peripl. Pont. Eux. p. 9. Strabo VII. p. 306. Steph. Byz. v. Βορυσθένης). Tempus conditae coloniae ex Scymno definivit Auctor Peripli: Ταύτην δὲ κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν Μιλήσιοι κτίζουσιν. Non Persarum in Ionia dominationem inde a Cyro, sed Medorum potentiam, qui Persarum etiam imperio potiti sint, intelligi consentitur; qua fere aetate urbes in Ponto pleraeque a Milesiis conditae sunt, ut Istrus, Odessus, Apollonia; distinctiore formula in Odesso utitur Auctor Peripli ex Scymno ducta: ὅτε Ἀστυάγης ἦρχε τῆς Μηδίας: sed prior quoque dictio Μηδικὴ ἐπαρχία non aliud videtur significare, nisi quod de alia re loquens Plinius H. N. XXXVI, 4. sic expressit: *etiamnum Medis imperantibus prius-*

*que quam Cyrus in Persis regnare inciperet.* Itaque Olbia erit fere inter annos a. Chr. 655-560. condita dicenda; et anno a. Chr. 655. Olymp. 31, 2. Eusebius habet: Ἐν Πόντῳ Βορυσθένης ἐκτίσθη, et hinc Hieronymus: *In Ponto Borysthenes condita est.* Ex Milesia autem origine haesit nomen Miletopolis, de quo supra diximus; hinc etiam Ionismi in sermone vestigia quamvis tenuia (Introd. cap.II.); hinc in Callistrato Olbiopolita Dio (p.77.) πολὺ Ἰωνικὸν τοῦ εἴδους agnoscit; hinc atque ex aetatis labe proficiscitur ingens ista decretorum prolixitas (Ἰωνικὴ μακρολογία); hinc puerorum amorem apud Olbiopolitas repetit Dio (p.78.). Iidem quod Iliadem prope omnes memoriter tenebant (Dio tradit p.78.), cultui Achillis magis quam Ionicae matri debebatur; alios poetas ignorabant, ut Phocylidem; Platonem pauci norant (id. p.86.); quamquam eruditionis eos non studiosos fuisse non dixerim. Certe novimus Olbiopolitam sophistam et historicum *Posidonium* (Suid. v.), qui Atticas historias et Libyca, item de Oceano et quae ad eum sunt, et de vicina Olbiae terra, περὶ τῆς Τυρικῆς καλουμένης χώρας scripsit; *Bionem Cynicum*, infimo quidem loco natum; et satis clarum *Sphaerum Stoicum*, Zenonis Citiensis discipulum (Diog. L. VII, 177 sq. et intt.), quem Plutarchus (Cleom. 2.) Βορυσθενίτην vocat, Diogenes vago nomine Βοσποριανόν. Sed publica etiam instituta Mileto attulerant. Exemplo sunt menses *Boedromion* Atticus (n. 2059.), *Calamaeon* Olbiae et Cyzico, Milesiorum coloniae, communis (n. 2082.): alius mensis, qui cum Cretico comparandus visus, nunc remotus est (n. 2076.). Ex diis insignis Apollo προστάτης, quem Athenienses eximie colebant; ceteros Graecis magis communes non affero. Florentissimam olim commerciis urbem fuisse satis constat; neque aetate iam labente deest peregrinorum frequentia (n. 2059. 2060.); at tributis et barbarorum assultibus bellisque et crebra expugnatione pridem afflictam (n. 2058.) centum et quinquaginta annis antequam Dio ibi versaretur, circa a.u.c. 700. deleverunt Getae (vide Dion. p. 76.). Mox eam pristini incolae haud invita Scytharum natione, quae hoc egebat emporio, restituerunt: adscitosque tum ex Scythis, fortasse etiam ex Sauromatis, colonos esse nominum videtur ratio docere. Quamquam prius quoque, oppugnante Zopyrione nescio quo, servis liberatis dataque civitate peregrinis et factis tabulis novis (Macrob. Sat. I, 10.), alienigenae multi Olbiae immixti fuerint. Valde imminutam Domitiani aetate vidit Dio. Romanis quantum debuerit, nescimus: nisi quod Augustus et Tiberius faverunt Ababo Olbiopolitae (vide ad n. 2060.), quamobrem illis stoam Olbiae Ababus dicavit (n. 2087.); et quod Antoninus Pius urbi adversus Tauroscythas auxilia misit, hosque ad dandos Olbiopolitis obsides adegit (Iul. Capitol. Vit. c. 9.). Caracallae et Getae Olbiae sunt statuae dicatae (n. 2091.); mitto nummos Imperatorum imaginibus signatos. Fines dicionis non examino; inscriptionum causa sufficit monere, tenuisse Olbiopolitas exiguam *Achillis insulam* ostio Borysthenis obiectam, apud fluvium Berezan, ex quo nunc nomen habet: antiquorum aliqui vocant Βορυσθενίδα et si certa lectio Βυρυσθένη; sed num hoc eius proprium nomen fuerit, dubitatur. Ibi cultus Achilles ut deus (vide Dion. p. 80.), cognomento Ποντάρχης (n. 2076. 2077. 2080.): tot enim miraculis eius in Ponto potentia comprobata est, tot in illis locis habuit templa locosque sacratos, ut summo is iure hanc meruerit denominationem. Nam ut minus insignia omittam, Olbiae habuit templum (vide Dion. p. 78.), et ad Bosporum est Achilleum, et *cursum Achillis* (Ἀχιλλέως δρόμον) in *Hylaeae* ora, Leucenque insulam ante Istri ostia nemo ignorat; Borysthenis autem illa etsi et ipsa a veteribus aliquando Leuce vocatur (vide Köhl. de ins. et curs. Ach. p. 19.), quos nollem secutus esse in Explicationibus Pindaricis (p. 132.), tamen illam a Leuce distinguendam esse eximie docuit archaeologus Petropolitanus. Ceterum cursum Achillis et ipsum probabile est Olbiopolitas tenuisse; Olbiopolitis congrua nomina habes in titulis eius loci n. 2096. *b. d.*

7. Olbia etsi regibus Scythicis aut Sarmaticis numquam subiecta fuit, qua de re Köhlerus (adv. Roch. p. 67 sqq.) disputavit rectissime, tamen libertatem temporibus certe minus faustis magno redimere sumptu coacta est, hoc est *donis ordinariis*, quae tributi loco stato afferrentur tempore, et *extraordinariis* vi exactis vel gratiae parandae causa oblatis. Ordinarius manifesto est στόλος εἰς βασίλεια (n. 2058. *A.* vs. 45.) missus publice, ut dona transveherentur, quae darentur regi (ib. vs. 44.); is trecentis aureis locatur, quae summa, quum extraordinaria dona pluris constiterint, videtur pro sola esse transvectione soluta, non ex illa simul dona ipsa comparata esse. Praeterea advenienti regi venerationis causa (ἐπὶ θεραπείαν) per legatos offeruntur munera (n. 2058. *A.* vs. 84.); nongenti, qui dabantur aurei, regi non sufficiebant. Et quando praeterit rex iter faciens, ut regi Persarum praebentur illi δῶρα τῆς παρόδου (n. 2058. *A.* vs. 11.): ad haec Protogenes aureos dedit quingentos; an ab aliis insuper collatum aliquid sit, nescimus. Etiam *sceptuchi* donis fovendi sunt (ib. vs. 43.): parandis his aliisque regi ferendis Protogenes mille et quingentos dederat aureos. Postremo *Saiorum populo* advenienti munera statuta dantur; statuta dico, quod ad recipienda τὰ δῶρα adfuisse Saii dicuntur (ib. vs. 39.): in quae quadringentos aureos erogavit Protogenes. Ceterum *populus* ut *liber* decernit in ἐκκλησίᾳ (n. 2058.); semel, n. 2059. ἐκκλησία memoratur πάνδημος, ad quam admissos peregrinos, fortasse tamen sine suffragio esse res ibi narrata probabile reddit: Athenis nulla concio sollemni usu vocatur πάνδημος, nec recte hanc et κυρίαν Rochettus Antt. Bosp. p. 167. putat eandem esse, quum πάνδημος potius videatur σύγκλητος fuisse ac proinde κυρίᾳ opposita. Res potissimae ut in Graeciae urbibus plerisque omnibus aguntur ex decreto *senatus et populi* (cf. n. 2058. *A.* vs. 1. n. 2059. vs. 34 sqq. n. 2091.); unde usitata formula ἔδοξε βουλῇ καὶ δήμῳ, vel assumptis magistratibus ἔδοξε τοῖς τε ἄρχουσι καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ (hoc in titulis recentibus n. 2061. 2062.).

Quae ad concionem referuntur, proponit civis aliquis vel solus vel cum pluribus (hoc fortasse n. 2083.), ut n. 2059. Antiphon Anaximenis f. atque is ut in Milesiorum titulo n. 2264. dicitur ὁ εἰσηγησάμενος, Athenis ὁ εἰσενεγκών: quamquam Attici quoque εἰσηγήσασθαι dicunt, sed non in ipsis decretorum formulis (cf. Demosth. de cor. p. 267. 23. etc.), nisi forte recenti aetate, ut in figmento Luciani (Timon. 44.). Neque vero ὁ εἰσηγησάμενος esse magistratus nomen neque εἰσηγεῖσθαι esse idem quod προβουλεύειν, satis sciunt harum rerum periti; nec monerem, nisi a viro docto in his erratum esset: illud memorabile, quod, quum Athenis ὁ εἰσενεγκὼν s. εἰσηγησάμενος dicatur εἰπεῖν s. γράψαι, praesidesque concionis prytanes vel proedri sint tantum οἱ ἐπιψηφίζοντες, qui populum in suffragium mittant, similiterque apud Boeotos et passim alibi, Olbiae magistratus legem a legislatore (τῷ εἰσηγησαμένῳ) acceptam ad populum referentes dicuntur εἰπεῖν, ut n. 2059. archontes. At ubi ut n. 2058. nullus ut εἰσηγησάμενος nominatur, οἱ εἰπόντες, ibi archontes et septemviri, videntur simul legem sive decretum ab initio proposuisse (εἰσηγήσασθαι). Etiam Byzantii magistratus sunt οἱ εἰπόντες n. 2060. sed ex iussu populi (vs. 23.); quare iam in priore concione videtur aliquis de eadem re ad populum rettulisse.

8. Magistratus quomodo creati sint, non patet, nisi quod novemviri non sorte creati sed electi sunt (ᾑρέθησαν n. 2058. *A.* vs. 39.). Quodsi quae n. 2059. vs. 23. et n. 2061. λειτουργίαι memorantur, sunt magistratus et magistratibus similia curatorum ministeria (ἐπιμέλειαι), qua de re vix dubito: quoniam in iis ἀξίωμα τοῦ γένους memoratur, videntur potissimum opulentae simul et nobiles familiae magistratuum capessendorum iure praeditae fuisse: quo fit, ut in titulis quoque eadem nomina et earundem familiarum homines inter magistratus redeant. Magistratus sunt annui; sed eidem bis, ter, quater et saepius gerere eundem licuit: ita n. 2079. incertum munus iterum gestum memoratur; de ceteris singillatim suis moneo locis. Idem constat de sacerdotio, quod iterum et quartum gestum habes n. 2077. 2080. Plurima vero magistratuum collegia quinorum sunt virorum, quod statim videbimus; hoc loco incerti collegii quinarium numerum ex n. 2079. annoto. Ex his unus est princeps, *circum quem* (περὶ ὃν) esse ceteri dicuntur, qui Athenis vocatur πρύτανις τῶν συναρχόντων (etsi rara haec denominatio), Spartae vero πρέσβυς τῆς συναρχίας; et Spartae quoque circum hunc ceteri esse dicuntur (vide T. I. p. 610. *a.*): in aliquot tamen Olbiopolitarum titulis ille, circum quem collegium esse dicitur, non videtur princeps collegii esse (§. 9.). Iam omissis variis ἐπιμελείαις et ἱερατείαις potissimos percenseo magistratus. Primi igitur sunt *archontes*, cum principe quinque n. 2076. οἱ περὶ Ἀναξιμένην Σωκράτους τὸ δ´ ἄρχοντες, Πουρθαῖος Πουρθαίου, Δημήτριος Ἀχιλλέος, Εὐρησίβιος Ἀδόου, Ἀ - - φόμαρος Εὐρησιβίου, n. 2077. οἱ περὶ Νεικήρατον Νεικηράτου νεώτερον ἄρχοντες, Ἱεροσῶν Ἐπικράτους, Σωκράτης Ἀντιφῶντος, Εὐρησίβιος Στράτωνος, Πέλδιος Ὑπάνεος. Non affero mutilum n. 2084. Horum princeps anni eponymus est, quod docet formula decretorum aliorumque actorum tempori definiendo inserviens, ut n. 2059. ἐπὶ ἀρχόντων τῶν περὶ Θεοκλέα Σατύρου τὸ δ´: ubi nota ex hoc eponymo licet iam defuncto designari nihilominus annum; quo confirmantur, quae de Atticis pseudeponymis dixi T. I. p. 153. et in diss. de archont. pseudepon. (Act. Acad. Boruss. a. 1827.). Similis formula fuit n. 2082. et 2083. (nisi hic fuit ἐπὶ ἄρχοντος); similis est n. 2080. ἐπὶ ἀρχόντων τῶν περὶ Νεικήρατον Δαδάγου, n. 2081. ἐπὶ ἀρχόντων τῶν περὶ Σωσίπατρον Νικηράτου; semel n. 2084. in anni designatione cum eponymo etiam eius collegae nominati erant. Rarior est formula ἐπὶ ἄρχοντος, Athenis et in plerisque civitatibus unice usitata, ut n. 2078. ἐπὶ ἄρχοντος Μάρκου Οὐλπίου Πύῤῥου Ἀρσηουάχου. Ceterum archon eponymus n. 2059. vs. 33. dicitur ὁ προεστὼς τῆς πόλεως et vs. 26. ἡ μεγίστη ἀρχή. Quae quum ita sint, mirum videtur quod n. 2058. *A.* vs. 23. 32. 59. ἱερεὺς est anni eponymus, Herodorus, Plistarchus; et tamen ibidem vs. 19. archontum collegium cum principe nominatur, τῶν τε περὶ Δημοκῶντα ἀρχόντων. Sed posteriore loco non patet archontum principem esse eponymum; designatur tantum collegium archontum certum, potestque ibi eponymus anni omissus esse. Itaque nihil obstat, quominus aetate tituli n. 2058. ἱερεὺς putetur eponymus Olbiae fuisse, isque antiquioribus temporibus, credo ante Geticam expugnationem; ceteri enim inde a n. 2059. tituli, in quibus archontum princeps eponymus est, novae tribui urbi possunt. Et hoc unice probabile videtur. Dicas quidem primum archontem fuisse ἱερέα dictum, ut Athenis secundus vocatur βασιλεύς, tertius πολέμαρχος, atque ita expedire difficultatem coneris; sed non novi usquam archontem quemquam, nedum principem, esse ἱερέα vocatum. Superest ut quaeras cuius dei sacerdos ille eponymus fuerit. Est qui eum dicat esse Apollinis Prostatae: id mihi non probabile, quod Apollini Prostatae praetores, non archontes vota exsolvunt. At archontes vota faciunt Achilli Pontarchae; cuius sacerdos etsi n. 2077. 2080. a principe archontum differt, tamen ille antequam princeps archontum eponymus fieret, potuit anni esse eponymus, posthac vero hic honor ad principem archontum transferri, quippe qui cum collegis iam antea esset illi sacerdoti sacrorum nexu artissimo coniunctus. Ἄρχοντα ἱερέα autem ut non agnosco, ita fortasse unus ex archontum collegio, Attico instituto βασιλεὺς vocatus est (n. 2069.). Quartum aliquis archon eponymus est n. 2059. 2076. Iterum archon eponymus aliquis (Hiero Theoclis f. ut videtur) est in nummo apud Blarambergium (de numm. Olb. p. 41.). Archontum autem horum officia videntur eiusmodi fuisse, ut prytanibus Atticis similes essent; et fortasse nati ex Milesiorum prytanibus erant. Certe ut Athenis prytanes, Olbiae archontes vocant concionem (n. 2058. *A.* vs. 85.), referunt ad populum, quod fit τῷ εἰπεῖν (n. 2058. ubi idem tribuitur Septemviris, et n. 2059.); simul quin senatui ut prytanes praesederint, non dubito. Itaque quod senatus et concionis pars sunt, dicitur aliquando ἔδοξε τοῖς τε

ἄρχουσι καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ (n. 2061. 2062.), quod Athenis numquam dicitur, quia Novemviri non sunt Senatus pars; sed apud Boeotos archontes Senatus sunt participes (Introd. Boeot. II, 4.), et alibi quoque similia reperies in titulis. Quodsi Olbiae archontes Senatui praesunt, consentaneum est illos recepisse litteras ab exteris civitatibus missas; quare archontes Olbiae n. 2060. extr. memoratos puto eos esse, qui proprie ἄρχοντες. Quocum convenit, quod regis adventum nuntiant populo (n. 2058.), et illos videtur rex arcessivisse, quum displiceret, quod fecerant Olbiopolitae. Vota faciunt solvuntque Achilli Pontarchae (n. 2076. 2077.); et eiusdem eos quaedam sacra curasse coniicio, sicut Attici archontes curarunt certa sacra, eatenus tamen utrique, ut ne sacerdotes essent: sacrorum certe in usum vinum archontes Olbiae emunt et vasa sacra habent (n. 2058. *A.* vs. 19. 15.). Etiam ludis Achillis unum et alterum illorum praefuisse ex n. 2076. colligo.

9. Inter principes Olbiae civiles magistratus sunt *praetores* (στρατηγοί). Horum numerus cum principe, circum quem sunt, sine controversia est quinarius, ut archontum et aedilium, n. 2071. στρατηγοὶ οἱ περὶ Ναύτιμον Ἀργουανάγου, Θεόδωρος Τουμβάγου, Τρύφων Τρύφωνος, Χώδαρζος Φαρζήου, Ἱσταῖος Σαδαίου: eundem numerum licet statui in mutilis titulis n. 2068. 2069. 2073. 2075. Sed quinque sunt praeter eum, circum quem illi esse dicuntur, n. 2067. οἱ περὶ Ἀμώμαιον Ἀμωθάστου στρατηγοί, n. 2070. οἱ περὶ Καινάζαρθον Ἀργουανάγου, n. 2072. οἱ περὶ Παπίαν Πραξιάνακτος, n. 2074. οἱ περὶ Μάρκον Οὔλπιον Πύῤῥον Ἀρσηουάχου. Quis vero credet modo quinque modo sex esse creatos? Neque ὑπηρέτης, quem sane habuerunt (n. 2069. 2071.), potest inter sex latere illos: quis enim ministrum magistratibus annumerarit? Potius quum vulgo ille, circum quem reliqui esse dicuntur, princeps collegii sit, his ille locis videtur archon eponymus esse, Amomaeum dico, Caenazarthum, Papiam, M. Ulpium Pyrrhum Arsevachi f. Et hic ipse M. Ulpius Pyrrhus diserte eponymus archon est n. 2078. Sic principes praetorum in illis titulis erunt Achilles, Dadus, Heroxenus, Demetrius. Plus semel eidem collatam esse praeturam docent στρατηγίαι n. 2059. vs. 23. Praetores Apollini Prostatae potissimum obstricti sunt eique vota faciunt; sed ἰθυπόρου quoque Apollinis curant res (n. 2072.).

10. *Aediles* (ἀγορανόμοι) cum principe sunt quinque n. 2078. Princeps tum iam tertium aedilis. *Astynomos* quoque Olbiae fuisse haud ambigo: sed qui n. 2085 - 2085. *k.* habentur, aut omnes aut magna ex parte non sunt Olbiae: nisi quod n. 2085. *g - k. possunt* Olbiopolitani esse. *Septemviri* (οἱ ἑπτὰ n. 2058. *A.* init.) quid gesserint nescimus. *Novemviri* (οἱ ἐννέα n. 2058. *A.* vs. 39 - 58. ubi v. not.) videntur rem pecuniariam curasse et locasse ea, quae per redemptores facienda erant. Utrum unus ex his fuerit ὁ ἐπὶ τῆς κοινῆς οἰκονομίας καὶ ταμιείας n. 2058. *B.* vs. 64. an is ab illis diversus, nescio: Protogenes hoc munus tres continuos annos gessit. Opera solebant redemptoribus (ἐργώναις) locari; vectigalia vendebantur publicanis (τελώναις). Vide n. 2058. *A.* vs. 45 - 50. *B.* vs. 34.

11. In *Chersoneso Taurica* urbs celeberrima et florentissima *Chersonesus*, postea Χερσὼν inde a tertio fere post Christum saeculo exeunte dicta, permansit diutissime. Hanc in australi parte paeninsulae, in prominente occidentem versus minore, quae Straboni (VII. p. 308.) dicitur, Chersoneso condidere cum Deliis Heracleotae Ponti (Scymn. Fragm. 75. et hinc Anonym. Peripl. Pont. Eux. p. 6. Strab. VII. p. 308.); Heracleam vero condiderant Megarenses cum Boeotis, maxime Tanagraeis, aetate Cyri (Scymn. Fragm. 230. coll. Müller. Dor. T. I. p. 122. Orchom. p. 291.). Hinc Chersonesus urbs olim *Megarice* vocata est, hinc non publice quidem, sed apud scriptores, ut apud Plinium (H. N. IV, 26.), *Heraclea Chersonesus* audit. Hinc Dorismum in antiquioribus reperies titulis, et in nummis, quamquam raro, caput Herculis (Köhl. adv. Roch. p. 46.), etiam cum inscriptione Ἡρακλέους Σωτῆρος; atque in vicinam quoque Taurorum oram inde propagatus Herculis cultus (n. 2102.). Non celebrius tamen ullum in hac paeninsula numen quam Dianae, de qua licet egregie et uberrime egerit Müllerus noster Dor. T. I. p. 381 sqq. tamen hoc loco Chersonesi causa exponam paucula. Cascus fuit apud Graecos, Peloponnesios maxime, Dianae cultus humanis gaudentis victimis, tenerae potissimum aetatis; quas quum horrerent Graeci, abolita haec saevitia est, non sine nutu deae. Hoc significat fabula de Iphigenia immolanda sed subtracta a Diana, supposita sive cerva sive alio animali; neque alia videtur fabulae de cerva Taygetae origo; quam cervam etsi Taygeta Dianae consecrasse fertur, quod ipsam haec a Iovis insidiis tutam praestitisset, ab initio potius cerva, ut in Iphigenia, hostiae humanae videtur locum explevisse, quod iam olim ad Pindarum (Explicatt. p. 139.) conieci: Iuppiter fortasse fabulae huic immixtus, quod huic quoque humanae olim hostiae offerebantur in Arcadia, Taygetae patria. Haec vero Diana est Orthia s. Orthosia, quam in Taygetae fabula diserte nominat Pindarus (Olymp. III, 30.), in Elide et in Orthio s. Orthosio Arcadiae monte culta (Schol. Pind.), Pausania teste in Lycona monte (II, 24, 6.); recteque illa Apollodoro (ap. Schol. Pind.) visa Lucina; ut Lucinae enim et prolis altrici (παιδοτρόφῳ) mentes superstitione anxiae arbitrabantur illi immolandos pueros puellasque esse. Propagatus cultus etiam in Atticam, et Brauronem quidem; sed maxime a Doribus videtur receptus esse. Spartae fuit Orthiae simulacrum, quod qui reppererunt, furore statim ad caedem rapti sunt; unde oraculum praecepit αἵματι ἀνθρώπων τῷ βωμῷ αἱμάσσειν: victimis tamen humanis substituta est puerorum puberum ad aram verberatio (Pausan. III, 16. coll. Hygin. Fab. 261.), instante sacerdote, si verberantes parcebant adolescentulis. Haec Orthia Spartana habetur etiam in titulis (n. 1416. 1444.). Atqui eadem colitur Megaris (n. 1064.); hinc est Byzantium translata (Herodot. IV, 87.): anne igitur dubium, etiam Heracleo-

tas Ponti Orthiae venerationem tribuisse et eandem transtulisse in Chersonesum? At Tauri pridem simili laetabantur cultu eoque cruentissimo: neque ille Graecis per Chersonesitas demum vel Heracleotas Ponti innotuit, sed ante illorum in Ponto colonias e mercatorum fama de Tauricis sacrificiis et dea, quam Ὀρειλόχην vocabant, acceperunt aliquid Graeci, quodque eam Orthiae suae intelligebant similem esse, Iphigeniam tradiderunt ad Tauros traductam esse et ibi immortalem factam, quod in Cyprio narratum carmine est (Procl. Chrestom.), et Orthiae simulacrum Spartanum dixerunt ab Oreste et Iphigenia surreptum ex Taurica esse. Chersonesi vero illud numen ex Diana et Taurica dea haud dubie commistum et praeterea cum Iphigenia confusum Παρθένος vocatum est (Strab. VII. p. 308. qui quod singulare prorsus videtur numen fuisse, δαίμονά τινα dicit). Habuit templum et in urbe et in vicino promontorio Parthenio; etiam vicus Parthenium ad Bosporum ab illa Virgine vocatus est; in nummisque Chersonesi conspicitur Diana. N. 2097. ab illa dictus Παρθενοκλῆς, ut Διοκλῆς, Ἡρακλῆς. Et haec quidem de Diana. Chersonesus urbs vero quando condita, nescitur: Herodotus etsi eius non meminit, non tamen ideo Herodoto est recentior censenda: non enim ille in Taurica iter fecit. Strabonem si audimus, Chersonesus inde a Mithradate VI. usque ad ipsius aetatem paruit Bosporanis principibus (VII. p. 308 sq. ἐξ ἐκείνου δὴ τοῦ χρόνου τοῖς τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ἡ τῶν Χεῤῥονησιτῶν πόλις ὑπήκοος μέχρι νῦν ἐστιν). Sed vereor ne Strabo hoc minus accurate dixerit: nam Chersonesus libertate donata est a Romanis secundum Plinium (H. N. IV, 26.), unde in nummo: Χερσονήσσου ἐλευθέρας; quod Augusteo saeculo factum esse probabile est. Cuius rei documentum superest, ni fallor, in titulo Christiano, quem suo edam loco. In eo supra scriptus est Zeno Imperator: donata dicitur pecunia, ex qua refecta moenia essent; turris autem, quae in illis moenibus fuisse videtur, refecta dicitur per Diogenem Comitem. Verba haec sunt: Ἀνενεώθη δὲ ὁ πύργος οὗτος πράττοντος τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Κόμητος Διογένου, ἔτους ΦΙΒ, ἐν ἰνδ S ΙΔ. Indictio est XIV.; S inservit soli interpunctioni; male vero Clarkius Itin. T. I. p. 508. titulum ad a. Chr. 402. rettulit, sex cyclis indictionum inde ab a. 313. computatis et sexti sumpto anno XIV. Zeno imperavit ab a. Chr. 474-491. bis tamen in hoc annorum intervallo deiectus: ea aetate floruit Diogenes Comes, cognitus ob merita de Graecis urbibus reficiendis etiam ex Megarico titulo, quem in Christianis referam, a. 494. sub Anastasio dux exercitus contra rebelles Isauriae (Theophan. p. 118.). Indictio XIV. autem in Zenonis imperio est a. 476. et 491. Itaque ille titulus alterutrius anni est: ab epocha Chersonesitica autem ille annus fuit 512, quae proinde anno ante Chr. vel 36. vel 21. respondet, et haud dubie a liberatione Chersonesi desumpta est. Praefero autem priorem annum, cuius certe initio (p. Chr. 476.) Zeno nondum deiectus fuit, etsi hoc ipso anno imperio privatus (vide Petav. Rat. temp. P. I. p. 321. ed. 1745.). Nam annus a. Chr. 36. est a. u. c. 718. quo anno Asander ex archonte videtur rex Bospori factus esse: saltem in nummis regium eius imperium ab a. u. c. 718. videtur esse computatum, quod ille a. u. c. 740. decessit et maximus in nummis annorum numerus est XXIII (Eckhel. D. N. T. II. p. 368.), priusque illum in nummis regio nomine usum esse certe demonstrari nequit, etiamsi concedi potest, *barbarorum* Bosporo parentium eum pridem esse regem appellatum (cf. Introd. I, 19.). Denique hae epochae ita inter sese concinunt, ut ex quo Asander regium nomen in *Bosporo* tenuit, libertate donatos a Romanis Chersonesitas censeam, Strabonem vero putem, quae de iis narravit, ex scriptore paulo antiquiore petiisse, cuius tempore Chersonesitae nondum liberi renuntiati essent. Utut est, primis post Christum saeculis insigniter accrevit Chersonesitarum potentia; et post bellum cum Bosporanis gestum Diocletiano Imp. iam universae paeninsulae imperarunt usque ad vallum Theudosia ad Chersonesum Zenonis ductum (Mannert. Geogr. T. IV. p. 286 sqq.), quo separabantur a Bosporanis. Sed libera quamvis civitas Imperatorum auctoritatem agnoscebat, quos adibant legationibus (n. 2099.), suamque urbem esse Imperatori Orientis subiectam, ipsi Chersonesitae dicunt in titulo Christiano, cuius mentionem feci. Urbs a. 988. a principe Russico Vladimiro Swatoslawiczio capta duravit nihilominus in saeculum quartumdecimum. Fuit ea, ut Plinius ait, civitas praecipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Graecis moribus; et prima Byzantini imperii aetate titulus n. 2099. tam bene scriptus est, ut neque ullus insit barbarismus, et ipsum Iota subscriptum diligentissime appositum sit; quamquam minus bonus est titulus quem dixi Christianus. De institutis publicis pauca constant. Honores decernit populus n. 2097. 2098. etiam Byzantina aetate Senatus et populus n. 2099. Etiamtum πρόεδρος commemoratur et ἀρχὴ μεγίστη, hoc est ἐπώνυμος: qui Diocletiano Imp. in actis publicis vocatur στεφανηφορῶν καὶ πρωτεύων (Constantin. Porph. de adm. imp. c. 53.). Στρατηγὸν et ἀγορανόμον habes n. 2097. variasque ibidem ἐπιμελείας, ut τειχοποιοῦ. Λειτουργίαι, Attico ut videtur significatu, etiam in recenti titulo n. 2099. memorantur: quo pertinet credo γυμνασιαρχία n. 2097. item θιασαρχία n. 2099. quae cum Attica χορηγίᾳ aut ἑστιάσει conferenda videtur.

12. Pergo ad *imperium Bosporanum*, quod in utraque floruit Bospori Cimmerii ora. De cuius regibus quaesivere multi, in nummorum potissimum doctrina versati, quos Eckhelius ex parte enumeravit (D. N. T. II. p. 360 sq.), ex parte nominavi ipse ad n. 359. *De Boze*, *Vaillantus*, *Soucietus* (Recueil de Dissertations, T. II. non ut alibi scripsimus T. III., Par. 1736. 4.), *Caryus*, *Frölichius*, et nostra aetate *Viscontus*, *Rochettus*, *Köhlerus*: tantum de Spartocidis dixit *Clintonus* Fast. Hell. ed. alt. p. 281 sqq. Priores simul in *epocha Bosporana* enucleanda elaborarunt, quam constat ab auctumno a. u. c. 457. a. Chr. 297. computandam esse. Haec in Ponto nata indeque in Bosporum invecta aliquoties notatur in titulis

Bospori: ut in vasculo prope Cepos effosso (apud Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. p. 241.) ΑΠϹ (281); in lapide Panticapaeensi n. 2108. *e.* ΔΚΥ (424); in alio Panticapaeensi marmore n. 2109. *c.* ΘΠΥ (489); in fragmine marmoris Panticapaei reperto (Ephem. Odess. a. 1829. n. 28.), nec tamen a me infra exhibito, quod nihil fere litterarum superesse dicitur nec quidquam inde refertur nisi ΘϘΥ ΕΤΕΙ (a. 499) et nomen mensis, ut putatur *Panemi*. Quintum exemplum praebet lapis Panticapaeensis n. 2109. *b.* sextum fortasse exemplum latet n. 2125. extr. Ex quibus titulis simul discimus, *menses Macedonicos* in Bosporo esse receptos: praeter *Panemum* nominantur *Dystrus* n. 2108. *e.* *Gorpiaeus* n. 2109. *c.* *Xandicus* n. 2109. *b.* Primi autem Bosporo praefuerunt *Archaeanactidae* per annos duos et quadraginta usque ad Olymp. 85, 3. (Diod. XII, 31.): igitur coeperunt Olymp. 75, 1. Tum vero conditas a Milesiis Bosporanas urbes esse et alii censent et Niebuhrius Opusc. T. I. p. 373. quamquam enim Miletus tum vix rediviva non potuerit multos mittere colonos, potuisse tamen eam duces praebere colonis, qui e Milesiis ad Pontum oppidis conscripti essent. Sed Phanagoriam simul cum Hermonassa Teios sub Cyro condidisse vix negaveris (Introd. I, 15.); nec credibile sedem imperii Europaeam matremque, ut Ammianus ait, omnium in Bosporo Milesiarum civitatum Panticapaeum esse recentioris originis: quare Bosporanae coloniae potius circa Olymp. 59, 4. fere simul cum Abderitica Teiorum colonia conditae videntur. Sexaginta igitur circiter annis post Panticapaei et vicinorum oppidorum initia a Graecis posita Archaeanactidae imperio potiti sunt: hi vero ambigitur et qui fuerint et qua usi forma imperii. Primum autem non recte vox ab ἀρχή s. ἀρχαὶ et ἄναξ derivatur, et exponitur *magistratus lecti inter cives soli possessores* s. *ex soli possessoribus*, advocatis simul, qui hoc non demonstrant, ex Sophocle χώρας ἄναξιν (Köhl. adv. Roch. p. 9. de numm. Spart. p. 64.); χώρας ἄνακτες enim sunt *principes civitatis*. Nec patronymica forma gentem designans potest magistratus nomen esse, quod tamen erant qui putarent. Deinde si nomen ab initio appellativum fuit, non potuit aliud significare nisi ἀρχαίων ἀνάκτων παῖδες s. ἀπόγονοι, *priscorum regum s. principum posteri*. Sed qua aetate Panticapaeum conditum, sedes Archaeanactidarum, ἄναξ non est sollemnis principis denominatio, sed poetica; non igitur Ἀνακτίδαι neque Ἀρχαιανακτίδαι vocari illi principum posteri poterant: Βασιλεῖδαι s. Βασιλίδαι vocandi erant, quo nomine in Ionia, Bosporanorum Graecorum patria, nominatur regum proles, ut Erythris et Ephesi (Aristot. Polit. V, 5, 4. ubi cf. Schneid. et Suid. v. Πυθαγόρας Ἐφέσιος); quae ibi ante Cyrum tenebat imperium, ut Aristoteles dicit oligarchicum, vel potius aristocraticum. Quae quum ita sint, nomen Archaeanactidarum neque appellativum magistratus est, nec designat regum posteros optimates, sed proprium est gentis ab Archaeanacte auctore denominatae, qui aut fabulosus esse potuit, ut plerarumque gentium auctores, aut vere vixit. Verum non ubivis odorandae fabulae; nec quod Ἀρχαιάναξ est nomen regem priscum designans, ideo debet fabulosus haberi; nec magis fabulosus Medon, a quo Athenis Medontidae regum posteri, licet Μέδων quoque regem significet; sed nomina haec significantia inde nata sunt, quod regia nomina filiis imponi in regiis familiis solebant. Denique qua aetate Bosporanae urbes conditae sunt, fabularum iam non tanta vis fuit quanta prius. Concedemus igitur Archaeanactem fuisse gentis auctorem. Iam Archaeanax Mytilenaeus Sigei conditor notus est; ab hoc videtur descendisse Archaeanactides Mytilenaeus, ex optimatibus unus, isque manifesto potentissimus, cuius meminit Alcaeus (Schol. Nicandr. Ther. 612. Fragm. Matth. n. 94. coll. Meinek. Qu. scen. II. p. 55.). Quin gens ibi Archaeanactidarum insignis quidni fuerit? Ut ibi fuit gens Cleanactidarum satis nota (Strab. XIII. p. 617.). Et Mytilenaei Archaeanactidae quomodo potuerint Phanagoria et Panticapaeo potiri, doceo infra (Introd. I, 15.). Similia, non eadem disputavit De Boze; quae Wesselingius ad Diodorum nec refutat nec probat. Archaeanactidas autem Diodorus appellat βασιλεύσαντας: sed eos fuisse reges Bospori, non probabile est, quum ne successores quidem, quorum tamen firmior videtur et maior potentia fuisse, Spartocidae reges Bospori fuerint publice appellati, sed archontes (Introd. I, 19.). Neque ea aetate, qua imperarunt Archaeanactidae, in ulla civitate Ionica legitimi erant reges, immo ne ea quidem, qua conditum Panticapaeum: quare non potuit tum Panticapaei legitimum a conditoribus regnum institui. Praeterea Panticapaeum olim, ante Spartocidas opinor, fuisse liberam civitatem, doceo infra (Introd. I, 19.). Nihil igitur probabilius, quam ante Spartocidas libertate quidem gavisos esse Bosporanos Graecos, sed habuisse tamen archontes ex certa optimatium gente sive lectos sibi hereditario iure sibi succedentes, qui minus accurate loquenti potuerunt reges dici: quales Athenis fuere Medontidae s. Codridae s. Nelidae, Corinthi Bacchiadae: Archaeanactidarum autem illa gens fuit. Quae si ab Olymp. 75, 1. demum imperavit, quaeras qui ante illam in imperio fuerint. Ego non dubito, quin ante illud tempus optimates imperarint ut postea. Iam vero Olymp. 85, 3. novam dominorum seriem incipit *Spartocus I.* (Spartocus enim, non Spartacus, constanter in nummis et inscriptionibus habetur): illi post septem regni annos Olymp. 86, 4. succedit *Seleucus*, qui annos regnavit quattuor usque ad Olymp. 87, $\frac{3}{4}$. (Diod. XII, 31. 36. coll. nott. Wessel.). Huius fortasse nomen una cum Leuconis nomine latet etiam apud Strabonem (VII. p. 301.) in scriptura Σελεύκωνα. Post Seleucum quin regnarit *Spartocus II.* ab avo denominatus, licet de eo nihil narretur, vix dubites: nam ab Olymp. 93, $\frac{2}{3}$. ad Olymp. 96, 4. annos fere quattuordecim imperium tenuit *Satyrus I.* Spartoci f. (Diod. XIV, 93.), summus Atheniensium amicus, Σάτυρος ὁ ἐν τῷ Πόντῳ dictus Lysiae (p. Mantith. p. 571.) in re ad Olymp. 93, 4. pertinente: idem Ponti dominus intelligendus

in Isocratis Trapezitica, quae a iuvene Isocrate ante Olymp. 96, 4. scripta est adversus Pasionem tum florentem: obiit enim Pasion Olymp. 102, 3. (Dem. c. Steph. ψευδομ.). At maximam sui famam reliquit *Leuco I.* Satyri f. per quadraginta annos rex usque ad Olymp. 106, 4. (Diod. XIV, 93. et ibi Wessel.), ob summa de populo Attico merita civitate donatus (Dem. Lept.); hunc Arcades honorarunt titulo n. 2103. *e.* Leuconi successere duo deinceps filii, primum *Spartocus III.* et quinque annis post hoc defuncto *Paerisades I.* ab Olymp. 107, 4. ad Olymp. 117, $\frac{2}{3}$. per annos duodequadraginta rex (Diod. XVI, 52. ubi pro Bosporo Pontus nominatur ut XX, 30. et ap. Polyaen. VII, 37. et ap. Lys. et Isocr. ll. cc.). Apud scriptores diversa scriptura exaratum videmus Βηρισάδης, Βιρισάδης, Παρυσάδης, Παρεισάδης, Παρισάδης (cf. Wess. ad Diod. l. c.); in nummis et inscriptionibus constanti usu habetur Παιρισάδης. Genitivus in ου formatur a scriptoribus plerisque, Demosthene, Diodoro, Strabone, sine discrimine regum, qui hoc usi nomine sunt; sed analogia fert etiam terminationem ους (vide Introd. II, 3.): et constanti usu, quem primus observavit Köhlerus a ceteris non satis auditus, in Bosporanis titulis de Paerisade I. est Παιρισάδους s. Παιρισάδεος, de posterioribus regibus in moneta et titulis Παιρισάδου. Sic de illo haud dubie n. 2104. Παιρισάδεος, n. 2017. Παιρισάδους τοῦ Λεύκωνος, n. 2118. Παιρισάδεος, n. 2119. Παιρισάδους bis. Quo Paerisade quum nullus rex Bospori notior, nullius nomen et tempora certiora sint et numquam non fuerint, tamen ille Osanno (Syll. p. 121.) primum a Rochetto suis rebus restitutus esse visus est nescio quamobrem, nisi forte ob id, quod ei ille nummum tribuit, qui ei tribui nullo modo potest. Ceterum Paerisades ut Leuco pater Atheniensibus magnopere favit (Dem. adv. Phorm. p. 917 sqq.); idem cum Scythis bellum gessit (ib. p. 909. 22.); ob virtutem ac benignitatem inter deos relatus est. De hoc enim intelligenda Strabonis (VII. p. 310.) verba: ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες ἀρξάμενοι ἀπὸ Παιρισάδου καὶ Λεύκωνος· Παιρισάδης δὲ καὶ θεὸς νενόμισται: a quo deinceps ultimum distinguit Paerisadem. Paerisadis I. et Spartoci III. Leuconis filiorum fratres, Leuconis et ipsos filios, Satyrum et Gorgippum fuisse perhibet De Boze (Act. Acad. Inscr. T. VI. p. 559.), quem sequitur Caryus (Reg. Bospor. p. 27.). Causa haec est, quod Dinarchus (c. Dem. p. 34.) dicit Demosthenem χαλκοῦς ἐν ἀγορᾷ καταστῆσαι Βηρισάδην καὶ Σάτυρον καὶ Γόργιππον, τοὺς ἐχθίστους τυράννους, παρ' ὧν αὐτῷ χίλιοι μόδιοι τοῦ ἐνιαυτοῦ πυρῶν ἀποστέλλονται τῷ οὐδ' ὅπη καταφύγῃ αὐτίκα φήσοντι εἶναι. Omnes hos Bosporanos esse vel frumenti missio docet, idque iam statui ad n. 107. itaque Berisades ille non Thrax, nec Satyrus Heracleotes tyrannus habendus est, quod vidit iam Köhlerus (Mon. Comos. p. 11 sqq.), quum in Satyro errasset ipse Eckhelius (D. N. T. II. p. 339.): superfuerunt autem omnes, quum orationem contra Demosthenem haberet Dinarchus, hoc est Olymp. 114, 1. (non prius, etsi scio alios statuere aliud). Manifesto igitur qui primo loco ponitur, est Paerisades I. rex; Satyrus et Gorgippus sub illo Bospori principes habendi sunt. At fratres eos Paerisadis fuisse non constat; et Satyrum, quem Bozius Leuconis filium esse putabat, non recte ab eodem dici Satyrum II. quum rex non fuerit, notavit iam Köhlerus (adv. Roch. p. 61. de numm. Spart. p. 15.), quamquam Bozium sequitur Rochettus (Antt. Bosp. p. 89.). Meo iudicio Satyrus, cuius meminit Dinarchus, Paerisadis I. filius et heres imperii est, Gorgippus autem Paerisadis eiusdem socer, pater Comosaryes (n. 2119.): utrumque una cum rege statua honoratum esse consentaneum est. *Gorgippum* vero Satyri f. novimus ex Polyaeno (VIII, 55.) ut qui post patrem in Asiano certe Bosporo dicionem habuerit: quem nihil impedit quominus eum, cuius meminit Dinarchus, esse statuas cum Köhlero (Mon. Comos. p. 41 sq.); eundem condidisse Gorgippiam Paerisade I. non antiquiorem (Introd. I, 15.), in Asiana Bosporanorum dicione, probabile est; neque huic sententiae reluctatur Köhlerus. Sed quis iam est eius pater *Satyrus*? Polyaenus Bospori tyrannum vocat: qui Hecataeum Sindorum regem a suis pulsum reduxerit eique filiam suam uxorem dederit; Hecataeum vero a Satyro coactum priorem uxorem Tirgatao ex gente Iaxamatarum arci inclusisse; sed hanc e custodia elapsam Iaxamatas aliosque Maeotas concivisse, qui quum Hecataei Sindicam Satyrique terram vastarent, Satyri filio Metrodoro obside dato impetratam ex Maeotis pacem esse: mox Satyrum reginae struxisse insidias; quibus cognitis Tirgatao interfecisse obsidem, belloque repetito terram caedibus et rapinis implevisse, donec Satyro moerore consumpto Gorgippus eius filius et successor pacem redimeret supplicatione et donis. Hic igitur Satyrus nec Satyrus I. Spartoci f. haberi potest nec Satyrus II. Paerisadis I. f. de quo statim dicam. Neutri enim successit Gorgippus, neuter ex moerore obiit, sed prior in obsidione Theudosiae (Introd. I, 14.), alter ex vulnere in obsidione arcis Ariopharnis accepto (Introd. I, 18.): nec si Gorgippus Paerisadis I. socer habeatur, pater Gorgippi Satyrus potest Satyrus II. Paerisadis I. filius haberi. Quae quum ita sint, Satyrus Gorgippi pater non videtur rex Bospori fuisse, licet eum Polyaenus Bospori vocet tyrannum; similiter enim Dinarchus alterum Satyrum et Gorgippum tyrannos Bospori vocavit, licet non reges fuerint: rex enim tum solus Paerisades I. Nempe ut regum filii apud veteres vocantur reges, sic tyrannorum filii, et nepotes quoque, tyranni, si praesertim aliqua illis tyrannidis pars mandata fuerit. Nec dubito, quin Spartocidae uni et alteri propinquorum aliquam Bospori mandaverint provinciam: ita Satyrus Gorgippi pater Spartocides regis propinquus, Leuconi opinor coaetaneus, ab hoc vel Spartoco III. potuit Asiano Bosporo, ubi eius regnum a Polyaeno ponitur, praepositus esse, commodeque succurrit in Asiana Bospori ora Satyri sepulcrum, ἀνδρὸς τῶν ἐπιφανῶς δυναστευόντων ἐν Βοσπόρῳ, ut ait Strabo (XI. p. 494.). Nam reges Panticapaei sepulti sunt, et nominatim Saty-

rus II. (Diod. XX, 24.): igitur qui in Asiana ora sepultus est, non videtur rex fuisse, potestque is Gorgippi pater haberi: nec quod hic bello a Maeotis victus est, ideo neges eum cum laude dominatum esse: defuncto vero Gorgippus filius in Asiana provincia potuit successor dari a rege Paerisade I. vel antecessore, si praesertim Paerisadis I. Gorgippus esset socer. Hactenus de Satyro Gorgippi patre. Postremo duo Gorgippi ut cum Bozio statuantur, alter Leuconis filius, alter Satyri, nullam causam video. Haec mihi videor probabilius composuisse, quam sua Osannus noster (Syll. p. 121.). Nam ille aetate multo recentiore Satyrum III. regem reponit, post hunc vero Gorgippum regem, dein Spartocum V. et Paerisadem II. eundemque ultimum, cuius successor sit Mithradates. Quippe Gorgippum pro socero Paerisadis II. habuit, quem n. 2119. ipsa forma Παιρισάδους docet Paerisadis I. fuisse socerum; deinde Spartocum, cuius titulus n. 2107. meminit, Spartocum V. dicit, et illum atque illius filium ideo in recentiorem aetatem detrudit, quod in eo titulo formae Є, C, Ꞷ occurrant, quum potius vetustae in illa inscriptione litterarum formae conspiciantur (v. ibi not.) et Spartocus ille, quantum coniectura assequi licet, quartus sit; postremo ultimum Paerisadem dixit secundum, quum secundus potius Spartoci IV. filius habendus sit, ultimusque minimum quintus sit: quae omnia ex iis patent, quae mox disputabo. Nunc ad eos pergo reges, qui post Paerisadem I. fuerunt. Quo Olymp. 117, $\frac{2}{3}$. defuncto filiorum natu maximus rex fit *Satyrus II.* (Diod. XX, 22 sqq.), nonoque mense perit ex vulnere, quod accepit in bello adversus fratrem Eumelum gesto. Imperium suscipit frater *Prytanis* et brevi deiicitur ab *Eumelo* Paerisadis f. fratre, qui Satyri et Prytanidis necat prolem; solus effugit ad Scythas Satyri II. filius Paerisades, equo ex urbe vectus. Sed Eumelus imperium per facinora partum virtutibus tutatus est: magnis tamen consiliis finem imposuit fortuitus casus, quo periit ex Sindica redux (non ex Scythica, Diod. XX, 25. c. not. Wess.). Hunc igitur quinque annos totidemque menses dominatum Olymp. 119, 1. excepit filius *Spartocus IV.* (Diod. XX, 25. 100.), qui viginti annos imperavit usque ad Olymp. 124, 1. a. Chr. 284/5. Ad Spartocum IV. ex titulis pertinent n. 2105. 2106. 2120. et Atticus n. 107. Hinc vacui annales hucusque cogniti, neque historia de insequentibus regibus narrat quidquam usque ad Paerisadem ultimum, qui Strabone teste (VII. p. 309. 310.), quum barbari tributa prius illis pensa auxissent nimium, Mithradati imperium concessit a. Chr. circiter a. 94. (a. u. c. 660.) ex Niebuhrii calculis (Opusc. T. I. p. 388.). Centum igitur et nonaginta fere anni a Spartoci IV. exitu ad finem ultimi Paerisadis effluxere, qui etsi expleri nequeunt, tamen aliquot novimus eius intervalli principes. Primum enim Paerisades Spartoci f. occurrit in titulis Panticapaeensi n. 2107. et Phanagorensi n. 2120. *b.* in quibus est Παιρισάδου τοῦ Σπαρτόκου: his in titulis litterae sunt optimae aetatis, ut E, Π, Σ, Ω n. 2107. nec credo multum diversae n. 2120. *b.* qui pulcherrimis litteris scriptus dicitur; et n. 2107. qui melius servatus est, non habet quo differat a titulis Spartoci IV. n. 2105. 2106. Itaque ille Paerisades Spartoci IV. videtur filius esse, Eumeli nepos, rex inde ab Olymp. 124, 1. estque *Paerisades II.* vocandus, et distinguendus a Paerisade ultimo, pro quo eum habuit Osannus, quum in eius titulo n. 2107. putaret recentiores inesse formas Є, C, Ꞷ. Hoc ex Panticapaeensi titulo, nondum tum edito Phanagorensi, pridem statui (Oec. civ. Ath. T. I. p. 98.), hoc indidem modo dubitanter modo certius Köhlerus (Mon. Comos. p. 19. adv. Roch. p. 21. adv. Köpp. p. 20. de numm. Spart. p. 37. 42.) et ex eodem fonte Viscontus (Iconogr. Gr. T. II. p. 123 sq.). Porro Köhlerus in commentatione de nummo Spartoci evicit egregie, in eodem annorum intervallo post Paerisadem II. regnasse *Leuconem II.* minimum, cuius aereus superest nummus. Hic vero Leuco an idem sit, quem memorat Ovidius (Ib. vs. 311. ubi cf. Schol.), incertum est, etsi iste Ovidianus quoque Bosporanus fuit, utpote Spartoci alicuius frater, et Ponticum dicitur imperium affectasse, quod non diversum a Bosporano esse intelliges ex iis, quae ad Paerisadem I. notavi: eidemque Leuconi II. vel alii tertio tribuendi aerei nummi sunt, qui Leuconi I. falso tributi erant (v. Köhl. adv. Roch. p. 44 sq.), quem vero Köppenius ad Leuconem I. rettulerat, is est Syriacus Seleuci alicuius (v. Köhl. adv. Köpp. p. 23.). Denique plures res a scriptoribus de Leucone narratas nullo modo ad celebrem illum Leuconem I. pertinere, rectissime docuit Köhlerus (de numm. Spart. p. 44 sq.). Praeterea duo supersunt nummi aurei exempla (Köhl. de numm. p. 11.) cum inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΑΙΡΙΣΑΔΟΥ, de quo varie disputarunt docti. Nam priores doctrinae nummariae auctores ad Eckhelium usque (D. N. T. II. p. 361.) Bozium secuti hunc nummum Paerisadi I. tribuerunt, in eandemque sententiam ivit Rochettus (Antt. Bosp. p. 47 sqq.); sed non modo dubitari potest, num ille sese in nummis regem vocarit, sed forma Παιρισάδου evincit, non esse hunc nummum Paerisadis I. de quo dicitur Παιρισάδους s. Παιρισάδεος. Ac iam Viscontus illum certis ex causis potius Paerisadi II. tribuere maluit; fortasse huic eum tribuendum esse, dixerat Köhlerus (adv. Roch. p. 21 sq. p. 35.), sed ad alium quoque referri posse postea observavit (adv. Köpp. p. 20 sq.); denique in praestantissima de nummo Spartoci dissertatione ex interiore nummorum cognitione docuit, ne Paerisadis II. quidem illam esse monetam, sed Leucone II. recentiorem, ac proinde *Paerisadis III.* minimum; rursum autem post hunc fuisse *Spartocum V.* minimum, cuius superest nummus, de quo scripsit, argenteus, nummo Paerisadis III. huius recentior. Et in hoc quidem Spartoci V. nummo pro E iam comparet Є. Atque inde iam colligitur, qui regnum cessit Mithradati, esse *Paerisadem IV.* minimum. Haec sufficient de antiquiore Spartocidarum regno dicta, inter cuius principes de industria non rettuli *Leucanorem* cum successore *Eubioto*, ab Osanno

(Syll. p. 121.) post Spartocum IV. insertos. Meminit horum Lucianus (Toxar. 44-54.); sed Alanorum in ea relatione mentio ad recentiora deducit tempora, proboque quod illos Sestinus (Lettere sopra alcune medaglie rare della collezione Ainsleiana T. I. p. 34.) Caryum fere secutus circa M. Aurelii Antonini imperium post Eupatorem collocat; non probo, quod Rochettus (Antt. Bosp. p. 70.) a Luciano, qui tamen rerum in Scythiae vicinia gestarum admodum peritus fuit, et Eupatoris quoque meminit, Leucanorem pro Leucone I. longe notissimo dictum putat. Omnibus igitur rebus pensitatis haec videtur Spartocidarum series:

*Spartocus I.* ab Olymp. 85, 3.
*Seleucus* ab Olymp. 86, 4.
*Spartocus II.* ab Olymp. 87, $\frac{3}{4}$.
*Satyrus I.* Spartoci II. f. ab Olymp. 93, $\frac{2}{3}$.
*Leuco I.* Satyri I. f. ab Olymp. 96, 4.
*Spartocus III.* Leuconis I. f. ab Olymp. 106, 4.
Sub hoc fortasse vel Leucone I. *Satyrus* Gorgippi pater Asianae provinciae praefectus fuit.
*Paerisades I.* Leuconis I. f. ab Olymp. 107, 4.
Huius fere aetate *Gorgippus* Satyri f. Asiae praefectus.
*Satyrus II.* Paerisadis I. f. Olymp. 117, $\frac{2}{3}$.
*Prytanis* Paerisadis I. f. Olymp. 117, 4.
*Eumelus* Paerisadis I. f. ab Olymp. 117, 4.
*Spartocus IV.* Eumeli f. ab Olymp. 119, 1.
*Paerisades II.* Spartoci IV. f. ab Olymp. 124, 1.

* * *

*Leuco* minimum II.

* * *

*Paerisades* minimum III.

* * *

*Spartocus* minimum V.

* * *

*Paerisades* minimum IV.

13. Altera domus principum est *Pontica* a *Mithradate VI.* Eupatore, Achaemenida; quem post *Macharem* filium a. u. c. 675. Bosporo impositum et a. 689. ab ipso patre sublatum excepit a. 691. alius filiorum *Pharnaces* in Ponto II. in Bosporo I. A quo praefectus Bosporo *Asander* gener, Dynamis maritus, post Pharnacis necem a. u. c. 707. archontis nomine suscipit imperium, *Mithradatem Pergamenum*, Mithradatis VI. ex pellice filium, a Caesare dictatore regem nominatum exstinguit, mox regiam non modo inter barbaros sed in ipso Graecorum Bosporo occupat dignitatem; qui etsi ab Octaviano Augusto dicitur pro ethnarcha esse rex renunciatus (Lucian. Macrob. 17.), tamen ab hoc potius videtur agnitus et iam ante Augusti in Oriente dominationem regio Bospori usus titulo, certe inde ab a. u. c. 718. (Introd. I, 11.). Asandro autem a. u. c. 740. defuncto viduam eius Dynamin, Pharnacis f. uxorem ducit *Scribonius*, Mithradatis VI. sese nepotem ferens, et regno potitur: sed hoc statim caeso anno eodem per M. Agrippam rex Bospori constituitur Ponti Polemoniaci princeps *Polemo I.* Zenonis f. Laodicenus, cuius integrum nomen docet inscriptio Cumaea; nullis autem illum Romanis esse nominibus usum certam ob causam annoto (vide ad n. 2123.). Hic *Dynamin* Pharnacis f. eamque Asandri et mox Scribonii viduam uxorem duxit: quare Dynamis, quod ipsi imperium his nuptiis conservatum erat, Polemonis patrono Augusto ut servatori suo dedicavit statuam Phanagoriae (n. 2122.). Praeterea ab huius Polemonis sive patre seu quod magis credo filio Zenone, qui posthac Armeniae rex fuit, Chersonesus Zenonis denominata videtur, quae est prope Isthmum (cf. de secundo Zenone Eckhel. D. N. T. II. p. 370.). Polemoni I. vero ab Aspurgianis capto et occiso in Ponto successit uxor secunda Pythodoris; sed quis eum in Bosporo exceperit, magna contentione quaesitum est, et simul insequentium regum series in quibusdam partibus varie constituta. Priores auctores sequitur Eckhelius; ex quibus sua petiit etiam Osannus (Syll. p. 122.): nova Visconti et Rochetti inventa percensuit Köhlerus; quem quum in his rebus egregie versatum viderem, ex eius potissimum libris sparsa hinc inde collegi, ut certiorem regum catalogum usque ad a. p. Chr. 233. contexerem, in Sauromate V. et aequaevis consistendum ratus: ceterum liberum mihi iudicium relinquens in una quidem causa a Köhlero quoque discedendum esse censui. Et vulgari quidem opinione Polemonem I. in Bosporo sequuntur Tib. Iul. Sauromates I. et Tib. Iul. Rhescuporis I. hunc vero Polemo II. In qua sententia est etiam Viscontus, nisi quod hoc novum addidit, Sauromaten illum ex gente Aspurgiana fuisse: hoc vero refellens Rochettus post Polemonem I. reges ponit Rhescuporin I. et Cotyn illius ut putat fratrem, qui in nummo fertur Ἀσπούργου cognominatus (Antt. Bospor. p. 117 sqq. p. 135.), tum Tib. Iul. Sauromaten I. Rhescuporidis I. f. et Tib. Iul. Rhescuporin II. ac deinceps Polemonem II. Quibus amotis Köhlerus (adv. Rochett. p. 78-117.) rectiora monstravit. Polemoni enim p. Chr. a. 1. vel 2. occiso legitimum successit imperium, in quo cusi nummi Augusti capite et alio imberbi signati ab a. p. Chr. 3-9. (a. u. c. 756-762.); antiquissimi vero post Polemonem I. nummi, regis nomine et capite partim imberbi signati, addito semel etiam Augusti capite, sunt *Sauromatae I.* nullo Romano nec nomine nec praenomine usi (vide hos nummos apud Köhl. l. c. p. 136 sqq. coll. p. 133.); ut probabile sit etiam illos Augusti capite signatos et alio imberbi sine regis nomine, eiusdem esse Sauromatae. Hunc regem ex Sauromatica esse gente accitum ipsum nomen persuadet. Eius uxor *Gepaepyris* (vide imprimis Köhl. l. c. p. 79 sq.). At Tiberio Imp. regnarunt *Tib. Iul. Sauromates II.* Rhescuporidis f. de quo tituli n. 2123. 2124. 2130. (ubi v. not.) et *Tib. Iul. Rhescuporis I.* quorum nummos recensuit Köhlerus (l. c. p. 138 sqq. adde de priore Köhl. numm. Spart. p. 49.). Uterque primus Tiberii Iulii vocatur nominibus; nam Sauromates I. his non usus est, nec Tib. Iul. Sauromatae II. pater Rhescuporis. Quippe n. 2123. Sauromates II. nominatur Τιβέριος Ἰούλιος Σαυρομάτης, υἱὸς βασιλέως Ῥησκουπόριδος: at quum Romana illa nomina assumpta sint, ut Tiberio haberetur honos, non illa in patre omissa essent, si pater illis esset usus. Quo simul argumento constat, Rhescuporin Tib. Iul. Sauromatae II. patrem non posse eum esse, qui in num-

mis est Tib. Iul. Rhescuporis, nobis I. (Köhl. adv. Rochett. p. 86.): idemque patet inde, quod quum uterque Tiberio imperante vixerit, tamen Tib. Iul. Rhescuporis I. multo in nummis minor natu repraesentatur quam Tib. Iul. Sauromates II. (Köhl. ib. et p. 93.). Quare Köhlerus probabiliter coniicit, Tib. Iul. Sauromaten II. aut patrem aut maiorem natu fratrem Tib. Iul. Rhescuporidis I. fuisse. Denique Rhescuporin Tib. Iul. Sauromatae II. patrem Bospori regem fuisse non patet: nam n. 2123. tantum rex, non Bospori, vocatur; et n. 2124. Tib. Iul. Sauromates II. dicitur quidem *ἀπὸ προγόνων βασιλεύειν* vel *ἀπὸ προγόνων βασιλευσάντων*, sed maiores in ipso Bosporo regnantes intelligendos esse non constat. Quae quum ita sint, Rhescuporis pater Tib. Iul. Sauromatae II. non opus est ut in Bosporanorum regum collocetur serie, sed potest Sauromaticae gentis alicuius rex haberi (Köhl. Mon. Comos. p. 73. adv. Roch. p. 86.). Relinquuntur igitur soli Tib. Iul. Sauromates II. et Tib. Iul. Rhescuporis I. Sed quod uterque fortasse simul in diversis Bospori partibus regnasse dicitur (Köhl. adv. Rochett. p. 134.), id non probarim. Haud dubie enim n. 2123. Tib. Iul. Sauromates II. rex universi Bospori, *το[ῦ πα]ντὸς Βοοσπόρου* vocatus erat; idem Asiano Bosporo praeest secundum n. 2123. 2124. 2130. qui tituli Asiani sunt; sed n. 2108. *b.* etiam in Europaeo Bosporo is memoratus videtur: ut coniicias illi utramque paruisse dicionem. Potius igitur alter successit alteri, et quum Tib. Iul. Sauromates II. maior natu fuerit quam Tib. Iul. Rhescuporis I. ille videtur prius imperasse. Quo deducta re de propinquitate Sauromatae I. et Tib. Iul. Sauromatae II. coniecturam addere licebit. Nam illi hic successit, nec tamen illius fuit filius, sed Rhescuporidis regis alibi regnantis. Credo Rhescuporis, Tib. Iul. Sauromatae II. pater, fuit frater natu minor Sauromatae I. gentis alicuius Sauromaticae regis: fratre vero Sauromata I. in Bosporum vocato Rhescuporis ei successerit in patria gente. At defuncto Sauromatae I. in Bosporo successerit fratris filius Tib. Iul. Sauromates II. deinde huic Tib. Iul. Rhescuporis I. aut frater natu minor aut filius. Quae si ita statuas, Tib. Iul. Sauromatae II. maiores regii, qui n. 2124. vocantur, non solum reges barbarorum erunt, inter quos eius pater Rhescuporis est, sed simul iis comprehendetur ipsius patruus rex Bospori Sauromates I. et sic Tib. Iul. Sauromates II. etiam in Bosporo *βασιλεὺς* erat *ἀπὸ προγόνων*; patruus enim *προγόνοις* comprehendi omnino debet. Dicas quidem etiam aliud licere statui. Quid enim, si Sauromatae I. successerit filius iuvenis Tib. Iul. Rhescuporis I. et huic ipsi Rhescuporidi mature fortasse defuncto patruus Tib. Iul. Sauromates II. Sauromatae I. frater? Non credo. Sic enim Sauromates I. et II. fratres eodem essent primario nomine vocati: at duos fratres eodem vocari nomine primitivo non probabile est; nam quod alter Romana praeterea nomina habet, non videtur ad utrumque distinguendum accommodatum esse. Haec de Sauromate II. et Rhescuporide I. sufficient. Insecutus est *Rhescuporis II.* si hoc nomen habuit rex, cuius nummi ab a. p. Chr. 17. usque ad a. 38. (a. u. c. 770-791.) sub Tiberio et Caligula signati sunt (cf. nummos ap. Köhl. adv. Rochett. p. 143 sq. coll. p. 134.). Sed a. p. Chr. 38. (a. u. c. 791.) *Polemo II.* Polemonis f. nullus ille Romanis nominibus usus, defuncta matre Pythodoride Ponti regina a Caligula utrique praeficitur regno, et Pontico et Bosporano; tribusque annis post in Ciliciam transfertur a Claudio, successore dato *Claud. Mithradate*, ex posteris Mithradatis VI. Post quem *Cotys I.* prioris frater, sub Claudio et Nerone et Galba; cuius superest nummus cum inscriptione ΤΕΙΜΑΙΒΑ[ϹΙΛΕΩϹ]ΚΟΤΥΟϹΤΟΥΑϹΠΟΥΡΓΟΥ (Rochett. Antt. Bosp. p. 128. Köhler. adv. Rochett. p. 109.). Hic ipse videtur n. 2108. *c.* nominatus esse, ubi habetur *τοῦ Ἀσπούργου*, sed periere praecedentia; verum praecessisse nomen regis nominativo casu expressum docui in nota; unde iam consequitur illum vocatum esse *Κότυν τοῦ Ἀσπούργου*, non *Κότυν τὸν Ἄσπουργον*. Sequitur *Rhescuporis III.* ad Domitianum perdurans; Domitiani vero, Nervae, Traiani, Hadriani aetate *Sauromates III.* ad quem refer n. 2125. neque hic neque posteri Romanis insignes nominibus. Hadriano aequalis etiam *Cotys II.* eidem et Antonino Pio *Rhoemetalces*, Antonino Pio et M. Aurelio *Eupator* (de hoc fortasse n. 2109. *c.*); post quem inserendi videntur *Leucanor* et *Eubiotus* (Introd. I, 12.), quorum nulli nummi hucusque habentur, domini illi fortasse in parte tantum Bospori. Tum sub M. Aurelio usque ad Sept. Severum et Caracallam *Sauromates IV.* (de hoc fortasse n. 2109. *c.*), et usque ad Alex. Severum *Rhescuporis IV.* Succedit *Cotys III.* usque ad a. p. Chr. 231. et *Cotys IV.* et simul, dum illi regnant, *Sauromates V.* rex fuit, hic epoch. Bosp. 527-529. (p. Chr. 231-233. vide Köhl. Méd. Gr. p. 40. coll. adv. Rochett. p. 71.). Omissis iam reliquis addo Sauromatas hucusque innotuisse decem et Rhescuporides octo, et sequentium regum nomina manifesto Sauromatica vel Maeotica partim magnopere singularia esse, ut *Ἰνινθιμήϋος, Τειράνης, Θοθόρσης, Φαρεάνζης* s. *Φαρεάνσης* (*Ἀρεάνσης* dici putabatur a Köhlero Méd. Gr. sed nummus Anapae nuperrime repertus attulit verum nomen; vide Ephem. Odess. 1829. n. 75.), quibus nominibus utar infra (cap. II.). Postremo nomino *Rhadamsadium*, cuius meminit titulus n. 2108. *d.* Huius nummi, qui a Stempovskio in Append. ad Roch. Antt. Bosp. prolati erant, obtulere lectiones . ΑΔΑΜΕΑΔ, - - ΔΑΜΕΑΔΙϹ, ΡΑΔΑΜ - -; mox Köhlerus (Méd. Gr.) verum eius nomen esse *Ῥαδάμσης* statuit, quod nummus ab illo inspectus offerebat ΒΑϹΙΛΕΥϹΡΑΔΑΜϹ. Et illa haud dubie simplicior forma eiusdem stirpis est; rex tamen videtur *Ῥαδαμσάδιος* vocatus esse, quam formam offert titulus n. 2108. *d.* et accedit iam alius nummus a Köhlero in Ephem. Petrop. Germanic. 1830. p. 48. prolatus, in quo est ΡΑΔΑΜϹΑΔ. At rursum nummus a Köhlero ibidem memoratus habet inscriptionem ΒΑ ϹΙΛЄΥϹΡΑΔΑΝϹΑΔΙϹ, in quo Ν pro Μ assumptum est, ut in voce *Φαρεάνσης* s. *Φαρεάνζης*. Quodsi illa nummi

inscriptio, ut affirmat Köhlerus, integra est, nec potius in illo nummo et in uno ex Stempovskianis. IC reliquum est ex IOC, terminatio ις videtur pro ιος accipienda esse, ut Δήμητρις p. Δημήτριος, Ἀθήναϊς p. Ἀθήναιος, Εἰρήναϊς p. Εἰρήναιος, Ἕλλαδις p. Ἑλλάδιος et similia multa, quae ex locis T. I. p. 915. *a.* citatis colligi possunt; neque in Bosporana voce in eo haerendum, quod hoc ις ponitur pro ea terminatione ιος, quae ex ειος nata sit. Ita si statues, a nominativo Ῥαδάμσαδις fiet genitivus Ῥαδαμσαδίου, qui in eo, quem dixi, titulo est; reliqua de etymo vide Introd. II, 10. Ceterum rex hic incidit in epoch. Bosp. a. 613-616. p. Chr. 317-320. pluresque huius vel consimilis nominis reges cur statuas, nulla causa est. Priorum autem usque ad Sauromaten V. series haec est:

*Mithradates VI. Eupator*, circiter ab a. u. c. 660.
Sub hoc *Machares* Mithradatis VI. f. a. 675-689.
*Pharnaces* Mithradatis VI. f. ab a. 691.
*Asander* Pharnacis gener, Dynamis maritus, archon, deinde rex, ab a. 707.
*Scribonius* Mithradatis VI. n. ut ferebat, Dynamis maritus, a. 740.
*Polemo I.* Zenonis f. Laodicenus, Dynamis maritus, ab a. 740.
*Sauromates I.* cuius uxor *Gepaepyris*, sub Augusto ab a. 756. ut videtur.
Huius fortasse frater *Rhescuporis* n. 2123. pater Tib. Iul. Sauromatae II.
*Tib. Iul. Sauromates II.* sub Tiberio.
*Tib. Iul. Rhescuporis I.* sub eodem.
*Rhescuporis II.* sub Tiberio et Caligula, ab a. 770. ut videtur.
*Polemo II.* Polemonis I. f. ab a. 791.
*Claud. Mithradates*, ex posteris Mithradatis VI. ab a. 794. sub Claudio.
*Cotys I.* prioris frater, sub Claudio et Nerone et Galba.
*Rhescuporis III.* usque in Domitiani imperium.
*Sauromates III.* sub Domitiano usque in Hadriani imperium.
*Cotys II.* sub Hadriano, usque ad a. u. c. 884. (ep. Bosp. 428.).
*Rhoemetalces* sub Hadriano et Antonino Pio.
*Eupator* sub eodem et M. Aurelio (cf. ad n. 2109. *b.*).
Intercedunt hoc fere loco *Leucanor* et post hunc *Eubiotus*.
*Sauromates IV.* sub M. Aurelio usque ad Sept. Severum.
*Rhescuporis IV.* hinc usque ad Alex. Severum.
*Cotys III.* usque ad a. p. Chr. 231.
*Cotys IV.* p. Chr. 232-233.
*Sauromates V.* simul cum prioribus duobus, p. Chr. 231-233.

14. Imperio Bosporano qui in utraque ora subiecti sunt, *Bosporani* dicuntur (Strab. XI. p. 495.), maxime Graeci; quamquam ex his, qui antiquiorem aetatem spectet, debet Theudosianos excipere. Paerisade I. rege dominorum Bospori imperium Europaeum finitur Tauris in occidentem, Asianum Caucaside in orientem et austrum (n. 2104.). In Taurica Chersoneso igitur ea aetate imperabant terrae ad fretum et prope Panticapaeum Theudosiam usque cum hac ipsa. Theudosiae portus occidentalium finium australis terminus. Strabo (VII. p. 309.): οὗτος δὲ (Θευδοσίας λιμὴν) ὅρος ἦν πρότερον τῆς τῶν Βοσπορανῶν καὶ Ταύρων γῆς. Idem, postquam recentiores reges universam fere Chersonesum tenuisse dixit, addit haec (p. 310. extr.): πρότερον δ' εἶχον ὀλίγην μὲν τὴν πρὸς τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος καὶ τῷ Παντικαπαίῳ μέχρι Θευδοσίας τῶν Βοσπορίων τύραννοι, τὴν δὲ πλείστην μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ καὶ τοῦ κόλπου τοῦ Καρκινίτου Σκυθικὸν ἔθνος Ταῦροι. Septentrionalis occidentalium finium terminus non traditur quidem, sed manifesto fuit circa Zenonis Chersonesum in occidentem. Quippe haud ambiguum est, limitem fuisse fossam, quae inter hos erat terminos ducta, quattuor fere mil. Germ. longa, quae olim Scythas a Tauris separaverat, et posthac, aetate Diocletiani, Chersonesitas divisit a Bosporanis (cf. Introd. I, 1. et 11. et de eius fossae termino ad Theudosiam Köhl. de arce Bosp. p. 480.): quae probe distinguenda tam a muro et fossa ad Taphras in isthmo, quam ab Asandri moenibus, quibus Chersonesum Zenonis munivit, atque a muro et fossa, cuius vestigia supersunt in via Panticapaeo Theudosiam prope Pawlowskoe (cf. Köhl. ib. p. 405 sqq.). Solum fertilissimum Graecis agricolis concesserant Scythae ea condicione, ut ipsis penderetur vectigal (Strab. VII. p. 310. 311. cf. Introd. I, 15.). Sed Theudosia, ut supra significavi, ab initio Bosporanorum non fuit. Nam Archaeanactidarum et Spartocidarum sedes Panticapaeum publico indigenarum usu una cum Phanagoria et adiacentibus oppidis Graecis communi comprehenditur Bospori nomine (Introd. I, 19.); contra aetate Spartocidarum a Bosporo distinguitur Theudosia (n. 2117 sqq.): quod vero Spartocidae ut Bospori ita Theudosiae archontes fuerunt, et diversae tamen hae civitates, hoc vix aliter explicueris, nisi Bospori archontes, qui Panticapaei habitabant, posthac sibi subiecisse Theudosiam. Accedit quod remotior Panticapaeo Theudosia, plus quam XIII mil. Germ. distans, quam quae ab initio potuerit cum Bosporo esse ita coniuncta, ut iisdem pareret magistratibus. Denique sunt quae doceant, Theudosiam a Spartocidis subactam esse. Θευδοσία, ait Scholiastes Demosthenis (T. II. p. 79. ed. Reisk.), χωρίον κείμενον ἐγγὺς Σκυθῶν, ὃ πολιορκῶν Σάτυρος ἐτελεύτησεν; gemina habet Harpocratio v. Θευδοσία. Ex tribus, quos in Bosporo novimus, Satyris non potest pater Gorgippi intelligi, qui ex moerore obiit (Introd. I, 12.), nec Satyrus II. Paerisadis I. f. qui bellum gessit cum Eumelo fratre; hunc enim non ad Theudosiam, sed in Asia obisse infra doceo (Introd. I, 18.), etsi contrariam sententiam amplectitur Köhlerus: superest igitur, ut Satyrus I. Leuconis pater in obsidione Theudosiae perierit, quum eam in dicionem redigere vellet; id quod plures statuerunt (ut F. A. Wolf. ad Lept. p. 255. Rochett. Antt. Bosp. p. 31.). Quod vero Satyro I. non contigit, id perfecit Leuco I. Nam quum a Demosthene (Lept. 27. ed. F. A. Wolf.) Leuco dicatur προσκατασκευάσας ἐμπόριον Θευδοσίαν, ὅ φασιν οἱ πλέοντες οὐ χεῖρον εἶναι τοῦ Βοσπόρου οὐδοτιοῦν, patet Leuconem Bosporanorum primum Theudosiae constituisse emporium; quum autem incredibile sit, Milesios conditores ibi nullum constituisse emporium, id ita debet intelligi, ut emporium quidem ibi dudum fuerit, non tamen illud Bosporanum: Bosporanumque quum instituerit primus Leuco, vix neges Leuconem demum cepisse Theudosiam et nova ratione adornasse et instruxisse: quod quum faceret, videtur simul oppidi nomen mutasse. Ulpianus certe ad Demosthenem: τὸ μὲν ὄνομα, inquit, τῷ ἐμπορίῳ

ἢ ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς ἢ ἀπὸ τῆς γαμετῆς· διαφωνεῖται γάρ. De Leucone agit Demosthenes; igitur Leuconis soror vel uxor intelligenda: nec video cur res non putetur verisimilis esse (cf. Mannert. Geogr. T. IV. p. 303. Köhler. adv. Roch. p. 22 sq.), quae non Ulpiani nitatur auctoritate satis futili, sed meliore diversorum auctorum, ad quos ille provocat verbis διαφωνεῖται γάρ. Nec mirum prius nomen non esse nobis notum, quum de Theudosiae rebus tantum non nihil sciamus. Ceterum Satyrum I. et mox Leuconem coniicias Theudosiam aggressos esse, quod exules Bosporanos recepissent Theudosiani. Anonymus Peripli Ponti Euxini auctor (Huds. T. I. p. 5. extr.): ἐν ταύτῃ δὲ τῇ Θευδοσίᾳ λέγεταί ποτε καὶ φυγάδας ἐκ τοῦ Βοσπόρου οἰκῆσαι. Hactenus de Theudosia et de limite Bospori antiquo occidentem versus. Sed antequam Paerisades ultimus Mithradati regnum traderet, coartatos esse fines limitemque fuisse vallum prope Pawlowskoe, de quo supra diximus, coniicit Köhlerus (de arc. Bosp. p. 409.); tamen hoc admodum incertum est, nec docet id locus Strabonis (VII. p. 310. extr.) supra appositus, ad quem remittimur. Mox Mithradates et successores universam cepere Tauricam Chersonesum, nisi quod Tauri montani, etsi non prorsus immunes a Bosporanis, non plane subacti erant; et Mithradates ex Taurica Chersoneso et oppidis circa Sindicam Asianis quotannis medimnorum CLXXX millia et talenta argenti CC accepit (Strab. VII. p. 310 sq. de Tauris cf. Köhl. de arce Bosp. p. 410.). Parebat illis etiam Chersonesus urbs, donec Asandro rege liberaretur (Introd. I, 11.). Ultra isthmum vero in continentem propagatum regnum ne a Mithradaticis quidem: quodsi Mithradates belli Romani sibi subsidia paraturus expeditionem in barbaros usque ad Borysthenem atque adeo usque ad Adriam molitus est (Strab. VII. p. 308. extr.), et dux eius Neoptolemus, qui in Chersoneso exercitum duxerat (id. p. 307.), ad Tyrae ostia usque profectus, ubi eius memoriam conservavit Neoptolemi turris; tamen non constat continentis partem ullam esse in provinciam redactam aut Bosporano adiectam regno. Postremo Diocletiani aetate contractis regni finibus limes, qui Theudosiâ est ad Chersonesum Zenonis, Bosporanos divisit a Chersonesitis Heracleotis (Introd. I, 11.). Et Europaeos quidem fines ita fere constituit iam Köhlerus (de arc. Bosp. p. 402-410.): Asiani autem fines et incertiores sunt et minus videntur constantes fuisse. Strabonem (VII. p. 310.) si audimus, Europaeum imperium maius fuit quam Asianum; sed hoc ad novum inde a Mithradate regnum referendum est: prius Asianum imperium, barbaris annumeratis populis, maius fuit haud dubie; atque ipsum novum regnum, si Asiani fines ad Tanain usque tractu non nimis angusto computantur, amplior fuerit. Attamen quod infirma et instabilis in barbaros remotiores dominatio erat, Strabo mihi non reprehendendus videtur. Terminus Asiani imperii n. 2104. sub Paerisade I. dicitur Caucasis terra, definitione nimium laxa; in plurimis titulis tantum populi, iique varie designantur, sed in solis Asianis titulis, non in Europaeis, credo quod in Europa nulli barbari populi parebant Spartocidis. Nos complectemur paucis, quae de Asiana dicione repperimus. Primum igitur ea continentur Graeca in Sindis oppida, *Phanagoria*, antequam a Pompeio liberaretur, *Cepi*, *Cimmerium*, *Hermonassa*, *portus Sindicus*, alia; ex quibus portus Sindicus in ostio Cubani est, hoc est eius fluvii, qui nonnullis veterum apud Strabonem Hypanis. Mox in ora Ponti est *Gorgippia* a Gorgippo condita (Introd. I, 12.); eadem, si illam recte ibi ponimus, ubi posthac Hierus portus et hodie Anapa, etiam novi imperii regi Tib. Iul. Sauromatae II. paruit (n. 2130.). Qui vero post Gorgippiam Colchidem versus *Bata* vicus Graecus, fere x mil. Germ. ab ostio Cubani et portu Sindico, prope Zudzuk Kale, et ipse fortasse Bosporanus fuit. Achaeorum vero et Heniochorum ut Taurorum praedationes quidem maritimas Eumelus compescuit (Diod. XX, 25.), sed non paruerunt ii Bosporanis: idem dicendum de Cercetis, qui secundum nonnullos inter Sindos et Achaeos aliquando fuerunt interpositi: unum Graecum oppidum *Toricus* in ora, quae olim Cercetarum fuerat, nescio an paruerit Bosporanis (cf. Introd. I, 16.). Nec quod Mithradates universam Ponti orientalem oram subegit, ad res Bosporanas pertinet. Una vero cum oppidis Graecis barbari Bosporanis paruerunt populi, primum *Sindi* sub Paerisade I. (n. 2117 sqq.), haud dubie etiam antea posteaque, ad Bosporum illi ipsum et in vicinis Maeotidis Pontique oris. In mediterraneis autem quousque austrum versus Bosporanis paruerint populi, non satis constat; *Toretae* et *Dandarii* Paerisadi I. subiecti erant (n. 2117.); nec licet Strabo in tributis Mithradati pensis tantum oppida circa Sindicam nominet, credendum illos Mithradati non obedientes fuisse: contrarium de Dandariis docet Plutarchus (Lucull. 16.). Et Dandarii quidem in mediterraneis haud longe a Cubano habitarunt et Maeotis annumerantur; Toretae quoque Maeotae habentur, fueruntque a Cubano in austrum, fere usque ad montes Circassiorum super Heniochis, simulque attigerunt oram Ponti in Sindorum et Achaeorum confiniis eam, quae a nonnullis Cercetarum fuisse dicitur (Introd. I, 16. 17.). Etiam loci titulorum n. 2132-2134. quin Bosporani fuerint, non dubito. Praeterea Paerisades I. *Maitis omnibus* imperasse dicitur n. 2118. 2119. itaque hic fines imperii Tanain versus promovisse videtur: quamquam magnificentius loqui hos titulos, necdum tum omnes Maitas subactos esse, e mentione *Thatensium* n. 2119. facta colligo: qui quum et ipsi Maitae haberi debeant, illi omnes Maitae prius nominati, non potuerunt vere omnes esse (cf. Introd. I, 18.). Mox Eumelus magnam vicinae barbarae terrae partem acquisivit (Diod. XX, 25.), Asianae opinor: et Maeotidis accolas Asianos universos ad Tanain usque iam ante Pharnacem Bosporanis si non constanter, certe haud raro, maxime autem deinceps Pharnaci, Asandro, Polemoni I. paruisse Strabo testatur (XI. p. 495.). Ceterum Asiani Maitae vulgo inter Bosporanos et Tanain

Graecam urbem divisi erant (Strab. ib.); deficiebant tamen haud raro, et maxime Polemone I. rege: si praesertim remotior aliqua gens propius ad Bosporum immigraret. Sic Aspurgiani, qui olim prope Tyrambas habitasse videntur (cf. Mannert. Geogr. T. IV. p. 355.), posthac tractum Phanagoriam inter et Gorgippiam occuparunt quingentorum stadiorum spatio (Strab. l. c.): quos quum Polemo I. amicitiae specie aggressus esset, ab illis captus est. Postremo ipsa urbs *Tanais* aliquando paruit Bosporanis, a quibus condita erat; certe quod Polemo I. illam ut dicto non audientem (ἀπειθοῦσαν, ait Strabo XI. p. 493.) vastavit, inde colligas eam prius imperii Bosporani fuisse partem. Tanaitarum vero emporia haud dubie fuerunt *Naubaris* et *Exopolis* ad Tanain fluvium in mediterraneis sita, ex quibus Exopolis Tanaidis flexioni, quae Wolgae proxima, apposita fuit: ad quod oppidum titulus n. 2134. *b.* referendus videtur. Iam his universim monitis, de singulis et urbibus vicisque et populis tantum addam, quantum sufficere disputationis consilio et inscriptionum rationi intelligendae videtur.

15. *Panticapaeum*, emporium frequentissimum, quo inter omnis generis peregrinos etiam Iudaeos confluxisse recentiore aetate videmus (n. 2114. *b.*), Graeca urbs Scylaci (p. 29.), condita a Milesiis erat (Strab. VII. p. 310. Plin. H. N. IV, 26. Ammian. XXII, 8, 26.). Tempus supra definire conatus sum (§. 12.); locus est fere oppidi Kertsch in Chersoneso, ubi pauca supersunt rudera; conditorem nominarat Stephanus Byzantius (v. Παντικάπαιον, hinc Eustath. ad Dion. Perieg. 311.): ᾠκίσθη δὲ παρὰ Αἰήτου παιδός, λαβόντος τὸν τόπον παρὰ Ἀγαήτου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως. Aeetae filius, Medeae frater, hinc alienus; Salmasius substituit Παιρισάδου, non probabiliter: ego habeo quod coniiciam, sed id premo ut incertum. Haec urbs non solum Europaeorum Bosporanorum metropolis (Strab. XI. p. 495.), sed universorum (Strab. VII. p. 309. Steph. Byz. et Eustath. et Ammian. ll. cc.), et simul regia sedes nullo non tempore (Diod. XX, 24. Scymn. Fragm. 99. et hinc Anonym. Peripl. Pont. Eux. p. 3.); quae regia haud dubie in arce fuit a Strabone commemoratâ. Etiam sepulcra regum Panticapaei fuerunt (Diod. XX, 23 sq.). De nomine urbis quum lis mota sit, paucis verbis verum doceo. Domi, hoc est in Bosporo, vocatur Panticapaeum; ut in Phanagorensi titulo n. 2123. et in nummis cives vocantur Παντικαπαῖται: a peregrinis eodem nomine utentibus et ipsis, videmus Panticapaeum, ut Olbia ab his Borysthenes dicta est, frequentius *Bosporum* appellatum; quo nomine domi universum imperium comprehensum est (cf. Introd. I, 19.). Sic more indigenarum Παντικαπαῖταν Leuconem appellant Arcades n. 2103. *e.* Plinius (H. N. IV, 24.): „Ad *Panticapaeum*, quod aliqui Bosporum vocant." Anonymus in Periplo Ponti (p. 7.): ἀπὸ Βοσπόρου, ἤτοι Παντικαπαίου. Solum Bospori nomen memorat Stephanus Byzantius: Βόσπορος, πόλις Πόντου κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, ὡς Φίλων. Sic in Olbiae titulo n. 2059. Bosporus non potest nisi urbs esse Panticapaeum; et ibidem n. 2090. Βοσπορανὸς civis Panticapaeensis fuerit; regni incolam universim ibi designari non videtur probabile. Praeterea Demosthenes (Lept. §. 27. 29.) certo Bosporum urbem dixit; etsi alio loco (§. 25. cf. Introd. I, 19.) ambiguum urbs an regnum designetur. Neque in titulo Romano, ubi Macarius Βοσπορεανὸς vocatur, patet utro id usu dictum sit; nec n. 2096. *d.* in titulo cursus Achillis formula ἀπὸ Βοσπόρου utrum ad Panticapaeum an ad imperium Bosporanum aut fretum ipsum pertineat, liquet: crediderim tamen ibi fretum intelligi, ut ille ναύτης dixerit se ex Bosporo venientem dicasse donarium Achilli. Apud Diogenem Laertium vero (VII, 177.) Βοσποριανὸς omnino imperitius vocatur qui fuit potius Βορυσθενίτης. Denique inde a Procopio Panticapaeum Bospori nomine vocatur, et a Russis quoque subinde id, quod nunc est oppidum, appellatum Wospor. Etiam *Theudosiam* condiderant Milesii (Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 20. T. I. Huds. et hinc Anonym. Peripl. p. 5.); Graecam vocat Scylax (p. 29.). De ea collegit aliqua F. A. Wolfius ad Leptineam (p. 255 sq.); quando Bosporanis illa accesserit, quaesivi supra (§. 14.). Scriptores vulgo Θεοδοσίαν dicunt, ut Strabo, Mela, Arrianus, Stephanus Byzantius; neque aliter titulus n. 2118. sed frequentior in inscriptionibus est forma Θευδοσία s. Θευδοσίη, quae etiam in nummis habetur (Köhler. Mon. Comos.), et hac usi sunt Scylax, Demosthenes, Polyaenus, Appianus (Mithr. 108 sqq. ex scriptura codicum), Harpocratio, Anonymus in Periplo. Novicium nomen Κάφα. Iam in Asia *Phanagoria* (Φαναγορία, Φαναγόρεια, Φαναγόριον, Φαναγόρου πόλις) metropolis Bospori Asiatici est (Strab. XI. p. 495.); Graecam una cum Cepis Scylax (p. 31.), una cum Hermonassa Ammianus (XXII, 8, 30.) vocant; Ionicam coloniam esse docet Dionysius Periegetes (vs. 553.), Teiam Scymnus (Fragm. 153. et ex Scymno Peripl. Pont. Eux. Anonym. p. 2.). Phanagoram conditorem dixit Hecataeus in Asia (Steph. Byz. v.), Phaenagoram Teium Arrianus (Eustath. ad Dionys. 549.): is vero quum Persarum superbiam fugiens huc concesserit eodem teste, Phanagoria manifesto simul cum Abderis condita est, quo tempore Teii urbem suam reliquerunt, circa Olymp. 59, 4. Una vero cum Phanagora Hermon dux fuit Ionum Phanagoriam et Hermonassam condentium (Eustath.). Parietinae Phanagoriae superfuerunt in austrum a nova Phanagoria s. Taman. Vicinos *Cepos* condiderunt Milesii, *Cimmerium* Bosporani tyranni (Scymn. Fragm. 151. Peripl. Anonym. p. 2. Plin. H. N. VI, 6.). Insignior *Hermonassa* colonia Ionum (Dionys. vs. 553. et hinc Steph. Byz. v. adde Eustath. ad Dionys. vs. 549. non Paeonum, quam fabulam ex Eustathii loco corrupto Berkel. ad Steph. Byz. v. et deinceps alii narrarunt); Scymnus, non quidem in fragmentis, quae ex Periplo Anonymi maximam partem concinnata sunt, sed apud Stephanum Byzantium, vocavit Ἑρμώνειαν: et hinc explices, quod Hermon Ionum dux ex suo illam vocasse nomine ab Eustathio dicitur. Sed certius vulgatum nomen videtur Hermonassa,

quod ex Hermone ductum esse nequit: et quantum ex tenore confusi apud Stephanum Byzantium loci, in quo praeter rem etiam Hermonactis vicus ad Tyram memoratur, colligere mihi videor, non ad Trapezuntiam Hermonassam, sed ad Bosporanam pertinent verba: Ἑκαταῖος δὲ καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτήν φασιν ἀπὸ Ἑρμωνάσσης. Quibuscum conveniunt Eustathii ad Dionysium haec, ex Arriano opinor petita ut priora: ἔτι δὲ Ἑρμώνασσα ἐπὶ Ἑρμωνάσσῃ τῇ γυναικὶ Σημάνδρου Μυτιληναίου τινός, οὗ τινας τῶν Αἰολέων εἰς ἀποικίαν μεταστήσαντος καὶ θανόντος ἐν τῷ τῆς πόλεως οἰκισμῷ ἡ γυνὴ τῆς τε πόλεως ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τὸ ἑαυτῆς ὄνομα τῇ πόλει ἐπέθετο. Nomen Σήμανδρος vix verum; certe Σάμανδρος fuit, si non Σκάμανδρος, ut Σκαμανδρώνυμον novimus Mytilenaeum. Is igitur Mytilenaeus cum Teiis Phanagora et Hermone petierit fretum Cimmerium; uxor eius Hermonassa Hermonis fuerit soror vel filia; quod ut coniiciam, nominum similitudo suadet. Sed Samander s. Scamander quidni fuerit Archaeanactidarum Mytilenaeorum unus? Quodsi statues, quum Phanagoria et Panticapaeum artissime coniuncta fuerint, facile intelligitur, Panticapaei et Bospori imperio potuisse Archaeanactidas Mytilenaeos potiri (cf. Introd. I, 12.). Ac nescio an huc aliquid faciat etiam pagus *Achilleum*, qui in vicinia Phanagoriae in Bospori ostio est: licet enim Achillis cultus in Ponto frequentissimus sit, tamen is locus potius ab Achilleo oppido dictus videtur, quod haud procul a Sigeo condiderant Mytilenaei, a Sigeo inquam, quod ipsum Archaeanax Mytilenaeus condidit (Strab. XIII. p. 509.): nempe ut Achilleum prope Sigeum in Hellesponti ostio positum erat a Mytilenaeis, credo ab ipsis Archaeanactidis, ita Phanagorenses Mytilenaei iidemque Archaeanactidae etiam in freti Bosporani ostio condiderint Achilleum. In Cubani porro ostio fuit *Sindicus portus*; eum habitasse Graecos e vicinia congregatos plures tradunt auctores (Scylax p. 31. Scymn. Fragm. 154. Anonym. Peripl. Pont. Eux. p. 2. cf. Mannert. Geogr. T. IV. p. 384.): adiecta est *civitas Sindica*, cuius meminere Plinius, Mela, alii. Quae proxima videtur *Gorgippia*, eam a Paerisadis I. socero Gorgippo conditam et denominatam coniecimus cum aliis (Introd. I, 12.), non ante Paerisadem I.: quare ignorat eam Scylacis Periplus aut ante Paerisadem I. aut paulo post inceptum eius principatum compositus, licet in eo Graeca Sindici extra Maeotidem tractus oppida maritima diligenter enumerentur. Gorgippiae huius ter meminit Strabo; unde eius situs aliquatenus demonstrari potest. Verba haec sunt (XI. p. 495.): Εἰσπλεύσαντι δ' εἰς τὴν Κοροκονδαμῖτιν ἥ τε Φαναγορία ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος καὶ Κῆποι καὶ Ἑρμώνασσα καὶ τὸ Ἀπάτουρον τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν· ὧν ἡ Φαναγορία καὶ οἱ Κῆποι κατὰ τὴν λεχθεῖσαν νῆσον ἵδρυνται εἰσπλέοντι ἐν ἀριστερᾷ, αἱ δὲ λοιπαὶ πόλεις ἐν δεξιᾷ πέραν Ὑπάνιος ἐν τῇ Σινδικῇ. ἔστι δὲ καὶ Γοργιππία· ἐν δὲ τῇ Σινδικῇ τὸ βασίλειον τῶν Σίνδων πλησίον θαλάττης, καὶ Ἀβοράκη. Et paulo post: Τούτων δὲ (τῶν Μαιωτῶν) εἰσὶ καὶ οἱ Ἀσπουργιανοὶ μεταξὺ Φαναγορίας οἰκοῦντες καὶ Γοργιππίας ἐν πεντακοσίοις σταδίοις. Ac tertium: Μετὰ δὲ τὴν Σινδικὴν κατὰ τὴν Γοργιππίαν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἡ τῶν Ἀχαιῶν καὶ Ζυγῶν καὶ Ἡνιόχων παραλία. Coniunctis his locis videas Gorgippiam Achaeis proximam ad mare esse a Cubano Colchidem versus: tertio enim loco ἐπὶ τῇ θαλάττῃ pertinet ad κατὰ τὴν Γοργιππίαν, non ad vocem παραλία, cui addi non sine ineptia poterat. Accedit quod in nummo Gorgippiae est prora (Köhler. Mon. Comos. p. 85.), maritimum insigne. Quantum distet Phanagoriâ, ex Strabone colligi nequit: neque enim constat, quingenta illa stadia ab Aspurgianis occupata a Phanagoria ad Gorgippiam in longitudinem et directe computari: hoc tamen e Strabone certo constat, Gorgippiam in Sindorum et Achaeorum finibus esse sitam, quod circa Gorgippiam significat Achaeorum incipere oram. Quodsi Bata Colchidi propiora Scylax (p. 31.) nihilominus Sindicae tribuit, monendum, ceteros a Batis Cercetarum vel Achaeorum incepisse oram, et Strabonem hos, qui Achaeorum terram inde computant, esse secutum (XI. p. 496. 497.): unde liquet Gorgippiam inter Cubani ostia Sindica et Bata esse interpositam, quod Strabo Bata iam non Sindicae annumerat, sitam eam fere in loco portus Hieri et Turcicae arcis Anapae, ubi tituli n. 2130. 2131. reperti sunt (conf. lemma ad n. 2130.). Ab his tamen, quae dixi, eatenus differt Stephanus Byzantius, ut Sindicum portum, qui in Cubani ostiis fuit, et Gorgippiam non distinguat: Σύνδικος, ait, πόλις προσεχὴς τῇ Σκυθίᾳ ἔχουσα λιμένα. ἔνιοι δὲ Γοργίππην καλοῦσι. At inde nihil colligas nisi locos fuisse vicinos: Strabo quidem Sindicum portum separatim enumerat (XI. p. 496.), neque eundem censuit ac Gorgippiam, cuius aliquoties meminit. Sed etiam Rochettus (Antt. Bosp. p. 89-91. non probante Köhlero adv. Roch. p. 59 sq.) Gorgippiam et Sindicam civitatem cum portu non esse diversa neque inter se neque a regia Sindorum censet, ideoque primo, quem rettulimus, Strabonis loco, deleto altero δέ, corrigit verba eodem modo, quo ea dedit Coraës, ἔστι δὲ καὶ Γοργιππία ἐν τῇ Σινδικῇ, τὸ βασίλειον τῶν Σίνδων πλησίον θαλάττης; et succurrit huic scripturae Stephanus Byzantius: Γοργιππία, πόλις Σινδικῆς (vulgo Ἰνδικῆς)· τὸ ἐθνικὸν Γοργιππιεύς (nummi Γοργιππέων, non Γοργιππιέων). At quum Strabo Sindicum portum distinguat a Gorgippia, non est quare illum putemus regiam Sindorum et Gorgippiam eandem iudicasse; potius ubi Sindicus portus fuit, in ea vicinia videtur etiam regia fuisse, sed paulo quam portus a mari remotior (πλησίον θαλάττης): quare eius meminit paulo ante Sindicum portum, quum Sindici portus vellet deinde in referendis itinerum maritimorum spatiis mentionem facere (p. 496.): rursum si in his referendis non nominavit Gorgippiam licet ex ipsius relatione mari adiacentem, videtur hoc ideo fecisse, quod spatia itinerum inter Sindicum portum et Gorgippiam atque inter Gorgippiam et Bata non nosset. Quod superest, Gorgippiam in Sindica collocat Stephanus, quod Sindica ora vulgo usque ad Bata et Cercetas aut si mavis Achaeos computabatur; tamen Strabo, quod Gorgippia urbs Graeca fuit, Sindorum orae apposita, et Gorgippiae

solum, quod olim ante conditam Gorgippiam Sindorum fuisse non est dubium, ex ipsius sententia interpositum inter oram Sindorum et Achaeorum esset, potuit Gorgippiam a Sindica dividere, neque opus est ut in illius loco deleamus particulam δὲ. Postremo *Bata*, probabiliter ubi nunc Zudzuk Kale, ut supra diximus, vicum Graecum esse docet Scylax (p. 31.); qui si modo in Sindica, modo in Cercetis et Achaeis esse dicitur, incertos fines fuisse liquet: ceterum Scylaci dicitur Πάτους (immo Πατοῦς), eiusque fortasse aetate ab ora remotior fuit (cf. Introd. I, 16.). Et haec quidem de oppidis vicisque. Quorum plurima quum Ionicae originis sint, Panticapaeenses tituli ac Phanagoriae et viciniae Ionicas offerunt formas; Gorgippiae Dorica aliquot nomina invenies, quod fortasse e Chersoneso urbe et aliis Doricis in Ponto coloniis confluxerat civium pars. Sed Aeolismi nulla reperio vestigia, nec recte forma Θευδοσία est Aeolica habita. Θεύμορος, Θεύδοτος et talia sunt potissimum Dorica (Greg. Cor. p. 358. Lips.): sed metri heroici indoles effecit, ut his formis libenter uterentur Ionici poetae: ita apud Iones in communem usum abierit nomen Θευδοσία muliebre, ex quo urbis fluxit denominatio; Ionicam originem prodit terminatio Θευδοσίης in titulis Bosporanis. Religiones quoque, de quibus non afferam nisi quae ad titulos pertinent et Graecae sunt originis, maximam partem Ionicae videntur esse. Apollo colitur Panticapaei et Phanagoriae (n. 2014. 2118.); idem conspicitur in nummis Gorgippiae (Köhler. Mon. Comos. et Eckhel. D. N. T. II. p. 339.); in mediterraneis Bospori Asiani colitur Apollo Deochius (n. 2132.). Diana Agrotera prope Phanagoriam et Cepos culta (n. 2117.) per Teios vel Milesios huc delata est, qui habuerunt Athenis; notum eius templum Athenis (Pausan. I, 19, 7.), notius sacrificium, quod a Marathonia imprimis pugna multis insigne victimis fuit. Ceres Panticapaei est Θεσμοφόρος (n. 2106. cf. n. 2108.); eius protomen aristis coronatam Panticapaei repertam docet Köppenius (Nordgest. p. 19.). Hic quoque cultus est Atticus, qui ad Iones, et hinc in Bosporum translatus est; Iones ipsam Eleusiniam Cererem coluerunt (Strab. XIV. init.). Venus est Urania et Ἀπάτουρος, manifesto coniuncta cum Apaturiis, quae Atticae et Ionicae sunt originis (cf. ad n. 2120.). Huic consociatus Hercules Phanagoriae et apud Sindos, Panticapaei et in vicinia cultus (n. 2120. *b.* coll. nott. ad n. 2120.). Mars quoque Panticapaei venerationem habet (n. 2108. *b.*). Neptunus, qui n. 2123. comparet, potest Heliconius Ionum esse; quamquam Scythae quoque Neptunum coluerunt auctore Herodoto.

16. Inter populos primi sunt *Sindi*, Σίντοι etiam dicti, sed melius Σίνδοι, ut est in titulis et in nummo argenteo nuperrime reperto, cum epigraphe ΣΙΝΔΩΝ et capite Herculis (Ephem. Odess. 1829. n. 108.), neque vero Σινδοί (vide Herodian. ap. Schol. Apoll. Rhod. IV. 321.); de quibus post Bayerum (Act. Petrop. T. IX. p. 370.) moneo paucissima. E Media vel Perside illos immigrasse, vel sermonis causa facile largior: *Sind* regio circa Bactrianam dicta videtur (Köppen. Nordgest. p. 62.); etiam prius an ad Indum s. Sindum habitarint, in ambiguo relinquam; modo ne Hesychii glossam Σίνδοι, ἔθνος Ἰνδικόν, afferas, ubi ex Photio Σκυθικὸν repone, licet proprie Scythae non fuerint. Non affero de iis locos Herodoti, Hellanici, Apollonii Rhodii, Dionysii Periegetae, Orphei personati, Stephani Byzantii, aliorum: sufficit monuisse de finibus: incipiunt enim ad Maeotidem, et complectuntur Graeca Bospori Asiani oppida in insula s. paeninsula Phanagorensi, ac finiuntur prope Gorgippiam et Bata (Introd. I, 15.). Cum Sindis vero Paerisadi I. *Toretae* et Dandarii parere n. 2117. dicuntur. Formam Τορέται agnoscunt Plinius (H. N. VI, 5.), Mela (I, 19.), Stephanus Byzantius, qui Ponticam dicit gentem; eadem ex emendatione plurium legitur nunc apud Dionysium Periegeten (vs. 682.) et Avienum (Descr. Orb. 867.), sed Prisciano (Perieg. 664.) non obtrudenda est, utpote falsam in Dionysii textu lectionem secuto. Strabo (XI. p. 495.) habet Τορεάται, quod corrigendum esse monuit unus et alter doctorum. Hos Mela inter Bosporum et Tanain collocat; Plinio ex certiore ut videtur cognitione dicuntur supercilium altum (hodie Kysilkaja) tenere a promontorio Crunis, quod est circa Hierum portum et Sindicam civitatem: iuga igitur insedere, quae ab Hiero (Anapa) in orientem sunt, in meridiem a Sindis; et videntur hinc Cubanum versus in mediterranea porrecti esse, quum annumerentur Maeotis (Introd. I, 17.). Pontum tangere a Plinio non dicuntur. Dionysius Periegetes Toretas componit cum Cercetis et Achaeis: quod consentaneum iis, quae ex Plinio rettulimus. Nam Hierus est iuxta Cercetas (Plin. VI, 5.), et inter Sindos atque Achaeos in ora Cercetas interponit Scylax (p. 31.), neque aliter Artemidorus a Batis, ubi ex vulgari sententia Achaei incipiunt, Cercetarum oram computavit (Strab. XI. p. 496.): posthac ab ora videntur pulsi esse; quare illos in illa non norant Mithridaticorum scriptores, quos Strabo sequitur. Sed in illa ipsa Cercetarum ora Pontum olim attigisse videntur Toretae. Nam Scylax (p. 31.) post Sindos, in quibus Sindicus portus et Patus ab illo commemorati erant, addit: Μετὰ δὲ Σινδικὸν λιμένα Κερκέται ἔθνος καὶ πόλις Ἑλληνὶς Τορικὸς καὶ λιμήν: Toricum enim a Toretis denominatum esse recte viderunt docti; έται terminatio est, ut in voce Κερκέται. Quae urbs Graeca fortasse una cum Toretis paruit Bosporanis. Pro Torico vero Rochettus (Antt. Bosp. p. 87.) Hierum oppidum seu portum et Toretas substitui vult et apud Scylacem legi: καὶ πόλις Ἑλληνὶς (quippe Ἱερόν) καὶ Τορέται; quod recte improbat Köhlerus (adv. Rochett. p. 55.). Certe Hierus portus, quem diximus apud Anapam fuisse, alius videtur; quamquam in eo difficultatem video, quod Scylax Toricum post Sindicum portum, omissis Batis, esse dicit: unde tamen non plus colligam quam Bata Scylacis aetate ab ora maritima remotiora fuisse, ideoque illum Sindico portui statim addere Toricum. Utut est, quum Scylax Bata, quae ipsi Πάτους, in Sindis collocet, Toricum in Cer-

cetis, Toricus Colchidi propior fuit quam Bata, nec potest in loco Hieri fuisse. Ceterum Is. Vossius ad Scylacem cum Torico componit Ταρετικὴν ἄκραν apud Ptolemaeum (Geogr. V, 9.), pro quo Τορετικὴν scribendum vidit Tzschuckius ad Melam et mox Rochettus (p. 87.); sed Toricus pro illa cum Mannerto (Geogr. T. IV. p. 389.) haberi nequit, quod illa longe alio ac Scylacis Toricus loco, ab Achaeis non Cubanum sed Colchidem versus, sita est ad sinum Cerceticum. Haud dubie Cercetae et Toretae, postquam oram inter Sindos et Achaeos omiserunt, converterunt sese ad hunc, quem dixi, sinum, nec simul illic et hic habitarunt. Et haec quidem de Toretis. *Dandarii* autem eodem hoc, quo in inscriptione, nomine a Strabone (XI. p. 495.) et Stephano Byzantio vocantur, Dandari in vulgato Plinii textu (H. N. VI, 7.), Dandaridae apud Tacitum (Ann. XII, 15 sq.); Plinius situm non accurate designat, et videtur eos longius a Bosporano regno removere, in cuius vicinia collocat Tacitus, quamquam hic illos non videtur Bosporani imperii partem habere; Stephanus auctore Hecataeo Caucaso apponit; Strabo nihil definit, nisi quod illos Maeotis annumerat et statim post Sindos nominat, unde his eos coniicias finitimos fuisse: neque aliter Plutarchus (Lucull. 16. ubi vulgo Δαρδάριοι) vocat γένος βαρβάρων τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν. Non ad Cubanum eos fuisse, sed haud longe ab illo, docet res a Strabone relata (XI. p. 495.): Φαρνάκης δέ ποτε καὶ τὸν Ὕπανιν τοῖς Δανδαρίοις ἐπαγαγεῖν λέγεται διά τινος παλαιᾶς διώρυχος, ἀνακαθάρας αὐτήν, καὶ κατακλύσαι τὴν χώραν: et hinc quoque patet Sindis eos vicinos fuisse, quod statuit etiam Mannertus (Geogr. T. IV. p. 355.); Danvillius contra aberravit longissime, quum illos inter Dioscuriadem et Pityuntem orae Ponti apponeret, ubi hodie oppidum Dandars s. Dandar s. Drandar; hucusque enim Bosporanum regnum non potuit porrigi. Unde immigrarint, non constat; Δαρδανεῖς ad Indum (Dionys. Perieg. 1138.) num iidem sint, valde dubito.

17. N. 2118. 2119. non nominatis Toretis et Dandariis Paerisades I. Sindis et *Maitis omnibus* imperare dicitur. Scriptura indigenis publice usitata est Μαῖται, non Μαιῶται; tertia est Herodotea Μαιῆται et Μαιῆτις, cuius sonus indigenarum formae utpote Ionum propior est quam alterius. Dictionem Μαῖται πάντες non nimis premere licet: superbiores enim et magnificentiores quam pro vero regum solent tituli esse. Quid quod etiam in Europaea Maeotidis ora fuere Maitae? qui si formula Μαῖται πάντες prorsus vera esset, debebant et ipsi Spartocidis subiecti haberi; sed illi paruerunt Scythis (Herod. IV, 123. Xen. Mem. Socr. II, 1. Plin. H. N. IV, 26.). Quo minus vereor pronuntiare, ne Asianos quidem Maitas ad Tanain usque omnes paruisse Paerisadi (cf. Introd. I, 18. extr.). Nomina Maiticarum harum gentium inde ab Iaxamatis Tanai proximis, de quibus supra diximus (Introd. I, 3.), ex Strabone, Plinio, Ptolemaeo, aliis, colligere licet, plurimasque memorat Mannertus (Geogr. T. IV. p. 353.); sed Paerisadis I. aetate non constat omnes iam in illis fuisse sedibus, quod alia alii successit. Nos hoc unum examinabimus, Sindi, Toretae, Dandarii utrum in Maitis censendi sint necne; qua de re in diversas partes ierunt Rochettus (Antt. Bosp. p. 84.) et Köhlerus (adv. Roch. p. 50 sqq.). Ab initio igitur Maitarum nomine certa quaedam gens videtur vocata esse, a qua mare nomen habet. Sane Μαιῆτις s. Μαῖτις quasi Euxini nutrix hoc nomine vocata esse fertur (Steph. Byz. v. Μαιῶται et intt. Herod. IV, 86.), credo ob verba Herodoti, ἡ (λίμνη) Μαιῆτίς τε καλέεται καὶ μήτηρ τοῦ Πόντου: at licet Scythicum eius nomen *Temerinda* s. *mater maris* (Plin. H. N. VI, 7.) cum hoc conveniat, tamen potius haec a Μαιήταις quam illi ab hac debent dicti haberi, quod aliquot auctores diserte affirmant (ut Plin. H. N. IV, 26. Anonym. Peripl. Pont. Eux. p. 4.). Rem mihi persuadet nominis forma: Μαῖτις enim s. Μαιῆτις s. Μαιῶτις femininum est a masculo Μαΐτης etc. ut Φθιῶτις a Φθιώτης: *nutricem* (*maris*) si Graeci voluissent dicere, Μαῖαν vocassent, non Μαιῆτιν. Etiam Demetrius Callatensis, quum dixit Iaxamatas esse eos, quos veteres vocassent Maeotas, Maeotarum nomen *uni alicui* genti tributum esse putavit. Tamen iam inde ab Herodoto hoc nomine ut collectivo vocantur Maeotidis accolae barbari qualescunque, moribus et sermone haud dubie maximam partem inter sese convenientes: immo etiam qui lacum non attingerent, potuere Maeotae dici, si modo in ea terra habitabant, quae inter Maeotidem et extrema Caucasi iuga ad Pontum descendentia interiecta est in utraque Cubani ripa: his enim iugis ea terra, quae mihi videtur iure *Maeotica* vocari posse, a *Ponticis* separatur populis, Achaeis, Heniochis, ceteris. Nomen pluribus commune esse agnoscit etiam Strabo (XI. p. 493 sq.): Οἰκοῦσι δὲ ἐν τῷ παράπλῳ τούτῳ παντὶ (a Tanai ad Bosporum) οἱ Μαιῶται, γεωργοὶ μέν, οὐχ ἧττον δὲ τῶν Νομάδων πολεμισταί· διῄρηνται δὲ εἰς ἔθνη πλείω, τὰ μὲν πλησίον τοῦ Ταναΐδος ἀγριώτερα, τὰ δὲ συνάπτοντα τῷ Βοσπόρῳ χειροήθη μᾶλλον. Quos hoc loco significet, docet paulo post (p. 495.): Τῶν Μαιωτῶν δ' εἰσὶν αὐτοί τε οἱ Σίνδοι καὶ Δανδάριοι καὶ Τορέται καὶ Ἄγροι καὶ Ἀῤῥηχοί, ἔτι δὲ Τάρπητες, Ὀβιδιακηνοί, Σιττακηνοί, Δόσκοι, ἄλλοι πλείους. Utroque loco composito facile intelligitur Sindos, Dandarios, Toretas ideo a Strabone Maeotas dici, quod Maeotidis orae vel adiacent vel vicini sunt: neque alter Strabonis locus ab altero, quod factum video, est separandus, quasi sibi sint contrarii, sed alter ex altero explicandus. Et Sindos quidem optimo iure Maitas esse, ex eorum perspicitur situ: neque origine diversos fuisse, significant fortasse qui partem illos a Maeotis divulsam dixerunt (Steph. Byz. v. Σίνδοι: ἔνιοι δὲ καὶ τὸ Σινδικὸν γένος φασὶν εἶναι Μαιωτῶν ἀπόσπασμα). Quodsi Scylax (p. 31.) post Maeotas dicit Sindos esse, diserte illos distinguens, et similiter Hellanicus (apud Schol. Apoll. Rhod. IV, 321. Βόσπορον δὲ πλεύσαντι Σίνδοι· ἄνω δὲ τούτων Μαιῶται Σκύθαι, ubi Schol. Par. separat vocem Σκύθαι, quae fortasse non ab Hellanico profecta est, aut si ab illo, saltem per errorem): longa Bosporanorum dominatio, nondum

subactis ceteris Maeotis, videtur effecisse, ut his exempti Sindi suo solerent nomine appellari. Hinc n. 2118. 2119. formula Σίνδων καὶ Μαϊτῶν πάντων non habet quo offendat: quamquam ea etiam sic explicari possit, ut primo loco principes Maitarum appellati putentur, dein additi Maitae omnes, ut Ζεὺς καὶ πάντες θεοί. Nec mihi Strabo aut reprehendendus aut recentiore vocabuli vi usus videtur, ubi Toretas et Dandarios in Maeotis refert, licet orae Maeotidis accolae fuisse non videantur; Straboni succurrunt Mela, qui Toretas inter Bosporum et Tanain collocat, quippe qui saltem ad Cubanum a Ponto in mediterranea videantur porrecti esse, et Plutarchus Dandarios circa Maeotin collocans (Introd. I, 16.). Eodem deducunt tituli n. 2117. 2118. inter sese collati. Nam n. 2117. Paerisades I. tantum Toretarum et Dandariorum rex vocatur, et n. 2118. Maitarum omnium, non nominatis illis duobus populis, utroque loco haud dubie sollemni publiceque recepta denominatione: atqui nomen Maitarum omnium latius patet quam Toretarum et Dandariorum, priusque pauciores, mox plures Paerisadi subiectos esse consentaneum est, aut certe regium titulum prius fuisse modestiorem, mox in maius esse auctum, quem ne tum quidem, ubi defecissent aliquot gentes, contractum esse arbitreris: itaque n. 2117. debet prior haberi quam n. 2118. Maitisque omnibus, quorum n. 2118. meminit, iudicandum est comprehendi etiam Toretas et Dandarios inscriptionis n. 2117. Accedit, quod n. 2119. Sindis et Maitis omnibus adduntur Thatenses, quos vix neges post tempus tituli n. 2118. esse domitos: Thatenses vero quum a Bosporo remotiores sint, quis tum, quum hi iam subacti essent, putabit Toretis et Dandariis non imperasse Paerisadem? Igitur sic quoque Maitis contineri Toretae et Dandarii intelliguntur. Sed uberius de illis Thatensibus dicendum.

18. N. 2119. Paerisades I. ut Sindorum et Maitarum omnium, sic Θατέων dicitur rex. Lectio certa est; populum in Asia quaerens Rochettus (Antt. Bosp. p. 85.) nomen *Thalorum* s. *Thallorum*, quod legitur apud Plinium (H. N. VI, 5.), ad tituli scripturam corrigendum censet. Sauromatis hos confines, ab oriente Caspii maris fauces attingere, Claudio principe rettulit Mithradates, qui ad Sauromatas profugerat: sed ad Caspium mare certe numquam propagatum Bosporanum imperium est, nec Thalli ante Claudium Imp. videntur innotuisse: quamobrem mittendi Plinii Thalli sunt. Sed longiore fortasse via certius ad Θατεῖς investigandos perveniemus. Diodorus (XX, 22-24.) satis distincte certamen de imperio enarrat, quod defuncto Paerisade I. inter filios eius exarsit. Tres fuerunt fratres, Satyrus natu maximus, Eumelus, Prytanis; Satyrus postquam imperium accepit, Eumelus cum barbaris finitimis iuncta amicitia et copioso exercitu collecto, summam rerum affectavit: qua de re certior factus Satyrus expedivit adversus Eumelum cum mercenariis Graecorum duobus, totidemque Thracum millibus, sociisque Scythis plus quam vicies mille peditibus et decies mille equitibus: Eumelo vero socius Ariopharnes Thracum rex, ut ait Diodorus, cum equitum millibus viginti, peditum viginti duobus millibus. Sed Satyrus in hostem profectus transgreditur fluvium Thapsin sive Thaten (variat enim scriptura), victique ab illo Ariopharnes et Eumelus confugiunt in regiam flumine illo satis profundo circumdatam, in saxo sitam praecipiti, et quod silva eam insuper plurima ac paludes cingebant, duos tantum aditus munitissimos praebente. Quo quum accessisset Satyrus, primum hostium terram vastavit vicosque incendit, multamque praedam et captivos incolas haud paucos coëgit; mox in oppugnatione arcis vulneratus post novem mensium imperium obiit. Quare Meniscus eius dux obsidione soluta exercitum in urbem Gargazam deducit atque inde regis corpus per amnem deportat Panticapaeum ad Prytanin Satyri fratrem. Qui sepultura magnifice perfecta et in regiis sepulcris condito corpore Gargazam celeriter profectus copias simul cum principatu recipit: nec legatis ab Eumelo missis, ut partem regni obtineret, aurem praebens, praesidio Gargazae relicto Panticapaeum repetit, quo muniat potentiam. Interim a barbaris adiutus Eumelus capit et Gargazam et alia haud pauca oppida et castella, Prytaninque iam cum exercitu obviam euntem vincit, isthmoque, qui est ad Maeotin, inclusum ad deditionem adigit atque ut regno cedat cogit. Sed Prytanis Panticapaeum redux, ubi regia principum erat constanter, rursum molitur rerum potiri; superatus petit Cepos ibique interimitur; Eumelus Satyri et Prytanidis familiam et amicos necat; solus Paerisades Satyri f. equo ex urbe vectus elabitur ad regem Scytharum Agarum. Haec eo potissimum consilio e Diodori prompsi relatione, ut quidquid ad locorum situm diiudicandum pertineret, referrem: multifarie enim, ubi gestae hae res sint, dubitatur. Et de Hylaeae quidem locis agi non est quare putemus (Introd. I, 2.); Mannerti vero sententiam (Geogr. T. IV. p. 312.), ex qua fluvius Thapsis s. Thates est Salgyr, potissimum Chersonesi Tauricae flumen, super quod Satyri corpus Panticapaeum delatum terrestri itinere sit, et cui apposita fuerit Eumeli regia, isthmus autem a Diodoro memoratus is habetur, qui Chersonesum Zenonis coniungit cum Taurica, eam igitur sententiam vix probaveris, si Köhlerus in commentatione de arce Bosporo et oppido Gargaza (cf. imprimis p. 468 sqq.) vere scripsit, ad flumen Salgyr nullam reperiri rupem: sed dubitationem iniicit rupes prope Sympheropolin ad ipsum flumen Salgyr, in qua haud dubie arx fuit (vide lemma ad n. 2103.). Mitto cetera Köhleri argumenta a finibus regni Bosporani repetita, propterea quod non demonstratum est, bellum esse in Bosporana terra gestum, et hoc unum addo, nullum eorum locorum, quorum meminit Diodorus, Chersoneso tribui ab ullo auctore. Tamen in eadem res illas gestas esse etiam Köhlerus censet, neque vero in barbarorum terra, sed in Bosporana dicione, cuius fines supra descripti sunt; re-

giam, in quam Ariopharnes confugit, putat Bosporanam esse; eam vocat *arcem Bosporum*, eamque sibi reperire visus est in monte *Opuk*, olim *Cimmerio*, qui prorsus congruus illi saxo munito, quale descripsit Diodorus, nisi quod nec fluvius, nec silva nec paludes adsunt; haec absumpsisse tempus longum: mons autem ille quod haud procul abest a Theudosia in meridiem, quae Scholiastes Demosthenis cum Harpocratione de Satyri obitu in oppugnatione Theudosiae dicit, Köhlerus refert ad Satyrum II. Paerisadis I. f. qui ex vulnere in oppugnanda regia accepto periit hoc, quod modo explicuimus, bello (vide Köhler. de arce Bosp. p. 416. adv. Roch. p. 22. et cf. supra Introd. I, 14.): ceterum munimentorum arcis vidit vestigia, Gargazae autem nulla, sed coniicit oppidum hoc fuisse prope arcem olim Turcicam Arabat, quae est in aditu Chersonesi Zenonis, sed id paulo remotius in occidentem; hinc traiecto fluvio, cuius aquae, ut diximus, evanuerint, Panticapaeum delatum esse Satyri corpus: isthmum vero, ubi inclusus Prytanis erat, Chersonesum Zenonis esse. Quae quamquam a Köhlero egregia eruditione et locorum ab ipso pervestigatorum cognitione illustrata sunt; tamen quod fluvius, qui a Diodoro satis profundus dicitur, quod silva illa densa, quod paludes ad montem Opuk nullae conspiciuntur, minime probabilis haec sententia est; quam una cum Mannertiana infringunt etiam alia. Nam uterque regiam, de qua agitur, Bosporanam esse censet: sed Eumelum separatim habuisse regiam non est verisimile, principum autem Bosporanorum regia fuit Panticapaei, id quod Diodorus in hac ipsa relatione dicit et satis aliunde quoque constat (Introd. I, 15.). Diodorus barbarum regem Ariopharnem et Eumelum dicit confugisse in *regiam simpliciter nominatam*; sed Eumelum in prioribus nusquam regem dixit, Ariopharnem dixit regem: Ariopharnis igitur regiam intellexit Diodorus, quam oppugnarit Satyrus, ut cepit etiam Niebuhrius (cf. Introd. I, 2.); Eumeli illa regia si fuisset, debebat Diodorus dicere, Ariopharnem cum Eumelo in *Eumeli* confugisse *regiam*. Nempe barbari illi reges quisque suam habuere regiam: sic Scytharum reges suas habuere regias, etiam in Chersoneso (Polyaen. VIII, 56.), sic Saïtapharnes (Introd. I, 2.), sic Iaxamatarum, Sindorum reges (Polyaen. VIII, 55. Strab. XI. p. 495.). Atqui prope Theudosiam in Cimmerio monte, hoc est in Bosporana dicione, non potuit barbari regis sedes esse: itaque regia a Satyro oppugnata non fuit in monte Opuk. Atque etiamsi argumento huic quamvis certo diffidas, cur si res in proxima Theudosiae vicinia gestae sunt, oppidi huius clarissimi nulla mentio fit? Hinc simul patet, verba Scholiastae Demosthenis de Satyro in Theudosia obsidenda defuncto non pertinere ad Satyrum II. Paerisadis I. f. Accedit, quod Gargazae memoriam prorsus fuisse interituram, si prope Chersonesum Zenonis sita esset in terra a Graecis habitata et Straboni satis cognita, non probabile videtur. Neque equidem ullam invenio causam, quare in Bosporo Europaeo bellatum a filiis Paerisadis putetur. Quid si bellum hoc in Asiae Bosporanae aliquo recessu gestum esse demonstramus? Quod quum viderint Ortelius ex parte et Barbeyracus (vide Wessel. ad Diod.), nos proponemus id ratione satis probabili. Quippe quaerendus fluvius, quaerenda Gargaza: quibus inventis de loco non dubitabitur. Iam vero in Asiana Maeotidis ora Ptolemaeo (Geogr. V, 9.) flumen est *Psathis s. Psates*, et vicina urbs *Gerusa*: Γέρουσα πόλις. Ψάπος (lege Ψάτιος vel cum codd. Pal. Coisl. et vet. intp. Ψάθους) ποταμοῦ ἐκβολαί. Et rursum: παρὰ δὲ τὸν Ψάτην ποταμὸν Δοχίς (vet. intp. Αὐχίς). Nonne vides a Ptolemaeo *Psathin s. Psaten et Gerusam* ut vicina vel potius contigua memorari, quemadmodum apud Diodorum *Thapsis s. Thates et Gargaza* coniunguntur? Ut *Auchis* a Ptolemaeo apponitur *Psathidi*, ita *regiam Ariopharnis Thapsidi* apud Diodorum apponi? Quae quum ita composita sint, quis dubitet, quin Psathis s. Psates sit Thapsis s. Thates, et Gerusa Gargaza? denique quis in levi scripturae differentia haerebit, praesertim in barbaris nominibus, quorum ne lectio quidem certa sit? In Maeotica igitur terra bellatum est; cui sententiae Diodori narratio multo magis convenit quam contrariae. Primum enim Eumelum in vicinia Panticapaei tantas adversus Satyrum copias collegisse neque esse a fratre impeditum anne credibile? Immo hoc in Asiani Bospori extremis fecit inter barbaros aut nondum a Bosporanis subactos aut male illis parentes: cum his barbaris amicitiam coniunxit Eumelus, non cum Scythis Chersonesi et adiacentis terrae, qui potius in Satyri partibus fuerunt. Hinc solos barbaros secum habet Eumelus; at Satyrus Graecos quoque habet: circa Theudosiam si copias collegisset Eumelus, cur non Graecos quoque haberet? Panticapaeo procul coeptam rem esse docet etiam Diodori dictio: ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Σάτυρος ἀνέζευξεν ἐπ' αὐτόν etc. Nuntiis igitur de Eumeli apparatu allatis expedit adversus illum Satyrus, contractis fortasse prope Phanagoriam copiis, quas etiamsi Panticapaeo et aliunde eo transposuerit, hoc non opus erat a Diodoro moneri, quod Phanagoria in Satyri dicione sita est: victisque trans flumen Ariopharne et Eumelo ad regiam accedens *hostium terram vastat, vicos comburit, incolas captivos abducit.* Intellige Ariopharnis dicionem; Bosporana terra non potuit hostilis dici. Iam in obsidione arcis moritur Satyrus nono imperii mense: non igitur cito videtur res peracta esse. Nec mirum: tantae copiae a Satyro in Asiam transvehi ibique ali non potuerunt nisi multo ante provisum necessitatibus esset. Defuncto autem rege exercitus reducitur Gargazam et inde corpus regis Panticapaeum defertur διὰ τοῦ ποταμοῦ, ut ait Diodorus. Non hoc est *traiecto fluvio*; sed *per amnem, impositum navi corpus devehitur.* Quippe ridiculum fuisset annotare, corpus traiecto angusto fluvio deportatum Panticapaeum esse: quid enim in hac re memorabile? sed maritimo itinere, non terrestri transvectum corpus Panticapaeum esse, id vero mentione dignum. Gargaza

ad fluvium fuit vel in vicinia, infra Auchin Ariopharnis regiam eidem fluvio appositam, nec procul a mari, non tamen ad mare opinor, licet addita Ptolemaeo tabula mari apponat: itaque *per fluvium* in Maeotin, hinc Panticapaeum defertur corpus. Neque vero opus erat, ut Maeotidis fieret mentio: sufficiebat initium et finem profectionis designasse. Haud dubie enim Diodorus haec ex Bosporanarum rerum scriptore transtulit, qui locorum gnaris popularibus scripserat: hi per Maeotin deductum corpus ex fluvio Panticapaeum esse sponte intellegebant. *Celeriter* deinceps ad exercitum Gargazae degentem pervenisse Prytanin, vix dignum memoratu erat, si Gargaza fuisset prope Arabat; quod rediit Panticapaeum, ut firmaret potentiam, est magis consentaneum, si in Asiana terra fuerat mari dirempta a sede imperii. Dum ab exercitu abest, Eumelus et barbari recuperant Gargazam; simul alia multa oppida et castella capiunt. Hoc mirum profecto, si Gargaza prope Arabat fuit, si oppida et castella in Europaeo Bosporo: haecne proxima Prytanin Panticapaei degentem expugnari passum esse? Et quinam fuerint barbari Gargazam oppugnantes et reliqua castella, quum Scythae vicini in Satyri olim, nunc Eumeli essent partibus? Immo Asiana est Gargaza, Asiana oppida et castella barbari Maeotae Bosporanam ingressi dicionem capiunt, dum Prytanis Panticapaei sedet. Postremo illis Prytanis obviam it, sed concluditur εἰς τὸν ἰσθμὸν τὸν πλησίον τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Gargaza igitur si prope Arabat fuit, licet paulo in occidentem remotior, cetera oppida et castella debebant Panticapaeo propiora esse. Prius igitur haec capienda a Prytanide erant, priusquam ad loca Gargazae vicina perveniri posset; qua de re nihil dictum est. Sed capta sint licet; Gargazam petierit Prytanis, Chersoneso Zenonis tantum non obiectam. Nonne puerilis stultitiae erat, si sese Panticapaeo Gargazam profectum excludi Panticapaeo, includi Chersoneso Zenonis patiebatur? Intelliget, qui tabulam geographicam consideret. Sed ubi in Asia gestas res concesseris, conveniunt omnia. Eumelus cum barbaris capit Gargazam ad flumen Thaten in Maeotica terra; ingreditur Bosporum Asianum, capit oppida et castella. Prytanis in eos profectus cogitur sese in isthmum Asianum recipere, qui Maeotidi adiacet, prope Bosporum ipsum; Bosporum quum iam non posset superare, ad deditionem adigitur. Primum autem in hoc itinere isthmus est, in quo *Temrjuk*, interiectus Maeotidi et lacui, qui dicitur *Temrjukskoi Liman*; deinde e regione huius isthmi est alius, non ad Maeotidem, inter lacus qui vocantur *Temrjukskoi Liman* et *Kubanskoi Liman*, qua iter est ab Ekateriniuskaio Phanagoriam. Hunc alterum ne intelligas, Diodorus vel auctor, ex quo sua Diodorus habet, isthmum, ubi gesta res, vocat τὸν πλησίον τῆς Μαιώτιδος λίμνης, sive illum dixit, ubi Temrjuk, sive quod magis probo alium in eadem via occurrentem. Nam tertio loco ubi a Temrjuk pergas Bosporum versus, ad vicum Tschokrak-koi est alius isthmus inter Maeotidem et sinum Tamanensem: ad quem isthmum priusquam perveneris, via a Temrjuk Phanagoriam ducit super alium isthmum inter sinum Tamanensem et lacum, qui *Temrjukskoi Liman* audit, interpositum, per quem isthmum proficisci Phanagoriam possis: at inde ab isthmo apud vicum Tschokrak-koi reliqua terra Bosporum versus non habet exitum nec cohaeret cum continente nisi per illum isthmum, sed paeninsula est, ubi olim Cimmerium oppidum (Kisdar) et Achilleum, et in angusta arenosaque ligula, quae Severnaja Kossa vocatur, sepulcrum Satyri, hoc nonaginta ab Achilleo stadiis. Inclusus igitur Prytanis hoc in isthmo, qui apud vicum Tschokrak-koi est, quum Bosporum traiicere non posset, dedidit sese Eumelo et barbaris, sed dimissus petiit Panticapaeum, mox rebellis in Asiam perfugit et Cepis necatur. Huc deducta re possumus iam ad Θατεῖς redire. Plurimi namque Diodori libri fluvium illum, de quo diximus, Maeoticum Θάτην appellant; ad hunc dudum conieci habitasse Θατεῖς, sicut Borysthenitae ad Borysthenem, Tyritae ad Tyram, sicut Scytharum populus sunt Agari et fluvius Agarus, ut alia omittam; et video, nunc etiam Stempovskium (Ephem. Odess. 1829. n. 108.) cum fluminis hoc apud Diodorum nomine Thatenses tituli componere. Asianos autem esse Θατεῖς nemo ambiget, ut Asiani sunt qui cum iis coniunguntur Σίνδοι καὶ Μαῖται πάντες. Eosdem Thatenses, quum ad Maeotin fuerint, Maeotis annumerandos esse quis neget? Ecce vero Ptolemaeus (Geogr. V, 9.) memorat Maeoticum populum, qui in aliis libris Θαιμεῶται (vet. intp. Themeotae), in aliis Θετμῶνται: coniicio veram lectionem esse Θατμαιῶται, hoc est Θατεῖς Μαιῶται, a radice Θατ, quae cum alia terminatione Graeca in fluvii nomine Θάτης, cum alia in nomine gentis Θατεῖς comparet: illi vero si ex Ptolemaei sententia Tanai propiores sunt quam Psates s. Thates fluvius secundum Ptolemaeum est, et quam Thatenses tituli n. 2119. fuisse videntur, consentaneum est locum eos mutasse. At qui ad Thaten regnavit Eumeli socius Ariopharnes, diserte a Diodoro ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς vocatur, non rex Thatensium. Sed quis ad Maeotin Thraces quaesiverit? Getas non admitto, de quibus supra satis dixi (Introd. I, 2.); nec vero ex ipsa Thracia facile tantus numerus Thracum, XLII millia, potuerunt in Asiam adduci; pauci mercenarii, bis mille, sunt in Bosporo, iique in Satyri partibus, non Eumeli. Postremo Ariopharnis nomen non Thracicum est, sed Persicum vel Medicum, Maeotaeque et Sauromatae Persica vel Medica habent nomina (cf. Introd. II, 13. ubi quae contuli, formae Ἀριοφάρνης, quam probo, magis favent quam variae apud Diodorum lectioni Ἀριφάρνης). Ne multa, Diodoro referente Eumelus amicitiam coniunxerat πρός τινας τῶν πλησιοχώρων βαρβάρων; intellige Maeoticos: horum genti alicui, et Thatensibus quidem, rex fuit Ariopharnes, isque suum populum et fortasse alios quoque Maeotas illi adduxit; nec dubito, quin vel Diodorus vel is quem secutus est scripserit ὁ τῶν Θατέων βασιλεύς, ignotumque nomen aut Diodorus de-

pravarit aut librarii, quemadmodum hi pro Ariopharne Aristophanem in textum intulerunt. At Thatenses titulo teste regi parent Paerisadi I. quomodo igitur Ariopharnes paulo post eius obitum potest illorum rex fuisse? quomodo Thatenses potuerunt hostes principis Bosporani esse? Nimirum qui Bosporanis subiecti principibus erant barbari, suos habuerunt regulos (Introd. II, 19.); parumque firmâ Bosporanorum in barbaros potentiâ desciscebant subinde hae gentes, ut facile Eumelus Ariopharnem cum suis ad rebellionem compellere potuerit, si praesertim recens domiti Thatenses erant: quo magis hi potuerunt in hostium censeri numero. Neve quem male habeat, quod Θατεῖς, licet et ipsi Maitae, addantur speciatim πᾶσι Μαΐταις; haud dubie Μαϊτῶν πάντων titulus in inscriptionibus usurpatus maior vero fuit (vide Introd. I, 17.): quo quum rex iam ante domitos Thatenses esset usus, nec tum Μαϊτῶν πάντων nomine quisquam contineri Thatenses censeret, his quoque victis augendi splendoris causa additum est καὶ Θατέων. Quod superest, qui fluvius Thates fuerit, nescio; illud mihi non probatur, quod Mannertus (Geogr. T. IV. p. 323 sq.) Psaten (s. Thaten) et qui ab hoc Tanain versus est Atticiten brachia Cubani esse censet, quae apud locum Copyl in Maeotin descendunt: est enim etiam aliud Cubani brachium a Bosporo remotius vel adeo plura, aliique praeterea sunt in ea regione fluvii. Nec deficiunt paludes et silvae; rupem in mediterraneis quaerat peregrinator ad amnes Angelinka, Kirpili, Beisu, vel vicinos, ex quibus unus Thates fuerit. Neque enim certum est, flumen Beisu cum Mannerto esse ad Rhombiten minorem referendum. Nullam vero uspiam in illis regionibus rupem esse, nullum collem, non credo, neque hoc quisquam certo dixerit, quum terra illa nondum satis sit pervestigata. Cf. etiam lemma ad n. 2133.

19. Ultimo loco de *civili Bospori statu* paucula dico, qui quidem fuerit post Archaeanactidas: de his enim supra aliquid praecepi (§. 12.). Et primum mihi suspicio nata est, peculiare inter Bospori principes obtinuisse successionis ius, ut si frater regis defuncti superesset, is praeferretur filio: quamquam ex pauculis exemplis nihil licet certi statuere. Leuconi quidem duo successerunt filii; Satyro II. succedit frater Prytanis, quamquam Satyro fuit filius; qui etsi a Diodoro (XX, 24.) dicitur νέος παντελῶς τὴν ἡλικίαν, tamen videtur puber fuisse: certe ipse solus patrui Eumeli effugit insidias, equo ad Scythas elabens. Atque ex hac successionis ratione fortasse illa de imperio contentio inter fratres Satyrum et Eumelum nata est, quod Eumelus sibi quodammodo aequum in imperium putaret ius esse primum cum Satyro, mox cum successore eius Prytanide, quocum de regno dividendo egit (Diod. XX, 24.). Deinde, ut quale imperii ius et potestas fuerit, perspiciatur, aliquid praefabor de nominibus, quibus principes Bosporani designantur. Nam Spartocidae a scriptoribus modo voce tyrannicam prope dominationem significante, sed minus tamen definita, δυνάσται vocantur (Strab. VII. p. 310. Plutarch. adv. Stoic. c. 7.), quo vocabulo etiam posteriores reges a Strabone (XI. p. 495.) nominantur, modo illi honorificentius reges audiunt (Chrysipp. apud Strab. VII. p. 301. Diod. Sic. hinc inde, Polyaen. VII, 37. etc.), modo tyranni (Aesch. in Ctesiph. p. 562. Dinarch. c. Demosth. p. 34. Script. Aristotelic. Oec. II, 8. et de Satyro Gorgippi patre, qui non rex fuit, Polyaen. VIII, 55.); quin diserte Strabo: ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλεῖστοι ἐπιεικεῖς γενόμενοι (VII. p. 310. cf. p. 311. init.). Sed publice et sollemniter nemo unquam in ulla civitate δυνάστης vel τύραννος vocatus est, neque hoc voluit Strabo in Spartocidis; neque ἡγεμόνος nomen, quo Strabo alibi utitur (XI. p. 495.), nec μονάρχου fuit publicum. Recte tamen Strabo Panticapaeum et circumiacentia oppida dixit a Bosporanis principibus μοναρχηθῆναι (VII. p. 310.), rem spectans, non publica vocabula. Nam fuit quidem olim Panticapaei, haud dubie etiam in ceteris illis civitatibus, legitima libertas; πάτριον πολιτείαν vocat Diodorus (XX, 24.): sed eam esse sublatam, inde patet, quod eam primus Eumelus restituit Panticapaeensibus. Qua sublata non minus Spartocidae monarchae et tyranni fuerunt, quam Gelo, Hiero, Thero Sicilienses; sed etiam sub illis et ante Eumelum specie libertatis usos esse Graecos Bosporanos non dubium est, et habuisse concilia, conciones, magistratus: quippe ne tyranni quidem in Graecis civitatibus tollere audebant, quibus assueverant populi; retentisque priscis vocabulis pristinorum institutorum vis et potestas abolita est. Invidiae autem devitandae causa, ut Romae, ita apud Graecos non assumpsere regium nomen novi domini: ne Hiero quidem Syracusarum tyrannus Pindaro aequalis regem sese dixit publice (vide n. 16.), etsi a poetis et scriptoribus hoc condecoratur nomine; quid quod erravit Bentleius (Opusc. p. 207.), Dionysium, maiorem credo, primum Siculorum regio nomine in nummis esse usum? Hoc ne Dionysius quidem fecit; Bentleium decepit Goltzii fraus (Eckhel. D. N. T. I. p. 259.). Itaque Spartocidae retenta prisca denominatione, quam traditam opinor ab Archaeanactidis acceperant, Graecorum sese vocarunt ἄρχοντας, perpetuos quippe, quales olim Athenis fuere Codridae. Sic Paerisades I. et Spartocus IV. in titulis Phanagoriae et viciniae n. 2117-2120. sunt ἄρχοντες Βοσπόρου καὶ Θευδοσίης, hoc est Graecorum, reges vero dicuntur solorum barbarorum, Sindorum, Toretarum, Dandariorum, reliquorum Maitarum, Thatensium; et primo loco ponitur munus archontis, quod archontes Bosporani sibi regiam barbarorum dignitatem acquisiverant, non barbari reges Graecorum imperium: titulorum splendore ut praestringerent barbaros, addiderunt universorum, quibus imperabant, populorum nomina; quae res orientale quiddam redolere Köhlero recte visa est (Mon. Comos. p. 65.). Quae quum ita sint, ubi nec Graecarum civitatum nec barbarorum populorum diserta fit mentio, princeps Spartocides ex arbitrio modo speciosiori nomine rex, modo gratiosiori archon vo-

catur; nam ut omittam poeticum titulum Panticapaeensem n. 2104. ubi Paerisades I. ἄρχων vocatur terrae Graecorum et barbarorum Bosporanorum, commode delecta voce generaliore ἄρχειν, qua comprehenditur etiam τὸ βασιλεύειν, hunc igitur ut omittam, quod publica et sollemnia nomina non captat poesis: n. 2106. Spartocus IV. vocatur ἄρχων, sed n. 2105. 2107. (fortasse etiam n. 2120. *b.*) idem et Paerisades II. βασιλεύειν dicuntur. In nummis autem certe Paerisades, qui nobis III. est, rex appellatur (Introd. I, 12.). Ut domi vero, sic apud exteros utrumque reppereris nomen. Etenim Demosthenes (Lept. §. 25.) sollemni prorsus publiceque recepto nomine Leuconem vocat ἄρχοντα Βοσπόρου, de qua dictione non recte iudicat F. A. Wolfius (Prolegg. p. LXI.): βασιλέα Βοσπόρου si dixisset, non recte dixisset: Demosthenem secutus est Nonnus, cuius verba attulit ad illum locum Wolfius. Etiam Arcades Leuconem in decreto n. 2103. *e.* non regem videntur dixisse: Λεύκωνα [τὸν Σατύ]ρου Παντικαπαΐταν dicunt, prorsus ut civem: addito Παντικαπαΐταν vix addi regius titulus potuit. Quamquam dixeris decretum illud Leuconis nondum principis honori datum esse superstite patre: immo scio dubitari, num hic titulus ad Leuconem Bospori dominum pertineat: nec tamen idonea ulla causa allata est. Sed magnificentius nomen βασιλέως Spartoco IV. tribuunt Athenienses n. 107. et fortasse hi ipsi Βοσπόρου βασιλέα praeter morem dixerant, ut Dionysium iidem ex supplemento nostro appellant βασιλέα Σικελίας n. 85. *b.* (T. I. Add. p. 897.), licet domi publice numquam sic vocatus sit. Post Spartocidas Mithradatem et Pharnacem quoque Köhlerus (Mon. Comos. p. 61. de numm. Spartoc. p. 12.) probabiliter coniecit traditam servasse rationem, ut Graecorum essent archontes, iam etiam urbis Chersonesi, non solius Bospori et Theudosiae: quodsi Pharnaces in nummis audit βασιλεὺς βασιλέων, merito hoc ad solos refertur barbaros, propterea quod Graeci illi non parebant regulis, quorum rex esse posset Pharnaces (Köhl. adv. Roch. p. 35.). Asander vero ab initio in nummis dictus est ἄρχων Βοσπόρου, hoc est Graecorum ipsi subiectorum; sed iam tum eum barbarorum Bosporo parentium regem et fuisse et appellatum esse, mihi non minus probatur quam Köhlero (de numm. Spartoc. p. 13.). Mox ex quo Asander pro ethnarcha, ut ait Lucianus (Macrob. 17.), vel potius secundum nummos pro archonte rex Bospori factus est, in nummis simpliciter βασιλεὺς dicitur, nec posthac Bospori archontes reperias, sed nullo iam Graecorum et barbarorum discrimine principes illi *reges Bospori* vocantur, ut n. 2123.

Sed de Graecis pauca separatim addo, ut simul qui *Bospori* nomine comprehensi sint, constet certius. Nam peregrinis quidem Bosporus est Panticapaeum urbs, utpote caput imperii Bosporani, sed domi illa Bospori nomine non vocata est (Introd. I, 15.). Quodsi in Bosporanis titulis Spartocidae vocantur ἄρχοντες Βοσπόρου καὶ Θευδοσίης et reges barbarorum, patet Bosporum non solum esse Panticapaeum: nam si Panticapaeum tantum hoc comprehenderetur nomine, neque ἀρχῆς nec βασιλείας vocabulo continerentur reliqua Graeca oppida, Phanagoria, Cepi, Hermonassa, Gorgippia, cetera, quae parebant Spartocidis. Itaque Bosporus publico indigenarum usu designat *omnes Bosporani imperii Graecas civitates Asianas et Europaeas excepta Theudosia* (Köhl. adv. Roch. p. 38 sqq.). Hac vi fortasse etiam Demosthenes (Lept. §. 25.) Leuconem vocavit ἄρχοντα Βοσπόρου, cognitam habens formulam publicam, licet paulo post (§. 27.) more peregrinorum Panticapaeum vocarit Bosporum: quamquam illum dixeris non accurate utrumque vocis distinxisse significatum. At Theudosia, quae neque ad fretum est, nec potuit ab initio dominis Panticapaeensibus subiecta esse, sed debet posthac acquisita haberi (cf. Introd. I, 14.), Spartocidarum aetate non continetur nomine Bospori; itaque ex quo illa potiti sunt, non solius Bospori, sed Theudosiae simul archontes dicuntur. Sic Hiero quum Syracusas dudum obtinuisset, Aetnam condidit, sic Thero Agrigenti princeps cepit Himeram; nec tamen altera civitas cum altera coniuncta est, sed illi plurium civitatum separatarum domini fuerunt. Rursum Bosporanae urbes, Panticapaeum, Phanagoria, Gorgippia, Hermonassa, reliquae, sunt et ipsae non minus inter se discretae quam ab illis Theudosia, nec possunt Panticapaeensium demi haberi, ut Salamis, Eleusis, Thoricus, alia Atticae oppida, demi Attici sunt; nam trium, quas dixi, priorum supersunt adeo nummi autonomi, et Phanagoria Asianae dicionis metropolis vocatur. Qui fieri igitur potuit, ut harum urbium separatarum unum esset publicum Bospori nomen, unus archon Spartocides? Ne longus sim, Βόσπορος est idem quod τὸ κοινὸν τῶν Βοσπορανῶν: huius κοινοῦ, non singularum urbium, Spartocides est archon: ut Boeotorum Commune suum habuit archontem, ἄρχοντα Βοιωτοῖς s. Βοιωτῶν, ab archontibus singularum civitatum probe distinguendum (vide T. I. p. 729.); ut alia foedera permulta communes habuerunt magistratus, et in ipso Ponto archon τοῦ κοινοῦ τῆς Πενταπόλεος circa Odessum habetur n. 2056. *c.* Asander autem quum in nummis dicatur Ἄρχων Ἄσανδρος Βοσπόρου, omissa Theudosiae et Chersonesi urbis mentione, ex quibus illa constanter, haec tum quum is archon esset, ei ut archonti, non ut regi paruit (cf. de Chersoneso Introd. I, 11.): nisi brevitatis causa hae urbes non nominatae sunt, illo principe statuendum est Theudosiam et Chersonesum in Commune Bosporanum receptas fuisse, ut has quoque complecteretur nomen Βοσπόρου. Ceterum licet Spartocidae Bospori, hoc est Communis Bosporani, et Theudosiae fuerint archontes perpetui, in singulis civitatibus potuerunt annui esse archontes ab archonte communi diversi, ut in Boeotiae urbibus; potuerunt etiam hi archontes aut alii quidam magistratus in singulis Bosporanis urbibus et Theudosiae eponymi esse. Et n. 2121. comparet eponymus in titulo amphorae prope Phanagoriam repertae: Ἐπὶ Καλλία Ἐοπάμονος, qui titulus, quum dialectus satis

vetusta sit, vix potest Phanagoriae per Pompeium liberatae et Bosporano imperio exemptae tribui. Tamen incertum est, an ille eponymus sit Phanagorensis, qua de re vide notas. Utut est, exigua fuerit talium eponymorum auctoritas, quum perpetuos communesque archontes Bosporani maluerint titulis inscribere. Alii magistratus in titulis non reperiuntur, exceptis gymnicis duobus; ἀγωνοθέτης est Phanagoriae n. 2118. γυμνασίαρχος Gorgippiae ni fallor n. 2131.

Verum sicut Graeci imagine quadam libertatis sub archonte Spartocida fruebantur, nec tamen re erant liberi: ita barbari eidem ut regi obnoxii insita ferocia videntur solutiores fuisse et aegre paruisse, quum praesertim ductores haberent regulos, per quos gubernabantur a Spartocidis et eorum successoribus. Sic quo tempore Satyrus Gorgippi pater Asianae dicioni praefuit, Sindi habuerunt regem Hecataeum, quem Satyrus a suis pulsum reduxit (Polyaen. VIII, 55.); sic sub Mithradate VI. rege Dandariis praefuit dynastes, aliosque dynastas habuerunt alii eiusdem nationis, hoc est Maeoticae, populi (Plutarch. Lucull. 16.); quemadmodum multos dynastas Maeoticae terrae tribuit Appianus (Mithr. 102.). Non affero regem Dandariorum apud Tacitum (Ann. XII, 15.), quod tum illum Bosporo paruisse non constat; sed Ariopharnes, certe, de quo supra dixi, ex hoc genere est. Quare Pharnaces non tantum βασιλεύς, sed βασιλεὺς βασιλέων μέγας in nummis vocatus est, utpote sub quo essent alii reges; neque aliter Tib. Iul. Sauromates II. in titulis n. 2123. 2124. (cf. Köhler. adv. Roch. p. 35.). Eodem modo rex Persarum est βασιλεὺς βασιλέων dictus (Onesicrit. ap. Strab. XV. p. 730.), et Sesostris multis subactis regibus fertur sese vocasse βασιλέα βασιλέων καὶ δεσπότην δεσποτῶν (Diod. I, 55.); in lapide Axumitano Aizanas est βασιλεὺς Ἀξωμιτῶν καὶ Ὁμηριτῶν καὶ τοῦ Ῥαειδᾶν καὶ Αἰθιόπων καὶ Σαβαειτῶν καὶ τοῦ Σιλεῆ καὶ τοῦ Τιαμῶ καὶ Βουγαειτῶν καὶ τοῦ Καέου, βασιλεὺς βασιλέων, qui regulos subiectos habuit qualis ille Silco in lapide Nubiensi vocatus βασιλίσκος Νουβαδῶν καὶ ὅλων τῶν Αἰθιόπων. Adsciverunt alii attributum μεγάλου, et ipsum a rege Persarum traductum, hoc quoque, ut arbitror, ut distinguerentur a βασιλίσκοις: sic in marmore Adulitano Ptolemaeus est βασιλεὺς μέγας; sic in nummis Commagenes Antiochus IV. Epiphanes, Arsaces II. rex Parthorum aliique deinceps Arsacidae (Eckh. D. N. T. III. p. 255. 525 sqq.). Utrumque composuit Tigranes I. in nummis βασιλεὺς βασιλέων Τιγράνης μέγας (Eckh. ib. p. 247.): Plutarchus (Lucull. 14. 21.) et Appianus (Syr. 48.) certe βασιλέα βασιλέων illum dici voluisse tradunt, hic addita causa: ἔθνη τινὰ τῶν περιοίκων ἰδίοις δυνάσταις χρώμενα ἑλὼν βασιλεὺς ἀπὸ τοῦδε βασιλέων ἡγεῖτο εἶναι. Eodem βασιλέως βασιλέων titulo eius filius Artavasdes usus est (Eckh. ib. p. 208.). Parthicus autem rex inde ab Arsace VI. haud raro in nummis est βασιλεὺς βασιλέων μέγας (Eckh. ib. p. 526 sqq.). Hoc igitur nomine βασιλέως βασιλέων μεγάλου, maxime Tigranis exemplo Pharnaces, et postea Tib. Iul. Sauromates gavisi sunt; verum hic addidit τοῦ παντὸς Βοσπόρου, nescio an non ideo, quod ante illum alii partes Bospori tenuerant, sed potius ratione regulorum habita, qui sub ipso singulis aliquot Bosporanis gentibus praefuere. Nihilo minus magni hi reges inde a Pharnace plus minus parent Romanis (Strab. VII. p. 310.), Bosporique reges sunt, quoscunque illi constituerint (ib. p. 312.): unde modo haec modo illa regnat domus, primum post Mithradaticos Polemonia, dein Sauromatica, tum iterum Polemonia et post hanc Mithradatica, ac rursus nescio quae barbaricae (Introd. I, 13.). Itaque Dynamis regina Augustum ut patronum veneratur n. 2122. Tib. Iul. Sauromates II. φιλόκαισαρ καὶ φιλορώμαιος audit n. 2123. 2124. 2130. (cf. n. 2108. *b.*), item Cotys I. n. 2108. *c.* qui et ipse statua ornavisse Neronem videtur de se bene meritum. Sauromates III. Augustorum est Pontifex n. 2125. et prius Cotys I. n. 2108. *c.* Nec minus n. 2126. videtur ad honores Augustis in Bosporo habitos pertinere. Attamen ut ante Mithradatem VI. (Introd. I, 12. 14.), ita Imperatorum aetate, secundo saltem saeculo, coniicias Scythis tributa a Bosporanis quibusdam pensa esse (Lucian. Toxar. 44.).

## CAPUT SECUNDUM.

### DE SERMONE.

1. Civitates Graecae in Scythia et Chersoneso Taurica Asianoque Bosporo quum maximam partem Ionicae fuerint originis, urbs Chersonesus autem Doricae, primum Ionicae et Doricae dialecti in titulis demonstrabimus vestigia; deinde quae in illis insolita, inelegantia, soloeca, barbara, componemus, et ex barbaricarum potissimum linguarum fontibus derivata nomina propria aliqua ex parte illustrabimus, arduo quidem incepto, sed ad gentium cognationem iudicandam fortasse non inutili. Itaque ut misso uberiori praefamine ad *Graecas dialectos* statim accedam, *Ionismi Olbiae* in Milesiorum colonia, quod pleraeque eius inscriptiones satis recentes sunt, non multas reperies reliquias, ad quas paucae accedunt in nummis obviae, ut Βιρόθεος ex Ionico Ἰρόθεος (Köhl. Act. Petrop. T. XIV. p. 104. 109.), Ὀλβίη, Ὀλβιοπολιτέων (Introd. I, 5.). Ex inscriptionibus appono Ἀχιλλέος n. 2076. Ὑπάνεος n. 2077. a recto Ὕπανις, quamquam magis poeticum quam Ionicum (vulgo Ὑπάνεως et Ὑπάνιδος), Πόσιος (Πόσιδος) n. 2058. *B.* 58. χρύσεον n. 2067. 2070-2074. partim pro χρυσοῦν, partim pro χρυσῆν, et χρυσέοις n. 2059. init. ἀργυρέῳ, idque pro ἀργυρᾷ n. 2074. (licet etiam χρυσῷ habeas n. 2059. extr. 2071. extr. et ἀργυρᾶν n. 2069. 2078.). Etiam Θρασύλλης, Ποσιδήου n. 2073. 2081. videntur ex Ionicis Θρασυλλήϊος, Ποσιδήϊου nata esse; eiusdemque analogiae est barbarum Φάρζηος (Introd. II, 12.). Futurum Atticum ex Ionia credo traditum κατασκευᾶν habes n. 2058. *B.* 30.

53. Sed imprimis memorabilis forma genitivi ἱέρεω a nominativo ἱέρεως pro ἱερεύς, quam Atticam dicit Scholiastes Dionys. Thrac. p. 1197. Bekk. Haec n. 2058. *A.* 23. 33. 59. obvia haud dubie ex veteri resedit Ionum usu. Formae Ξενοφάνευς, Ἀριστοκράτευς n. 2085. *l. m.* non certo Olbiopolitis tribui possunt, quod fabrica illorum monumentorum potest peregrina haberi. Postremo Olbiae decretorum prolixitas n. 2058. 2059. aliquatenus ad Ionum notissimam μακρολογίαν referenda esse videtur. In Bosporanis autem civitatibus, *Panticapaei* et *Phanagoriae* et in vicinia, hoc est in Milesiorum et Teiorum coloniis, Ionica repperi haec. N. 2121. Ἐοπάμων p. Εὐκτήμων, in quo εο p. ευ non habet quocum comparetur nisi Amphipolitanum φεόγειν; quamquam incertum an amphora, quae illum titulum habet, Phanagoriae facta: Θεοδοσίης et Θευδοσίης n. 2117-2119. in quo formam Θευ non esse Aeolicam habendam, sed potius ex Ionicis poetis derivandam, supra monui (Introd. I, 15.), Δημητρίης n. 2108. Ἱπποσθένεος, Παιρισάδεος n. 2118. etsi vulgares formae alibi in Bosporo habentur, item Παιρισάδεος in carmine n. 2104. porro Πόσιος n. 2117. et in carmine Καυκάσιος (Καυκάσιδος) n. 2104. Etiam forma Καλλία n. 2121. non tam Dorica habenda, quam communis etiam Ionibus quibusdam. Δημοστράτηα n. 2113. sitne ex Δημοστρατηΐα natum an ex prava pronunciatione pro Δημοστράτεια, in ambiguo relinquo. Singulare est ἱερῆ p. ἱέρεια n. 2108. convenit tamen forma βασιλῆ p. βασίλεια, qua ex veteri Atticismo usus est Sophocles in Iphigenia apud Hesychium, contracta ex βασιλέα, quod trisyllabum posuit Pindarus Nem. I, 39. (vide ibi nott. critt. et cf. Buttm. Gr. Gr. ampl. T. II. p. 329.), male nuper ab imperito correctus. Idem annotavit Stephanus Byzantius v. Ἀγάμεια: βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη: scribe βασιλῆ. Sic igitur pro ἱέρεια dictum est ἱερέα, de qua forma dixi ad Pindarum (Nott. critt. ad Pyth. IV. init.), atque inde factum ἱερῆ: perfectus Ionismus postulabat ἱρέη vel ἱρείη, ut recte iudicat Buttmannus. Porro *Dorica* habes in *Chersoneso Heracleotica* excepto metrico titulo n. 2101. et recentiore n. 2099. ut δᾶμος n. 2097. 2098. τάν et εἰσαγησαμένῳ n. 2097. Etiam Ἀγασικλῆ n. 2097. quod vulgo poeticum habetur, videtur Doricum idque fortasse imprimis Megaricum, ut κρέας Megarensibus est κρῆς. *Gorgippiae* quoque aliquot formae Doricae sunt, Δαμόστρατος, Ἀγίας, Σαρμάτας Σαρμάτα, . . λάτας, n. 2130. 40. 34. et extr. ac n. 2131. 2130. 23. et barbara nomina in σας, non σης terminata; de causa vide supra (Introd. I, 15.). Atque ut etiam de *orthographia* moneam, ex *vetusto usu* ει pro η resedit Olbiae n. 2078. in Ἑρμῆ; ο p. ου, ο[ι] p. ῳ habetur in Maeotica urbe remotissima n. 2133. ubi simul χ habet formam +, quae potissimum Attica est, aliaeque vetustissimi conspiciuntur ductus, imprimis ⊕. Etiam *Tyrae s. Ophiusae* in Milesia colonia n. 2057. ΜΕΣ[Ι]ΤΗΕΟΣ videtur Μησίθεος esse.

2. In *Olbiae* titulis praeter minora, quae suis locis ad inscriptiones annotavimus, nonnulla in *vocabulorum significatione inusitata* sunt, ut ἀγοράζειν *redimere* (μισθοῦσθαι) n. 2058. *A.* 46 sqq. ἐξαπορεῖσθαι *exhauriri s. absumi* ib. vs. 12. διάπτωμα *damnum* ib. vs. 55. et *B.* vs. 40. in *formarum vi*, ut νεικωμένης p. νικώσης n. 2061. *B.* et n. 2062. *Vocabula inusitata* ἀρχοντεύειν licet recte formatum n. 2076. *B.* 30. 53. τιμούστερος quasi a τιμόεις (τιμήεις) n. 2058. *A.* 62. ἐνεκοπίασεν ab ἐγκοπιᾶν vel ἐγκοπιάζειν n. 2059. 29. etsi κοπιᾶν et ἔγκοπος Hellenistica sunt, illud in Novo Testamento, hoc in Septuaginta interpretibus et scriptoribus Christianis (vide Hasium ap. Rochett. Antt. Bosp. p. 185 sq.), ἤρεμος n. 2059. 24. quum alias sola ἠρεμέστερος et ἠρέμα atque ἠρέμας usitata sint, porro βάσκαινος omnino *barbarum* n. 2059. 31. ἡμιεκτέον p. ἡμιεκτεύς n. 2058. *A.* 75. nisi locus corrigendus est. *Non optimae notae* est ἑκοντής n. 2059. 20. (cf. Phrynich. et Thom. M.). In *flexione vocabulorum* singulare est γυναῖκαν, θυγατέραν n. 2089. qui titulus non ante Traianum scriptus, haud aliter atque in Thessalia atque in Aegypto (n. 1781. et not.) et Thessalonicae (n. 1988. *b. A.*); estque hoc etiam Hellenisticum: τριτῶν p. τριτέων est n. 2058. *A.* 63. Εἶπαν n. 2058. *A.* 2. 2059. init. extra Atticam non inusitatum est, et in Ponto habetur etiam Byzantii n. 2060. neque insolitum παρείσχηται n. 2058. *A.* 5. *Formulae* aliquot a solito genere dicendi recedunt; ut τὸ τετράκις p. τὸ τέταρτον n. 2059. 26. ἀγάλματι ἀνέστησεν n. 2089. Neque apta sensui formula φιλεῖν δυναμένων n. 2059. extr. Aliquoties laborat structura n. 2059. maxime in participiorum et verborum finitorum consecutione et reliqua anacoluthia, quae minor est n. 2058. sed in hoc titulo rursum *A.* 50. magnopere offendit ordo vocabulorum διὰ τὸ δὲ τὰ χρήματα μὴ δύνασθαι δοῦναι, et ὥσπερ δὲ p. ὥσπερ δή vel ὥσπερ γε *A.* 62. In *orthographia* pauca notabilia vel reprehendenda. Οὐθείς et οὐδείς, μηδείς et μηθείς promiscua sunt n. 2058. neque hoc alterum damnandum; ἐκλησία n. 2058. constanti scribitur vitio, sed ἐκκλησία n. 2059. Scriptura Χερσόνησσος n. 2059. licet insolens defenditur nummis Chersonesitarum. In *Graecis nominibus propriis* pauca sunt vitiosa, ut n. 2071. Ἱσταῖος pro nomine Milesiis valde usitato Ἱστιαῖος, n. 2079. Διονυσιόδωρος; etiam n. 2095. Λυπρενὸς fortasse corruptae est Graecitatis: plurima vero nomina ex *barbaris radicibus* formata sunt, de quibus posthac dicam. Quibus rebus omnibus spectatis satis patet verissime dixisse Dionem Chrysostomum (Or. Borysth. p. 78.) Olbiopolitas, si Homericum exceperis studium, τἆλλα οὐκέτι σαφῶς Ἑλληνίζοντας διὰ τὸ ἐν μέσοις οἰκεῖν τοῖς βαρβάροις. *Chersonesi* porro urbis etsi paucos habemus titulos, tamen ex n. 2099. collegeris Graecitatem ibi fuisse incorruptiorem certe ante Christianam aetatem (cf. Introd. I, 11.): de prava scriptura Χερσόνησσος modo paulo ante monui, et n. 2101. πολύτειμος antepaenultima longa reprehendendum est, item ὁρείσαντι pro ὁρίσαντι s. ὁρίξαντι n. 2097. nam ει pro brevi ι omnino barbarum est. Postremo in *Bosporo* Phanagoriae n. 2127. male scriptum τρῖς δεκάτας p. τρεῖς δεκάδας; ην monosyllabum ibidem habetur; magnopere soloecum est βασιλεύων p. βασιλεύοντος n. 2117.

Etiam barbara nomina propria Panticapaei et Phanagoriae reperiuntur; de Panticapaeensibus monui ad n. 2091. in lemmate, Phanagorensia vide n. 2127-2129. In *remotiore urbe Maeotica* n. 2132. *barbaro more* est Ἀγγέλιππο et τὸ Δεωχίο pro Ἀγγέλιππος et τῷ Δεωχίῳ (cf. Introd. II, 5.).

3. Iam ut ad *barbara nomina* transeam, in iis mihi eo magis desudandum fuit, quod nisi illa ad certas revocentur analogias, ne lectiones quidem in titulis diiudicare, immo ne vocabula quidem recte dirimere licet. Neque vero placuit incerta captare etyma, sed formas potissimum et compositionem vocabulorum spectavi, et nomina in titulis obvia in sua divisi elementa, comparatis simul aliis, quas scriptores et nummi praebent, vocibus sat multis; raro vero ad radicum significationem constituendam adspiravi, quod Mongolicarum, Persicarum, Slavicarum linguarum, ex quibus illa potissimum petenda videtur, cognitio a meis studiis alienior est, et ne ex illis quidem certa constitui posse probabile est. Nec multum promoveris comparandis duplicibus eiusdem viri nominibus, altero barbaro, altero Graeco, quod nimium pauca sunt et haec quoque valde incerta; nam quum n. 2090. Δάδος et Παντοκλῆς aperta sint, tamen dubia sunt quae illis respondent Δῖος et Μάστονος, et sola n. 2093. Νεικήρατος et Ὄμψαλμος sufficientem habent auctoritatem. Proxime autem in censum veniunt linguae *Thracica s. Getica, Scythica, Sauromatica, Maeotica*, ad quas referendae titulorum voces barbarae sint. Et *Getae* quidem, Thracica gens, quum circa a. u. c. 700. Olbiam usque progressi sint (Introd. I, 6.), non negaverim ex illis aliquos in vicinia remansisse, et nomina Getica *Olbiae* ab illis potuisse propagari: ac fortasse ex hoc genere sunt Οὐάρζβαλος n. 2070. et cum alia terminatione Δρείβαλις n. 2067. Nam βαλος haud dubie Thracica et Getica est radix finalis, quam tenes in Dacico nomine *Decebalus*, et in nomine populi *Triballorum*, ου vero ante vocalem frequens in Dacicis vocibus, nec rarum ζ in Geticis Dacicisque nominibus, ut Decebali arx est *Sarmizegethusa*, numen Geticum apud Herodotum *Gebeleïzis*, ut *Zalmoxis* etc. In *Bosporo* vero etsi *Thraces* mercenarii versati sunt, tamen non arbitror ullam unquam habitasse Thracicam coloniam (Introd. I, 18. et 2.): quare nulla ibi exspectes Thracica nomina: nec reperio ulla nisi in regiis stirpibus, primum in vetusta principum domo, et mox in regibus posterioribus inde a Rhescuporide I. ita quidem, ut quae nomina apud Thraces regia inveniantur, sint etiam Bosporanis regibus indita: unde facile coniicias, inter regias domos, non inter populos, aliquid intercessisse coniunctionis. E vetustorum igitur principum nominibus Thracicum est Σπάρτοκος; sic *Spartacus* gladiator ille clarus Thrax fuit (Plutarch. Crass. 8. Appian. B. C. I, 116. Flor. III, 20.); olim vero id nomen regium Thracicum fuisse docet Thucydides (II, 101.), ubi alii libri Σπαρδάκου, alii Σπαραδόκου, alii Σπαρδόκου, et hoc tertium debet verius haberi, partim quod proximum est genuinae Bosporanorum scripturae Σπάρτοκος (cf. Introd. I, 12.), partim quod convenit analogiae aliorum Thracicorum nominum, ut Ἀμάδοκος s. Μήδοκος nomen est regium Thracicum satis notum. Hic Spartocus Thrax, cuius meminit Thucydides, videtur ille frater Sitalcae fuisse, qui ad Scythas transfugerat (Herod. IV, 80. coll. Cary Hist. reg. Thrac. p. 8.): cave tamen eum putes in Bosporum delatum esse: Sitalces enim illum in Thraciam reduxit. Praeterea Παιρισάδης est Thracicum, nec quidquam commune habet cum Persico nomine muliebri *Parysatis*, quod Persis est *Pharziris*: Thracicum regulum Βηρισάδην, ad quam rationem etiam Bosporanum nomen scriptum legitur (Introd. I, 12.), novimus ex Demosthene; eiusdem analogiae est nomen Μαισάδης, qui Seuthae pater (Xenoph. Anab.), et Μηδοσάδης alius Thracis nomen apud Xenophontem (Anab. VII, 1, 5 sqq.), longe illud diversum a Sauromatico Μηδοσάκκης, quocum non recte comparatur: atque ut in Bosporo variatur flexio, dum antiquitus dictum est Παιρισάδους, mox Παιρισάδου, sic modo Μαισάδου et Μηδοσάδη dicitur apud Xenophontem, modo ad tertiam declinationem Μηδόσαδες. Tertium in regia Bosporanorum stirpe antiqua Thracicum opinor nomen est Κομοσαρύη, quod redit in regina Bithyniae, cuius incolae Bithyni antiquitus Thraces (cf. ad n. 2119.). Enimvero quum ne Attici quidem optimates Thressas puellas regias uxores ducere aspernati sint, etiam optimates Bosporanos par est connubio cum Thracum regulis esse iunctos atque inde invecta in Bosporum Thracica nomina: viam monstrant Archaeanactidae, si illi Mytilenaei fuerunt (Introd. I, 12. 15.); nam Mytilenaei in Thracia tenuerunt Aenum: quamquam etiam Teii et Milesii, Bosporanorum parentes, in Thracia condiderunt colonias. Quidni vero Thracum reges Bosporanis collocarint filias? Certe Scytharum regibus Thressae nupserunt (Herod. IV, 80.). Recentiores autem Bospori reges Thracicis nominibus usi sunt *Rhescuporidis*, *Cotyis*, *Rhoemetalcae*, quibus ipsis Thracum quoque reges vocati sunt. Ex his primum per Sauromatas invectum est: nam antequam Bosporo imperaret Rhescuporis I. iam alius Sauromaticae gentis regulus hoc est nomine vocatus (Introd. I, 13.): videtur igitur Sauromatarum rex aliquis cum Thracico rege iunctus affinitate esse, ut Strabone teste cum Polemone I. Bospori rege Cotys V. Thrax Sapaeus. At *Cotyis* nomen a Mithradatis progenie in Bosporum propagatum est (Introd. I, 13.), fuitque illud etiam Lydium. *Rhoemetalcae* nomen genuinum est Thracicum, ut Σιτάλκης: id quoque per Sauromatas in regiam domum invectum videtur.

4. *Scytharum* natio si Mongolica, *Sauromatarum* Slavica est, distingui utrorumque lingua debet; quodque Herodotus contrarium affirmans Sauromatarum sermonem ex Scythico esse corruptum dicit (Introd. I, 2.), Olbiopolitarum haud dubie secutus iudicium, potest tantum eatenus verum haberi, ut et Sauromatae ii, qui vulgo Γυναικοκρατούμενοι vocantur, Scythis permixti fuerint, quemadmodum eos fabula a Scythis et Amazonibus derivat, et Scythae

ii, in quibus Olbia condita, hoc est agricolae, ab reliquis sermone paulo distulerint, quippe alienigenae nec perfecte Scythae, sed Sauromatis affines, ita ut utrorumque sermo, Scytharum agricolarum et Sauromatarum τῶν Γυναικοκρατουμένων, ex quibus de ceteris statuisse Herodotum consentaneum est, potuerit esse simillimus. Et profecto quae Olbiae barbara nomina reperiuntur, quamvis probabile videatur illa esse Scythica, collata cum magno Scythicorum nominum numero, maxima ex parte deprehendi Scythicis parum similia esse, sed potius Maeoticis, Sauromaticis, Medicis sive Persicis: quae vix crediderim per Sauromatas demum Olbiam post Scytharum dominationem progressos invecta esse omnia, licet aliquid ab his quoque repeti possit; neque ea omnia ex Scytharum in Media commoratione, neque ex Scythica Darii expeditione videntur derivari posse, quum praesertim Maeoticorum et Olbiopolitanorum nominum concentus eo referri nequeat. Potius Olbiopolitarum haec nomina magna ex parte rettulerim ad Scythas Μιξέλληνας: hi vero haud dubie ex Graecis et Scythis agricolis coierunt; agricolaeque Scythae haud iniuria non Scythae origine, sed pristini coloni a Scythis subacti habentur (C. Ritter. Vorhalle d. Gesch. p. 316 sqq. Niebuhr. Opusc. T. I. p. 360.). Sic Maeotae Europaei, quorum passim mentio fit, paruisse Scythis dicuntur (Xenoph. Mem. II, 1.); notissimique Scytharum servi, qui sese adversus dominos ex bello reduces vallo a Theudosia ad Chersonesum ducto vel secundum alios Taphrensi (Steph. Byz. v. Τάφραι) munivisse feruntur, quos Sindos vocat Valerius Flaccus (Argon. VI, 86.); iidem Hylaeae Scythis agricolis proximae tribuuntur ab Ammiano (XXII, 8, 41.): *Sindi ignobiles, post heriles in Asia casus coniugiis potiti dominorum et rebus*, et circa Hylaeam extra Chersonesum Plinio est *Scythia Sendica* (H. N. IV, 26.), eodemque referente in occidente a Borysthene videntur *Scythae degeneres et a servis orti* collocati esse. Quapropter tanta illa Olbiopolitanorum nominum barbarorum cum Maeoticis congruentia videtur a Sindis potissimum, ut priscis Borysthenis accolis, repetenda esse, qui recentiore aetate, post Olbiae a Getis vastatae instaurationem, in civitatem recepti sint: in antiquioribus enim titulis barbara nomina nulla insunt. Sindica vero lingua non videtur a sermone ceterorum Maeotidis in Asia accolarum multum diversa habenda esse; quare barbara nomina in Sindis et eorum vicinia usitata latiori vocabulo *Maeotica* appellabo. At Sindi et reliqui Maeotae certe non Scythae fuerunt, licet hos subinde in eas regiones esse evagatos constet; neque idoneam video causam, cur illos ex Cimmeriis ortos putemus: probabilior mihi ea sententia, quae illos ex interiore Asia, Medica aliqua provincia, immigrasse statuit (Introd. I, 16.). A Maeotis autem Sauromatae non prorsus dirimendi videntur: quibus certe affines Iaxamatae fuerunt, communione nominis quoque aliqua testante, nisi quod radix initialis eos discernit, quae Iaxamatis cum Iaxarte amne communis est, in Sauromatarum autem nomine ex alio fonte quocunque manavit (cf. Introd. I, 3. et 1.): hi vero Iaxamatae ut Sauromatae, ita etiam Maeotae habiti sunt, et ii quidem Maeotae, quos veteres Maeotarum vocarint nomine (Introd. I, 3. coll. 17.). Denique Sauromatae quoque ex Media immigrasse dicuntur. Quae quum ita sint, *Medica et Persica*, quae exacte distingui nequeunt, Maeoticis Sauromaticisque vocibus explicandis adhibenda dixeris; et successus docebit, ab illis haec unice esse derivanda: nisi quod etiam Scythica quaedam Sauromaticae linguae immixta atque utriusque indolem in rebus pluribus fere eandem esse concedendum est; immo unum et alterum nomen ex diversarum linguarum radicibus, Scythica et Maeotica, posse compositum esse, non magis negandum est, quam vocem Ζωβεϊαρχος n. 2079. ex Maeotica et Graeca esse conflatam. His igitur praemissis iam barbara *Olbiopolitarum* nomina partim ex Scythico sermone, partim ex Maeotico et Sauromatico explicabo, Sauromatica vero et Maeotica, quae ut Olbiae ita in *Bosporano regno* sparsa sunt, ex Medicis Persicisque manasse simul ostendam paucis.

5. *Scytharum* sermo, etsi subinde a veteribus Scythica vocabula afferuntur, parum cognitus est; nec mihi omnia, quae de eo tradita extant, innotuisse arbitror, sponte oblata potius componenti quam dedita opera materiam conquirenti, neque adiuto aliorum commentis nimium absonis, ut quae F. W. Beer in commentatione Additamentis Historiae universalis ex Anglico sermone in Germanicum translatae inserta Vol. III. p. 43-80. disputavit. Nonnulla etiam, quae veteres referunt, non possunt intelligi, ut quod ex Scythica lingua apposuerat Stephanus Byzantius v. Καρδία; alia nulla prorsus auctoritate nituntur, ut quod Bayerus in Memoriis Scythicis (Comment. Acad. Petropol. T. III. a. 1732. p. 354.) Koppa Scythis valde usitatum fuisse ex Parmenonis (ap. Athen. V. p. 221. E.) loco collegit, quem aliter explicandum docuit Schweighäuserus. Accedit quod Scytharum nomen vagum latius patet, quam Scytharum gens proprie vocata: ut Ζίρης (Ζίρις) s. Ζίρη Suidae Scythicum vocatur, quod Sauromaticum potius esse discas ex Luciani Toxari. Quamquam plurima, quae Scythica dicuntur, ad Scytharum sermonem proprie dictorum referenda esse videntur, et maxime deorum nomina et alia propria ab Herodoto allata, quae ne credas Sindica esse agricolarum Scytharum. Iam ut Scythicae linguae indoles, quantum ex tenuibus licet vestigiis, noscatur, videamus primum, quomodo Scytha sagittarius apud Aristophanem (Thesm. 1007 sqq.) Graeca corrumpat. Is igitur, ut alia omittam, nullis utitur aspiratis, pro Σ semel habet Ξ, Sigma finale potissimum omittit, vocesque in ῐ et ŏ terminare consuevit, ut οἰμῶξι, ἐξενίγκι p. ἐξενέγκω, πυλάξι p. φυλάξω, λέγι p. λέγεις et λέγω, τὸ γραμματέο pro τοῦ γραμματέως ut videtur, κλέπτο p. κλέπτης, πανοῦργο p. πανοῦργος, τὸ πρωκτὸ p. τὸν πρωκτόν, etiam Ν finali omisso, τὸ βόμβο τοῦτο pro ὁ βόμβος οὗτος, in utroque neutro ut videtur usus pro masculino, κῶμο p. κῶμος et plura huius-

modi, Ἀρταμουξία p. Ἀρτεμισία. Qui quod pro aspirata constanter utitur tenui, non convenit cum Herodoti et recentiorum usu, apud quos Scythica habes Ἀνάχαρσις, Ἀριαπείθης, Σπαργαπείθης, Ἰδάνθυρσος, Ἀγάθυρσοι, Θαμιμασάδας etc. Fortasse igitur priores Graeci et Herodotus, a quo recentiorum plurimi pendent, in nonnullis vocibus aspiratam dederunt, ut voces Graecis essent similiores; in aliis variaverint ipsae Scytharum gentes variae. Sic in voce Ἰδάνθυρσος Θ non prorsus constans est (Introd. II, 6.), et omnino radix finalis θυρσος ad Graecae linguae analogiam comparata et in hoc et in Ἀγάθυρσοι est: Σπαργαπείθης certe Massagetis est potius Σπαργαπείσης, et illud Θαμι in voce Θαμιμασάδας non aliud esse quam *Teme* in voce *Temerinda* statim videbimus. Deinde Ξ pro Σ ex Aristophane attuli, quod id frequens occurrit in Scythicis nominibus, ut Τόξαρις, apud Herodotum Λειπόξαϊς, Ἀρπόξαϊς, Κολάξαϊς, Τάξακις, Ἐξαμπαῖος, in titulis Ξησσάγαρος, Κόξουρος (Introd. II, 6.), et in iis, quae paulo post ad Scythica referam, Βριξάβα, Φρύξα, Ἀράξα. Postremo omissum apud Aristophanem Sigma finale docet Scythicas terminationes non esse hac littera instructas, quod etiam ad Maeotica et Sauromatica vocabula pertinere, vix quisquam negaverit; de Medicis suo videbimus loco. Proinde ubi illa littera finalis in propriis comparet, a Graecis addita est reliquae terminationi; quod semel moneo, ceterum non negligendum iudicans, utrum vocabulum in ης vel ις, item in ος vel ους terminetur, nisi quod concedendum est, potuisse has terminationes aliquando promiscue adhibitas a Graecis esse, ubi barbara vox in consonam desineret: ut exempli causa radix αρ potuerit in αρις et αρος mutari: ubi vero longa vocalis η et ου, probabilius iam, vocalem non terminationis esse, sed radicis, nisi nominum inter sese collatorum maior similitudo evincat, longam vocalem non minus terminationi inservire quam brevem, ut exempli causa in Καιν-άζαρθος et Φαρν-αζάθρης ac similibus (Introd. II, 11.). Ex consonis in N terminata esse Scythica, docere videtur nomen Ἀριαντάν (Herod. IV, 81.): eadem terminatio est radicis initialis vocis Ἀρτίμπασα, de qua paulo post, fortasse etiam vocis Ἐξαμπαῖος, et certo nominis Ἰδάνθυρσος: neque aliter in Maeoticis Olbiopolitanis radicibus initialibus Κουν, Ῥηχουν, Ἀργουαν (Introd. II, 12.), nisi iis adhaesisse vocalem aliquam putes. Accedit Ρ, et quidem ορ, ut οἰόρ *vir* (Herod. IV, 110.). Inter vocales Α terminationem praestant aliquot vocabula, ut ἄρα, ἄριμα, πάτα, item radix initialis vocis Ὀκταμασάδης, de quibus postea dicam; Ε et Ι est in *Teme* s. Θαμι infra illustrando, et in Ἀπί, *Terra*, si lectio haec vulgatae Ἀπία praeferenda, Ταβιτί *Vesta* (Herod. IV, 59.). Οὐ offertur in voce σποῦ *oculus*; idem habes in radice initiali vocis *Groucasus*; simile Maeoticum μοῦ (Introd. II, 12.). Iam ex hac Scythicae et Maeoticae linguae ratione quaedam in titulis explicanda sunt. Primum Σ abiectum offert Maeoticus titulus n. 2132. in voce Ἀγγέλιππο pro Ἀγγέλιππος; paulo diversum τὸ Δεωχίο p. τῷ Δεωχίῳ, quod tamen et ipsum comparandum est. Nempe hoc quoque, ut apud Aristophanem τὸ πρωκτό et similia, eo deducit, ut in huius regionis linguis nomina in vocalem terminata sint et caruerint insuper flexione per casus. Terminationis in Ι, et quidem εϊ, in Maeoticis exempla sunt Γάστεϊ indeclinabile n. 2130. 30. n. 2131. ubi et nominativus et genitivus est; hinc Olbiae Πίδεϊ n. 2072. quo loco nulla lacuna statuenda: adiecto Graeco Σ facta sunt Maeotica in εϊς. Sic Χαρδεϊστέρεϊς n. 2130. 29. manifesto compositum ex Χάρδεϊ et Σέρεϊ, nisi malis Χάρδεϊ ut genitivum praecedenti addere voci Φαρνακίωνος: etiam vs. 52. est Χάρδεϊ, sed quum lacuna sit, videtur Χαρδεϊστερεῖος scribendum. Eiusdem generis est Olbiae Ζώβεϊς et abiecto Σ in compositione Ζωβεϊαρχος n. 2079. atque inde Δασεῖος explicandum iudico in Bosporana inscriptione n. 2127. a recto Δάσεϊς. In quibus formis omnibus diaeresi usus sum, quod Graecae analogiae convenit Ζώβεϊς, Δάσεϊς, non Ζώβεις, Δάσεις: ut in Scythicis Herodotus dedit Λειπόξαϊς etc. non Λειπόξαις: genitivi Δασεῖος alia est ratio, et in hoc contractio ex ipso constat titulo. Etiam in ου vero Maeotas ut Scythas terminasse voces, potest ex ea ratione colligi, qua apud illos Graeca immutata sunt, Χρῆστος in Χρηστοῦς, Ἄγαθος in Ἀγαθοῦς, et ex vocibus barbaris Ἠζοῦς, Ζαζζοῦς (Introd. II, 9.), in quibus Σ ex Graeca additum analogia. In *radicum* vero conformatione notabilis *consonarum* frequens *repetitio et reduplicatio cum vocali* apud Scythas et Maeotas: sic Scythica sunt Δάνδαμις (Lucian.), Παπαῖος *Iuppiter* (Herod. IV, 59.), quae tamen radix *patrem* et *Iovem* designans in Asia ita frequens est et inde tam late apud Graecos propagata, ut nomina Olbiopolitarum et Maeotarum Παπίας, Πάππος, Παπᾶς, non sint Scythica habenda; sic praeterea Scythis Πόποι sunt signa deorum subterranea (Etym. M. p. 823. 31. Anecd. Bekk. T. III. p. 1433.): Maeotica sunt Δάδος, Ζαζζοῦς, Ἰνινθιμήϋος regis Bosporani nomen, *Todordanes* fluvius in Maeotis Asianis (Ammian. Marcell. XXII, 8, 29.), et ipsa aspirata reduplicata Θοθόρσης regis Bosporani nomen, Χάχας in Maeotico titulo n. 2130. 44. Eximendum Ἄβαβος Olbiopolitae nomen n. 2060. 2087. 2088. quod Syriacae originis esse docet vocis apud Syros usus et coniunctio cum alia Syriaca voce Ὀρόντας. Praeter hoc maxime mihi illud notandum videtur, Scythica nomina paucissima esse simplicia, sed ut Persica, Sauromatica, Maeotica, ex pluribus composita radicibus, monosyllabis plerumque vel disyllabis. Simplicium Scythicorum exempla sunt Ἀπία vel potius Ἀπί, ut est in aliis libris, *Terra* (Herod. IV, 59.), Λύκος, Ὄρικος, Σαύλιος, Σκύλης, Τίμνης, Τράσπις. Compositorum certa exempla sunt apud Herodotum: Οἰόρπατα ex οἰόρ *vir*, πάτα *occidere* (IV, 110.), Ἀριμασποί ex ἄριμα *unum*, et σποῦ *oculus* (IV, 27. licet aliam lectionem secutus Eustathius sit, falsam haud dubie). Ἐξαμπαῖος videtur significare ἐννέα ὁδοί (Herod. IV, 52. si lectio vera, ut arbitror); fortasse ἐξὰν significat *novem*. Ἀρτίμπασα est Οὐρανία Ἀφροδίτη (Herod. IV, 59. ubi ceteris lectionibus nihil tribuendum esse docent duo ti-

tuli Tusculani in Italicis edendi); anne ἀρτὶν *caelum*, πασα fortasse *dea? Groucasus* Plinio teste (H. N. VI, 19.) Scythis dicitur Caucasus, *nive candidus*; ut σποῦ *oculus*, sic γροῦ vel γροοῦ videtur *nix* esse, et κασ *candidus*. *Temerinda* eodem auctore (VI, 7.) est *mater maris*; Neptunus Scythis est Θαμιμασάδας (Herod. IV, 59. variae enim lectiones Θαγιμασὰ et Θαγιμασάδα, haec apud Origenem, posthabendae videntur): vox ex Θαμι et μασάδας composita, ut Ὀκταμασάδας (Herod. IV, 80.) ex Ὄκτα et μασάδας: Neptunum vero quum a mari dictum esse verisimile sit, θαμι s. *Teme* videtur *mare* esse, ῥίνδα vero *mater*. Similis vox est ἀλίνδα herbae nomen ad Tanain nascentis, si fides est scriptori de fluviis inter Plutarchea mendacissimo (14, 2.); qui tamen an haec quoque mentitus sit, haereas. Idem *Criumetopon*, quod Chersonesi promontorium falso ad Tanain collocat, indigenis perhibet dici Βριξάβα (14, 4.), herbamque ibi esse φρύξα, quod Graece interpretatur μισοπόνηρος (ib. 5.), ad Araxem vero nasci herbam ab accolis ἀράξα dictam, hoc est μισοπάρθενος (23, 2.). Φρύξα et ἀράξα quum eiusdem sint linguae, alterum autem Chersonesiticum, alterum ad Araxem, videntur illa Scytharum esse, qui ab Araxe venerunt et in Chersoneso quoque habitarunt, debetque proinde etiam Βριξάβα Scythicum iudicari. Patet autem ξα esse *odisse* (ut πάτα *occidere*), φρὺ *malus*, ἄρα *virgo*. Κριοῦ μέτωπον autem quum dictum sit Βριξάβα, et radix genitivi notionem continens initialis habenda sit, ut in *Temerinda*, *aries* videtur fere βρὶξ vocatus, et *frons aut caput* ἄβα, quae radix in Βριξάβα finalis, sed initialis in voce Ἄβαρις (Introd. II, 6.). Theudosiae nomen recentius *Ardauda*, hoc est ἑπτάθεος, in Anonymi Periplo Euxini Tauricum s. Alanicum vocatur, nec videtur Scythicum esse; Σανάπη quoque, quod Hesychius Scythicum dicit, et exponit πολλὰ πίνουσα, alii rectius credo Thracibus tribuunt.

6. Accedo nunc ad *Olbiopolitarum* nomina, quae ad *Scythicam* linguam referenda videantur. Haec sunt ea, quae in αρος, υρος, ουρος terminantur, hoc est, demptis Graecis terminationibus, in αρ, υρ, ουρ, fere ut οἰὸρ *vir*, item in ανις, hoc est αν, cuius generis plura modo vidimus; haec enim sola conveniunt cum Scythicis vocabulis aliunde cognitis, licet non negem in αν etiam Maeotica terminari; sed nullum in Maeoticis nomen invenio in ανις finitum, nec terminationes αρος, υρος, ουρος in Maeoticis inscriptionibus inter tot nomina repperi. Ος vero quum a Graecis additum sit, non est quare negemus iisdem Scythicis formis a Graecis aliquando etiam ις additum esse; itaque cum illis formis promiscue compono ea, quae in αρις et υρις terminantur. At άρης cum longa vocali iam videtur alienius (cf. Introd. II, 5.); quamquam si quis hoc non concesserit, nihil nostrae disputationis firmitati detrahetur, in distinguendis Scythicis et Maeoticis versantis, quod terminatio in άρης ad hanc nostram rem non pertinet, quae quidem neque in Olbiopolitanis neque in Bosporanis Maeoticisque titulis reperiatur, sed in solis Medicis Persicisve nominibus. Cum Medicis autem convenire etiam Scythica nonnulla non nego; quippe Scythae ipsi per aliquod tempus in Media versati sunt. Quare Scythae etiam Persicis nominibus usi inveniuntur, ut Ἀρσακόμας (Lucian. Toxar. 44.), Γυνδάνης (ib. 61. coll. Introd. II, 11.), Σισίννης; et analogae utrique sermoni insunt aliquot terminationes, eatenus certe, ut Scythicis Graeci brevem vocalem ι, Medicis longam η adhibuerint, quod non potest sine causa factum esse. Ita Σάγαρις, Τόξαρις sunt Scythica; sed Medica sive Persica (quibus vocabulis posthac nullo discrimine utar promiscue) Κυαξάρης, Μαχάρης, Μαζάρης, Οἰβάρης etc. Porro Medicum est άκης, ut Ἀρσάκης, sed ακις Scythicum, ut Τάξακις; Medicum et Maeoticum σης, Scythicum σις, ut Καμβύσης, et apud Herodotum Scythae nomen Σκώπασις, apud Curtium (VII, 29.) *Carthasis* si non Scytharum, certe vicini populi rex; et Persicum est άνης, ut Τιγράνης, Scythicum ανις, ut Ὕπανις. Sed convertamur ad Scythicas illas in αρος et αρις reliquasque terminationes. Ad primam rationem terminatur Τεύτ-αρος (Schol. Theocr. XIII, 56. Tzetz. ad Lycophr. 51. 458.), Ἄγ-αρος, Ἄγ-αρον, Ἄγ-αροι (Introd. I, 1.): hinc Ἀζαγ-άριον, locus Scythiae interioris apud Ptolemaeum, Olbiae Ξησσ-άγ-αρος n. 2074. Radix ἀγ s. ἀγα habetur etiam in Ἀγαήτου regis nomine (Introd. I, 15.); sed terminatio αγος s. αγοῦς potius Medica, Sauromatica, Maeotica habenda videtur, de qua infra dicam uberius. Eodem credo pertinet Ἄβ-αρις nomen Hyperborei; radix initialis est ἄβα *frons s. caput* (Introd. II, 5.): porro Ἄρ-αρος fluvius Scythiae, qui Istro miscetur (Herodot.), Ἀ.... φόμ-αρος Olbiae n. 2076. Κατί-αροι Scythae (Herod. IV, 6.), Νάπ-αρις fluvius qui in Istrum effunditur Scythicus (Herodot.), Πάσ-αρος Olbiae n. 2068. in quo radix initialis ea quae in Ἀρτίμπασα finalis (Introd. II, 5.); Σάγ-αρις, fluvius inter Tyram et Hypanim; Τόξ-αρις Scytha notissimus, in quo radix initialis videtur eadem esse quae in Τάξ-ακις; Χόρσ-αροι Scythis Persae (Plin. H. N. VI, 19.). Eiusdem analogiae videntur Ἀκίχ-αρος, qui etsi Bosporanus haberi potest, nomen videtur Scythicum (de eo vide ad n. 2119.), *Gog-ari* (Plin. H. N. VI, 7.), Ὄ-αρος flumen (Herod. IV, 123.), *Oph-arus* s. *Och-arius* flumen apud Plinium, licet hi tres fluvii videantur trans Tanain fuisse (Mannert. Geogr. T. IV. p. 110. 347 sq.). Etiam Ἀνάχ-αρσις huc referendus; quippe duplicabatur ρ et ad modum vocis ἄρσην etc. vetusti Graeci pro ῤῥ scribebant ρσ; idem in terminatione υρις accidisse docebimus probabiliter. Ceterum in terminatione αρος et αρις latere radicem aliquam vix neges, nec dixeris meram esse terminationem, ut Graecum ος, ις, ήρ, ης: potestque illa cum Persica radice Ἀρ s. Ἀρα cohaerere, ex qua Persica derivatur terminatio άρης, quaeque etiam ut radix initialis in Medicis comparet (Introd. II, 13.); in Scythicis eandem ut initialem praebet fortasse nomen Ἀρι-αντάν, nisi Ἀρι vel Ἀρια putes ab illa diversum esse, ut in Medicis certe Ἀρια vix potest idem quod Ἀρ haberi. Utut est, si vere ἄρα Scythis est *virgo* (Introd. II, 5.), conieceris illud ἀρ s. ἀρις et ἀρος non esse aliud nisi *puer s. filius* (παῖς),

ut exempli causa Ἄβ-αρις sit Κεφαλίδης, Κεφάλου παῖς, et Πάταρος idem quod Θεογένης. Secundo loco procedat terminatio in υρος et υρις: ut Οἰτόσ-υρος *Apollo* (Herodot. IV, 59. etsi qui in var. lect. Herod. commemorantur, Hesychius Γοιτόσυρος, Origenes Γογγόσυρος habent, quod nostra non interest); Ὑπ-άκ-υρις flumen Hylaeae, in quo Ὑπ separo, quod cum alia terminatione est in Ὕπ-ανις, et abest ab alio nomine syllabam ακ et terminationem υρος continente; Olbiopolitae hoc est n. 2077. Μου-κουν-άκ-υρος, quod aliter terminatum in Μου-κούν-αγος; de quibus vide infra (II, 12.). Haud ambigue eandem formam refert Massagetis *Tomyris*; nominum communionem docet Σπαργαπείθης Scytha, Σπαργαπίσης Massageta (Herod. IV, 78. I, 211 sqq.). *Gepaepyris* vero Sauromatae I. uxor non docet nomen hoc esse Sauromaticum: cum Sauromatis enim hoc nomen connubii vinculo communicatum a Scythis esse potuit, ut Ταργίταος est Scythicum (Herod. IV, 5.), et manifesto hinc descendit nomen Τιργαταώ Iaxamaticum (Polyaen. VIII, 55.), hoc est Sauromaticum vel Maeoticum; ut nomen Scythici regis Ἀτέας s. Ἀντέας, cuius radix eadem quae finalis in Ἀρι-αντάν, transiit ad Maeotas n. 2130. 31. Ut vero pro αρις est αρσις, sic υρος transiit in υρσος (υῤῥος), Graecis suae analogiae et maxime voci θύρσος assimilantibus Scythica. Hinc Ἀγάθ-υρσοι Scythae; hinc Ἰδάνθ-υρσος Herodoto, qui Iustino (II, 5.) Sigma omisso est *Ianc-yrus*, aliis *Att-yrus*, *Acc-irus* etc. Tertium Scythica desinunt in ουρος: Γν-οῦρος est Anacharsidis pater apud Herodotum; Σκίλ-ουρος rex populi Chersonesitici videtur et ipse Scytha fuisse (Introd. I, 1.), ut alius rex prope Olbiam regnans, qui eodem nomine vocatus est: radix initialis videtur eadem unde Σκύλης Scytha denominatus: in qua voce a Graecis vetustioribus Υ videtur pro Ι assumptum, ut Graecae esset similior. Ad hunc modum formatum est Κόξ-ουρος Olbiae n. 2074. Ultimo loco affero Scythicum Ὕπ-ανις fluvii nomen; hinc Ὕπανις Olbiopolita n. 2076. atque ut opinor Ὕπανος in titulo Hylaeae n. 2096. *b*.

7. Uberius dicendum de *Maeoticis* et *Sauromaticis*; de quorum vocabulorum formis postquam aliqua opportune praecepi in Scythicis (Introd. II, 5.), superest ut finales formas ad certas revocem analogias, et aliquid etiam de initialibus disputem radicibus, compositis simul *Medicis*, ex quibus Maeotica et Sauromatica unice explicanda sunt. Haec autem nomina omnia in Sigma desinunt; ita vero nomina Persica omnia comparata fuisse Herodotus annotat (I, 139.): καὶ τόδε ἄλλο σφι ὧδε συμπέπτωκε γίνεσθαι, τὸ Πέρσας μὲν αὐτοὺς λέληθε, ἡμέας μέντοι οὔ. τὰ οὐνόματά σφι ἐόντα ὅμοια τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, τελευτῶσι πάντα ἐς τὠϋτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν Σὰν καλέουσι, Ἴωνες δὲ Σίγμα. Quae verba ad sola virorum nomina referenda sunt; sed ne sic quidem Persicae linguae conformationi ei, qualem ex reliquis novimus subsidiis, conveniunt: tamen nimium absurdus fuisset Herodotus, si quod de Persicis nominibus dixit, ex Graecis eorum formis iudicasset, quum praesertim Graeca nomina prope omnia in Sigma terminentur et multo pauciora in Rho et Ny; ut proinde quod ille Persis tribuit, Graecis potius tribuere magna certe ex parte debuerit. Quare videndum, ne in prisca Persarum lingua aliquid fuerit, quod illius iudicii praebuerit causam; et succurrit, quod *Darius* Hebraeis est *Darjavesch*; in aliis videatur spiritus asper, qui facile in sibilum transit, finali Sigma a Graecis ponendo occasionem dedisse: ut in voce *Pharnaspes* radix finalis est *asp* (*equus*), quae in Zendica lingua est *aspehe*; unde potuit *aspes* fieri. Sed finales formas, quae nobis considerandae veniunt, exceptis rarioribus quibusdam ad septem revocamus *analogias*. Ex quibus *prima* in *Persicis* frequentissima est in άκης: ut ἀκιν-άκης, ῥαδιν-άκης, Ἀρβ-άκας (Xenoph. Anab.) et Ἀρβ-άκης rex Mediae; Ἀρσ-άκης et idem haud dubie Ἀρτ-άκης, indeque nomen urbis Ἀρτ-ακία; Βασσ-άκης (Herod.), Σινν-άκης Parthus (Tacit.), Σισιμ-άκης, Φαρν-άκης apud Aristophanem, Herodotum et in Persica Mithradatis familia, Φαρανδ-άκης (Aeschyl.), Κανδ-άκη s. Κοδ-άκη urbs (Mannert. Geogr. T. V. P. II. p. 99.) etc. Simile etiam Medicum Δηϊ-όκης. *Sauromaticum* est Μηδοσ-άκκης (Polyaen. VIII, 56.); in Κ duplicato ne haereas, notes etiam Φαρανδάκης paenultimam longam habere apud Aeschylum: similiter modo Ἀττακόας modo Ἀτακούας, ac modo Ἀτταμάσας modo Ἀταμάσας scriptum invenies. Ex *Maeoticis* huc pertinet Φαρνάκης et Φαρνακίων n. 2130. 2131. quod tamen ex Mithradatis filio, non ex populari sermone fluxisse coniiciam, Βωρ-άκου, Αιμν-άκου n. 2130. Ἀβορ-άκη in Sindis, et nomina populorum Maeoticorum Ὀβιδι-ακηνοί, Σιττ-ακηνοὶ et alia, ex quibus Sittaceni manifesto iidem, qui Sittacenen iuxta Susianam aliquando inhabitarunt. Huius generis *Olbiae* sunt Ἀρσ-άκης, Βαδ-άκης, Οὐαπαδ-άκης n. 2074. Σπαδ-άκης n. 2068. Δαδ-άκης in nummo apud Blarambergium (de numm. Olb. p. 42.), in quo distincte ΠΙCCICΤΡΑΤΟΥΔΑΔΑΚΟΥ (de initiali radice vocis vide Introd. II, 12.); fortasse etiam Ῥαπακέης Ῥαπακέους, ad alienam detortum analogiam, n. 2067. In *Bosporo* n. 2108. *e*. est Ὀμψαλ-άκης. Inter Tyram et Hypanim fluvius est Ἀξι-άκης, quem coniicias a Maeotis illis appellatum, qui vulgo Scythae agricolae; Ταμυρ-άκη ad cursum Achillis in Hylaea videtur eiusdem originis, licet Ταμυρ sit Scythicum idem quod habes in nomine Massagetidis reginae *Tomyridis*; in Chersoneso est Δανδ-άκη. *Maeotae Gorgippienses* per Dorismum efferunt Κατт-άκας n. 2131. Praeterea quod Maeotae proclives sunt ad terminationem ούας, ut ex Ἀγαθοῦς faciunt Ἀγαθούας; etiam terminationem άκας transferunt in ακούας: sic Ἀτ-άκας Ἀτ-ακούας n. 2130. 41. ac pro hoc rursum Ἀττακόας n. 2131. quemadmodum Olbiae et Ἀρσηούαχος et Ἀρσηόαχος dictum. Initialis radix est Ἀττα, de qua cf. Introd. II, 13. Ceterum haec quoque permutatio terminationum άκης et ακούας s. ακόας Medica est: manifesto enim a voce Ἀρσάκης s. Ἀρτάκης fit Ἀρτακόανα s. Ἀρτακαύανα s. *Artacabana* (Mannert. l. c. p. 96.). Contra terminatio ακος non videtur Maeotica nec Sauromatica nec Medica esse. Πάλακος quidem Sciluri filius vulgo dicitur, quamquam Scytha

potius habendus, quam Sauromates vel alius stirpis cuiuscunque; sed illud nomen ne verum quidem est, petitum quippe ex duobus Strabonis locis (VII. p. 306. 309.), in quibus castelli nomen Παλάκιον cum Coraïo, non filii Sciluri statuendum est: Ὀλθακός vero Maeotae nomen apud Plutarchum (Lucull. 16.) aut ad aliam prorsus familiam referendum est, quum etiam accentus differat, aut fuit Ὀλθακόας. Porro ut Δηϊόκης Medicum, ita pro Καττάκας habetur Κατόκας n. 2130. 53. Quod in altero τ, in altero ττ est, nihil referre ex simili iam voce docui. Sed longius discedit Scythicum Ἀμιζώκης apud Lucianum (Toxar. 38.), quod cave Sauromaticum habeas: Lucianus enim haec diligenter distinguit. Magis affinia prioribus videntur Ὀθέκας Maeoticum n. 2130. 45. 53. Καζέκα locus Chersonesi inter Theudosiam et Panticapaeum (Arrian. Peripl. Pont. Eux.); et comparanda fortasse etiam Χοδέκιος, Γαδίκιος Maeotica n. 2131.

8. *Secundae* familiae radix finalis videtur *Medica* esse, sed rarior, άγης et αγος, quae, licet vocalis mensura differat, quod aegre fero (cf. Introd. II, 5.), tamen videntur eadem esse. Medica sunt Ἀστυ-άγης, Ἅρπ-αγος, quod Graecam mentitur formam; radix an eadem sit ac Scythica άγ aut άγα, quis dixerit? Equidem vix arbitror. Persicae originis manifesto est etiam Φάρν-αγος in Odessensi titulo n. 2056. *c.* cuius quidem prior radix sit Φαρν Persicum (Introd. II, 13.). *Sauromatica* regina est Ἀμ-άγη (Polyaen. VIII, 56.): apud *Maeotas*, quod illi ex Ἄγαθος faciunt Ἀγαθοῦς (Introd. II, 9.), ex αγος fit αγοῦς: unde Σι-αγοῦς n. 2130. 56. 60. *Olbiae* vero intemerata servatur terminatio, latissime ea patens. Sic n. 2084. Ἄμν-αγος, in quo radix initialis et ipsa Medica, quae finalis in Σισ-άμνης, Ἀριαρ-άμνης (Herod.); n. 2067. 2070. 2072. Ἄβρ-αγος, cuius initialem radicem Medicam infra illustro (Introd. II, 13.); n. 2072. Ἰάφ-αγος, n. 2071. Μάκ-αγος; n. 2080. Δάδ-αγος, correctum mutatione litterae T in Γ, quae in optimo licebit apographo, quum praesertim certa sit vox Δάδος Maeotica et Olbiopolitana, ex qua illam cum radice aliqua finali componendam esse liquet; et certe probabilior haec correctio quam si vocem Δαδάκης ibi statuere velis (cf. Introd. II, 7. 12.); ceterum sibi respondent nomina Δάδαγος et Δαδάκης, ut Φάρναγος et Φαρνάκης. Addo ex n. 2078. nomen Μου-κούν-αγος, cuius duo priora elementa cum alio finali sunt in Μου-κουν-άκυρος (Introd. II, 6.); unde n. 2070. in apographo male fido pro Χούναρος quamquam tolerabili probabiliter dedi Κούν-αγος, cuius prior radix sine illo Μου est in Maeotico et Olbiopolitano Κόνος s. Κοῦνος (Introd. II, 12.). Praeterea huc pertinent Ἀργουάν-αγος n. 2070. 2071. Ῥηχούν-αγος n. 2078. Τούμβ-αγος n. 2061. 2071. Σπότ-αγος, ex quo Romano more factum Σποταγανός n. 2075. Nec temere credo vocem Ἀλούθατος n. 2069. in apographo non certissimo muto in Ἀλούθ-αγος. Ad eandem analogiam, assumpto tamen η n. 2091. videtur Ἄθηγος fictum. Tribus verbis addo *tertiam* speciem vocum in αχος finitarum: Ἀδύρμ-αχος est *Maeota* apud Lucianum (Toxar. 44.); *Olbiopolitanus* Ἀρσηού-αχος s. Ἀρσηό-αχος n. 2074. 2089. Σώμαχος n. 2072. fortasse Graecum est ex σώζειν et μάχη.

9. *Quartam* familiam dico eorum nominum, quae in εϊ et εϊς terminantur, *Maeoticorum* illam, *Olbiam* et in *Bosporum* translatorum; quam quum supra iam illustrarim (Introd. II, 5.), convertor ad *quintam* vocum in οῦς desinentium, de quibus ibidem aliquid monui. Late haec patet in *Maeoticis*. Primum Graeca in ος terminata ad hanc mutantur normam, ut Χρηστοῦς Χρηστοῦ, Ἀγαθοῦς Ἀγαθοῦ n. 2130. 2131. dein Maeotis propria sunt Ζαζζοῦς Ζαζζοῦ n. 2130. 38. n. 2131. bis, Μαστοῦς n. 2130. 55. Σιαγοῦς ibid. 56. 60. (ex Σίαγος, Introd. II, 8.). Etiam Πάτους s. Πατοῦς nomen loci prope Gorgippiam, alias Βατά, huc pertinere videtur (Introd. I, 15.). *Phanagoriae* in Bosporo sic Ἡζοῦς n. 2129. *Olbiae* Σαμοῦς Σαμοῦτος n. 2067. Nova mutatione ex Ἀγαθοῦς fit Ἀγαθούας n. 2130. 49. ut Ἀτακούας et Ἀττακόας (Introd. II, 7.). Superest Maeoticum Κοσσοῦς Κοσσοῦ n. 2130. 17. 18. 39. 40. 51. et n. 2131. bis: quod quis Latinum *Cossus* esse dixerit. Sed nullum nomen in Maeoticis hoc frequentius, raraque ibi Latina, ut *Marius* n. 2130. 31. *Cominius* n. 2131. Itaque Κοσσοῦς arbitror barbarum esse nomen, ab eoque videtur *Panticapaei* esse Κοσσᾶς Κοσσᾶ n. 2114. per medias formas Κοσσούας, Κοσσόας traductum.

10. *Sextam* classem constituant nomina in σας s. σης, τας s. της desinentia, praecedente aut vocali aut consona liquida λ, μ, ν, ρ. Primum σας post vocalem in *Maeoticis* est, ut n. 2130. 12. 26. 44. genitivi - - σόσα, Λεφαόσα, Γοργόσα, ib. 34. Σαφάσας, 39. 43. Ἀτταμάσας: fortasse vero pro άσας ab initio terminatio erat άνσας s. άμσας, de qua statim dicam, et emolliendi soni causa modo abiecta consona, ut in Scythico Ἀντέας Ἀτέας, in Graeco στὰνς στάς, modo insertum est α, sicut in Persico Φαρασμάνης, de quo infra dicam: ut Ἀτταμάσας esset ex Ἀττάμσας factum: Ἀττάμσας autem est ex terminatione άμσας et initiali Ἄττα, quod solitarium extat n. 2114. *d.* et cum alia terminatione in voce Ἀττακόας et similibus (cf. Introd. II, 13.). Minus probabile mihi, -μάσας esse idem quod in Scythica finali radice -μασάδας (Introd. II, 5.). Utut est, etiam *Persae* simili utuntur terminatione, ut Καμβύσης, et quum σ et τ passim in huiusmodi forma varient, huc referendum videtur etiam Φρα-άτης. Porro Βολογ-άσας (vulgo *Vologeses*) nomen est regum Parthicorum, cuius genuinam formam servant nummi: eiusdem formae est Μουνήσης, Bactrianae regis nomen. Ad formam λσας pertinet rudius scriptum *Maeoticum* Ζάλζας, in quo secundum ζ esse pro σ docet femininum Ζάλσις (Introd. II, 12.). Terminationem -άμσης habebat haud dubie ea vox, ex qua derivatur Ῥαδαμσάδιος s. Ῥαδάμσαδις nomen regis Bosporani Maeoticum vel *Sauromaticum:* debuit nomen esse Ῥαδάμσας, unde fiebat Ῥαδαμσάδης, et hinc Ῥαδαμσάδειος s. Ῥαδαμσάδιος ac Ῥαδάμσαδις derivatum est, ut supra monui (Introd. I, 13.). Compositionem consonarum μσ quum aegre ferrent Graeci, *Olbiopolitae* inseruerunt labialem mutam: sic n. 2067. 2074. est Ῥαδαμψῶν, illata alia ter-

minatione Ionibus valde frequentata, ut Συλοσῶν, cuius Olbiae exempla habes Ἡροσῶν n. 2058. Ἱεροσῶν n. 2077. et ni fallor n. 2096. *d.* quorum alterutrum, credo posterius, reponendum in Dionis Borysthenitica (XXXVI. p. 87.), ubi nunc legitur ὦ φίλε Ῥόσων. Idem quod -άμσης, est -άνσης s. ἀνζης, ut Φαρεάνζης s. Φαρεάνσης rex Bospori Maeoticus vel Sauromaticus: ipsum νσ pro μσ vidimus in nomine Ῥαδάμσαδις (Introd. I, 13.). Sed νσ aegre fertur, haud aegre ντ; itaque pro νσης *Persae* dicunt ντης, Χρυσάντας (Xenoph. Cyropaed.); et quemadmodum Persica άρτης et όρτης videntur eadem esse, sic eadem iudico Persica άντης et όντης, ut Ἀρτ-όντης (Herod.) ex notissima initiali radice, Ὀρ-όντης (Xenoph. Anab.) ex initiali eadem quae in Ὀρ-οίτης, Ὀρο-σάγγαι (Herod.). Etiam Olbiae habetur Ὀρόντης n. 2060. 2068. 2088. Quod quidem nomen non infrequens apud Persas tam simplex quam compositum cum aliis, ut apud Curtium est *Orontopagus*; attamen nescio an id ipsum ex Syria potissimum Olbiam pervenerit. Nam alter Orontarum Olbiopolitarum est *Ababi* f. quod nomen Syriacum; et notus est Syriae fluvius Orontes. Alter tamen Orontes n. 2068. *Spadacis* f. est, quod nomen Persice formatum. Postremo ρσης est in Κάρσας *Maeotico* n. 2130. 43. et in Bosporani regis nomine Maeotico vel Sauromatico Θοθόρσης; ex *Persicis* conferri possunt Ναρσῆς, credo etiam Ξέρξης, quod secundum ξ non verum continebat Kappa; nec disparia quae τ et ο assumunt Ἰαξ-άρτης, Φρα-όρτης (cf. Introd. II, 13.).

11. *Septima* analogia complector formata in άνης et ίνης. *Maeoticum* vel Sauromaticum est *Teir-anes* regis Bosporani nomen; radix initialis eadem, quae in Persico *Tiridates* cum nota finali comparet: *Todord-anes* fluvii Maeotici Asiani nomen. Comparanda *Persica* Ἀρσ-άνης et Ἀρτ-άνης, cuius initialis frequentissima; Ἀξ-άνης, Σουσισκ-άνης, Σωσθ-άνης (Aeschyl.); Ὀτ-άνης, cuius initialis cum usitatissima finali habetur in Ὀτ-άσπης; Τιγρ-άνης, cuius initialem refert Lazicum Τιγρα-πάτης (Lucian. Toxar. 44.). Etiam Scythae nomen Γυνδ-άνης (Lucian. Toxar. 61.) esse Persicum docet radix Γύνδης fluvii nomen. *Maeotica* sunt Γοζ-ίνας n. 2130. 58. Κοθ-ίνας ib. 55. cuius radix Κόθις ib. 59. *Persica* Ἀσπαθ-ίνης (Herod.), Ῥαθ-ίνης (Xenoph. Anab.), de cuius initiali vide infra; *Oz-ines* apud Curtium; *Zors-ines* est rex Siracorum inter Maeotidem et mare Caspium (Tacit.), nomenque aut Maeoticum aut Medicum aut utrumque; Scythae nomen Σισ-ίννης (Lucian. Toxar. 57 sqq.) Persicum esse patet ex initiali, quam tenes in Persico Σισ-άμνης (Herod.), eademque fortasse latet in nomine *Sysi-mithres* apud Curtium, cuius radix finalis notissima est. Postremo his septem analogiis addo voces, quarum finales aut *singulares* aut *rariores* in titulis sunt. Huc pertinet Μουλί-ουργος non satis certum, idque *Olbiae* n. 2073. cuius radix finalis in *Sarmatiae* populi nomine Οὖργοι latere videtur (Strab. VII. p. 306. quem locum non video cur corruptum iudicet Mannert. Geogr. T. IV. p. 275.); atque indidem explicanda vox Ἄσπ-ουργος (Introd. II, 13.), ex qua *Maeotae* Ἀσπουργιανοὶ dicti: nomen compositum ex Οὖργοι et *Persico asp* (*equus*), ut *Rhoxolani* sunt *Rhox-alani*. Singulare est Ὄμψαλ-μος n. 2093. *Olbiae*; initialem aliunde cognitam habemus ut *Maeoticam* (Introd. II, 13.); finale fortasse ex μοῦ ortum (Introd. II, 12.): singulare etiam Ἀμώθαστος *Olbiae* n. 2067. Conferri inter se possunt *Olbiopolitana* Ἄβνωζος n. 2070. Ῥαθάγωσος n. 2084. in quo σος idem esse potest quod ζος, ut in Ζάλζας Ζάλσις, initialis autem radix Ῥαθα haud dubie *Medica et Sauromatica* est; adde *Persica* Μεγάβυζος, Φαρνάβαζος etc. Nec multum abludit Χώδαρζος *Olbiae* n. 2071. simile *Parthico Gotarzes*; n. 2130. 29. autem *Maeoticum* Φανδάραζος idem haud dubie est ac Φάνδαρζος, additumque soni mitigandi causa α, ut in Φαρασμάνης. Καινάζαρθος *Olbiae* n. 2070. videtur eandem finalem habere ac Persicum, non ut putatur Indicum, Φαρν-αζάθρης apud Herodotum, solita litterae ρ transpositione.

12. Quas hucusque consideravimus terminationes, in iis partim radices latere, partim solas haberi flexionis formas, ut in οῦς, ίνης, vix est quod moneam: utrarumque autem cognitio quo fiat certior et firmior, separatim dicam de nominibus simplicibus nulla nisi Graeca terminatione instructis, quorum pars etiam initialem compositorum radicem constituit, sed tantum de iis, quae in titulis reperiuntur; in his quoque simplicibus Olbiopolitana et Bosporana cum Maeoticis Sauromaticisque et Persicis conspirare patebit. Deinde cum delectu ad consilium nostrum instituto de aliquot disseram radicibus initialibus, quae ut plurimum non comparent nisi cum finalibus compositae, et in titulis nusquam incompositae reperiuntur. Utraque disputatio quum perfici nequeat nisi iterum considerandis iisdem potissimum vocibus, quas supra tractavimus, quod ego non defugi taedium, ferent fortasse etiam legentes. *Simplicia* igitur sunt haec. N. 2130. in *Maeotico* titulo est Βάγης, cui simile ibidem Ζαβάγιος; *Persica* confer *Bagaeus*, *Bagapaeus*. N. 2130. 53. in *Maeotico* est Δάδος, ut *Olbiae* n. 2061. 2070. 2089. 2090. unde Δάδαγος et Δαδάκης (Introd. II, 7. 8.). Δάσεϊς et Δάση sunt *Bosporana* n. 2127. 2128. quae ex *Maeotica* lingua fluxisse docet terminatio εϊς (Introd. II, 5.): Maeotae vero quum subinde σ habeant, ubi Persae τ (Introd. II, 10.), videtur Δάσεϊς nihil aliud esse nisi *Persicum sive Medicum* Δᾶτις, quae radix finalis est permultorum Persicorum, Ἀβρα-δάτας, Ἀσι-δάτας s. Ἀσια-δάτας (Xenoph. Anab. et Cyrop.), *Ma-datas*, *Meher-dates*, Μιθρα-δάτης, Φερεν-δάτης etc. eademque est initialis in Δατ-άμης, formato ut Ἀρτ-άμας. Neque obest, quod paenultima in Persico longa, in Maeotico brevis. Ceterum constat in hac radice inesse dandi notionem, ut *Mithradates* sit *a Mithra datus*, Φερενδάτης videatur id quod Graece Κλεόδοτος etc. *Maeoticum* porro est Ζάλζας Ζάλζου n. 2130. hinc *Olbiae* femininum Ζάλσις n. 2089. Κόνος *Maeoticum* n. 2130. 41. manifesto idem est quod *Olbiae* n. 2078. Κοῦνος, unde Κούν-αγος, si n. 2070. recte correxi; idemque elementum Olbiae comparet haud ambigue cum alio μοῦ compositum in vocibus Μου-

κούν-αγος, Μου-κουν-ἄκυρος, et credo in *Persico* Κούν-αξα. Μαστοῦς *Maeoticum* n. 2130. 55. manifesto cohaeret cum nomine fortasse corrupto Μαστόνῳ n. 2090. in *Bosporano* titulo. Φάρζηος *Olbiae* n. 2071. vix aliud est nisi Φαρζήϊος s. Φάρζειος Graece terminatum ut Ποσιδήϊος (Introd. II, 1.); radix *Persica Fars* nomen terrae, unde Φάρζ-ιρις, Graecis Παρύσατις (Strab. XVI. extr.), et nomen Ibericum *Pharasmanes* (Tac. Ann. XII, 44.), hoc est Φαρζ-μάνης, in quo finalis radix ea quae initialis in voce *Man-apis* (Curt. VI, 13.). Appono etiam alia simplicia, de quibus nihil quod dicam habeo: Ἄδοος n. 2076. et in nummis (ap. Blaramberg. de numm. Olb. p. 42. 43.), Κέφθου n. 2130. 30. Κόθις ib. 59. unde est Κοθίνας, Πέλδιος n. 2076. Πουρθαῖος n. 2076. 2079. Σαδαῖος n. 2071. Χαραζηνός n. 2070. omissis aliis, quae praecepi in prioribus aut prorsus tacenda duco.

13. Ex *radicibus* quas dixi *initialibus* omissis aliis, quas prius attigi, octo considero, quarum duae tres simul finales sunt. *Prima* Ἀβρα s. Ἀβρο est in *Olbiopolitano* Ἄβρ-αγος, in *Persicis* Ἀβρα-δάτης (cf. Introd. II, 12.), Ἀβρο-κόμας. *Secunda*, quam ob solum Ariopharnis nomen considero, Ἀρια s. Ἀριο videtur simplex comparere in nominibus fluvii Ἄριος, regionis Ἀρία, populi Ἄριοι, qui *Medi* sunt (Herod. VII, 62.): hinc multi Persae denominati, Ἀρι-αῖος, Ἀρια-βίγνης, Ἀρι-άμνης, Ἀρι-αρ-άμνης, Ἀριό-μαρδος, Ἀρια-ράθης, Ἀριο-βαρζάνης etc. Convenit nomen regis nationis Maeoticae *Ario-pharnes* (Introd. I, 18.), cuius radix utraque Medica. Ἀρ s. Ἄρα quod est in Ἀράξης, Ἀράσπης etc. et in terminatione άρης (Introd. II, 6.) haud dubie est diversum. *Tertia* initialis Ἀρσα s. Ἀρτα et Ἀρτο *Olbiae* est in Ἀρσ-άκης, fortasse etiam in Ἀρσηούαχος; in *Persicis* simplex prostat in voce *Arses*, et videtur robur ac virtutem, Graecum fere κράτος significare, ut *Arses* sit quasi *Crates*; tum initialis Persica est frequentissima, ut Ἀρσ-άκης, Ἀρτ-ακία, Ἀρτ-ακόανα, Ἀρσ-άνης, Ἀρτ-άνης, Ἀρτά-βανος, Ἀρτα-βάτης, Ἀρτά-βαζος, Ἀρτα-χαῖος, Ἀρτ-όχμης, Ἀρτ-ύντης, Ἀρτα-ξέρξης et Ἀρτο-ξέρξης, Ἀρτα-πάτας, Ἀρτα-φέρνης, Ἀρσ-άμας et Ἀρτ-άμας, Ἀρτα-κάμας et Ἀρσο-κόμας, et in aliis permultis; rarior est finalis, ut in Ἰαξ-άρτης, et assumpto ο in Φρα-όρτης, quod simile voci Φρα-άτης, mutata tantum finali, et in *Maeotico* vel *Sauromatico* Θοθ-όρσης. *Quarta* initialis Ἀτα s. Ἀττα quae in multis linguis *patrem* designat, in *Maeoticis* solis duabus reperitur vocibus, Ἀττα-μάσας s. Ἀτα-μάσας n. 2130. 39. 43. et Ἀττα-κόας s. Ἀτα-κούας n. 2131. et 2130. 41. Incomposita extat n. 2114. *d.* *Quinta* Ὀμψαλ s. Ἀμψαλ comparet *Panticapaei* in Ὀμψαλ-άκης n. 2108. *e.* et *Olbiae* in Ὄμψαλ-μος n. 2093. hoc est Νικήρατος. Coniicias igitur Ὀμψαλ esse νίκη, et μοῦ (ut Scythicum σποῦ *oculus*) esse ἔρως vel φιλία, ut Μου-κούν-αγος, Μου-κουν-ἄκυρος sit quasi Φιλο-κούν-αγος etc. Sic Ὀμψαλ-άκης responderit alii voci ex νίκη compositae, exempli causa Νικόμαχος. Ad eandem radicem refero nomen urbis prope ἄκραν Τορετικήν, a Toretis *Maeotis* ut videtur dictam, Ἄμψαλ-ις (Ptolem. Geogr. V, 9. coll. Mannert. Geogr. T. IV. p. 389.), quod fuerit quasi Νίκαια. *Sexta* initialis est Ῥάδα, non diversa ut videtur a Ῥαθα s. Ῥαθο. *Olbiae* quidem utraque forma reperitur in Ῥαδ-αμψῶν (Introd. II, 10.), et Ῥαθά-γωσος n. 2070. Ex his prius redit in regis Bosporani *Maeotico vel Sauromatico* nomine Ῥαδα-μσάδιος, et voci Ῥαθάγωσος non immerito ut videtur a Rochetto (Antt. Bosp. p. 227.) confertur *Radagaisus*. Gothorum is rex exercitum duxit ex variis mistum populis, etiam ex *Sarmatis*, si Grotii in Isidori textu lectio vera est; nec Gothus fuit sed Scytha ut aiunt (Oros. VII, 37. et ex hoc Marcellin. Chronic. ad a. 406. Isidor. Hist. Goth. c. 14.): quo minus vox Germanica habenda est. At Scythae quod tum improprie multi populi appellabantur, qui Scythae non fuerunt, ut Alanos Ptolemaeus dicit Scythas (Mannert. Geogr. T. IV. p. 266.), putes Alanum fuisse Radagaisum: sed Orosius, cui Radagaisus Scytha vocatur, Alanos hoc suo vocat nomine, non Scytharum. Potius vide ne Radagaisus Sauromata fuerit ex veteri Scythia; Scythae certe prisci illa aetate in illis terris non superfuere liberi et a reliquis barbaris discreti. Ceterum Radagaisus raro et corruptius dicitur Rhodogaisus. Ex *Medicis* conferri ad hanc radicem possunt Ῥαθ-ίνης (Xenoph. Anab.), Ῥαθο-νίκης (Xenoph. Cyrop.) ex gente Cadusiorum, qui Mediae fuerunt septentrionalis nec non ad Caucasum, *Rhada-mistus* Iberus (Tac. Ann. XII, 44 sqq.). Finalis haec radix esse videtur in Ἀρια-ράθης. Fortuito similia sunt Graeca quaedam, ut Ῥαδάμανθυς. *Septimam* initialem Σαν, quam ex *Persicis* illustravi ad n. 2119. habuerunt ut videtur *Maeotae* quoque, et fortasse *Olbiopolitae* (vide ad n. 2078.). *Octavam* Φαρν s. Φερν in Maeoticis titulis sola nomina Φαρν-άκης et Φαρν-ακίων referunt, quae ibi non ex antiquiore et populari usu, sed ex nomine filii Mithradatis manasse supra dixi: quo magis patet, Maeotica Olbiae nomina non recens invecta esse, sed a priscis incolis, qui ante Scythas ibi fuerunt, repetenda: alias enim Olbiae quoque nomen Φαρνάκης frequens foret, cuius ibi ne unum quidem reperies exemplum. Sed rex *Maeoticus Ario-pharnes*, et *Sauromaticus* opinor *Saita-pharnes* ex hac radice elementum finale petitum ostendunt (Introd. I, 2. 18.), et apud *Persas* nihil illa frequentius et initio vocum et in fine; *far*, quod novis Persis *splendor et potentia maiestatis* est, fortasse idem iudicandum: ut proinde rex Saiorum Σαϊτα-φάρνης videatur quasi Σαϊτα-κλῆς, et Maeota Ἀριο-φάρνης, Ariorum ille sive Medorum progenies, sit quasi Ἀριο-κλῆς. Exempli causa addo Persica aliquot: Φάρν-αγος in Odessensium titulo, Φαρνά-βαζος, Φαρν-ούχης, Φαρνα-ζάθρης, Φαρν-άσπης, hoc est Κλεΐππος, quod *asp* constat *equum* esse, frequentissimum illud in Persicis nominibus, ut Ὑστάσπης, Ἀράσπης, Πραξάσπης, Σατάσπης, Ὀτάσπης, *Zariaspes* (Curt. Ruf.), *Aspastes* (ibid.) etc. Ubi consona infertur post Φαρν s. Φερν, ut in Φαρασμάνης (Introd. II, 13.) post litteram ρ inseritur vocalis; unde Φερενδάτης apud Herodotum, hoc est quasi Κλεόδοτος. Finalis radicis exempla Persica sunt permulta: Ἀρτα-φέρνης, Δαι-φάρνης, Ὀλο-φέρνης, Ὀρρο-φέρνης, Ἰντα-φέρνης, Μεγα-φέρνης, *Phrata-phernes* (Curt.

Ruf.), Τισσα-φέρνης etc. Sed veteres Graeci, quo nomina Graecis essent similiora, transposita canina littera, quae locum mutare amat, illud φέρνης mutarunt in φρένης, ut apud Aeschylum est Ἀρταφρένης, et Herodoto quoque ex libris restituendae sunt lectiones Ἀρταφρένης, Ἰνταφρένης.

14. In fine huius disputationis non abs re videtur aliquot litterarum frequentiorem in *Maeoticis* vocabulis usum annotasse, *Olbiae* quoque et in *Bosporo* redeuntibus. Primum igitur valde frequens est ου ante consonam, ut in *Maeotica* terminatione vocabulorum Ἀγαθοῦς, Χρηστοῦς, Σιαγοῦς etc. in *Bosporano* Ἡζοῦς, *Olbiae* in Σαμοῦς, tum in radicibus κουν, μου-κουν, ῥηχουν, αλουθ, τουμβ (Introd. II, 8.), Μουλί-ουργος; item cum hiatu et post consonam et post vocalem aut initio vocis, ut *Olbiae* in Ἀργουάναγος, ut in *Maeoticis* Ἀγαθούας, Ἀτακούας s. Ἀττακόας; porro Ἀρσηούαχος s. Ἀρσηόαχος; Οὐαπαδάκης, Οὐάρδανος s. Οὐαράδανος fluvius Maeoticae terrae etc. Similiter *Medica* comparata fuisse vix neges: vidimus supra vocem *Artacoana s. Artacabana*; notum est Parthicum *Artavasdes*, nota sunt *Vologeses*, *Vonones* et similia, in quibus Graeci illud ου partim obscurarunt illato β, ut Ἀρτάβαζος. Ex hac litterae ου ante vocalem frequentia videtur Olbiae etiam ille barbarismus natus, ut Βιρόθεος (s. Οὐιρόθεος) scriberetur pro Ἱρόθεος (Introd. II, 1.). Praeterea ζ ut apud *Persas*, sic in *Maeoticis* vocibus videtur usitatissimum fuisse: ita in Maeoticis titulis Ζαβάγιος, Γοζίνας, Ἀζίας, Ζάλζας, Ζαζζοῦς, Φανδάραζος; in Maeotarum vicinia gens *Lazi*, urbs *Tazus*; in *Bosporo* Ἡζοῦς, Μαζαία (Lucian. Toxar. 44.), rex Φαρέανζης; *Olbiae* Χαραζηνός, Καινάζαρθος, Ἄβνωζος, Φάρζηος, Χώδαρζος, Ζάλσις, Ζώβεϊς.

---

## 2057.

Prope Adjeder (Ovidiopol) in sinistra ripa *Tyrae* fluvii, haud procul ab ostio (hoc est in vicinia oppidi *Ophiusae s. Tyrae*, Milesiorum coloniae), in basi statuae marmoreae, cuius pedes ex parte adhaerent. Ed. Leo de Waxel, Recueil de quelques antiquités trouvées sur les bords de la Mer-Noire, n. 6. in aere. *a* in altero, *b* in altero latere basis scriptum est.

*a.*

ΜΕΣΥΤΗΕΟΣ

*b.*

ΗΙΑΩΗΙΣ

*a* legas Μησ[ί]θεος, antique scriptum, ut in columna Naniana; alterum nomen non extrico: et nimium incerta sunt Waxelii apographa.

---

## 2058.

Stolnae (Stolnoje) in domo Comitis Iliae Andreae f. Kuschelew-Besborodko, qui solum Olbiae possidet, columella extat marmoris candidi in ruderibus *Olbiae* reperta, quadrata illa, planis, in quibus scriptura, laevigatis, alta 5′ - 5′ 10″, crassa 10″; scriptura in duobus oppositis lateribus marmoris 1′ 5″¾ latis eleganter exarata: infra lapis fractus est. Titulum m. Dec. a. 1821. transcripsit Köppenius ediditque in libro: Alterthümer am Nordgestade des Pontus (Vindob. 1823.) p. 85 sqq. cum translatione Germanica Eichenfeldii et notis ac specimine litterarum aere expressis. Idem separatim hoc decretum edidit cum Germanica translatione: Olbisches Psephisma zu Ehren des Protogenes (Vindob. 1823. 8.), et autographum suum in meos mihi usus concessit. Adversus Köppenium dixit Köhlerus in Iudicio de eius Antiquitatibus orae sept. Ponti p. 47-53. cui respondit Köppenius in libello: Nachhall vom Nordgestade des Pontus p. 11 sq. Ipse vero Köhlerus titulum ex lapide multis ante Köppenium annis a sese tractato edidit et Germanico sermone reddidit in libello: Zwei Aufschriften der Stadt Olbia (Petropoli 1822. 8.) p. 8 sqq. et quantum cognovi in Serapide p. 63. repetiit, qui tamen liber nondum publici iuris factus est. Dixerunt de hoc titulo Malte-Brun Annal. des Voyages T. XIX. p. 132-142. Rochett. ib. p. 274-282. Letronnius ib. p. 282-289. Niebuhrius Opusc. hist. et philol. T. I. p. 382 sqq. Cf. etiam Journ. Asiat. 1823. p. 126.

*A.*

ΕΔΟΞΕΒΟΥΛΗΙΚΑΙΔΗΜ.ΙΕΙΚΑΔΙΟΙΑΡΧΟΝ
ΤΕCΚΑΙΟΙΕΠΤΑΕΙΠΑΝΕΠΕΙΔΗΗΡΟCΩΝΤΕΟΠΡΩ
ΤΟΓΕΝΟΥCΠΑΤΗΡΠΟΛΛΑCΚΑΙΜΕΓΑΛΑC
ΧΡΕΙΑCΠΑΡΕΙCΧΗΤΑΙΤΗΙΠΟΛΕΙΚΑΙΕΙCΧΡΗ
ΜΑΤΩΝΚΑΙΕΙCΠΡΑΓΜΑΤΩΝΛΟΓΟΝΠΡΩΤΟ
ΓΕΝΗCΤΕΔΙΑΔΕΞΑΜΕΝΟCΤΗΜΠΑΡΑΤΟΥΠΑ
ΤΡΟCΕΥΝΟΙΑΝΠΡΟCΤΟΝΔΗΜΟΝΔΙΑΒΙΟΥΔΙΑ
ΤΕΤΕΛΕΚΕΝΛΕΓΩΝΚΑΙΠΡΑΤΤΩΝΤΑΒΕΛ
ΤΙCΤΑΚΑΙΠΡΩΤΟΜΜΕΝΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΥCΑΙΤΑΦΑΡΝΟΥΤΟΥΒΑCΙΛΕΩCΕΙCΚΑΓΚΥ
ΤΟΝΚΑΙΑΠΑΙΤΟΥΝΤΟCΤΑΔΩΡΑΤΗCΠΑΡΟΔΟΥ
ΤΩΝΔΕΚΟΙΝΩΝΕΞΗΠΟΡΗΜΕΝΩΝΕΠΙΚΛΗΘΕΙC
ΥΠΟΤΟΥΔΗΜΟΥΕΔΩΚΕΧΡΥCΟΥCΤΕΤΡΑΚΟCΙΟΥ
ΤΩΝΤΕΑΡΧΟΝΤΩΝΘΕΝΤΩΝΤΑΙΕΡΑΠΟΤΗΡΙ
ΑΕΙCΤΗΝΤΗCΠΟΛΕΩCΧΡΕΙΑΝΠΡΟCΠΟΛΥΧΑΡ
ΜΟΝΠΡΟCΧΡΥCΟΥCΕΚΑΤΟΝΚΑΙΟΥΚΕΧΟΝΤΩΝ
ΛΥCΑCΘΑΙΤΟΥΔΕΞΕΝΟΥΦΕΡΟΝΤΟCΕΠΙΤΟΝ
ΧΑΡΑΚΤΗΡΑΑΥΤΟCΥΠΕΡΑΠΟΔΟΥCΤΟΥCΕΚΑ
ΤΟΝΧΡΥCΟΥCΕΛΥCΑΤΟΤΩΝΤΕΠΕΡΙΔΗΜΟΚΩΝ

ΤΑΑΡΧΟΝΤΩΝΑΓΟΡΑcΑΝΤΩΝΛΥcΙΤΕΛΩCΟΙΝοΝ
ΧΡΥcωΝΤΡΙΑΚΟCΙΩΝοΥΚΕΧοΝΤΩΝΔΕΤΗΝΤΙΜΗΝ
ΔΙΑΛΥcΑΙΕΠΙΚΛΗθΕΙcΥΠΟΤοΥΔΗΜοΥΕΔΩΚΕΤοΥc
ΤΡΙΑΚΟcΙοΥcΧΡΥcοΥcΕΠΙΤΕΗΡΟΔΩΡοΥΙΕΡΕωcΙΤο
ΔΕΙΑCΟΥcΗcΚΑΙΠωΛοΥΜΕΝοΥΤοΥcΙΤοΥΕΙCΠΕΝ
ΤΕΚΑΙΔΙΑΤοΝΚΙΝΔΥΝΟΝΤοΝΕΠΙΦΕΡοΜΕΝΟΝοΙο
ΜΕΝΟΥΔΕΙΝΤοΥΔΗΜοΥΠΑΡΑΘΕcΘΑΙCΙΤΟΝΙΚΑ
ΝΟΝΚΑΙΕΙcΤΑΥΤΑΠΑΡΑΚΑΛοΥΝΤοcΤοΥc
ΕΧοΝΤΑCΠΡωΤοcΠΑΡΕΛΘωΝΕΠΗΓΓΕΙΛΑ
ΤοΜΕΔΙΜΝΟΥCΔΙCΧΙΛΙοΥcΕΙCΔΕΚΑΚΑΙ
ΤΩΝΛοΙΠωΝΠΑΡΑΧΡΗΜΑΚΟΜΙCΑΜΕ
ΝωΝΤΗΝΤΙΜΗΝΑΥΤοCΕΝΙΑΥΤοΝcΥΜΠΕ
ΡΙΕΝΕΓΧθΕΙcΤοΚοΝοΥθΕΝΑΕΠΡΑΞΑΤοΕ
ΠΙΤΕΤοΥΑΥΤοΥΙΕΡΕωΑΘΡοωΝΠΑΡΑΓΕΝο
ΜΕΝωΝcΑΙωΝΕΠΙΤΗΝΤΩΝΔΩΡΩΝΚοΜΙ
ΔΗΝοΥΔΥΝΑΜΕΝοΥΔΕΤοΥΔΗΜοΥΔοΥ
ΝΑΙΑΥΤοΙCΑΞΙΩCΑΝΤΟCΔΕΠΡΩΤΟΓΕΝΗΝ
ΒοΗοΗCΑΙΤοΙCΚΑΙΡοΙCΠΑΡΕΛΘΩΝΕΠΗΓΓΕΙ
ΛΑΤοΧΡΥcοΥcΤΕΤΡΑΚοcΙοΥcΑΙΡΕΘΕΙCΤΕ
ΤΗCΤωΝΕΝΝΕΑΑΡΧΗcοΥΚΕΛΑΤΤΟΝΩΜ
ΜΕΝΗΧΙΛΙωΝΚΑΙΠΕΝΤΑΚοcΙΩΝΧΡΥCΩΝ
ΠΡΟΘΕcΙΝΕΠΟΙΗCΑΤοΕΠΙΤΑΙcΜΕΛΛοΥcΑΙC
ΠΡοcοΔοΙcΕΞωΜΠοΛΛοΙΜΕΝCΚΗΠΤοΥΧΟΙ
ΕθΕΡΑΠΕΥθΗcΑΝΕΥΚΑΙΡΩCοΥΚοΛΙΓΑΔΕ
ΔΩΡΑΠΑΡΕcΚΕΥΑCθΗΤΩΙΒΑCΙΛΕΙΛΥcΙΤΕΛΩ
ΠΡΑΘΕΝΤοcΤΕΤοΥCΤΟΛοΥΕΙCΒΑCΙΛΕΙΑ
ΚΑΤΑΤοΨΗΦΙCΜΑΕΝΩΙΕΔΕΙΤοΥcΑΓοΡΑ
CΑΝΤΑCΛΑΒΕΙΝΠΑΡΑΤΗCΠΟΛΕΩCΧΡΥcοΥc
ΤΡΙΑΚΟCΙοΥcΚΑΙΑΓοΡΑcΑΝΤοcΚοΝωΝοCΔΙ
ΑΤοΔΕΤΑΧΡΗΜΑΤΑΜΗΔΥΝΑCΘΑΙ
ΔοΥΝΑΙΤοΥcΑΡΧοΝΤΑcΑΛΛΕΙΝΑΙΠΑ
ΡΑΤΟΙCΤΕΛΩΝΑΙCΔΙΑΛΥCΑΜΕΝΩΝΤΗΝΩ
ΝΗΝΠΡΟCΤΗΜΠοΛΙΝΚΑΙΔΙΑΤΑΥΤΑΤΡΙc
ΑΝΑΠΡΑθΕΙCΗcΤΗcΩΝΗcΚΑΙΤΟΤΡΙΤοΝ
ΑΓοΡΑCΑΝΤοcΦοΡΜΙωΝΟccΥΝΙΔΩΝ
ΠΡΩΤοΓΕΝΗCΔΙοΤΙΜΕΓΑΛοΙcΔΙΑΠΤΩ
ΜΑCΙΠΕΡΙΠΕcΕΙΤΑΙΗΠοΛΙcΑΥΤΟCΠΑΡΕΛ
ΘωΝΕΙcΤΗΝΕΚΛΗCΙΑΝΕΔΩΚΕΤοΥcΤΡΙΑ
ΚΟCΙοΥcΧΡΥCοΥcΠΑΛΙΝΤΕΠΙΠΛΕΙcΤΑΡΧο
ΙΕΡΕΩCΙΤοΔΕΙΑc,ΓΕΝοΜΕΝΗCΙcΧΥΡΑCΚΑΙΠΩ
ΛοΥΜΕΝοΥΤΟΥcΙΤοΥΕΙcΜΕΔΙΜΝοΝΕΙCΔΥοΤΡΙ
ΤΕΙCΠΡΟΔΗΛοΥΔΕοΝΤοcΕcΕcΘΑΙΤΙΜοΥcΤΕ
ΡΟΥΩCΠΕΡΔΕΚΑΙΕΓΕΝΕΤοΠΑΡΑΥΤΙΚΑοΜΕΔΙ
ΜΝοCΧΡΥcοΥΚΑΙΔΥοΤΡΙΤΩΝΚΑΙΔΙΑΤΑΥΤΑ
ΔΙΑΓΩΝΙΑCΑΝΤοcΤοΥΔΗΜοΥΚΑΙοΙοΜΕΝοΥ
ΔΕΙΝCΙΤΩΝΗCΑΙΕΙCΔΕΤΑΥΤΑΧΡΕΙΑCΠΑΡΑ
CΧΕCΘΑΙΤοΥCΕΥΠοΡοΥΜΕΝοΥcΠΡΩΤοccΥΝ
ΕΛΘοΥCΗCΕΚΛΗCΙΑCΕΠΗΓΓΕΙΛΑΤοΕΙcΤΗΝ
CΙΤΩΝΙΑΝΧΡΥcοΥcΧΙΛΙοΥcοΥcΠΑΡΑΥΤΙΚΑΕ
ΝΕΓΚΑCΕΔΩΚΕΝΩΝΤοΥcΤΡΙΑΚοcΙοΥcΑΤοΚοΥc
ΕΙcΕΝΙΑΥΤοΝΚΑΙΔοΥcΧΡΥcΙοΝΠΑΝΧΑΛΚοΝ
ΕΚοΜΙcΑΤΟΕΚΤΕΤΡΑΚοcΙωΝΠΡΩΤοcΔΕΠΗΓ
ΓΕΙΛΑΤοΠΥΡΩΝΜΕΔΙΜΝοΥcΔΙCΧΙΛΙοΥcΠΕΝ
ΤΑΚοCΙοΥcωΝΤοΥcΠΕΝΤΑΚοcΙοΥcΜΕΝΕΔΩΚΕΝ
ΕΙCΤΕΤΤΑΡΑCΚΑΙΕΚΤΕΑΤοΥcΔΕΔΙCΧΙΛΙοΥCΕΙC
ΔΥΟΚΑΙΕΠΤΑΗΜΙΕΚΤΕΑΚΑΙΤΩΝΛοΙΠΩΝΤΩΝ
ΕΝΤοΥΤΩΙΤΩΙΚΑΙΡΩΙΕΠΑΓΓΕΙΛΑΜΕΝΩΝΠΑ
ΡΑΧΡΗΜΑΤΑcΤΙΜΑCΚοΜΙcΑΜΕΝΩΝΑΠοΤΩΝ
ΠοΡΙcΘΕΝΤΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝΑΥΤΟCCΥΜΠΕΡΙΕ
ΝΕΓΧΘΕΙCΕΝΙΑΥΤοΝΤΗΝΤΙΜΗΝΕΚοΜΙcΑΤοΤο

ΚοΝοΥΔΕΝΑΠΡΑΞΑΜΕΝΟcΚΑΙΔΙΑΤΗΜΠΡΩΤΟ
ΓΕΝΟΥCΠΡΟΘΥΜΙΑΝΠοΛΛΑΜΕΓΧΡΗΜΑΤΑοΥ
ΚοΛΙΓοCΔΕCΙΤοCΕΠΟΡΙCΘΗΤΩΙΔΗΜΩΙΤοΥΤΕ
ΒΑcΙΛΕΩCCΑΙΤΑΦΑΡΝοΥΠΑΡΑΓΕΝοΜΕ
ΝοΥΕΙCΤοΠΕΡΑΝΕΠΙΘΕΡΑΠΕΙΑΝΤΩΝΔΕΑΡΧοΝ
ΤΩΝcΥΝΑΓΑΓοΝΤΩΝΕΚΛΗcΙΑΝΚΑΙΤΗΝΤΕΠΑ
ΡοΥcΙΑΝΕΜΦΑΝΙCΑΝΤΩΝΤοΥΒΑCΙΛΕΩCΚΑΙΔΙο
ΤΙΕΝΤΑΙcΠΡοCοΔΟΙCΕCΤΙΝοΥΔΕΝΠΑΡΕΛΘΩΝ
ΠΡΩΤΟΓΕΝΗCΕΔΩΚΕΧΡΥCΟΥcΕΝΑΚοcΙοΥCΤΩΝ
ΔΕΠΡΕCΒΕΥΤΩΝΛΑΒοΝΤΩΝΤΑΧΡΗΜΑΤΑΚΑΙΑ
ΠΑΝΤΗCΑΝΤΩΝΒΑCΙΛΕΙΠΡΩΤΟΓΕΝοΥcΚΑΙ
ΡΙCΤΟΚΡΑΤοΥCΤΟΥΔΕΒΑcΙΛΕΩCΤΑΜΕΝΔΩΡΑ
ΑΜΕΝοΥΕΙcοΡΓΗΝΔΕΚΑΤΑCΤΑΝΤοCΚΑΙ
ΑΝΑΞΕΥΞΙΝΠΟΙΗcΑΜΕΝΟΥΜΕΤΑΓΡ‾
ΔΕΚΑΙΤοΥcΑΡΧοΝΤΑcΑΝΑ‾
‾ΛΘΩΝΟΔΗΜοCΠΕΡΙΦΟ
CΒΕΥΤΑCΕΠΙΤ
ΙCΩ Ο

*B.*

ΕΤΙΔΕΤοΥΠΛΕΙCΤοΥΜΕΡοΥCΤοΥΠΡοCΤοΜΠΟΤ
ΜοΝΤΗCΠοΛΕωCΑΤΕΙΧΙCΤοΥοΝΤοCΤοΥΤΕΚΑΤ
ΤοΝΛΙΜΕΝΑΠΑΝΤΟCΚΑΙΤοΥΚΑΤΑΤΟΠΡΟΤΕΡΟ
ΥΠΑΡΧοΝΙΧΘΥοΠωΛΙοΝΕΩCοΥοΗΡΩCΟCΩCΙΑC
ΤΩΝΔΕΑΥΤΟΜΟΛΩΝΕΠΑΓΓΕΛΛΟΝΤΩΓΓΑΛΑ
ΤΑCΚΑΙCΚΙΡοΥCΠΕΠΟΙΗCΘΑΙCΥΜΜΑΧΙΑΝΚΑΙΔΥ
ΝΑΜΙΝCΥΝΗΧΘΑΙΜΕΓΑΛΗΝΚΑΙΤΑΥΤΗΝΤοΥΧΕΙ
ΜΩΝοcΗΞΕΙΝΕΠΑΓΓΕΛΛΟΝΤΩΝΠΡΟCΔΕΤΟΥ
ΤοΙCΘΙCΑΜΑΤΑCΚΑΙcΚΥΘΑcΚΑΙcΑΥΔΑΡΑΤΑCΕΠΙ
ΘΥΜΕΙΝΤοΥοΧΥΡΩΜΑΤΟCΔΕΔΙΟΤΑCΩCΑΥΤΩCΚΑΙ
ΑΥΤοΥcΤΗΝΤΩΓΓΑΛΑΤΩΝΩΜοΤΗΤΑΚΑΙΔΙΑ
ΤΑΥΤΑΠοΛΛωΝΕΧοΝΤΩΝΑΘΥΜΩCΚΑΙΠΑΡΕCΚΕ
ΑCΜΕΝωΝΕΓΛΕΙΠΕΙΝΤΗΜΠΟΛΙΝΑΜΑΔΕΤΩΙΚΑΙ
ΑΛΛΑΓΕΓΕΝΗcΘΑΙΕΛΑΤΤΩΜΑΤΑΠοΛΛΑ
ΚΑΤΑΤΗΓΧωΡΑΝΕΦΘΑΡΘΑΙΜΕΝΤΗΝοΙΚΕΤΕΙ
ΑΝΑΠΑCΑΝΚΑΙΤΟΥCΤΗΜΠΑΡΩΡΕΙΑΝΟΙ
ΚοΥΝΤΑCΜΙΞΕΛΛΗΝΑcοΥΚΕΛΑΤΤΟΥcοΝ
ΤΑCΤοΝΑΡΙΘΜοΝΧΙΛΙΩΝΚΑΙΠΕΝΤΑΚοCΙΩΝ
ΤοΥcΕΝΤΩΙΠΡοΤΕΡΩΙΠοΛΕΜΩΙCΥΜΜΑΧΗCΑΝΤΑC
ΕΝΤΗΙΠοΛΕΙΕΓΛΕΛοΙΠΕΝΑΙΔΕΠοΛΛοΥcΜΕΝ
ΤΩΓΞΕΝΩΝοΥΚοΛΙΓοΥcΔΕΤΩΜΠοΛΙΤΩΝΩΝΕ
ΝΕΚΕΝcΥΝΕΛΘΩΝοΔΗΜοcΔΙΗΓΩΝΙΑΚΩCΚΑΙΤοΓ
ΚΙΝΔΥΝοΝΤοΜΜΕΛΛΟΝΤΑΚΑΙΤΑΔΕΙΝΑΠΡΟΟ
ΦΘΑΛΜωΝΠοΙοΥΜΕΝοcΠΑΡΕΚΑΛΕΙΠΑΝΤΑC
ΤοΥCΙcΧΥοΝΤΑCΒοΗΘΗCΑΙΚΑΙΜΗΠΕΡΙΙΔΕΙΝΤΗΝΕΚ
ΠοΛΛΩΝΕΤΩΝΤΕΤΗΡΗΜΕΝΗΜΠΑΤΡΙΔΑΥΠΟΧΕΙ
ΡΙοΝΓΕΝοΜΕΝΗΝΤοΙcΠοΛΕΜΙοΙCοΥΔΕΝοcΔΕΠΙΔΙ
ΔΟΝΤΟCΕΑΥΤοΝοΥΤΕΙcΑΠΑΝΤΑοΥΤΕΙcΜΕΡΗωΝ
ΗΞΙοΥοΔΗΜοcΕΠΗΓΓΕΙΛΑΤοΑΥΤοCΚΑΤΑcΚΕΥΑΝ
ΑΜΦοΤΕΡΑΤΑΤΕΙΧΗΚΑΙΠΡοΘΗCΕΙΜΠΑCΑΝΤΗΝ
ΕΙCΑΥΤΑΔΑΠΑΝΗΝΚΑΙΠΕΡΑΥΤΩΙΠΡοΚΕΙΜΕΝΩΝ
οΥΚΕΛΑccοΝΩΓΧΡΥCΩΝΗΧΙΛΙΩΝΚΑΙΠΕΝΤΑΚΟCΙ
ΩΝΚΑΙΕΥΘΟΥcΕΝΕΓΚΑCΕΙCΤΗΝΕΚΛΗCΙΑΝΧΡΥcοΥc
ΠΕΝΤΑΚοCΙοΥcΕΙcΤοΥcΑΡΡΑΒωΝΑcΑΠΕΔΟΤΟΠΑΝ
ΤΑΤΑΕΡΓΑΥΠοΚΗΡΥΚΑΚΑΙΠΑΡΑΤοΤΗΝΑΡΙοΜΗ
cΙΝΠοΙΗCΑCΘΑΙΕΞΕΤοΙΜοΥΤΟΥCΕΡΓΩΝΑCοΥΚοΛΙ
ΓΑΧΡΗΜΑΤΑΠΕΡΙΕΠοΙΗcΕΤΗΙΠοΛΕΙΕΤΙΔΕΠοΛ
ΛΩΝΕΡΓΩΝΩΝΕΓΚΑΤΑΛΙΠοΝΤΩΝΤΑΕΡΓΑΠΡΩ
ΤΟΓΕΝΗCΤΗΙΠοΛΕΙΤΑΜΕΝΕΡΓΑΑΥΤοccΥΝΕΤΕΛΕ
cΑΤοΔΙΑΠΤΩΜΑΔΕΤωΙΔΗΜΩΙοΥΔΕΝΑΝΗ

ΝΕΓΚΕΝΑΝΑΛΩϹΑϹΤΕΕΙϹΑΜΦοΤΕΡΑΤΑΤΕΙΧΗ
ΧΡΥϲοΥϲΧΙΛΙοΥϲΠΕΝΤΑΚοϲΙοΥϲΚΑΙΤοΠΛΕΙϲΤοΝ
ΔΙΑΛΥϹΑϹΧΡΥϲΙοΝΕΚοΜΙϲΑΤοΧΑΛΚοΝΕΚΤΕΤΡΑ
ΚΟϹΙωΝΚΑΤΕϲΚΕΥΑϲΕΔΕΚΑΙΤοΥϲΠΥΡΓοΥϲΚΑΚΩϹΔΙ
ΑΚΕΙΜΕΝοΥϲΤοΥϲΠΡοϲΤΑΙϲΜΕΓΑΛΑΙϲΠΥΛΑΙϲΑΜ
ΦοΤΕΡοΥϲΚΑΙΤοΓΚΑΘΗΓΗΤοΡοϲΚΑΙΤοΓΚΑΤΑΤΗΝ
ΑΜΑΞΙΤΟΓΚΑΙΤοΝΕΠΙΔΑΥΡΙΟΥΕΠΕϲΚΕΥΑϹΕΔΕ
ΚΑΙΤΟϹΙΤΟΒοΛοΝΚΑΤΕϹΚΕΥΑϲΕΔΕΚΑΙΤοΜΠΥΛΩ
ΝΑΤΟΝΕΠΙΤοΥΔΕΙΓΜΑΤοϹΕΤΙΔΕΤΗϹΠοΛΕΩϹ
ΝΑΥΛοΝΤΕΛοΥϲΗϲΤΟΙϹΑΓΟΥϹΙΤοΥϹΛΙΘΟΥϹΙΔΙΩ
ΤΑΙϲΔΙΑΤοΤΑΠΛΟΙΑΤΑΔΗΜΟϹΙΑΚΑΚΩϹΔΙΑΚΕΙϹ
ΘΑΙΚΑΙΜΗΘΕΝΕΧΕΙΝΤΩΝΑΡΜΕΝΩΝΕΠΗΓΓΕΙΛΑΤο
ΚΑΙΤΑΥ.ΤΑΚΑΤΑϲΚΕΥΑΝΑΝΑΛΩϹΑϹΤΕΙϹΤΑΥΤΑ
ΠΑΝΤΑΧΡΥϹΟΥ.ϹΔΙΑΚΟϹΙοΥϲΛοΓοΝΗΝΕΓΚΕΠΑΡΑ
ΧΡΗΜΑΩΝΕΝΕΚΕΝΟΔΗΜΟϹΠΟΛΛΑΚΙϹΑΥΤΟΓΚΑΙ
ΠΡοΤΕΡοΝΕϲΤΕΦΑΝΩΚΩϹΚΑΙΤοΤΕΕϹΤΕΦΑΝΩϹΕΝ
ΕΠΙΤΗΙΤοΥΛοΓοΥΑΠΟΔΕΙΞΕΙΕΤΙΔΕΛοΙΠΗϹΟΥϹΗϹ
ΑϹΥΝΤΕΛΕϹΤΟΥΤΗϹΚΑΤΑΤΟΜΠΟϹΙΟϹΠΥΡΓοΝϲΧοΙ
ΝΙΑΙΑϹΕΙϹΤοΝΕΠΑΝΩΤΟΠΟΝΕΠΙΚΑΛΕϹΑΜΕΝΟϹΟ
ΔΗΜοϲΗΞΙΩϹΕΚΑΙΤΑΥΤΗΝϲΥΝΤΕΛΕϹΑϲΘΑΙΤΕ
ΤΑΡΤΗΝοΥϲΑΝϲΧοΙΝΙΑΙΑΝΠΡωΤοΓΕΝΗϲΔΕοΥ
ΔΕΜΒοΥΛοΜΕΝοϲΑΧΑΡΙϹΤΕΙΝΥΠΕΜΕΙΝΕΚΑΙΤΑΥ
ΤΗΝΤΗΝΤΕΙΧΟΔΟΜΙΑΝΕΙϲΗΜΠΡοΕΘΗΚΕΧΡΥϲοΥϲΕ
ΚΑΤΟΝΕΠΙΤΕΤΗϹΚΟΙΝΗϹοΙΚοΝοΜΙΑϹΚΑΙΤΑΜΙΕΙ
ΑϲΓΕΝοΜΕΝοϲΚΑΙΧΕΙΡΙϹΑϹΤΑϹΜΕΓΙϹΤΑϹΤΗϹΠΟΛΕ
ΩϹΠΡοϹοΔοΥϲοΥΔΕΝΑΜΕΝΤΩΝΤΕΛΩΝωΝΕΚΤΩΝ
ΥΠΑΡΧοΝΤΩΝΕΞΕΒΑΛΕοΥΔΕΝΟϹΔΑΠΗΛΛΟΤΡΙ
ΩϹΕοΥΔΕΝΤΩΝΥΠΑΡΧοΝΤωΝϲΥΜΠΕΡΙΕΝΕΓΧΘΕΙ
ΔΕΤΟΙϹΚΑΙΡΟΙϹΑΥΤΩΜΠΑϹΙΤΟΙϹΜΕΝΑΦΕϹΕΙϹΕ Ϲ
ΠΟΙΗϲΑΤοΤωΓΧΡΗΜΑΤΩΝΤΟΙϲΔΕϹΥΜΠΕΡΙΕΝΕΓ
ΧΘΕΙϹΧΡΟΝΟΝΟϹΟΝΗΒοΥΛοΝΤοΤοΚοΝοΥΔΕΝΑΕ
ΠΡΑΞΑΤοΠΛΕΙϹΤ.ΑΔΕΧΕΙΡΙϹΑϹΤΩΓΚοΙΝΩΝΤΡΙΑΔΕ
ΕΤΗϲΥΝΕΧΩϹΠΑΝΤΑΔΙΩΙΚΗϹΕΝοΡΘΩϹΚΑΙΔΙΚΑΙ
ΩϹΤΟΥϹΜΕΝΛΟΓ.ΟΥϹΕΝΤΟΙϹωΡΙϹΜΕΝΟΙϹΧΡΟΝΟΙϹΑ
ΠΟΦΕΡΩΝΤΑΔΑΠΟΤΩΜΠΡΟϹΟΔΩΜΠΙΠΤΟΝΤΑ
ΕΝΤΟΙϹΤΗϹΠΟΛΙΤΕΙΑϹΧΡΟΝΟΙϹΠΑΡΑΔΕΞΑΜΕΝοϲ
ΕΙϹΚΟΜΙΔΗΝΕΑΥΤΩΙοΥΓΕΓΕΝΗΜΕΝοΥΤοΥΤοΥΕΠΑ
ΛΗοΕΙΑϹΕΞωΝΑΠΕΛΥϲΕΜΕΝΤΗΜΠΟΛΙΝΟΦΕΙΛΗ
ΜΑΤΩΝΠΑΡΕΛΥϲΕΔΕΤΟΚΩΝΤΩΝΔΕΝΤΗΙΠΟΛΕΙ
ΚΑΚΩϹΔΙΑΚΕΙΜΕΝωΝΠΑΝΤωΝΔΙΑΤΕΤΟΥϹΠΟΛΕ
. ΟΥϹΚΑΙΤΑϹΑΦΟΡΙΑϹΚΑΙΤΩΝΥΠΑΡΧοΝΤΩΝΕΙϲΤΟ
. . ΘΕΝΗΚΟΝΤΩΝΙΗΤΗϹΑΝΤΟϹΥΠΕΡΤοΥΤΩΝΤοΥ
. . ΜΟΥΕΠΙΜΗΝΙΕΥϲΑΙΚΑΙΠΡοΝοΗϹΑΙΧΡΗϹΙΜΩϹ
. . . ϹΤΕΔΑΝΕΙϹΤΑΙϹΚΑΙΤΟΙϹΧΡΗϹΤΑΙϹοΦΕΙΛοΜΕΝωΝ
. ΥΤΩΙΚΑΙΤωΙΠΑΤΡΙΧΡΥϹΩΝΕΞΑΚΙϹΧΙΛΙωΝΠΡωΤΟϹ
. ΠΕΤΡΕΨΕΤΩΙΔΗΜΩΙοΝΑΜΒοΥΛΗΤΑΙΤΡοΠοΓΧΡΗ
ΑΥΤΩΙΑΞΙΩϹΑΝΤΟϹΔΕΑΦΕϹΙΜΠΟΙΗϹΑϹ
ΗϹΤΑΙϹΑΦΗΚΕΠΑϹΙΠΑΝΤΑΚΑΙοΥΔΕΝΑ
ΟΤΕΡΟΝΑΥΤΩΙΝοΜΙϹΑϹΕΙΝΑΙ
ΥΠΑΡΧΕΙΝΕΥΝΟΙΑΝΤΟΥΙΔ
ΤΕΘΡΑΥϹΜΕΝΟϹΤΟΙϹΥΠΑ
ΑΥΤΟΙϹοΥΚΕΛΑϹϹΟΥϹ
ΟΥϹοΥϲΑΠΑϹΙΤΟΙϹ
ΠΡΟϹΟΥΔΕΝΑΕ
ΤΕΙΧ

Litterarum formas ex aere Köppenii et ex eiusdem apographo manuscripto dedi accurate; ex eodem manuscripto versuum mensura definita est, quam Köhlerus in epistola ad Buttmannum data inaequalem esse notat et fortuitam, licet lapidis latitudo ea sit, ut haud raro plures litteras capere versus potuerit. Ο, Ω, Θ, Ϲ modo maiora modo minora sunt; Π, Π et Γ variant. *B.* vs. 35. semel est Ψ. Fundus

lectionis est textus Köppenii manuscriptus: varietas haec est. *A.* vs. 1. Iota mutilum post lacunam non habet Köhl. neque edita Köppenii apographa. In fine N solus servat Köhl. Vs. 5. extr. Köpp. ΠΡΟΤΟ, Köhl. quod dedi. Vs. 7. Köpp. in sec. ed. ΕΥΝΟΙΑΜ: sed eius ms. cum Köhl. habet ΕΥΝΟΙΑΝ, atque ita eiusdem ed. prima. Vs. 13. extr. C ipsum quadratarium omisisse in litteris ad Buttmannum datis notat Köhl. Vs. 15. ultimum Ρ servavit Köhl. (Köpp. ms. ⁝). Vs. 23. Köpp. ΙΕΡΕΩ sine C, quod Köhl. additum habet. Vs. 30. ultimum Ε Köhl. et Köpp. ms. habent (edita Köppenii apographa id omittunt). Vs. 31. idem valet de ultimo Ε. Vs. 33. ἱέρεω nota certum esse. Vs. 34. tertium Ν ex Köhl. addidi. Vs. 37. ultimum Ι ex Köhl. Vs. 39. extr. ultima littera ap. Köpp. est Ν; dedi Μ ex Köhl. Vs. 44. ultimum Ω ex Köhl. qui C notat a quadratario omissum esse. Vs. 49. secundum Τ ex Köhl. Vs. 51. secundum Λ ex eodem. Vs. 52. extr. C ap. Köhl. deest; sed in Köppenii editis apographis id comparet, et in eiusdem manuscripto vestigia eius adsunt. Vs. 55. litterae ΙΜ sunt ex Köhl. Vs. 58. extr. Υ omisit quadratarius, quantum ex Köhleri litteris colligo. Vs. 59. Köhl. ΙΕΡΕΩC, Köpp. ΙΕΡΕΩ, quod haud dubie verum. Vs. 60. pro altero ΕΙC, quod ex Köhl. dedi, Köpp. ΚΑΙ. Ultimum ibidem Iota servavit Köhl. Vs. 69. Ν vocis ἔδωκεν omittit Köhl. Vs. 74. ultimum C ex Köhl. Vs. 77. ultimum Ν, vs. 79. ultimum Ο, vs. 80. primum Κ ex eodem. Vs. 83. Köpp. ultima ΝοΜΕ bis in lapide extare dicit; Köhl. hoc negat. In manuscripto Köppenii alterum ΝοΜΕ deletum est. Vs. 88. init. Köpp. ΠΡΟ, Köhl. ΠΡΩ. Ultimum ibidem Ν ex Köhl. ut etiam ultimum Α vs. 91. et ultimum Ι vs. 92. Vs. 93. ΟΥΜΕΤΑ ex Köhl. et seqq. ex Köpp. ms. Vs. 94. ultima lineola ex Köpp. ms. et indidem vs. 95. prima. Vs. 95. ultima littera Köhlero est Ο; Köpp. in editis nihil habet, in schedis Α obscurum. Vs. 96. primum C ex Köhl. Vs. 97. Ι et Ο (hoc ex Köpp. ms. addidi) ap. Köhl. desunt.

*B.* vs. 1. et 2. extr. Τ ex Köhl. item vs. 3. ultimum Ο. Vs. 13. ultimum Ι omittit Köhl. Vs. 19. ultimum C ex Köhl. Vs. 23. ultimum Ο ex Köhl. (dimidium est in ms. Köpp.). Vs. 25. primum Ν et proximum CΒ ex Köhl. Vs. 29. Köhl. ΕΠΗΝΓΓ. vitio operarum opinor. Vs. 31. pro ΑΥΤΩΙ, quod Köhl. habet, Köpp. ΑΥΤΩΝΙ. In fine Köpp. οΝ, Köhl. ΩΝ. Vs. 37. secundum a fine Ε ex Köhl. Vs. 47. vocis Ἐπιδαυρίου litterae ΙΔ ex Köhl. Vs. 56. Köpp. ΤΟΤΕC, Köhl. ΤΟΤΕΕC. Vs. 65. in voce τὰς ΤΛC p. ΤΑC est in lapide teste Köhlero; at Köpp. ms. ΤΛC habet in voce μεγίστας, idque in margine iterum adscripsit maximis litteris ex lapide ipso impressis (in editis utroque loco habet ΤΑC); in fine Ε est ex Köhl. Vs. 68. C infra scriptum ex Köhl. et Köpp. ms. Vs. 77. primum Ν ex Köhl. qui proximum deinceps Ε omittit. Vs. 81. primum Ο ex Köhl. item vs. 83. primum Μ. Vs. 84. init. Köhl. CΔΕ, Köpp. CΤΕ, quod in margine ex ipso lapide chartae impressit. Vs. 88. prima ΗC ex Köhl. et vestigiis in Köpp. ms. Vs. 89. Ι vocis ΑΥΤΩ omittit Köpp. habet Köhl. Vs. 91. primum Τ ex Köhl. Vs. 94. litteras ΠΡΟΣΟΥ omittit Köhl.

*A.*

Ἔδοξε βουλῆ καὶ δήμ[ῳ], εἰκάδι· οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἑπτὰ εἶπαν· ἐπειδὴ Ἡροσῶν τε ὁ Πρωτογένους πατὴρ πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρείσχηται τῆ πόλει καὶ εἰς χρημάτων καὶ εἰς πραγμάτων λόγον, Πρωτογένης τε διαδεξάμενος τὴμ παρὰ τοῦ πατρὸς εὔνοιαν πρὸς τὸν δῆμον, διὰ βίου διατετέλεκεν λέγων καὶ πράττων τὰ βέλτιστα· καὶ πρῶτομ μὲν παραγενομένου Σαϊταφάρνου τοῦ βασιλέως εἰς Καγκυτὸν καὶ ἀπαιτοῦντος τὰ δῶρα τῆς παρόδου, τῶν δὲ κοινῶν ἐξηπορημένων, ἐπικληθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἔδωκε χρυσοῦς τετρακοσίου[ς]· τῶν τε ἀρχόντων θέντων τὰ ἱερὰ ποτήρια εἰς τὴν τῆς πόλεως χρείαν πρὸς Πολύχαρμον πρὸς χρυσοῦς ἑκατόν, καὶ οὐκ ἐχόντων λύσασθαι, τοῦ δὲ ξένου φέροντος ἐπὶ τὸν χαρακτῆρα, αὐτὸς ὑπεραποδοὺς τοὺς ἑκατὸν χρυσοῦς ἐλύσατο· τῶν τε περὶ Δημοκῶντα ἀρχόντων ἀγορασάντων λυσιτελῶς οἶνον χρυσῶν τριακοσίων, οὐκ ἐχόντων δὲ τὴν τιμὴν διαλῦσαι, ἐπικληθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἔδωκε τοὺς τριακοσίους χρυσοῦς· ἐπί τε Ἡροδώρου ἱέρεω σιτοδείας οὔσης καὶ πωλουμένου τοῦ σίτου εἰς πέντε, καὶ διὰ τὸν κίνδυνον τὸν ἐπιφερόμενον οἰομένου δεῖν τοῦ δήμου παραθέσθαι σῖτον ἱκανόν, καὶ εἰς ταῦτα παρακαλοῦντος τοὺς ἔχοντας, πρῶτος παρελθὼν ἐπηγγείλατο μεδίμνους δισχιλίους εἰς δέκα, καὶ τῶν λοιπῶν παραχρῆμα κομισαμένων τὴν τιμήν, αὐτὸς ἐνιαυτὸν συμπεριενεγχθεὶς τόκον οὐθένα ἐπράξατο· ἐπί τε τοῦ αὐτοῦ ἱέρεω ἀθρόων παραγενομένων Σαΐων ἐπὶ τὴν τῶν δώρων κομιδήν, οὐ δυναμένου δὲ τοῦ δήμου δοῦναι αὐτοῖς, ἀξιώσαντος δὲ Πρωτογένην βοηθῆσαι τοῖς καιροῖς, παρελθὼν ἐπηγγείλατο χρυσοῦς τετρακοσίους· αἱρεθείς τε τῆς τῶν ἐννέα ἀρχῆς, οὐκ ἐλαττόνωμ μὲν ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων χρυσῶν πρόθεσιν ἐποιήσατο ἐπὶ ταῖς μελλούσαις προσόδοις· ἐξ ὧμ πολλοὶ μὲν σκηπτοῦχοι ἐθεραπεύθησαν εὐκαίρως, οὐκ ὀλίγα δὲ δῶρα παρεσκευάσθη τῷ βασιλεῖ λυσιτελῶ[ς]· πραθέντος δὲ τοῦ στόλου εἰς βασίλεια κατὰ τὸ ψήφισμα, ἐν ᾧ ἔδει τοὺς ἀγοράσαντας λαβεῖν παρὰ τῆς πόλεως χρυσοῦς τριακοσίους, καὶ ἀγοράσαντος Κόνωνος, διὰ τὸ δὲ τὰ χρήματα μὴ δύνασθαι δοῦναι τοὺς ἄρχοντας, ἀλλ᾽ εἶναι παρὰ τοῖς τελώναις, διαλυσαμένων τὴν ὠνὴν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ διὰ ταῦτα τρὶς ἀναπραθείσης τῆς ὠνῆς καὶ τὸ τρίτον ἀγοράσαντος Φορμίωνος, συνιδὼν Πρωτογένης διότι μεγάλοις διαπτώμασι περιπεσεῖται ἡ πόλις, αὐτὸς παρελθὼν εἰς τὴν ἐκλησίαν ἔδωκε τοὺς τριακοσίους χρυσοῦς· πάλιν τε ἐπὶ Πλειστάρχο[υ] ἱέρεω σιτοδείας γενομένης ἰσχυρᾶς, καὶ πωλουμένου τοῦ σίτου εἰς μέδιμνον εἰς δύο τριτεῖς, προδήλου δὲ ὄντος ἔσεσθαι τιμουστέρου, ὥσπερ δὲ καὶ ἐγένετο παραυτίκα ὁ μέδιμνος χρυσοῦ καὶ δύο τριτῶν, καὶ διὰ ταῦτα διαγωνιάσαντος τοῦ δήμου καὶ οἰομένου δεῖν σιτωνῆσαι, εἰς δὲ ταῦτα χρείας παρασχέσθαι τοὺς εὐπορουμένους, πρῶτος συνελθούσης ἐκλησίας ἐπηγγείλατο εἰς τὴν σιτωνίαν χρυσοῦς χιλίους, οὓς παραυτίκα ἐνέγκας ἔδωκεν, ὧν τοὺς τριακοσίους ἀτόκους εἰς ἐνιαυτόν, καὶ δοὺς χρυσίον πᾶν χαλκὸν ἐκομίσατο ἐκ τετρακοσίων· πρῶτος δ᾽ ἐπηγγείλατο πυρῶν μεδίμνους δισχιλίους πεντακοσίους,

*ὧν τοὺς πεντακοσίους μὲν ἔδωκεν εἰς τέτταρας καὶ ἑκτέα, τοὺς δὲ δισχιλίους εἰς δύο καὶ ἑπτὰ ἡμιεκτέα, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἐπαγγειλαμένων παραχρῆμα τὰς τιμὰς κομισαμένων ἀπὸ τῶν πορισθέντων χρημάτων, αὐτὸς συμπεριενεχθεὶς ἐνιαυτὸν τὴν τιμὴν ἐκομίσατο, τόκον οὐδένα πραξάμενος, καὶ διὰ τὴμ Πρωτογένους προθυμίαν πολλὰ μὲγ χρήματα, οὐκ ὀλίγος δὲ σῖτος ἐπορίσθη τῷ δήμῳ· τοῦ τε βασιλέως Σαϊταφάρνου παραγενομένου εἰς τὸ πέραν ἐπὶ θεραπείαν, τῶν δὲ ἀρχόντων συναγαγόντων ἐκλησίαν, καὶ τήν τε παρουσίαν ἐμφανισάντων τοῦ βασιλέως καὶ διότι ἐν ταῖς προσόδοις ἐστὶν οὐδέν, παρελθὼν Πρωτογένης ἔδωκε χρυσοῦς ἐνακοσίους, τῶν δὲ πρεσβευτῶν λαβόντων τὰ χρήματα καὶ ἀπαντησάντων βασιλεῖ, Πρωτογένους καὶ [Ἀ]ριστοκράτους, τοῦ δὲ βασιλέως τὰ μὲν δῶρα δεξαμένου, εἰς ὀργὴν δὲ καταστάντος καὶ [τὴν] ἀνάζευξιν ποιησαμένου, μετα[πεμψαμένου] δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας ἀνα[ξίως, ὧν ἕνεκεν συνε]λθὼν ὁ δῆμος περίφο[βος γενόμενος πρε]σβευτὰς ἐπὶ τ[ὸν βασιλέα [πέμψαι ἐψηφίσατο? etc.*

*B.*

*Ἔτι δὲ τοῦ πλείστου μέρους, τοῦ πρὸς τὸμ ποτ[α]μόν, τῆς πόλεως ἀτειχίστου ὄντος, τοῦ τε κατ[ὰ] τὸν λιμένα παντὸς καὶ τοῦ κατὰ τὸ πρότερο[ν] ὑπάρχον ἰχθυοπώλιον, ἕως οὗ ὁ ἥρως ὁ Σωσίας, τῶν δὲ αὐτομόλων ἐπαγγελλόντωγ Γαλάτας καὶ Σκίρους πεποιῆσθαι συμμαχίαν καὶ δύναμιν συνῆχθαι μεγάλην, καὶ ταύτην τοῦ χειμῶνος ἥξειν ἐπαγγελλόντων, πρὸς δὲ τούτοις Θισαμάτας καὶ Σκύθας καὶ Σαυδαράτας ἐπιθυμεῖν τοῦ ὀχυρώματος, δεδιότας ὡσαύτως καὶ αὐτοὺς τὴν τῶγ Γαλατῶν ὠμότητα, καὶ διὰ ταῦτα πολλῶν ἐχόντων ἀθύμως καὶ παρεσκε[υ]ασμένων ἐγλείπειν τὴμ πόλιν, ἅμα δὲ τῷ καὶ ἄλλα γεγενῆσθαι ἐλαττώματα πολλὰ κατὰ τὴγ χώραν, ἐφθάρθαι μὲν τὴν οἰκετείαν ἅπασαν καὶ τοὺς τὴμ παρώρειαν οἰκοῦντας Μιξέλληνας οὐκ ἐλάττους ὄντας τὸν ἀριθμὸν χιλίων καὶ πεντακοσίων, τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ συμμαχήσαντας ἐν τῇ πόλει, ἐγλελοιπέναι δὲ πολλοὺς μὲν τῶγ ξένων, οὐκ ὀλίγους δὲ τῶμ πολιτῶν, ὧν ἕνεκεν συνελθὼν ὁ δῆμος διηγωνιακὼς καὶ τὸγ κίνδυνον τὸμ μέλλοντα καὶ τὰ δεινὰ πρὸ ὀφθαλμῶν ποιούμενος παρεκάλει πάντας τοὺς ἰσχύοντας βοηθῆσαι καὶ μὴ περιϊδεῖν τὴν ἐκ πολλῶν ἐτῶν τετηρημένην πατρίδα ὑποχείριον γενομένην τοῖς πολεμίοις, οὐδενὸς δ' ἐπιδιδόντος ἑαυτὸν οὔτ' εἰς ἅπαντα οὔτ' εἰς μέρη ὧν ἠξίου ὁ δῆμος, ἐπηγγείλατο αὐτὸς κατασκευᾶν ἀμφότερα τὰ τείχη καὶ προθήσειμ πᾶσαν τὴν εἰς αὐτὰ δαπάνην, καίπερ αὐτῷ προκειμένων οὐκ ἐλασσόνωγ χρυσῶν ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων, καὶ εὐθὺς ἐνέγκας εἰς τὴν ἐκλησίαν χρυσοῦς πεντακοσίους εἰς τοὺς ἀῤῥαβῶνας, ἀπέδοτο πάντα τὰ ἔργα ὑπὸ κήρυκα, καὶ παρὰ τὸ τὴν ἀρίθμησιν ποιήσασθαι ἐξ ἑτοίμου τοὺς ἐργώνας, οὐκ ὀλίγα χρήματα περιεποίησε τῇ πόλει· ἔτι δὲ πολλῶν ἐργωνῶν ἐγκαταλιπόντων τὰ ἔργα, Πρωτογένης τῇ πόλει τὰ μὲν ἔργα αὐτὸς συνετελέσατο, διάπτωμα δὲ τῷ δήμῳ οὐδὲν ἀνήνεγκεν· ἀναλώσας τε εἰς ἀμφότερα τὰ τείχη χρυσοῦς χιλίους πεντακοσίους καὶ τὸ πλεῖστον διαλύσας χρυσίον ἐκομίσατο χαλκὸν ἐκ τετρακοσίων· κατεσκεύασε δὲ καὶ τοὺς πύργους κακῶς διακειμένους τοὺς πρὸς ταῖς μεγάλαις πύλαις ἀμφοτέρους, καὶ τὸγ καθ' Ἡγήτορος καὶ τὸγ κατὰ τὴν ἁμαξιτὸγ καὶ τὸν Ἐπιδαυρίου· ἐπεσκεύασε δὲ καὶ τὸ σιτοβόλον, κατεσκεύασε δὲ καὶ τὸμ πυλῶνα τὸν ἐπὶ τοῦ δείγματος· ἔτι δὲ τῆς πόλεως ναῦλον τελούσης τοῖς ἄγουσι τοὺς λίθους ἰδιώταις διὰ τὸ τὰ πλοῖα τὰ δημόσια κακῶς διακεῖσθαι καὶ μηθὲν ἔχειν τῶν ἁρμένων, ἐπηγγείλατο καὶ ταῦτα κατασκευᾶν, ἀναλώσας τ' εἰς ταῦτα πάντα χρυσοῦς διακοσίους λόγον ἤνεγκε παραχρῆμα· ὧν ἕνεκεν ὁ δῆμος πολλάκις αὐτὸγ καὶ πρότερον ἐστεφανωκὼς καὶ τότε ἐστεφάνωσεν ἐπὶ τῇ τοῦ λόγου ἀποδείξει· ἔτι δὲ λοιπῆς οὔσης ἀσυντελέστου τῆς κατὰ τὸμ Πόσιος πύργον σχοινιαίας εἰς τὸν ἐπάνω τόπον, ἐπικαλεσάμενος ὁ δῆμος ἠξίωσε καὶ ταύτην συντελέσασθαι τετάρτην οὖσαν σχοινιαίαν· Πρωτογένης δὲ οὐδὲμ βουλόμενος ἀχαριστεῖν, ὑπέμεινε καὶ ταύτην τὴν τειχοδομίαν, εἰς ἣμ προέθηκε χρυσοῦς ἑκατόν· ἐπί τε τῆς κοινῆς οἰκονομίας καὶ ταμιείας γενόμενος καὶ χειρίσας τὰς μεγίστας τῆς πόλεως προσόδους, οὐδένα μὲν τῶν τελωνῶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἐξέβαλε, οὐδενὸς δ' ἀπηλλοτρίωσε οὐδὲν τῶν ὑπαρχόντων, συμπεριενεχθεὶς δὲ τοῖς καιροῖς αὐτῶμ πᾶσι, τοῖς μὲν ἀφέσεις ἐποιήσατο τῶγ χρημάτων, τοῖς δὲ συμπεριενεχθεὶς χρόνον ὅσον ἠβούλοντο, τόκον οὐδένα ἐπράξατο· πλεῖστα δὲ χειρίσας τῶγ κοινῶν, τρία δὲ ἔτη συνεχῶς, πάντα διῴκησεν ὀρθῶς καὶ δικαίως, τοὺς μὲν λόγους ἐν τοῖς ὡρισμένοις χρόνοις ἀποφέρων, τὰ δ' ἀπὸ τῶμ προσόδωμ πίπτοντα ἐν τοῖς τῆς πολιτείας χρόνοις παραδεξάμενος εἰσκομιδὴν ἑαυτῷ, οὐ γεγενημένου τούτου ἐπ' ἀληθείας· ἐξ ὧν ἀπέλυσε μὲν τὴμ πόλιν ὀφειλημάτων, παρέλυσε δὲ τόκων· τῶν δ' ἐν τῇ πόλει κακῶς διακειμένων πάντων διά τε τοὺς πολέ[μ]ους καὶ τὰς ἀφορίας, καὶ τῶν ὑπαρχόντων εἰς τὸ [μη]θὲν ἡκόντων, ζητήσαντος ὑπὲρ τούτων τοῦ [δή]μου ἐπιμηνιεῦσαι καὶ προνοῆσαι χρησίμως [τοῖ]ς τε δανεισταῖς καὶ τοῖς χρήσταις, ὀφειλομένων [α]ὐτῷ καὶ τῷ πατρὶ χρυσῶν ἑξακισχιλίων πρῶτος [ἐ]πέτρεψε τῷ δήμῳ ὃν ἂμ βούληται τρόπογ χρή[σασθαι] αὐτῷ, ἀξιώσαντος δὲ ἄφεσιμ ποιήσασ[θαι τοῖς χρ]ήσταις, ἀφῆκε πᾶσι πάντα, καὶ οὐδὲν ἄ[λλο - - - πρ]ότερον αὐτῷ νομίσας εἶναι [ἢ τὴν παρὰ τοῦ δήμου αὐτῷ] ὑπάρχειν εὔνοιαν, τοῦ ἰδ[ίου - - -*
*- - - - τεθραυσμένος τοῖς ὑπα - - - - -*
*- - - - αὐτοῖς οὐκ ἐλάσσους - - - - - -*
*- - - - ους, οὓς ἅπασι τοῖς - - - - - -*
*- - - - - - πρὸς οὐδένα ἐ - - - - - - -*
*- - - - - - - τειχ - - - - - - - -*

Aetatem tituli huius memorabilis, qui felicis olim Olbiae testatur miseriam, alii definiunt aliter. Köhlerus (adv. Köpp. p. 51.) titulum ad Augusti vel Tiberii refert tempora; Rochettus (l. c. p. 278.) Mithridaticis bellis cum Romanis (a. u. c. 666-691.) supparem habet; Letronnius (l. c. p. 287.) tertio ante Christum saeculo recentiorem putat, exempli causa primi saeculi; at causas huius iudicii reddere difficile esse recte iudicat. Sed Maltebrun (p. 138.) eundem inter annos ante Christum 240-200. ponit, ob Galatarum ea aetate apud Pontum potentiam, quae ratio eo est incertior, quod et prius et posthac Galatae potuerunt versus Hypanim profecti esse (vide Introd.). Niebuhrius vero (l. c. p. 387.) decretum

hoc vix recentius bello Hannibalico (a. u. c. 536.) sed facile prius esse censet, propterea quod decreti huius aetate Geticum trans Borysthenem regnum fuerit, hoc vero regnum diutius durasse non sit probabile; at de Getico trans Borysthenem regno nihil compertum esse, nec tale in hac inscriptione memorari, in Introductione mihi videor docuisse. Equidem quare titulus ad Imperatorum tempora detrudatur, non video; neque enim rerum gestarum mentio ulla huc deducit, nec ratio palaeographica nec cetera. Litterarum quidem forma ea est, ut nihil inde certi derives; E formâ angustâ (E) utitur, Ω non multum discedit a vulgari et satis antiqua; unum C pro Σ possit recentioris originis indicium videri: sed C in Asia maturius quam in Graecia in usu fuisse dixi iam T. I. p. 85. *a.* et Scythiam Asiae vicinam licebit fortasse cum Asia componere. Haud dubie hic titulus antiquior est quam n. 2059. cui et stilo praestat, licet prolixitas non devitata sit, et orthographiae ratione. Nusquam n. 2058. est ει pro ῑ, ut n. 2059.: Iota subscr. n. 2059. omissum hic constanter scriptum est; nam quod κατασκευᾶν, non κατασκευᾷν reperitur (*B.* vs. 29. 53.), non est Iota male, sed ex recta ratione omissum. Etiam quod haud raro, et maxime col. *B.* scripturae tales, quales sunt πρῶτομ μέν, τὸμ μέλλοντα, τὴγ χώραν, τῶγ ξένων, ἐγλείπειν etc. reperiuntur, vetustioris est usus: quamquam etiam contraria ratio frequens in hoc titulo. Unum ἐκλησία constans in hoc decreto nimis vitiosum est; non vitiosum ἱέρεω. Nomina Olbiopolitarum sunt prorsus Graeca, nullum inest barbarum, ut in recentioribus titulis. Quare non obsum, siquis titulum primo vel secundo ante Christum saeculo tribuat: et certe Getica Olbiae vastatione, hoc est initio octavi urbis Romae saeculi, antiquiorem esse titulum, facile mihi persuadeo. Cf. Introd. I, 8.

Utriusque columnae ima deest pars, quae si fere pedem alta fuerit, sufficiebat spatium iis, quae desideramus; nec video cur alio in lapide reliqua perscripta fuisse putentur, qui ne commode quidem iungi priori huic poterat. Lapidem, qui habetur, fuisse versatilem, ita ut adversâ columnâ lectâ verti potuerit et legi ea columna, quae antea aversa esset, ex foramine in altero lapidis fine colligit Köhlerus. Superest sola protasis pendens ex ἐπειδή; apodosis, qua dictum erat, quid Protogeni decretum esset, in fine col. *B.* scriptum erat. Protasis partes omnes non male cohaerent: nam quod post πρῶτον μὲν non δέ, sed τε sequitur (*A.* vs. 9 sqq.), non reprehenderim. Unum inest anacoluthon *B.* vs. 13 sqq. ubi infinitivi aliquot sunt pro participiis; sic enim scribi debebat: ἅμα δὲ τῷ καὶ ἄλλα γεγενῆσθαι ἐλαττώματα πολλὰ κατὰ τὴγ χώραν, ἐφθαρμένης μὲν τῆς οἰκετείας ἁπάσης καὶ τῶν τὴν παρώρειαν οἰκούντων Μιξελλήνων etc. tum ἐγλελοιπότων etc. Deinde vs. 27. οὐδενὸς δ' ἐπιδιδόντος – ἐπηγγείλατο non recte suspensum est ex relativa sententia ὧν ἕνεκεν συνελθὼν ὁ δῆμος – τοῖς πολεμίοις, quum ἐπηγγείλατο debeat a particula initio tituli posita ἐπειδὴ pendere. Haec in universum; de singulis pauca dico, quod quae ad sermonem, historiam, rempublicam pertinent, praecepi in Introductione.

Col. *A.* vs. 10. Rex Saïtapharnes, de quo dixi in Introd. quum εἰς Καγκυτὸν venisset, postulabat τὰ δῶρα τῆς παρόδου. Locus ille debet in vicinia Olbiae fuisse; πάροδον intellige *regis*, qui ulla de causa iter vel expeditionem fecerat; in itinere vero videtur dona postulasse ut rex Persarum: de tributo non cogitarim; tributa enim solvenda sunt, etiamsi non transeat rex: quamquam quae infra memorantur δῶρα, tributa fuisse non nego. Est qui πάροδον navium Olbiopolitanarum ex Hypani Pontum intrantium esse intelligat, quae debuerint prope Cancytum exercitum regis praeternavigare: sed in hac sententia dicendum erat τοῦ ἔκπλου vel παράπλου. Vs. 17. ὁ ξένος est Polycharmus. Vs. 23. 59. praetuli lectionem ΙΕΡΕΩ, quae indubia est vs. 33. Prioribus duobus locis Köhlerus Graecae linguae peritiâ adductus videtur, ut in lapide putaret sese conspicere, quod in illo non est: cui errori minus obnoxius Köppenius fuit. Sed ἱέρεω pro ἱερέως resedit ex Ionismo Athenis quoque retento (Introd. II, 1.). Vs. 24 sq. frumentum carius venditur εἰς πέντε, viliori pretio Protogenes offert εἰς δέκα. Utraque dictio quum eiusdem rationis sit, non in priore drachmae, in altera oboli intelligi possunt; sensuique prorsus contraria verba erunt, si in utraque argenti drachmas, quae nusquam in hoc titulo memorantur, vel alios nummos quantoscunque intellexeris. Verum vidit Letronnius: *aureus* nummus pro fundamento est pretii; *aureo* venditur frumentum εἰς πέντε (μεδίμνους), si carum est; dimidio pretio obtulit Protogenes, *aureo* εἰς δέκα (μεδίμνους). Ut vs. 24. dicitur πωλουμένου τοῦ σίτου εἰς πέντε, sic vs. 60. habes πωλουμένου τοῦ σίτου εἰς μέδιμνον, sed quoniam medimnus non toto constat aureo, additur εἰς δύο τριτεῖς, sc. *aurei bessem*: quo loco εἰς δύο τριτεῖς est pro genitivo δύο τριτέων, ut vs. 62 sq. ἐγένετο παραυτίκα ὁ μέδιμνος χρυσοῦ καὶ δύο τριτῶν. Nam commodior omnino lectio Köhleri εἰς δύο τριτεῖς, ut τριτεὺς sicut vs. 63. sit nummi pars: sin cum Köpp. legeris καὶ δύο τριτεῖς, τριτεὺς erit pars medimni, et χρυσοῦ notio supplenda erit cum Letronnio, ita ut aureo constiterit medimnus cum besse frumenti. Nummum vero aureum in τριτεῖς (trientes) divisum esse, eo minus offendit, quum etiam ἕκται Φωκαΐδες reperiantur (Inscr. n. 150. §. 19. 22.), quas argenteas fuisse conieci, licet hos aurei stateris sextantes fuisse non sit dubium. Postremo vs. 73 sqq. Protogenes tritici medimnos quingentos dedit εἰς τέτταρας καὶ ἑκτέα, duo millia εἰς δύο καὶ ἑπτὰ ἡμιεκτέα, ubi propter priores locos neque drachmae neque aurei intelligi possunt, quamquam de aureis etiam ideo non debebat cogitari, quod pretia haec immania forent. Hic quoque numerus medimnorum designatur pro singulis aureis datorum: ἑκτεὺς etiam Athenis medimni est sextans. Iam etsi aurei aliquot Olbiae nummi supersunt (Köppen. Nordgest. p. 44. Köhler. adv. Roch. p. 69. adv. Köpp. p. 30.), tamen quanti sint, non constat; sed quum aureus vulgo viginti drachmis argenti Atticis constiterit (licet Cy-

zicenus, qui ne ipse quidem maior Attico fuisse videtur nec Darico, in Bosporo aliquanto duodetriginta drachmas valuerit, cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 24 sqq.), si ad hanc rationem Olbiopolitanum aestimamus aureum, pretia quae memorantur sex haec erunt:

| medimn. | aur. | unius medimni pretium | |
|---|---|---|---|
| 5 | 1 | 4 dr. argenti | |
| 10 | 1 | 2 —— | |
| 1 | $\frac{2}{3}$ | $13\frac{1}{3}$ —— | annonâ carâ |
| 1 | $1\frac{2}{3}$ | $33\frac{1}{3}$ —— | annonâ carissimâ |
| $4\frac{1}{6}$ | 1 | prope 5 dr. | |
| $2\frac{7}{12}$ | 1 | prope 8 dr. | |

Pretia omnia sunt tritici (πυρῶν vs. 72.); medimnus ab Attico non diversus videtur, quo usos esse etiam Bosporanos non dubito: certe ubi triticum ex Bosporo Athenas missum memoratur, etiam id, quod Atheniensibus dono datum (ut n. 107.), medimnus simpliciter nominatur, non distinctis Attico et Bosporano. Iam Atticis tritici (πυρῶν) pretiis comparatis, quae statu Athenarum florente a drachmis tribus ad triginta duas ascendunt (Oec. civ. Ath. T. I. p. 102 sqq.), convenientia Olbiopolitana Atticis reperies; idemque de Siciliensibus dici potest. Hordei pretia de industria omisi. Vs. 31 sq. et in seqq. aliquoties (vs. 78. *B.* vs. 68. 70.) συμπεριενεγχθεὶς est *cum venia et patientia sese accommodans nec repetens debitum*, cum accusativo temporis et dativo eius rei, cui sese accommodet (*B.* vs. 70. τοῖς καιροῖς αὐτῶμ πᾶσι): cf. n. 2335. 14. et n. 2356. Vs. 33. ἀθρόων παραγενομένων Σαΐων ἐπὶ τὴν τῶν δώρων κομιδὴν manifesto refertur ad tributum donorum nomine populo Saïorum pendendum, quod illi repetebant plena turba praesentes. De populo hoc disputavi in Introd. Ἀθρόοι autem advenisse dicuntur, non singuli, non legati, non solus rex cum comitatu: regem illorum Saïtapharnem fuisse ex ipso nomine coniicias. Aliter Köhlerus, qui aliquid putans excidisse scribit: Σαι[ταφάρνου τοῦ βασιλέως πρεσβευτ]ῶν, causasque huius iudicii exposuit in libello adv. Köpp. l. c. Sed illi πρεσβευτῶν non convenit vox ἀθρόων; nec per legatos rex dona poscit, sed imperat per ministros, qui vix fuerint legati dicti; neque *A.* vs. 89. ut putatur, regis legati nominantur, sed Olbiopolitarum. Vs. 41. non recte coniicitur πρό[ς]θεσιν. Πρόθεσιν ἐποιήσατο ἐπὶ ταῖς μελλούσαις προσόδοις est: *in antecessum dedit pecuniam ex futuris reditibus restituendam.* Sic προθήσειν *B.* vs. 30. προέθηκε *B.* vs. 63. Σκηπτοῦχοι sunt reguli harum terrarum, parentes regibus; quod de Heniochis Ponticis tradit Strabo XI. p. 496. Hoc loco, ubi simul rex nominatur, videntur ii maxime intelligi, qui parebant Saïtapharni. Sarmatarum sceptuchos nominat Tacitus Ann. VI, 33. Noti sunt etiam Persarum sceptuchi. Mox quae inde a verbis πραθέντος δὲ dicuntur usque ad vs. 58. videtur Protogenes ut *Novemvir* et ipsa fecisse: haec enim per particulam δὲ prioribus annexa sunt, quum ibi, ubi res prioribus non coniuncta memoratur, particula τε utatur auctor, nisi quod inde a *B.* vs. 41. non accurate inter utrumque distingui potest. Itaque vs. 50. οἱ ἄρχοντες latiore vi vocabuli Novemviri esse videntur, non archontes proprie. Βασίλεια Saitapharnis haud dubie *sedes regia* est; sed nomen est quasi proprium: quare articulus abest; accuratiora vide Introd. I, 2. Στόλος εἰς βασίλεια publice missus nihil potest aliud esse, nisi transvectio rerum regi tributi loco mittendarum, sive terra sive mari. Haec ex decreto locata est, ex quo (ἐν ᾧ ἔδει λαβεῖν est pro: ἐν ᾧ ἐγέγραπτο δεῖν λαβεῖν) redemptoribus trecenti aurei offerebantur. Qua pecunia non videntur res ipsae simul comparandae fuisse, sed tantum transvehendae; certe hac missione videtur potissima tributi pars regi advecta esse, quam probabile est maiorem fuisse quam dona extraordinaria, quorum alterum quadringentorum, alterum nongentorum aureorum minimum fuisse novimus. Sed quum pecunia redemptoribus dari non posset, quod a publicanis reipublicae debentibus nondum pensa erant, quae debebant, pactum aliquoties iteratum et dissolutum est. Τρὶς ἀναπραθείσης non bene dictum est; debebat esse τρὶς πραθείσης s. δὶς ἀναπραθείσης. Vs. 51. διαλυσαμένων refertur ad Cononem et socios. Vs. 62. ὥσπερ δὴ vel ὥσπερ γε scribi debebat, et mox τριτέων. Vs. 69. pro ὧν praestabat καὶ τούτων. Vs. 70. verba ἐκομίσατο χαλκὸν ἐκ τετρακοσίων possis ita intelligere, ut pro singulis aureis quadringeni aerei nummi redditi sint, quum praesertim *B.* vs. 43. iterum sit ἐκ τετρακοσίων: sed in hac sententia exspectes potius εἰς τετρακοσίους (χαλκοῦς), ut supra εἰς πέντε, εἰς δέκα etc. in frumenti pretiis computandis. Praefero igitur Köhleri et Letronnii sententiam, *ex parte quadringentorum aureorum*, hoc est pro quadringentis aureis aes accepisse Protogenem. Ceterum argentea pecunia Olbiae non memoratur in titulis, licet supersint nummi argentei (vide maxime Köhl. adv. Roch. p. 69.), sed aurum tantum et aes. Vs. 75. debebat ἡμιεκτέας scribi: sed videtur ἡμιέκτεον p. ἡμιεκτεὺς dictum esse. Vs. 84. rex Saïtapharnes, ut Olbiopolitarum venerationem acciperet (ἐπὶ θεραπείαν, ut vs. 43. ἐθεραπεύθησαν), dicitur παραγενέσθαι εἰς τὸ πέραν, hoc est *e regione Olbiae advenisse apud fluvium.* Non video cur Niebuhrius l. c. p. 387. sine controversia dicat non Hypanis, sed Borysthenis oram intelligendam esse: contrarium enim apertum est. Olbia ad occidentalem sive dextram Hypanis ripam posita est; itaque τὸ πέραν est orientalis ora Hypanis, qui quum inter Olbiam et Borysthenem interfluat, de Borysthene nullo modo cogitare licet. Τὸ πέραν est fere ille locus, ubi Cereris fanum: vide Introd. Saitapharnis regnum igitur inter Hypanim fere et Tanain posueris. Vs. 89 sqq. structura haec est: τῶν δὲ πρεσβευτῶν, Πρωτογένους καὶ Ἀριστοκράτους, λαβόντων τὰ χρήματα καὶ ἀπαντησάντων βασιλεῖ: Olbiopolitarum igitur legati nominantur, non regis. Rex iratus, quum non contentus esset veneratione oblata, statim *reditum* (ἀνάζευξιν) parat, ut solent irati principes; sed dum hoc facit, Olbiopolitas terret, ut ego arbitror *arcessendis archontibus*, quibus supplicium minitetur. Verba ὧν ἕνεκεν ante συνελθὼν ὁ δῆμος dedi ex *B.* vs. 21 sq. In eo vero metu quid fecisset Protogenes, in fine col. *A.* scriptum erat,

ubi simul ea perierunt, quae initio col. *B*. continuata sunt.

Col. *B*. vs. 1. ποταμὸς est Hypanis. Huic ex parte quidem moenia non apposita erant, quod moenia alios impediebant usus, et flumen tuebatur urbem, certe aestate, qua bella geri solent: quamquam tum volebant etiam fluvio moenia apponere, quod hieme venturos Galatas et Sciros exspectabant, quando gelu constitit fluvius cum sinu. Fluvius vero etsi in orientem est ab urbe, tamen non necesse est, ut Galatae et Sciri ex orientali parte, a Borysthene venerint: potuerunt etiam ab occidente profecti urbem ex Hypani aggredi nihilominus. Ceterum non universa urbis ad fluvium pars non munita erat, sed tantum τὸ πλεῖστον μέρος, quod accuratius definitur verbis: τό τε κατὰ τὸν λιμένα πᾶν καὶ τὸ κατὰ τὸ πρότερον ὑπάρχον ἰχθυοπώλιον, ἕως οὗ ὁ ἥρως ὁ Σωσίας. Itaque duo tantum ad fluvium tractus non muniti erant, alter ad *portum*, alter ad *forum olim piscarium* (uterque enim tractus pars est τοῦ κατὰ τὸν ποταμόν, quod non omnes intellexerunt); quae *duo* moenia exstruxit Protogenes (*B*. vs. 30. 41.). Unde patet, haec loca non esse munita, ne portus et fori impedirentur commoda, non quod barbari reges vetuissent, ne munirentur: qui si noluissent Olbiam munitam esse, cur concessissent partem a fluvio aversam muniri? Quod non monerem, nisi opus esset. Ἕως οὗ ὁ ἥρως ὁ Σωσίας, *usque eo ubi Sosiae beati monumentum*, sive sepulcrum sive statua. De Galatis et Sciris vide Introd. Hos probabile est cis Hypanim fuisse; itaque qui eos fugiunt, Thisamatae, Scythae, Saudaratae, Olbiae occupandae cupidi, et ipsi cis Hypanim collocandi sunt. Vs. 12. dedi παρεσκε[υ]ασμ. addito υ, quod in ceteris locis υ non omissum est, licet etiam παρασκεάζειν dictum esse doceant inscriptt. Ἐφθάρθαι manifesto est *corruptos et abalienatos* esse (non *exstinctos*); hoc docet praesens οἰκοῦντας et illud τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ συμμαχήσαντας ἐν τῇ πόλει. In priori bello (fortasse cum iisdem gesto Galatis, ut recte Niebuhrius) Semigraeci e vicinia in ipsam urbem recepti Olbiopolitis opem tulerant; postea abalienati sunt. Etiam *servi* (οἰκετεία) abalienati et corrupti. Servos intellige vulgari Graecorum usu; cur subiecti in modum Helotum vel Penestarum clientes intelligantur, non video. Παρώρεια sunt *campi montibus subiecti*; montes vero quum ibi nulli sint, intelligendi campi adiacentes tractibus modice editis in vicinia Olbiae. Hi campi in faucibus angustis siti sunt, quarum alterae ad ipsam urbem fuerunt in occidentem, hodie *Saitscheia balka*; alterae paulo ampliores sunt magis remotae in occidentem et austrum, hodie *Schirokaia balka* (cf. Köhler. Act. Petrop. T. X. in Comm. de insulis et cursu Achill. p. 125.): et hae alterae potissimum intelligendae videntur, quum priores haud dubie Olbiopolitae ipsi tenuerint: nisi potius remotior aliqua regio significatur. De Μιξέλλησι cf. Introd. Vs. 31. αὐτῷ προκειμένων οὐκ ἐλασσόνων χρυσῶν ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων ambiguum est. Πρόκεινται αὐτῷ dixeris esse: *debentur ei ut in antecessum erogati prioribus temporibus*, ut πρόθεσις, προτιθέναι (vide ad *A*. vs. 41.). Sed quum impensae in moenia faciendae fuerint aureorum mille et quingentorum (*B*. vs. 42.), et totidem illi dicantur προκεῖσθαι, sententia haec videtur: *etsi illi propositus esset sumptus in eam rem faciendus aureorum* MD. Nota ἐλασσόνων hic et *B*. 92. scriptum; alias ἐλαττ. est in hoc titulo. Vs. 35. καὶ παρὰ τὸ τὴν ἀρίθμησιν ποιήσασθαι ἐξ ἑτοίμου τοὺς ἐργώνας κ. τ. λ. hoc est, *et praeterquam quod redemptores* ex pecunia a Protogene data *sine mora solvebant mercedem operariis*, qua re acceleratum opus, *multum pecuniae comparavit civitati*, nempe vitando aere alieno, quod civitas contrahere debuisset ingenti usura, nisi succurrisset Protogenes. Vs. 46. probabilius mihi visum καθ' Ἡγήτορος quam Καθηγήτορος, ut κατὰ τὴν ἁμαξιτόν: intellige οἰκίαν aut ναόν, prout Ἡγήτωρ vir aut deus. Ἐπιδαύριος videtur homo esse; turres ex viris saepe denominatae, ut infra vs. 58. turris Posidis, ut turris nota Neoptolemi etc. Πόσιος est p. Πόσιδος, ut n. 2118. Ionice et Dorice. De turribus Olbiae Dio Chrysost. Borysth. XXXVI. p. 76. ubi nova urbs Olbia dicitur μέρει τινὶ προσῳκοδομῆσθαι τοῦ παλαιοῦ περιβόλου, καθ' ὃ πύργοι τινὲς οὐ πολλοὶ διαμένουσιν, οὐ πρὸς τὸ μέγεθος οὐδὲ πρὸς τὴν ἰσχὺν τῆς πόλεως. Plures turres a nova urbe iam remotiores idem memorat p. 77. Vs. 57 sqq. dicitur imperfecta fuisse ἡ κατὰ τὸμ Πόσιος πύργον σχοινιαία εἰς τὸν ἐπάνω τόπον. *Murum* significari et turris mentio docet et vox τειχοδομία; non tamen haec muri pars ad fluvium est; de moenibus ad fluvium enim iam supra dictum est, quae aureis MD constiterant: hanc σχοινιαίαν Protogenes novo sumptu perfecit, in antecessum erogatis aureis centum. Praeterea dictio εἰς τὸν ἐπάνω τόπον docet, a fluvio, ubi turris Posidis, versus mediterranea dirigi hanc muri partem. Ni fallor, σχοινιαία est certa mensura fune demensa: haec si τετάρτη dicitur, tres priores fuerint moenium ad fluvium, quae iam antea exstructa erant. Hae tres si MD aureis constitere, quarta vero tantum centum aureis, cogita illa ad fluvium moenia inde a fundamentis exstruenda, hanc tantum perficiendam fuisse, quum esset pridem inchoata. Vs. 76. παραδεξάμενος εἰσκομιδὴν ἑαυτῷ, *quasi sibi soluta accepit*, quum tamen ea non accepisset. Vs. 83. ἐπιμηνιεῦσαι, quod vulgo est *menstrua sacra facere*, longe aliter accipiendum videtur. Usurae sunt menstruae, et solent singulis mensibus pendi; videndum igitur, an ἐπιμηνιεῦσαι sit *dilationem per menses dare debitoribus*. Quod additur προνοῆσαι χρησίμως [τοῖ]ς τε δανεισταῖς καὶ τοῖς χρήσταις, Köhlerus noster falsa lectione [τοῖ]ς δὲ deceptus et mala usus distinctione non recte cepit. Voluit populus *providere utiliter et creditoribus et debitoribus*. Χρήστης hic est χρεώστης, χρεωφειλέτης, *debitor*, ut in Demostheneis (Harpocr. v. χρῆσται) et apud alios quoque.

## 2059.

Tabula marmorea decretum *Olbiopolitanum* continens, Stolnae in domo Comitis Iliae Andreae f. Kuschelew-Besborodko, eius regionis, in qua Olbiae rudera, possessoris, qui monumenti delineationem naturali magnitudine factam Köhlero misit. In fastigio lapidis est patera cum aliis ornamentis expressa; etiam prominentes utrinque fastigii partes, quae in altum ascendunt, ornatae sunt. Vs. 1-4. in zophoro scripti sunt. Primum edidit Köhlerus in Morgensternii periodico opere „Dörptische Beiträge", T. II. p. 333-347. cum translatione Germanica et aliquot animadversionibus. Idem fere exemplum nescio a quo transmissum edidit Rad. Rochettus Antt. Bosp. tab. XII. cum explicatione p. 145-203. Varietatem lectionis ex ipso lapide a sese a. 1821. tractato annotavit Köppen Nordgest. des Pont. p. 74 sqq. Nonnulla de hoc titulo monuit deinceps Köhlerus adversus Rochettum de Antt. Bosp. p. 118-126. et in iudicio de Köppenii libello p. 37-40. Idem mihi commentationem impressam in libro, cuius index Serapis, p. 44-49. transmisit: „Über die Griechischen Städte, welche auf einem, zur Ehre des Theokles, von der Stadt Olbia gegebenen öffentlichen Beschlusse genannt werden."

ΟϹΑΙΠΟΛΕΙϹΕϹΤΕΦΑΝΩϹ . . . . . . ΛΕΑϹΑΤΥΡΟΥΗΡΩΑΧΡΥϹΕΟΙϹϹΤΕΦΑΝΟΙϹ
ΟΛΒΙΟΠΟΛΕΙΤΑΙ ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΙ ΠΑΝΟΙ ΤΟΜΕΙΤΑΙ ΜΕΙΛΗΤΟϹ ΧΕΡϹΟΝΗϹϹΟϹ
ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΙϹ ΒΥΖΑΝΤΙΟΙ ΠΡΟΥϹΕΙϹ ΙϹΤΡΙΑΝΟΙ ΚΥΖΙΚΟϹ ΒΟϹΠΟΡΟϹ
ΝΕΙΚΑΙΕΙϹ ΑΜΑϹϹΙΑΝΟΙ ΟΔΗϹϹΕΙΤΑΙ Κ.ΛΛΑΤ..ΝΟΙ ΑΠΑΜΕΙΑ ΤΥΡΑ ϹΙΝΩΠΗ

ΕΠΙΑΡΧΟΝΤΩΝΤΩΝΠΕΡΙΘΕΟΚΛΕΑϹΑΤΥΡΟΥΤΟΔ
ΜΗΝΟϹΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΟϹΕΞΕΚΚΛΗϹΙΑϹΓΕΝΟΜΕΝΗϹ
ΠΑΝΔΗΜΟΥΕΙϹΗΓΗϹΑΜΕΝΟΥΑΝΤΙΦΩΝΤΟϹΑΝΑΞΙΜΕ
ΝΟΥϹΟΙΑΡΧΟΝΤΕϹΕΙΠΑΝΕΠΕΙΘΕΟΚΛΗϹϹΑΤΥΡΟΥΑ
ΝΗΡΓΕΝΟΜΕΝΟϹΕΚΠΡΟΓΟΝΩΝΛΑΜΠΡΩΝΚΑΙΠΟΛΛΑ
ΤΗΠΑΤΡΙΔΙΗΜΩΝΚΑΤΑΝΥϹΑΜΕΝΩϹΕΝΤΕΠΡΕϹΒΕΙΑΙϹΚΑΙΑΡ
ΧΑΙϹΠΑϹΑΙϹΚΑΙΕΥΕΡΓΕϹΙΑΙϹΤΩΝΚΑΘΕΝΑΠΟΛΕΙΤΩΝΤΕ
ΚΑΙΤΩΝΕΠΙΔΗΜΟΥΝΤΩΝΠΑΡΗΜΑϹΞΕΝΩΝΚΑΙΗΚΟΛΟΥΘΗϹΕΝ
ΟΑΝΗΡΤΩΤΩΝΠΡΟΓΟΝΩΝΑΞΙΩΜΑΤΙΚΑΠΟΛΑΜΠΡΟΝΚΑΙΕΥ
ΝΟΥΝΠΡΟϹΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑΔΙΕΔΕΙΞΑΤΟΩϹΚΑΙΟΙΠΡΟΓΟΝΟΙΑΥΤΟΥ
ΕΝΤΕΗΘΕΙΧΡΗϹΤΩΚΑΙΤΡΟΠΩΑΓΑΘΩΚΑΙΕΥΝΟΙΑΤΗΚΟΙΝΗΠΕ
ΡΙΠΑΝΤΑΠΑϹΙΝΔΙΑΦΕΡΟΥϹΗΩϹΔΙΑΤΟΜΕΤΡΙΟΝΑΥΤΟΥΚΑΙΠΕΡΙΤΗΝΠΑ
ΤΡΙΔΑΦΙΛΟϹΤΟΡΓΟΝΚΑΙΠΕΡΙΤΟΥϹΕΛΛΗΝΑϹΦΙΛΟΞΕΝΟΝΝΕΙΚΗ
ϹΑΙΜΕΝΤΟΥϹΠΡΟΓΟΝΟΥϹΤΟΥϹΕΑΥΤΟΥΙϹΟΡΟΠΟΝΔΕΚΑΤΑϹΤΗ
ΝΑΙΤΟΙϹΤΑΜΕΓΑΛΑΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑΗΜΩΝΕΥΕΡΓΕΤΗΚΟϹΙΝΕΙϹΤΕΠΡΕϹ
ΒΕΙΑϹΑΥΤΟϹΕΑΥΤΟΝΕΚΟΝΤΗΝΠΑΡΕΧΩΝΑΟΚΝΟΝΕΡΓΩΝΤΕΕΠΙΜΕ
ΛΕΙΑΙϹΚΑΙΚΑΤΑΣΚΕΥΑΙϹΕΝΕΚΟΠΙΑϹΕΝΩϹΔΙΑΥΤΟΝΠΕΡΙΚΑΛΛΕ
ϹΤΕΡΑΝΚΑΙΕΝΔΟΞΟΤΕΡΑΝΤΗΝΠΟΛΙΝΗΜΩΝΓΕΝΕϹΘΑΙΑΡΧΑΙϹΤΕ
ΑΙϹΗΡΞΕΝΚΑΙΙΕΡΑΤΕΙΑΚΑΙϹΤΡΑΤΗΓΙΑΙϹΚΑΙΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙϹΑΠΑϹΑΙϹΕΑΥΤΟΝ
ΑΦΕΛΩϹΤΗΠΑΤΡΙΔΙΕΙϹΑΠΑΝΤΑΕΠΕΔΙΔΟΥΗΡΕΜΟΝΤΕΕΑΥΤΟΝΠΑΡΕΧΩΝ
ΚΑΙΙϹΟΝΠΑϹΙΝΚΑΘΑΡΩϹΑΠΑΝΤΑΚΑΙΔΙΚΑΙΩϹΔΙΟΙΚΩΝΑΡΧΩΝ
ΤΕΤΗΝΜΕΓΙϹΤΗΝΑΡΧΗΝΤΟΤΕΤΡΑΚΙϹΚΑΘΟΤΙΤΟΙΟΥΤΩΝ
ΑΝΔΡΩΝΧΡΕΙΑΗΝΑΡΧΕΙΝΚΑΙΠΛΕΙϹΤΑΚΙϹΠΑϹΑΝΟΜΟΝΟΙ
ΑΝΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΟϹΤΟΙϹΜΕΝΗΛΙΚΙΩΤΑΙϹΠΡΟϹΦΕΡΟ
ΜΕΝΟϹΩϹΑΔΕΛΦΟϹΤΟΙϹΔΕΠΡΕϹΒΥΤΕΡΟΙϹΩϹΥΙΟΙϹ
ΤΟΙϹΔΕΠΑΙϹΙΝΩϹΠΑΤΗΡΠΑϹΗΑΡΕΤΗΚΕΚΟϹΜΗΜΕΝΟϹ
ΥΠΟΤΟΥΒΑϹΚΑΙΝΟΥΔΑΙΜΟΝΟϹΑΦΗΡΕΘΗΜΗΔΙΑΤΕΛΕϹΑϹ
ΤΗΝΑΡΧΗΝΩϹΤΕΕΠΙΤΟΥΤΟΙϹΤΟΥϹΠΟΛΕΙΤΑϹΚΑΙΤΟΥϹΞΕΝΟΥϹ
ΔΙΑΤΟΑΦΗΡΗϹΘΑΙΤΟΥΠΡΟΕϹΤΩΤΟϹΤΗϹΠΟΛΕΩϹΑΝΔΡΟϹΛΕΛΥ
ΠΗϹΘΑΙΑΞΙΩϹΑΙΤΕΤΗΝΤΕΒΟΥΛΗΝΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΚΑΙΤΑϹΠΟΛΕΙϹΩΝ
ΕΠΕΔΗΜΟΥΝΟΙΞΕΝΟΙϹΤΕΦΑΝΩΘΗΝΑΙΤΟΝΘΕΟΚΛΕΑΧΡΥϹΩϹΤΕΦΑ
ΝΩΚΑΙΑΝΑΓΟΡΕΥΘΗΝΑΙΥΠΟΤΟΥΚΗΡΥΚΟϹΟΤΙΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟϹ
ΚΑΙΑΙΠΟΛΕΙϹΤΩΝΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝΤΩΝΞΕΝΩΝϹΤΕΦΑΝΟΥϹΙΝΘΕΟ
ΚΛΕΑϹΑΤΥΡΟΥΝΕΙΚΗΤΗΝΓΕΝΟΜΕΝΟΝΤΩΝΑΠΑΙΩΝΟϹΠΕΡΙΤΩΝΚΟΙΝΗ
ΠΑϹΙΝΔΙΑΦΕΡΟΝΤΩΝΚΑΙΤΩΝΤΗΠΟΛΕΙϹΥΜΦΕΡΟΝΤΩΝΚΑΙΑΝΑΤΕΘΗΝΑΙΑΥ
ΤΟΥΕΙΚΟΝΑΕΝΟΠΛΟΝΔΗΜΟϹΙΑΕΝΤΩΓΥΜΝΑϹΙΩΟΥΤΗϹΚΑΤΑϹΚΕΥ
ΗϹΤΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΑΥΤΟϹΠΕΠΟΙΗΤΟΤΟΔΕΨΗΦΙϹΜΑΤΟΥΤΟΑΝΑΓΡΑΦΗ
ΝΑΙΕΙϹϹΤΗΛΗΝΛΕΥΚΟΛΙΘΟΝΚΑΙΑΝΑΤΕΘΗΝΑΙΕΝΤΩΕΠΙϹΗΜΟΤΑΤΩΤΗϹ
ΠΟΛΕΩϹΤΟΠΩΕΙϹΤΟΜΑΘΕΙΝΠΑΝΤΑϹΤΟΝΑΝΔΡΑΤΡΟϹΑΝΔΡΕΙΑΝ..
ΕΥΤΟΛΜΟΝΚΑΙΠΡΟϹΑΡΕΤΗΝΔΕΑΟΚΝΟΝΚΑΙΠΡΟϹΠΟΛΕΙΤΑϹϹΩΤΗ
ΡΙΟΝΚΑΙΠΡΟϹΞΕΝΟΥϹΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΝΕΙϹΠΡΟΤΡΟΠΗΝΤΩΝΤΗΝΠΟ
ΛΙΝΦΙΛΕΙΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΕΙΝΔΥΝΑΜΕΝΩΝ

Vss. 1-4. minoribus litteris exarati sunt in apographo Rochetti: Köhlerus in Dörpt. Beitr. et ipse illos minoribus litteris scriptos dicit, sed in libello adv. Roch. p. 118 sq. maioribus expressos tradit diserte; idem vs. 2-4. inter nomina urbium intervalla, quae in nostro apographo habes, relicta esse notavit, atque haec in commentatione, quam in Serapide expressam dixi, iteravit; simulque et in hac commentatione et in iis, quae adversus Rochettum scripsit, quattuor hos versus summa cum cura incisos esse tradit. Formas litterarum et ligaturas, quae non frequentes sunt, dedi ex fide Köppenii Nordgest. des Pont. p. 76. et tab. II. fig. 17. De forma C etiam Köhlerus Dörpt. Beitr. p. 356. et adv. Roch. p. 119. mentionem fecit: Σ semel inesse vs. 21. notavit Köpp. Versuum longitudinem Roch. et Köhl. dederunt fortuitam; itaque nos quoque sic dare coacti sumus. Vs. 6. lineolas super EI omittit Roch. Dedi duas ex apographo Köhleri, qui tamen adv. Roch. p. 122. ut de una loquitur. Vs. 8. vulgo ΕΠΙ; ΕΠΕΙ in lapide esse testatur Köpp. l. c. p. 74. Vs. 12. ultimum H supra inter lineas adiectum est. Vs. 16. Roch. XAI (p. KAI). Vs. 19. init. vulgo CAITONTAMEIAN THN; quod ego dedi, Köpp. in lapide invenit. Vs. 23. extr. N a Köhl. suppletum ut in lapide agnoscit Roch. (Köpp. non annotavit contrarium). Vs. 26. init. TE, quod vulgo deest, ex lapide restituit Köpp. Vs. 33. Roch. ΑΘΗΡΗCΘΑΙ. Vs. 39. vulgo ΠΑCΙ: ΠΑCΙΝ ex lapide annotavit Köpp. Vs. 40. Roch. ΓΥΜΝΑCΙΟΩΥ; et vs. 42. Köhl. Roch. ΑΝΑΤΕΘΕΙ ΝΑΙ: ΗΝΑΙ in lapide esse docet Köpp. Vs. 43. extr. lacunam notat Köpp. Vs. 45. Köhl. HIC (p. EIC).

Ὅσαι πόλεις ἐστεφάνωσ[αν Θεοκλ]έα Σατύρου ἥρωα χρυσέοις στεφάνοις· Ὀλβιοπολεῖται, Ἡρακλεῶται, Πανοί, Τομ-ται, Μείλητος, Χερσόνησσος, Νεικομηδεῖς, Βυζάν- Προυσεῖς, Ἰστριανοί, Κύζικος, Βόσπορος, Νειμασσιανοί, Ὀδησσεῖται, Κ[α]λλατ[ια]νοί, Ἀπά-ρα, Σινώπη.

χόντων τῶν περὶ Θεοκλέα Σατύρου τὸ δ̄, μηνὸς -ιῶνος ΕΙ (πεντεκαιδεκάτῃ), ἐκκλησίας γενομένης -ιου, εἰσηγησαμένου Ἀντιφῶντος Ἀναξιμένους, οἱ -τες εἶπαν· Ἐπεὶ Θεοκλῆς Σατύρου, ἀνὴρ γενόμε- -κ προγόνων λαμπρῶν καὶ πολλὰ τῇ πατρίδι ἡμῶν -νυσαμένω[ν] ἔν τε πρεσβείαις καὶ ἀρχαῖς πάσαις εὐεργεσίαις τῶν καθ᾽ ἕνα πολειτῶν τε καὶ τῶν -δημούντων παρ᾽ ἡμᾶς ξένων, καὶ ἠκολούθησεν ὁ ἀνὴρ τῶν προγόνων ἀξιώματι κα[ὶ τ]ὸ λαμπρὸν καὶ εὔ-υν πρὸς τὴν πατρίδα διεδείξατο ὡς καὶ οἱ πρόγονοι -ὐτοῦ, ἔν τε ἤθει χρηστῷ καὶ τρόπῳ ἀγαθῷ καὶ εὐ-νοίᾳ τῇ κοινῇ περὶ πάντα πᾶσιν διαφερούσῃ, ὡς διὰ τὸ μέτριον αὐτοῦ καὶ περὶ τὴν πατρίδα φιλόστοργον καὶ περὶ τοὺς Ἕλληνας φιλόξενον νεικῆσαι μὲν τοὺς προγόνους τοὺς ἑαυτοῦ, ἰσόροπον δὲ καταστῆναι τοῖς τὰ μεγάλα τὴν πατρίδα ἡμῶν εὐεργετηκόσιν, εἴς τε πρεσβείας αὐτὸς ἑαυτὸν ἑκοντὴν παρέχων ἄοκνον, ἔργων τε ἐπιμελείαις καὶ κατασκευαῖς ἐνεκοπίασεν, ὡς δι᾽ αὐτὸν περικαλλεστέραν καὶ ἐνδοξοτέραν τὴν πόλιν ἡμῶν γενέσθαι, ἀρχαῖς τε αἷς ἦρξεν καὶ ἱερατείᾳ καὶ στρατηγίαις καὶ λειτουργίαις ἁπάσαις ἑαυτὸν ἀφε[ιδ]ῶς τῇ πατρίδι εἰς ἅπαντα ἐπεδίδου, ἠρεμόν τε ἑαυτὸν παρέχων καὶ ἴσον πᾶσιν, καθαρῶς ἅπαντα καὶ δικαίως διοικῶν, ἄρχων τε τὴν μεγίστην ἀρχὴν τὸ τετράκις, καθότι τοιούτων ἀνδρῶν χρεία ἦν ἄρχειν καὶ πλειστάκις, πᾶσαν ὁμόνοιαν πολιτευόμενος, τοῖς μὲν ἡλικιώταις προσφερόμενος ὡς ἀδελφός, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὡς υἱός, τοῖς δὲ παισὶν ὡς πατήρ, πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένος, ὑπὸ τοῦ βασκαίνου δαίμονος ἀφηρέθη μὴ διατελέσας τὴν ἀρχήν, ὥστε ἐπὶ τούτοις τοὺς πολείτας καὶ τοὺς ξένους διὰ τὸ ἀφηρῆσθαι τοῦ προεστῶτος τῆς πόλεως ἀνδρὸς λελυπῆσθαι, ἀξιῶσαί τε τήν τε βουλὴν καὶ τὸν δῆμον καὶ τὰς πόλεις ὧν ἐπεδήμουν οἱ ξένοι, στεφανωθῆναι τὸν Θεοκλέα χρυσῷ στεφάνῳ καὶ ἀναγορευθῆναι ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ὅτι ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ αἱ πόλεις τῶν παρεπιδημούντων ξένων στεφανοῦσιν Θεοκλέα Σατύρου νεικητὴν γενόμενον τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος περὶ τῶν κοινῇ πᾶσιν διαφερόντων καὶ τῶν τῇ πόλει συμφερόντων, καὶ ἀνατεθῆναι αὐτοῦ εἰκόνα ἔνοπλον δημοσίᾳ ἐν τῷ γυμνασίῳ, οὗ τῆς κατασκευῆς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτὸς πεποίητο· τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο ἀναγραφῆναι εἰς στήλην λευκόλιθον καὶ ἀνατεθῆναι ἐν τῷ ἐπισημοτάτῳ τῆς πόλεως τόπῳ, εἰς τὸ μαθεῖν πάντας τὸν ἄνδρα πρὸς ἀνδρείαν [τε] εὔτολμον, καὶ πρὸς ἀρετὴν δὲ ἄοκνον, καὶ πρὸς πολείτας σωτήριον, καὶ πρὸς ξένους φιλάνθρωπον, εἰς προτροπὴν τῶν τὴν πόλιν φιλεῖν καὶ εὐεργετεῖν δυναμένων.

Aetas huius decreti accurate definiri nequit; Rochettus id ultimis reipublicae Romanae vel primis Principatus temporibus, Köhlerus (adv. Roch. p. 119. Dörpt. Beitr. p. 345.) sub aetatem Tiberii vel post Augustum scriptum censet. Urbes quidem initio memoratae ex parte tertio ante Christum saeculo non antiquiores sunt, Nicaea, Nicomedia, et Prusiadis atque Apameae nomina; formam C non multum ultra primum ante Christi natales saeculum recedere dixi T. I. p. 85. *b.* sed de Olbiopolitarum tamen usu nihil affirmaverim. Iota subscr. omissum est, quod et ipsum primo fere ante Christum saeculo fieri coeptum; stilique inelegantia, tumor, prolixitas, quae tamen Ionismo defendi potest, laudumque nimia copia in Theoclem cumulatarum verboseque expressarum cum reliqua sermonis barbarie labenti Graecarum civitatum flori magis conveniunt quam integro; et novae urbi Olbiae tribui hunc titulum posse in Introd. dixi. Vs. 1. Theocles ut defunctus ἥρως audit, sicuti in permultis titulis et maxime in Thessalicis. Eum praeter Olbiam octodecim coronant civitates (vs. 2-4.), quarum cives Olbiam peregrinorum loco habitabant: hos vero peregrinos Olbiae suis suffragiis coronam decernere potuisse quum non probabile sit; antequam hoc decretum scriberetur, illae civitates iam idem decreverint necesse est et sua Olbiam decreta miserint, aut certe exspectandum fuit, dum illae civitates confirmarent, quae cum Olbiopolitis decreverant peregrini: qua de re non satis liquet, quod ambigua sunt verba vs. 34 sq. ἀξιῶσαί τε τήν τε βουλὴν καὶ τὸν δῆμον καὶ τὰς πόλεις ὧν ἐπεδήμουν οἱ ξένοι. Civitates illae peregrinorum quum neque geographico ordine nec secundum auctoritatem, quam apud Olbiopolitas habebant, nominatae

sint (proximae enim et remotissimae promiscue compositae reperiuntur, Miletusque Olbiae mater quinto, non secundo, et ne de Prusiade dicam, Istria atque Odessus ac Sinope, Mileti coloniae decimo, quintodecimo, undevicesimo loco comparent), series nominum secundum tempus, quo quaeque civitas decretum miserat, ordinata videtur: quae etiam Köhleri sententia est. Nomina vero quum singulari cura scripta sint, nullum eorum potest depravatum haberi. Ita qui post *Heracleotas* Ponti nominantur Πανοί, certa lapidis fide nituntur, Köhlero et Köppenio ex oculari adspectu testantibus, nec ferenda aliorum correctio Τιανοί: omnes vero hae urbes quum ad Euxinum vel Propontidem vel in alteriusutrius vicinia positae sint excepta Mileto Olbiae metropoli, probabile est, quod Köhlerus (Serap.) dixit, *Panium* intelligi Thraciae ad Propontidem inter Heracleam et Selymbriam (vide ll. cc. ab eodem, Constantin. Porphyr. Them. II, 1. Laonic. Chalcond. IV. p. 96. C. Cedren. Hist. P. II. p. 508. A. ed. Par., Suid. v. Πάνιον, Hierocl. Synecd. c. 1. adde Mannert. Geogr. vet. T. VII. p. 189.). *Miletum* celebrem urbem, ex qua Olbiopolitis origo, quam Miletum s. Μιλητούπολιν prope Cyzicum intelligi, mihi quoque ut Köhlero magis probatur. Χερσόνησσος (*Tauricae* paeninsulae) duplici Σ etiam in nummis habetur, etsi non constanter. Προυσεῖς forma est incognita; Prusae cives dicuntur Προυσαεῖς, Prusiadis utriusque Προυσιεῖς (Steph. Byz.); hoc loco *Prusiadem ad mare*, quae olim Cius, intelligi consentaneum est, quae Milesiis originem debet. *Bosporus* est Panticapaeum (vide Introd.). Lectionem ΑΜΑϹϹΙΑΝΟΙ in lapide esse testantur Köhlerus et Köppenius; igitur exclusis Amastrianis, de quibus cogitatum erat, *Amasia* intelligenda, cuius cives Ἀμασεῖς vulgo in nummis et apud Strabonem Amasensem, etiam Ἀμασεῶται (v. Steph. Byz.); duplex Sigma etiam nummorum pars agnoscit, simplex vero in iis inde a Domitiano comparet. *Odessitas* intellige eos, de quibus dixi n. 2056. (non Ordessum), *Apameam* vero Myrleam.

In sermone decreti quae singularia vel barbara sunt, collegi in Introd. sed structura quoque laborat, confusis participiis et verbis finitis, nec protasi et apodosi recte coniunctis. Nam post participium ἐπεὶ Θεοκλῆς ἀνὴρ γενόμενος etc. haud recte infertur καὶ ἠκολούθησεν ὁ ἀνὴρ (ubi praeter καὶ etiam ὁ ἀνὴρ redundat) et deinceps καὶ – διεδείξατο. Deinde etsi sententiae ἔν τε ἤθει χρηστῷ etc. (vs. 15 sqq.) et εἴς τε πρεσβείας – παρέχων ἄοκνον (vs. 19. 20.) sibi recte respondent, licet in priore nullum sit participium, quo omnino non opus est; tamen pro ἐνεκοπίασεν et ἐπεδίδου rursum exspectabas participium, ut pro ἠκολούθησεν et διεδείξατο. Sane concedo hunc a participiis in verba finita transitum interpositis particulis coniunctivis τε vel καὶ aut disiunctivis μέν – δέ, defendi optimorum auctorum exemplis posse (vide Dissen. ad Pind. Nem. XI. p. 480. nostr. Explicatt. et nos Explicatt. ad Pind. Olymp. I. p. 105. Oec. civ. Ath. T. I. p. 148 sqq.): sed hic transitus ubi locum habet, ibi participium debet verbo finito additum esse, cui subordinatum, non coordinatum sit, idque verbum finitum debet positum ante illud esse, quod participii loco sit, quum tamen in hoc decreto participium ἀνὴρ γενόμενος nulli subordinatum verbo finito sit, nisi quod vs. 31. demum infertur ἀφῃρέθη, cui subordinatum esse γενόμενος nemo potest intelligere. Exempli causa accipe locum Herodoti VI, 13. οἱ Σάμιοι ὦν, ὁρέοντες ἅμα μὲν ἐοῦσαν ἀταξίην πολλὴν ἐκ τῶν Ἰώνων ἐδέκοντο τοὺς λόγους· ἅμα δὲ κατεφαίνετό σφι εἶναι ἀδύνατα etc. Itaque in nostro decreto scribi debebat: ἀνὴρ γενόμενος – παρ' ἡμᾶς ξένων, ἠκολούθησε τῷ τῶν προγ. etc. ubi iam verba finita non pro participiis sunt; aut pro finitis verbis debebant participia poni, quae omnia subordinata essent finito ἀφῃρέθη vs. 31. Praeterea vs. 34. a verbo ἀξιῶσαι debebat apodosis incipere respondens illi ἐπεὶ Θεοκλῆς etc. et pendens ex εἶπαν: sed miro anacolutho scriptum est ἀξιῶσαί τε pendens ex praegresso ὥςτε, ita ut potissima orationis pars adiuncta sit sententiae prorsus subordinatae. Quodsi quando etiam in optimis decretis aliqua reperitur anacoluthia, ut ap. Demosth. de cor. p. 289. Reisk. ubi post ἐπειδὴ relativum διὸ δέδοκται in apodosis loco habetur, et sic prorsus n. 2060. 2061. tamen hoc multo lenius est quam in nostro decreto. De singulis dico paucissima, postquam quae ad res publicas pertinent, occupavi in Introd. Vs. 7. πάνδημος ἐκκλησία haud dubie eo refertur, quod etiam peregrini admissi sunt, fortasse tamen non cum suffragio. Ibidem ΕΙ inverso ordine litterarum scriptum, et Graecorum Europaeorum et maxime Orientis usu. Vs. 10. κατανυσαμένω[ν], 13. κα[ὶ τ]ὸ debetur Rochetto. Illis post εὐεργεσίαις genitivis ii designantur, qui beneficiis affecti sint; τῶν καθ' ἕνα πολιτῶν etc. est pro usitatiori τῶν πολιτῶν ἰδίᾳ, opposito κοινῇ. Vs. 18. ἰσόροπον simplici Ρ scriptum est ex usu non adeo recondito; tum nota τὰ μεγάλα cum articulo, quo *genus* beneficiorum designatur, non *singula* beneficia, ut si Germanice dicas: „die uns in *den grofsen Sachen* Wohlthaten erzeigt haben". Vs. 24. ἑαυτὸν ἀφελῶς τῇ πατρίδι εἰς ἅπαντα ἐπεδίδου contrarium est sententiae; itaque correxi ἀφειδῶς. Demosth. de cor. p. 255. 6. καὶ ἁπλῶς ἑαυτὸν εἰς τὰ πράγματα ἀφειδῶς διδούς. Diodor. VIII. p. 29. ed. Bip. ὡς ἀφειδῶς ἑαυτὸν ἐπέδωκεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Vs. 26 sq. καθότι τοιούτων etc. ita intellige: *quod, ut tales viri vel quam plurimis annis magistratum gererent, opus erat.* Καὶ πλειστάκις ad priora traxi; nam usque ad verba ὑπὸ τοῦ βασκαίνου (sic in lapide legi Köpp. diserte testatur) δαίμονος ἀφῃρέθη μὴ διατελέσας τὴν ἀρχήν, de solo quarto agitur magistratu: itaque etiam πᾶσαν ὁμόνοιαν πολιτευόμενος ad hunc solum refertur, ac proinde καὶ πλειστάκις cum his verbis coniungi nequit. Vs. 29. ΥΙΟΙϹ vitium est quadratarii. Vs. 40. εἰκὼν ἔνοπλος est εἰκὼν ἐν ὅπλῳ, hoc est in clypeo rotundave tabula (vide ad n. 124.), quae servatur in ὁπλοθήκῃ, hoc est *armario* (vide ad n. 125. ubi minus proprie armamentarium dixi, qua voce vulgo vertitur ὁπλοθήκη). Talis imago γραπτὴ dici solet, *tabula picta*, non marmor pigmentis variegatum; quod quum per se aper-

tum sit, non opus est ut aliorum commenta refutem: ceterum etiam si non additum est *γραπτή*, *εἰκόνα ἔνοπλον* *tabulam pictam* significare non est dubium; nam si imago anaglypto expressa et ipsa *ἔνοπλος* dici potuisset, semper aut *γραπτὴ* aut *λευκοῦ λίθου* vel simile addi debuisset. Vs. 43. extr. putatur *μὲν* excidisse; at sic pro triplici *καὶ* exspectem alias particulas: *πρὸς ἀνδρείαν μὲν εὔτολμον, πρὸς ἀρετὴν δὲ ἄοκνον, καὶ πρὸς πολείτας μὲν σωτήριον, πρὸς ξένους δὲ φιλάνθρωπον.* Etiam *καὶ πρὸς ἀρετὴν δὲ* etsi non rarum et statim n. 2060. 15. obvium, tamen hoc loco incommodum est. Ni fallor, lapicida scripserat *πρὸς ἀνδρείαν μέν*, et quum hoc dedisset, etiam *πρὸς ἀρετὴν δὲ ἄοκνον* posuit; sed auctor dederat *πρὸς ἀνδρείαν τε εὔτολμον, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἄοκνον*: unde hoc *καὶ* et ipsum servatum est: *μὲν* vero postea ipse deleverit quadratarius.

## 2060.

In oppido Otschakow s. Oczakow vidit Peyssonelius, in cuius schedis ab Adalb. Zieglero, auditore nuper meo, Lutetiae Parisiorum inspectis hic titulus titulo n. 2088. additur, quasi uterque unus sit. Sed utrumque separatim edidit Chandlerus Inscr. Append. p. 94. et hunc quidem n. 10. ex schedis Rob. Woodii, qui et ipse ab alio acceperat. Postea lapis ad Fauvelium Athenas pervenit; ibi denuo transcriptum et a Rob. Walpolio secum communicatum titulum rectius dedit Clark. Itin. T. I. p. 618 sqq. omisso n. 2088. qui proinde non est in Fauvelii lapide. Ex Chandlero et Clarkio, sed non satis fideliter, reddidit Rochett. Antt. Bosp. tab. XI. Tractavit Köhler. Act. Acad. Monac. T. VI. class. hist. et phil. p. 130-133. De varietate Clarkiana et Rochettiana dixit nonnulla Köppen. Nordgest. des Pont. p. 79. sed non omnia vere. Locum Chandl. male vocat „Kozackow ad mare nigrum"; Otschakow oppidum ad Pontum cis Hypanim haud procul ab *Olbia* dissitum, ex eiusdem parietinis eo deportatis magna ex parte exstructum est (Köppen. Nordgest. p. 79.).

ΟΔΑΜΟΣΟΒΥΖΑΝΤΙΩΝ
ΕΔΟΞΕΤΑΒΟΥΛΑΚΑΙΤΩΔΑΜΩΤΟΙΣΤΡΑΤΑΓΟΙΕΙ
ΠΑΝ·ΕΠΕΙΟΡΟΝΤΑΣΟΛΒΙΟΠΟΛΕΙΤΑΣΑΒΑΒΟΥ
ΥΙΟΣΑΝΔΡΟΣΟΥΜΟΝΟΝΤΑΣΠΑΤΡΙΔΟΣΑΛΛΑΚΑΙ
ΣΥΝΠΑΝΤΟΣΤΟΥΠΟΝΤΙΚΟΥΠΡΑΤΙΣΤΕΥΣΑΝΤΟΣ
ΕΘΝΕΟΣΚΑΙΜΕΧΡΙΤΑΣΤΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝΓΝΩ
ΣΕΩΣΠΡΟΚΟΙΑΝΤΟΣΠΟΛΛΑΔΕΚΑΙΒΥΖΑΝ
ΤΙΩΝΠΟΛΕΙΚΑΤΑΤΕΤΑΣΔΑΜΟΣΙΑΣΧΡΗΑΣΚΑΙ
ΤΩΝΕΙΣΤΟΕΝΠΟΡΙΟΝΠΛΕΟΝΤΩΝΠΡΟΣΤΑ
ΣΙΑΣΓΕΝΟΜΕΝΟΥΩΦΕΛΙΜΟΥΚΑΙΑΥΤΟΣΩΣ
ΠΕΡΤΑΛΟΙΠΑΤΟΥΠΑΤΡΟΣΟΥΤΩΣΤΑΝΠΟΤΙΤΟΝ
ΔΑΜΟΝΕΥΝΟΙΑΝΚΑΙΠΡΟΞΕΝΙΑΝΔΙΑΔΕΞΑ
ΜΕΝΟΣΥΠΟΠΑΝΤΩΝΜΕΝΜΑΡΤΥΡΕΙΤΑΙΤΩΝ
ΕΙΣΠΛΕΟΝΤΩΝΕΙΣΤΟΝΠΟΝΤΟΝΠΟΛΕΙΤΑΝ
ΕΠΙΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΙΚΑΙΠΕΟΝΟΙΑΙΚΑΙΠΑΡΑ
ΓΕΝΟΜΕΝΟΣΔΕΕΙΣΤΑΝΠΟΛΙΝΣΕΜΝΩΣΜΕΝ
ΠΡΟΕΣΤΑΤΑΣΕΠΙΔΑΜΙΑΣΠΡΟΕΤΡΕΨΑΤΟ
ΔΕΕΙΣΠΛΗΟΝΑΣΕΛΠΙΔΑΣΤΟΝΤΕΔΑΜΟΝΚΑΙ
ΤΟΥΣΙΔΙΩΤΑΣΑΔΕΠΟΛΙΣΔΙΑΤΕΤΑΣΕΙΣΕΑΥ
ΤΑΝΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΚΑΙΔΙΑΤΟΤΟΥΑΝΔΡΟΣΚΑΙ
ΤΩΝΠΡΟΓΟΝΩΝΑΞΙΩΜΑΕΠΙΤΑΔΗΟΝΗΓΗΣΑ
ΤΟΜΗΑΣΑΜΗΩΤΟΝΑΥΤΟΥΤΑΝΠΑΡΟΥΣΙΑΝΑΦΕ
ΜΕΝΟΤΕΔΑΜΟΣΕΝΕΚΕΛΕΥΣΑΤΟΤΟΙΣΣΤΡΑ
ΤΑΓΟΙΣΤΕΙΜΑΣΑΙΤΟΝΑΝΔΡΑΔΙΑΔΗΔΕΔΟ
ΧΘΑΙΕΠΑΙΝΗΣΘΑΙΜΕΝΟΡΟΝΤΑΝΑΒΑΒΟΥ
ΟΛΒΙΟΠΟΛΕΙΤΑΝΕΠΙΤΑΙΔΙΑΝΕΚΕΙΠΟΤΙΤΟΝ
ΔΑΜΟΝΚΑΙΔΙΑΠΡΟΓΟΝΩΝΠΡΟΝΟΙΑΙΕΙΜΕΝΔΕ
ΑΥΤΟΝΚΑΙΠΟΛΕΙΤΑΝΚΑΙΤΟΥΣΕΓΓΟΝΟΥΣΑΥ
ΤΟΥΚΑΙΠΟΤΙΓΡΑΦΗΜΕΝΠΟΘΑΝΚΑΘΕΛΗΤΑΝ
ΕΚΑΤΟΣΤΥΩΝΤΕΘΗΜΕΝΔΕΑΥΤΟΥΚΑΙΕΙΚΟ
ΝΑΕΠΙΧΡΥΣΟΝΕΝΤΩΙΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΩΙΕΝ
ΤΟΠΩΙΩΙΜΗΑΛΛΟΣΕΧΕΙΚΑΙΕΠΙΓΡΑΦΑΝΕΠΙ
ΓΡΑΨΑΙΤΑΝΠΡΟΔΕΔΗΛΩΜΕΝΑΝΔΙΑΠΕΜΨΑ
ΣΘΑΙΔΕΚΑΙΤΟΨΑΦΙΣΜΑΤΟΥΤΟΔΙΕΠΙΣΤΟ
ΛΑΣΤΟΙΣΟΛΒΙΟΠΟΛΕΙΤΑΝΑΡΧΟΥΣΙΝΙΝΑΚΑΙΑ
ΠΑΤΡΙΣΑΥΤΟΥΤΑΣΒΥΖΑΝΤΙΩΝΕΥΝΟΙΑΣΠΡΟΣ
ΤΟΝΑΝΔΡΑΚΑΙΤΕΙΜΑΣΑΙΣΘΗΤΑΙ

Litterarum formam dedi ex Ch. et partim Walp. Walpolius Π. Vs. 1. Ch. ΔΗΜΟΣ, Walp. ΔΑΜΟΣ. Vs. 2. secundum Δ ex Walp. (Ch. lacunam habet); ultimum Ι ex eodem, ubi Ch. trium litterarum lacunae signa habet. Vs. 3. interpunctionem non habet Walp. Dein Ch. ΟΡΕΝΤΑΣΟΑ, Walp. quod dedi. Vs. 4. Ch. ΜΟΜΟΝ, Walp. ΜΟΝΟΝ. Vs. 5. Ch. ΠΡΑΓΙ etc. Walp. quod dedi. Vs. 7. Walp. ΠΡΟ . . . . ΑΝΤΟΣ, Ch. quod dedi. Vs. 8. Ch. ΠΟΑΕΙ et ΤΑΖΛΛΜ etc. tum 10. ΟΦΞΙΜΟΥ et ΑΥΤΩΣ,

quae ex Walp. correxi. Vs. 11. Walp. ΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥΤΑΝ, Ch. ΓΑΤΡΟΣΟΥΤΩΣΤΑΝ, hic melius. Chandlerus vs. 11. in fine ΤΟ, 12. ΕΥΝΟΙΛΝ, 13. Μ....ΜΑΡΤΥΡΞΙΤΑΙΤΩ, 14. ΤΟΝΙΟΝΤΟΝ, quae ex Walp. correxi. Vs. 15. Ch. ΦΙΛΛΝΘΡΩΙΓΙΑΙΚΛΙΓΕΟΝΟΙΑΙ, Walp. ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΙΚΑΙΕΥΝΟΙΑΙ: in quo aliquid ex Chandl. retinui. Vs. 16. extr. Ch. ΜΕΙ, 18. ΓΛΗΟΝΛΣΕΑΓ, 20. ΓΕΖΙΑΣ, 21. ΓΡΟΓΟ, et in fine ΣΛ, 26. ΝΞΚΕΙ, quae omnia ex Walp. correxi. Vs. 27. Walp. ΠΡΟΝΟΙΑΝ, Ch. quod dedi. Vs. 28. Walp. ΕΚΓΟΝΟΥΣ; retinui Chandlerianum ut exquisitius. In fine Υ solus Walp. habet. Vs. 30. extr. Ch. ΕΚΟ, 31. extr. ΕΗ, 32. extr. ΕΓ...., quae ex Walp. correxi. Vs. 33. extr. Ch. ΨΑ...., Walp. ΨΑΛ. Vs. 34. extr. Ch. ΤΟ....; vs. 35. init. Ch. ΛΛΣ, Walp. ΛΑΣ; in fine Ch. Α...; vs. 36. extr. Ch. ΕΥΝΟΙΑΕ...., quod ex Walp. correxi.

Ὁ δᾶμος ὁ Βυζαντίων.

Ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ· τοὶ στραταγοὶ εἶπαν· ἐπεὶ Ὀρόντας Ὀλβιοπολείτας Ἀβάβου υἱός, ἀνδρὸς οὐ μόνον τᾶς πατρίδος ἀλλὰ καὶ σύνπαντος τοῦ Ποντικοῦ πρατιστεύσαντος ἔθνεος, καὶ μέχρι τᾶς τῶν Σεβαστῶν γνώσεως προκό[ψ]αντος, πολλὰ δὲ καὶ Βυζαντίων πόλει κατά τε τὰς δαμοσίας χρήας καὶ τῶν εἰς τὸ ἐνπόριον πλεόντων προστασίας γενομένου ὠφελίμου, καὶ αὐτὸς ὥσπερ τὰ λοιπὰ τοῦ πατρός, οὕτως τὰν ποτὶ τὸν δᾶμον εὔνοιαν καὶ προξενίαν διαδεξάμενος, ὑπὸ πάντων μὲν μαρτυρεῖται τῶν εἰςπλεόντων εἰς τὸν Πόντον πολειτᾶν ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ καὶ π[ρ]ονοίᾳ, καὶ παραγενόμενος δὲ εἰς τὰν πόλιν σεμνῶς μὲν προέστα τᾶς ἐπιδαμίας, προετρέψατο δὲ εἰς πλήονας ἐλπίδας τόν τε δᾶμον καὶ τοὺς ἰδιώτας, ἁ δὲ πόλις διά τε τὰς εἰς ἑαυτὰν εὐεργεσίας καὶ διὰ τὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῶν προγόνων ἀξίωμα ἐπιτάδηον ἡγήσατο μὴ ἀσαμήωτον αὐτοῦ τὰν παρουσίαν ἀφέμεν, ὅ τε δᾶμος ἐνεκελεύσατο τοῖς στραταγοῖς τειμᾶσαι τὸν ἄνδρα· δι᾽ ἃ δὴ δεδόχθαι ἐπαινῆσθαι μὲν Ὀρόνταν Ἀβάβου Ὀλβιοπολείταν ἐπὶ τᾷ διανεκεῖ ποτὶ τὸν δᾶμον καὶ διὰ προγόνων προνοίᾳ· εἶμεν δὲ αὐτὸν καὶ πολείταν καὶ τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ, καὶ ποτιγραφῆμεν ποθ᾽ ἂν κα θέλη τᾶν ἑκατοστύων· τεθῆμεν δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνα ἐπίχρυσον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἐν τόπῳ ᾧ μὴ ἄλλος ἔχει, καὶ ἐπιγραφὰν ἐπιγράψαι τὰν προδεδηλωμέναν· διαπέμψασθαι δὲ καὶ τὸ ψάφισμα τοῦτο δι᾽ ἐπιστολᾶς τοῖς Ὀλβιοπολειτᾶν ἄρχουσιν, ἵνα καὶ ἁ πατρὶς αὐτοῦ τᾶς Βυζαντίων εὐνοίας πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ τειμᾶς αἴσθηται.

Iota subscr. tantum vs. 2. omittitur et vs. 29. in voce θέλη, de quo usu vide ad n. 1841. Titulus a Byzantiis Orontae Ababi f. honori datus et ab Olbiopolitis, quibus decretum missum erat, publice inscriptus est, haud dubie in vicinia exedrae, quae eidem dicata est (n. 2088.). Orontas hoc loco Ὀλβιοπολίτης audit etiam apud peregrinos, publico civitatis suae usu, de quo dixi Introd. I, 5. adde inscriptionem n. 2059. quam ibi omisi, quod ex inscriptionibus solas recentiores ibi afferre volebam. Ababus autem Callisthenis f. floruit Tiberio Imp. (n. 2087.) qui si pater Orontae est, titulus Tiberii vel Caligulae aetati tribuendus est. Esse vero illum huius patrem, non videtur dubium. Nam in nostro titulo pater huius dicitur μέχρι τᾶς τῶν Σεβαστῶν γνώσεως προκόψας: iam vero Ababus Callisthenis f. Augusto et Tiberio dicavit stoam (n. 1287.), quippe illis ob aliquod beneficium addictus: quos esse τοὺς Σεβαστοὺς in nostro titulo commemoratos quis non coniiciat? Ceterum nota et Ἄβαβος et Ὀρόντας nomina esse Syriaca. De illo τοὶ στραταγοὶ εἶπαν cf. Introd. *Praetorum* mentio hac aetate in republica gerenda neminem offendet; eosdem tamen nota Megaris quoque decretis praescribi (n. 1052.), unde originem habent Byzantii. Vs. 15. προνοίᾳ, non εὐνοίᾳ scripsi, ut vs. 27. Εὐνοίας mentio modo paulo ante facta erat. Vs. 17. προέστα τᾶς ἐπιδαμίας Rochetto Antt. Bosp. p. 178. est: *functus est patronatu peregrinorum*; et similiter Köhlerus noster. Sed peregrinus non potest peregrinorum patronus esse: Olbiae Orontas, ut Byzantiorum proxenus, Byzantiorum patronus est, non Byzantii peregrinorum. Sententia non est alia nisi haec: *Quum Byzantii esset, magnifice sese gessit in commoratione sua.* Sic n. 1193. legati laudantur ob ἐνδαμίαν utraque civitate dignam. Vs. 24. δι᾽ ἃ δὴ relativum est anacoluthon; sed cf. ad n. 2059. Vs. 30. ἑκατοστὺς est aliquid simile Atticis demis. Εἰκὼν ἐπίχρυσος est *imago inaurata.* De dialecto decreti non dicam; id solum annoto, nihil in eo vitii inesse, quamquam interpretes haeserunt aliquoties.

## 2061.

Marmor candidum, ex ruderibus *Olbiae* petitum; nunc ibidem ubi n. 2058. 2059. asservatum, 4½ pedes longum, 2¼ pedes latum: scriptura 1′ 11″ longa, litterae 6‴ altae. Superior lapidis pars deest. Titulum ante Köppenium iam editum esse perhibet Köhlerus adv. Köpp. p. 42. sed a quo, non magis scio quam Köppenius (Nachhall p. 14.). Köppenius ipse edidit in libello ex Annal. litt. Vindob. repetito, Nordgest. d. Pont. p. 80. n. 2. (cf. p. 97.), additis tab. II. fig. 19. ligaturae speciminibus, quod exemplum repetiit Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 15. Postea dedit Köhlerus in libello, Zwei Aufschriften der Stadt Olbia p. 5-7. Nos damus exactissimum Köppenii apographum manuscriptum.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Vs. 1. primam lineolam omisit Köpp. in edito; Köhl. pro hoc Υ. Vs. 4. duo priores ductus a Köpp. in edito et a Köhl. omittuntur. Vs. 8. Köhl. ΝΕΙΚΟΜΕΝΗΣ. Vs. 10. lineola interpunctioni inserviens in edito Köppenii exemplo, non in scripto deest. In ceteris nulla est varietas. Recentioris hic aetatis fetus, secundi fortasse vel tertii post Christum saeculi, ligatis ductibus abundat; Iota subscr. modo additum modo omissum est. Initium non potest in integrum restitui, quum superior pars desit. Solita tamen decretorum forma conceptum fuit decretum:

[Ἐπειδὴ Δᾶδος Τουμβάγου] - - - - - - ος ὑπὸ τοῦ πα[τρὸς] - - - - κατ᾽ ἀξίαν τοῦ γέ[νους] - - - ἑαυτοῦ τὴν γνώμην ὡς οὐ[κ ἄλλο]ς [ο]ὐ[δεὶς ἐκ?] τῆς ἡλικίας, ὡς ἔσοιτο τῇ πόλει φιλόπατρις, ἐπαινούμενός τε ὑπὸ πάντων καὶ ἐλπιζόμενος πάσας τὰς λειτουργίας ἐκ[τ]ελέσειν κατὰ τὸ ἀξίωμα τοῦ γένους, ὑπὸ πάντα νεικωμένης εἱμαρμένης ἐπιστάσης ἀφηρπάγη

ΙϹΥΠΟΤΟΥΠΑ
ΚΑΤΑΞΙΑΝΤΟΥΓΕ
ΕΑΥΤΟΥΤΗΝΓΝΩΜΗΝΕΟΥ
L Ψ ΤΗΣΗΛΙΚΙΑΣΙΚΕΣΟΙΤΟΤΠο
ΛΕΙΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣΕΠΑΙΝΟΥΜΕΝϹΤΕΥΠΟΠΑΝΤΩΝ
ΚΑΙΕΛΠΙΖΟΜΕΝΟΣΠΑΣΑΣΤΑΣΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣΕΚ
ΕΛΕΣΕΙΝΚΑΤΑΤΟΑΞΙΩΜΑΤΟΥΓΕΝΟΥΣΥΠΟ
. ΠΑΝΤΑΝΕΙΚΩΜΕΝΗϹΕΙΜΑΡΜΕΝΗϹΕΠΙΣΤΑΣΗΣ
ΑΦΗΡΠΑΓΗΚΑΙΤΩΝΓΟΝΕΩΝΚΑΙΤΗϹΠΑΤΡΙ
ΔϹΑΝΗΛΕΩΣ-ΔΙΑΕΔΟΞΕΝΤΟΙΣΤΕΑΡ
ΧΟΥΣΙΝΚΑΙΤΗΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤΩΔΗΜΩΙ
ΣΤΕΦΑΝΩΘΗΝΑΙΑΥΤΟΝΧΡΥΣΩΙ
ΣΤΕ ΦΑΝΩΙ ΤΟΝΤΕΚΗΡΥΚΑΑΝΑ
ΓΟΡΕΥΣΑΙΕΠΙΤΗΣΕΚΚΟΜΙΔΗΣΑΥΤΟΥ
ΟΤΙ ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΣΤΕΦΑ
ΝΟΙΧΡΥΣΩΣΤΕΦΑΝΩΙΔΑΔΟΝΤΟΥΜ
ΒΑΓΟΥΠΑΙΔΑΕΛΠΙΔΩΝΑΓΑΘΩΝΑΝ
ΤΕΧΟΜΕΝΟΝΑΝΑΤΕΘΗΝΑΙΤΕΤΟΥΨΗ
ΦΙΣΜΑΕΝΣΤΗΛΗΛΕΥΚΟΛΙΘΩΚΑΙ
ΑΝΑΤΕΘΗΝΑΙΕΝΤΩΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑ
ΤΩΙ ΤΗΣΠΟΛΕΩΣ ΤΟΠΩΙ

---

*καὶ τῶν γονέων καὶ τῆς πατρίδος ἀνηλεῶς· δι' ἃ ἔδοξεν τοῖς τε ἄρχουσιν καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, στεφανωθῆναι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ, τόν τε κήρυκα ἀναγορεῦσαι ἐπὶ τῆς ἐκκομιδῆς αὐτοῦ, ὅτι ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Δάδον Τουμβάγου, παῖδα ἐλπίδων ἀγαθῶν ἀντεχόμενον, ἀνα[γραφ]ῆναί τε τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ λευκολίθῳ καὶ ἀνατεθῆναι ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τῆς πόλεως τόπῳ.*

Ut *νεικωμένης* p. *νικώσης* hic et n. 2062. mirum est, ita melius dictum esset *ἀφηρπάγη καὶ τοῖς γονεῦσιν* etc. Mox *δι' ἃ* anacoluthon est; vide ad n. 2059. Pro *ἀναγραφῆναι* lapicida falso scripsit *ἀνατεθῆναι*.

## 2062.

Lapis *Olbiae* repertus, in bibliotheca Universitatis litterariae Charcoviensis. Cum Eichenfeldii supplementis ed. Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 82. n. 6. Nos litterarum formis diligentius expressis ex Köppenii manuscripto damus.

ΙΤΗΙι
ΠΑΡΕΧ
ϹΕΝΑΕΚΑΣ
ΥΚΑΙΕΛΠΙΖΟΜΕΝ
ΛΕϹΕΙΝΤΗΠΑΤΡΙΔΙΥΠ
ΟΥΚΑΙΠΑΝΤΑΝΕΙΚΩΜ
ΗΩϹΑΧΘΕϹΘΗΝΑΙ
ΟΙΟΥΤΩΑΝΔΡΙΔΙ
ΙΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤ'
ΡΥϹΩϹΤΕΦΑΝ

Pleraque Eichenfeldius ex n. 2061. restituit.

*Ἔδοξεν] τῇ [βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· ἐπειδὴ - - -*
*- παρεχ[όμενος ἑαυτὸν εὔνουν - - - -*
*εἰ]ς ἕνα ἕκασ[τον - - - - - - - -*
*ο]υ, καὶ ἐλπιζόμεν[ος πάσας τὰς λειτουργίας ἐκ-*
*τε]λέσειν τῇ πατρίδι, ὑπ[ὸ τῆς βασκαί-*
*ν]ου καὶ πάντα νεικωμ[ένης εἱμαρμένης ἀφηρπά-*
*γ]η, ὡς ἀχθεσθῆναι [πάντας τοὺς πολίτας ἐπὶ*
*τ]οιούτῳ ἀνδρί· δι' [ἃ ἔδοξεν τοῖς τε ἄρχουσιν*
*κα]ὶ τῇ βουλῇ καὶ τ[ῷ δήμῳ, στεφανωθῆναι αὐτὸν*
*χ]ρυσῷ στεφάν[ῳ* etc.

Vs. 5. *βασκαίνου* est ex n. 2059. vs. 31.

## 2063.

Lapis *Olbiopolitanus* ibidem asservatus; ed. idem l. c. p. 83. n. 7. Nos damus ex eiusdem manuscripto. Lapis supra et in sinistro margine fractus est.

ΛΝΩϹ
ΘΟΣΚΑΙΙΙι
ΗΣΤΟΤΗΤΑΗΝ
ΕΣΧΕΝΕΙΣΠΡο
ΙΠΡΟΣΤΟΚΑΙ
ΕΙΣΘΑΙΤΗΣΠΕ
ΠΟΙΙΑΣΑΝΛ
ΗΦΙΣΜΑΕΝΣΤΗ
ΑΙΑΝΑΤΕΘΗ
ΟΤΑΤΩΤΗΣ

Ex n. 2061. et 2062. potissimum quaedam supplevit Eichenfeldius, alia ego.

*- - - - - στεφ]άνῳ δ? - -*
*- - - - - ἀγα]θὸς καὶ - -*
*- - - - - χρ]ηστότητα, ἣν*
*- - - - - - ἔσχεν εἰς προ-*
*- - - - - - ι πρὸς τὸ και*
*ἐπαιν]εῖσθαι τῆς πε-*
*ρὶ? - - - - εὐ]ποιΐας, ἀν[α-*
*γραφῆναι δὲ τοῦτο τὸ ψ]ήφισμα ἐν στή-*
*λῃ λευκολίθῳ κ]αὶ ἀνατεθῆ-*
*ναι ἐν τῷ ἐπισημ]οτάτῳ τῆς*
*[πόλεως τόπῳ].*

## 2064.

Fragmentum eiusdem generis, ibidem, *Olbia* allatum. Ed. Köppen. l. c. p. 83. n. 8. et supplevit Eichenfeldius. Nos damus ex Köppenii manuscripto.

ΛΕ
ΦΗΝΑΙ
ΙΑΝΑΤΕΘΗ
ΤΩΤΗΣ

\- - - - - - - - - - - - - -
ἀναγρα]φῆν[α]ι [δὲ τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ λευκολί-
θῳ κα]ὶ ἀνατεθῆ[ναι ἐν τῷ ἐπιφανεστά]τῳ (vel ἐπισημοτάτῳ) τῆς [πόλεως τόπῳ.

## 2065.

Ex ruderibus *Olbiae*; postea fuit in loco Tultschin. Edidit Io. Potocki Histoire ancienne du Gouv. de Cherson p. 31. hinc Clarkius Itin. T. I. p. 621. communicatum cum ipso a Kelsalio Britanno; ex Clarkio Rochett. Antt. Bosp. tab. x. n. 3.

ΑΙΤΙΟΣΠΟΛΛΟΙΣΚΑΙ . . .
ΑΥΘΑΙΡΕΤΟΣΠΟΛΛΑ . . . .
ΤΗΣΕΠΑΡΧΕΙΟΣΥΠΑ . . . .
ΣΑΡΜΑΤΙΑΣΒΑΣΙΛΕΙΣ . . . .
ΦΕΙΣΑΜΕΙΝΟΣΜΟΕΠ . . . .
ΔΥΝΑΤΑΙΤΗΕΠ . . . .
ΔΑΣΥΜΦΕΡΟ . . . .
ΘΕΙΗΒΥΛΕΝΣ . . . .
ΚΥΡΙΟΥΣ . . . .
ΤΟΥΑΝΑΒΑ . . . .
ΤΟΙΜΕ . . . .

αἴτιος πολλοῖς καὶ - -
αὐθαίρετος πολλὰ - - -
τῆς ἐπαρχεί[α]ς ὑπα[τ? - -
Σαρματίας βασιλεῖς - - -
\- - - - - - -
δύναται τῇ ἐπ[αρχείᾳ?
δα συμφερο - - -
θείη - - - - - -
κυρίους - - - - -
τοῦ ἀναβα - - -

Nihil intelligi potest, nisi decreti honorarii hoc fragmentum esse, Romanae opinor aetatis.

## 2066.

In loco Iljinskoje prope rudera *Olbiae* ex lapide transcripsit Stempovskius; ed. Rochett. Antt. Bosp. tab. x. n. 2. (cf. Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 78.). Fragmentum decreti honorarii.

CΕΝΑΞΙΩCΤ
ΛΟΝΤΩCΕΑΥ
ΠΑCΙΦΙΛΑΓΑC
ΕΠΙΔΙΔΟΥCΕΙΡ
. ΗΜΩΔΙΕΤΕ
. ΚΤΟΥΚΑΙΡΟΥΥΠΟ
ΥΠΕΜΕΙΝΕΚΑΙΤ
ΘΩCΗΝΑΥΤΩΙ
ΤΕΙΜΙΑΝΕΚΕΝΕ

\- - - σεν ἀξίως τ - - -
\- ὑπερβαλ]λόντως ἑαυ[τὸν?
\- - - πᾶσι φιλάγα[θος?
\- - - ἐπιδιδοὺς εἰρ[ην - -
\- - τῷ δ]ήμῳ διετέ[λεσεν
\- - - ἐ]κ τοῦ καιροῦ ὑπὸ
\- - - ὑπέμεινε καὶ τ - -
\- - - θῶς, ἣν αὐτῷ - -
\- - φιλο]τειμίαν etc.

## 2067.

In deserto Oczakoviano prope *Olbiam*, penes Kazakium Graecum; ex schedis Blarambergii edidit Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 81. n. 4. (hinc Osann. Syll. p. 229.). Nos formam litterarum dedimus e manuscriptis Köppenii schedis ex apographo Blarambergii desumptis; sed quum Blarambergii apographum non videretur satis certum esse, correximus id ad fidem Köhleri adv. Köpp. p. 43.

ΑΓΑΘΗΙΤΥ
ΧΗΙΑΠΟΛΛΩ
ΝΙΠΡΟΣΤΑΤΗ .
ΟΙΠΕΡΙΑΜΩ
ΜΑΙΟΝΑΜΩ
ΘΑΣΤΟΥΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΙΑΧΙΛ . . . .
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΝΟΥΜΗΝΙΟΣ
ΡΑΔΑΜΨΩΝ
ΤΟΣΝΕΙΚΙΑΣ
ΠΟΝΤΙΚΟΥ
ΔΡΕΙΒΑΛΙΣ
ΡΑΠΑΚΕΟΥΣ
ΒΡΑΓΟΣΣΑΜ
ΟΥΤΟΣ-ΑΝΕ
. ΗΚΑΝ-ΣΤΡΕ
. . ΟΝΧΡΥΣΕ
. . ΥΠΕΡΤΗΣ
. . ΛΕΩΣΚΑΙ
. . ΣΕΑΥΤΩΝ
. . . . . .

Vs. 3. extr. Bl. ΤΙ (Köhl. notat esse Η, sed in fine deesse Ι utpote oblitteratum. Vs. 4. extr. Bl. ΑΜΩΣ, 7. ΑΧΙΛΛΕΟΣ, 10. ΩΝΟΥ, 14. ΟΥΣΑ, 16. ΟΥΤΟΣΑΝΕΘ, 17. ΣΤΡΕΠ, 18. ΤΟΝΧΡΗ ΣΕΟΝ, 19. extr. ΤΗΣΠΟ, 20. extr. ΚΑΙΤΗ, et in fine ΥΓΕΙΑΣ. Vs. 14. extr. licet ob spatii angustiam Σ minutum scriptum sit, non dubito perisse Α et ipsum minutum, quamquam obest Köhlerus.

Ἀγαθῇ τύχῃ, Ἀπόλλωνι προστάτῃ οἱ περὶ Ἀμώμαιον Ἀμωθάστου στρατηγοί,
Ἀχιλ[λεὺς] Δημητρίου,
Νουμήνιος Ῥαδαμψῶντος,
Νεικίας Ποντικοῦ,
Δρείβαλις Ῥαπακέους,
[Ἄ]βραγος Σαμοῦτος,
ἀνέ[θ]ηκαν στρε[πτ]ὸν χρύσε[ον] ὑπὲρ τῆς [πό]λεως καὶ [τῆ]ς ἑαυτῶν [ὑ]γείας.

'Απόλλων προστάτης manifesto idem est qui Athenis προστατήριος (n. 464. cum not. et n. 465.); Olbiae constanter in seqq. vocatur προστάτης, ut ap. Sophocl. Trach. vs. 208. ubi nonnulla contulit Hermannus. Hic cultus Athenis Miletum, Mileto Olbiam translatus est: etsi etiam Megaris cultus 'Απόλλων προστατήριος. Ceterum Apollini huic praetores dedicant donaria, archontes vero Achilli Pontarchae, agoranomi Mercurio Forensi. Achilles Demetrii f. redit n. 2079. et est ex familia eadem ex qua Demetrius Achillis f. qui habetur n. 2076. De nominum ratione vide Introductionem.

## 2068.

In loco Iljinskoie prope *Olbiam* ex lapide transcripsit Stempovskius (Köppen. Nordgest. p. 78.); ed. Rochettus Antt. Bosp. tab. x. n. 1.

ΟΙΠΕΡΙΑΝΤΩ
ΝΙΟΝΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ
ΟΡΟΝΤΗΣΣΠΑ
ΔΑΚΟΥΝΟΥ
ΜΗΝΙΟΣΠΑ
ΣΑΡΟΥΠΑΠ
ΠΙΑΣΑΡΙΣΤΩ
ΝΟΥΠΑΣΙΑ
.ΗΣΑΠΟΛΛΩ

'Αγαθῆ τύχῃ, 'Απόλλωνι προστάτῃ] οἱ περὶ 'Αντώνιον Κλαύδιον στρατηγοί,
'Ορόντης Σπαδάκου,
Νουμήνιος Πασάρου,
Παππίας 'Αρίστωνο[ς],
Πασιά[δ]ης 'Απολλω[νίου,
ἀνέθηκαν etc.

Sic haec haud dubie comparata fuerunt. Orontae nomen Olbiopolitanum videmus n. 2060. 2089. Titulus est aetatis Imperatorum. Vs. 7 sq. fortasse Παπίας legendum, ut in aliis.

## 2069.

Lapis *Olbiopolitanus*, Athenas ad Fauvelium translatus, ubi transcripsit Walpolius, ex cuius schedis ed. Clark. Itin. T. I. p. 616. Ex hoc Rochettus Antt. Bosp. tab. VIII. n. 1. non tamen sine mutatione.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣ
ΤΑΤΗΙΟΙΠΕΡΙΔΗΜΗ
ΤΡΙΟΝΠΡΑΞΙΑΝΑΚΤΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΙΑΛΟΥΘΑΤΟΣ
ΑΝΤΕΡΩΤΟΣΑΙΛΙΟΣ
ΝΑΥΤΕΙΛΛΟΥΑΡΙΣΤΟ
ΝΙΚΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΟ
ΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥΣ......
..................
...........ΑΝΕΘΗ
ΚΑΝΝΕΙΚΗΝΑΡΓΥΡΑΝ
ΥΠΕΡΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙΤΗΣΕ
ΑΥΤΩΝΥΓΕΙΑΣ
ΛΟΥΚΙΟΣΛΟΥΚΙΟΥ

'Αγαθῆ τύχῃ, 'Απόλλωνι προστάτῃ οἱ περὶ Δημήτριον Πραξιάνακτος στρατηγοί,
'Αλούθα[γ]ος 'Αντέρωτος,
Αἴλιος Ναυτεί[μ]ου,
'Αριστόνικος Διονυσίου, ὁ καὶ βασιλεὺς - - -,
- - - - - -
ἀνέθηκαν Νείκην ἀργυρᾶν ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας.
Λούκιος Λουκίου [ὑπηρέτησεν.

Ναυτείμου pro Ναυτίμου; cf. n. 2071. cuius tituli lectio certissima est: Ναύτιμος autem est ex ναῦς et τιμὴ s. τειμή. Βασιλεὺς videtur sacrificulus rex esse, fortasse unus ex archontibus, ut Athenis; post βασιλεὺς periit fortasse γενόμενος. De duplici quidem nomine (cf. ad n. 2090.) hic non cogitandum videtur, quod in hac terra duplicium nominum solet alterum barbarum esse. Post haec unius tantum viri nomen perierit. Vocem ὑπηρέτησεν supplevi ex n. 2071. Vs. 5. conieci 'Αλούθα[γ]ος; vide Introd. Γ et Τ facile confunduntur. Cf. var. lect. n. 2072. 10.

## 2070.

Lapis *Olbiopolitanus*, a Com. Severino Potocki Universitatis litterariae Charcoviensis bibliothecae illatus; ex schedis Stempovskii ed. Rochett. Antt. Bosp. tab. v. n. 3. et p. 198. Non accurate transcriptum esse notat Köhlerus adv. Roch. p. 126.

..ΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣΤΑ
ΤΗΟΙΠΕΡΙΚΑΙΝΑΖΑΡ
ΘΟΝΑΡΤΟΥΑΝΑΓΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΙΔΑΔΟΣ
ΔΑΔΟΥΧΟΥΝΑΡΟΣΗ
ΡΑΚΛΕΙΔΟΥΑΒΝΩΖΟΣΡΑ
ΘΑΓΩΣΟΥΧΑΡΑΖΗΝΟΣ
ΑΒΡΑΓΟΥΟΥΑΡΖΒΑΛΟΣΑ
ΒΡΑΓΟΥΑΝΕΘΗΚΑΝΣΤΡΕ
ΠΤΟΝΧΡΥΣΕΟΝΥΠΕΡΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣΕΥΣΤΡΑΘΙΑΣΚΑΙ
ΤΗΣΕΑΥΤΩΝΥΓΕΙΑΣ

'Αγ]αθῆ τύχῃ, 'Απόλλωνι προστάτῃ οἱ περὶ Καινάζαρθον 'Αρ[γ]ουανάγου στρàτηγοί,
Δάδος Δάδου,
[Κ]ούνα[γ]ος 'Ηρακλείδου,
"Αβνωζος 'Ραθαγώσου,
Χαραζηνὸς 'Αβράγου,
Οὐάρζβαλος? 'Αβράγου,
ἀνέθηκαν στρεπτὸν χρύσεον ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐσταθίας καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας.

Vs. 12. dele Ρ. De nominibus vide Introd. unde simul intelliges, ex quibus titulis duo ex illis correxerim. Prius quidem annoto ex n. 2071. emendatum esse, cuius lectio prorsus certa est. Dadi nomen habes n. 2061. 2089. 2090. 2130. vs. 53.

## 2071.

Lapis *Olbiopolitanus*, ibidem ubi n. 2058. Marmor est candidum, 1′ 7″ longum, 1′ latum; supra est anaglyphum, quo globus expressus ad sinistram, et iuxta hunc ad dextram figura animalis, gryps ni fallor, etsi Köppenius (Nachhall p. 14.) sphingem dicit; iuxta hanc ad dextram duo pedes humani. Cetera tria latera sertis laureis ornata sunt; sub ultimi versus litteris XP clavus ferreus erat, qui lapidi in muro retinendo inserviebat. Vs. 1. inter *ἀγαθῆ* et *τύχῃ* ornamentum aliquod sculptum est, ut passim in huiusmodi titulis. Ed. Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 79. n. 1. Nos dedimus ex Köppenii manuscripto apographo accuratissimo; in hoc comparent etiam ea, quae Köhlerus adv. Köpp. p. 42. in edito Köppenii desiderat, nisi quod in rebus duabus minimi momenti differunt, quas tamen ex parte infra notavi.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΠΡΟΣΤΑΤΗ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ ΟΙΠΕΡΙΝΑΥΤΙ
ΜΟΝΑΡΓΟΥΑΝΑΓΟΥ ΘΕΟ
ΔΩΡΟΣΤΟΥΜΒΑΓΟΥΤΡΥ
ΦΩΝΤΡΥΦΩΝΟΣΧΩΔΑΡ
ΖΟΣΦΑΡΖΗΟΥ ΙΣΤΑΙΟΣ
ΣΑΔΑΙΟΥΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΣΤΡΕΠΤΟΝΧΡΥΣΕΟΝΥΠΕΡ
ΕΥΣΤΑΘΕΙΑΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣ
ΚΑΙΕΙΡΗΝΗΣΚΑΙΤΗΣΕΑΥ
ΤΩΝΥΓΕΙΑΣ ΚΑΙΑΝΔΡΑΓΑΘΙ
ΑΣ ΘΕΟΔΟΥΛΟΣΜΑΚΑΓΟΥ
ΥΠΗΡΕΤΗΣΕΝΕΥΑΡΕΣΤΩΣ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΤΟΥΣ
ΚΑΛΩΣΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑΣ
ΕΤΙΜΗΣΕΝΧΡΥΣΩΣΤΕΦΑΝΩ

Siglum vs. 2. post *Ἀπόλλωνι* positum Köhlerus perhibet esse post *προστάτῃ*. Vs. 12. septimâ a fine litterâ quadratarius primum Α scripserat, deinde ex eo fecit Δ; hinc figura nata est ex Α et Δ composita, quam tamen Köhlerus quintae a fine litterae tribuit. Cf. Köppen. Nachhall p. 14.

*Ἀγαθῇ τύχῃ, Ἀπόλλωνι προστάτῃ στρατηγοὶ οἱ περὶ Ναύτιμον Ἀργουανάγου,*
*Θεόδωρος Τουμβάγου,*
*Τρύφων Τρύφωνος,*
*Χώδαρζος Φαρζήου,*
*Ἱσταῖος Σαδαίου,*
*ἀνέθηκαν στρεπτὸν χρύσεον ὑπὲρ εὐσταθείας τῆς πόλεως καὶ εἰρήνης καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας καὶ ἀνδραγαθίας. Θεόδουλος Μακάγου ὑπηρέτησεν εὐαρέστως. ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τοὺς καλῶς στρατηγήσαντας ἐτίμησεν χρυσῷ στεφάνῳ.*

Voces *καὶ ἀνδραγαθίας* quadratarius videtur alieno loco addidisse; melius addebantur post *εἰρήνης*, ut pertinerent ad *πόλεως* (vide n. 2076.). Theodulus est *ὑπηρέτης* Praetorum, qui dicitur munus ita gessisse, *ut placuerit magistratui* (*εὐαρέστως*). Subscripta est laus Praetoribus a populo data: quippe haec donaria omnia dicabantur tum, ubi magistratu abibant vel abierant ii, qui ea dicabant. Idem patet ex fine n. 2072.

## 2072.

Lapis marmoris candidi *Olbiopolitanus* in deserto Oczakoviano repertus, nunc in oppido Nicolaev ad Hypanim in tabulario geographico (Köppen. Nordgest. p. 77.). Primum edidit Pallas Itin. Russ. merid. T. II. tab. 5. in aere, non magnopere vitiatum; vitiosius Leo de Waxel Rec. de quelq. ant. n. 1. in aere; tum paulo emendatius Clarkius Itin. T. I. p. 615. Ex Waxelio et Clarkio dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. VII. n. 4. 5. ex ipso vero lapide emendatissime Köhlerus adv. Köpp. p. 40 sq. qui Heynium in eo titulo non sufficienter versatum esse scribit.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΠΡΟΣΤΑΤΗΟΙ
ΠΕΡΙΠΑΠΙΑΝ
ΠΡΑΞΙΑΝΑΚΤΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΙΗΡΟ
ΞΕΝΟΣΣΩΜΑ
ΧΟΥΑΝΘΟΣΚΑΛ
ΛΙΣΘΕΝΟΥΣΑΒΡΑ
ΓΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΕΥΠΛΟΥΣΣΩΜΑ
ΧΟΥΙΑΦΑΓΟΣΠΙΔΕΙ
ΑΝΕΘΗΚΑΝΝΕΙΚΗΝ
ΧΡΥΣΕΟΝΥΠΕΡΤΗΣΠΟΛΕ
ΩΣΚΑΙΤΗΣΕΑΥΤΩΝΥΓΕΙΑΣΕΠΙ
ΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣΕΠΕΣΚΕΥΑΣΘΗ
ΔΙΑΤΟΥΑΥΤΟΥΝΑΟΥΑΠΟΛΛΟ
ΝΟΣΙΘΥΠΟΡΟΥ

Köhleri apographum quum certissimum sit, ubi nihil annoto, hoc secutus sum; et taedet ceterorum quisquilias afferre. Litterarum quidem formas ex aereis Waxelii et Pallasii tabulis repraesentavi, et Ξ quidem vs. 5. ex Wax. (ubi Pall. Σ), et vs. 7. ex Pall. (ubi Wax. Ξ). Vs. 15 sqq. pro Α debet Α esse, quod exprimere in minoribus litteris non potui. Ex variis lectionibus has tantum annoto. Vs. 1. 3. Clark. Ι subscr. addit praeter fidem lapidis. Vs. 6. extr. Clark. ΠΡΟ, ceteri omnes ΗΡΟ. Vs. 10. Wax. praefigit ΚΒΡΟ, inepte; ceteri ut nos, nisi quod Clark. ΤΟΣ p. ΓΟΣ. Vs. 11. Pall. ΧΟΧΙΑΦΑΣΟΣΠΙΔΕΙ, Wax. ΧΟΧΙΑΦΑΓΟΣΠΙΔΕΙ, Clark. ΧΟΥΑΦΑΤΟΣΠΙ ΛΕΙ.., cum duobus punctis a Köhl. non notatis, qui tamen ibi coniecit perisse ΟΥ; sed manifesto ipse nullam ibi vidit lacunam, sed ex Graeco usu tantum aliquid desideravit, quod arbitror etiam Clarkio accidisse. Wax. quidem ita pinxit, ut lacuna ibi esse videatur, sed idem fecit in ceteris versibus, ubi certo nullae sunt; et Pallasii apographum nullam plane habet: praeterea quum cetera integerrima sint, hic quoque nihil deesse iudico. Litterarum ΙΔΕΙ pedes lineae horizontali inscriptos esse Köhl. notat. Vs. 14. Wax. ΧΡΥΣΟΝ, Pall. ΧΡΥΤΟΝ, ceteri quod dedi. Vs. 17. omnes ΑΥΤΟΥΝΑΟΥ; *ὁ ναὸς* debuisse scribi et errasse quadratarium vidit Köhlerus. In fine versus litteras ΛΟ ex Pall. et Wax. addidi; Clarkii apographum in hac parte multa omittit.

'Αγαθῇ τύχῃ, 'Απόλλωνι προστάτῃ οἱ περὶ Παπίαν Πραξιάνακτος στρατηγοί,
'Ηρόξενος Σωμάχου,
"Ανθος Καλλισθένους,
"Αβραγος Δημητρίου,
Εὔπλους Σωμάχου,
'Ιάφαγος Πίδεϊ,
ἀνέθηκαν Νείκην χρύσεον ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας. ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπεσκευάσθη διὰ τοῦ αὐτοῦ [ὁ] ναὸ[ς] 'Απόλλ[ω]νος ἰθυπόρου.

Χρύσεον p. χρυσέαν mirum est, sed redit n. 2073. 2074. ubi simul ἀργυρέῳ p. ἀργυρᾷ. Διὰ τοῦ αὐτοῦ refero ad principem Praetorum; sed hoc quoque inconcinne dictum est. De forma Πίδεϊ v. Introd. II, 5.

## 2073.

In ecclesia oppidi Nicolaev, ex ruderibus *Olbiae*; postea videtur Fauvelius acquisivisse et Athenas deportasse, ubi transcripsit Walpolius: ex huius schedis edidit Clark. Itin. T. I. p. 616. ex hoc Rochettus Antt. Bosp. tab. VIII. n. 2. et Osannus Syll. p. 229.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣ
ΤΑΤΗΙΟΙΠΕΡΙ
ΠΡΑΞΙΑΝΑΚΤΟΣΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΙΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
ΠΟΣΙΔΗΟΥ
ΘΡΑΣΙΛΛΗΟΣΘΡΑ
ΣΙΒΟΥΛΟΥ......
.................
.................
ΜΟΥΛΙΟΥΡΓΟΣ
ΠΟΣΙΔΗΟΥΑΝΕ
ΘΗΚΑΝΝΕΙΚΗΝΧΡΥ
ΣΕΟΝΣΥΝΒΑΣΙ....
..................
..................
............ΥΠΕΡ
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙ
ΤΗΣΕΑΥΤΩΝ
......ΥΓΕΙΑΣ

'Αγαθῇ τύχῃ, ['Α]πόλλωνι προστάτῃ οἱ περὶ [τὸν δεῖνα] Πραξιάνακτος στρατηγοί,
'Ασκληπιάδης Ποσιδήου,
Θρασ[ύ]λληος Θρασ[υ]βούλου,
- - - - - - - -
Μουλίουργος? Ποσιδήου,
ἀνέθηκαν Νείκην χρύσεον σὺν βά[σει ἀργυρέῳ?] - - - - ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας.

Lacunarum signa plura esse videntur, quam ex rei veritate: certe vs. 20. nulla omnino lacuna statuenda, quod vidit etiam Osannus, nec fortasse vs. 8. aliud quidquam scriptum erat nisi quod superest, ut vs. 6. Vs. 3. quod nomen supplendum sit non patet. Praxianactis filius si hoc loco Praetor est (quod omnino statuendum, si vs. 8-10. unum tantum nomen, ut ego arbitror, perierit), non potest ex n. 2069. Δημήτριον suppleri, quod ille ibi quoque videtur esse praetor, non archon, et collegae eius alii atque hic sunt; neque ex n. 2072. Παπίαν scribere tutum est. De formis Ποσιδήου et Θρασύλληος vide Introd. De voce χρύσεον cf. ad n. 2072. 'Αργυρέῳ petii ex n. 2074.

## 2074.

Marmor caeruleum 4' 5''' longum, 2' 5" 4''' latum, ex ruderibus *Olbiae*, nunc ibidem ubi n. 2058.; scriptura 1' 11" longa, litterae pollicem altae. Ed. Köppen. Nordgest. d. Pont. p. 81. n. 3. ex quo Osannus Syll. p. 229. Nos accuratius damus ex ipsis Köppenii schedis, in quibus vs. 10. in edito lacunosus, exhibetur integer, fere ut eum in lapide scriptum esse docet Köhler. adv. Köppen. p. 43. qui de hoc titulo etiam dixit in libello „Médailles Grecques" p. 34. ut ex Köpp. video.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣΤΑΤΗΙ
ΟΙΠΕΡΙΜΑΡΚΟΝΟΥΛΠΙΟΝ
ΠΥΡΡΟΝΑΡΣΗΟΥΑΧΟΥΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΙΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΞΗΣΣΑΓΑΡΟΥΖΩΙΛΟΣ
ΑΡΣΑΚΟΥ ❦ ΒΑΔΑΚΗΣ
ΡΑΔΑΝΨΩΝΤΟΣ
ΕΠΙΚΡΑΤΗΣΚΟΞΟΥΡΟΥ
ΑΡΙΣΤΩΝΟΥΑΠΑΔΑΚΟΥ
ΑΝΕΘΗΚΑΝΝΕΙΚΗΝ
ΧΙ·ΥΣΕΟΝΣΥΝΒΑΣΕΙΑΡ
ΓΥΡΕΩΥΠΕΡΤΗΣΠΟΛΕΩΣ
ΚΑΙΤΗΣΕΑΥΤΩΝΥΓΕΙΑΣ

Pars litterarum apicibus instructa est ad eum modum, quem n. 205. descripsi. Vs. 10. Köhl. diserte ΟΥΑΠΑΔΑΚΟΥ; Köpp. (Nachhall p. 14.) dubitabat, quartus ductus essetne Π an ΡΓ. In edito eius exemplo est Ο.Α..ΑΔΑΚΟΥ.

'Αγαθῇ τύχῃ, 'Απόλλωνι προστάτῃ οἱ περὶ Μάρκον Οὔλπιον Πύῤῥον 'Αρσηουάχου στρατηγοί,
Δημήτριος Ξησσαγάρου,
Ζώϊλος 'Αρσάκου,
Βαδάκης 'Ραδανψῶντος,
'Επικράτης Κοξούρου,
'Αρίστων Οὐαπαδάκου,
ἀνέθηκαν Νείκην χ[ρ]ύσεον σὺν βάσει ἀργυρέῳ ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας.

De Pyrrho cf. n. 2078. et Introd. Vs. 4. 'Ραδανψῶν p. 'Ραδαμψῶν (n. 2067.) est ex more scriptum.

## 2075.

Ex ruderibus *Olbiae*, nunc Odessae apud Blarambergium (Köppen. Nordgest. p. 77.); ex schedis Stempovskii ed. Rochettus Antt. Bosp. tab. v. n. 4. et p. 197.

ΑΠΟΛΛΟΝΙ
ΠΡΟΣΤΑΤΗΟΙ
ΠΕΡΙΣΠΟΤΑΓΑ
ΝΟΝΑΝΤΙΦΩΝΤΟ.
ΣΤΡΑΤΗΓΟΙΦΙΛΟ
.ΙΛΟΝΟΣΣΙ...
...ΟΣ.......

᾿Αγαθῇ τύχῃ,] ᾿Απόλλ[ω]νι προστάτῃ οἱ περὶ Σποταγανὸν ᾿Αντιφῶντος στρατηγοί,
Φίλ[ων Φ]ίλ[ω]νος,
Σι - - ος - -
etc. ad modum priorum titulorum.

## 2076.

Lapis ab *Olbiopolitis* positus sub donario in insula Borysthenide (vide Introd.), ex qua in continentem transvexit De Ribas, possessor praedii e regione eius insulae siti; unde etiam ceteros, qui Achilli Pontarchae dicati sunt, translatos esse recte colligit Köhlerus: nunc est Odessae apud Blarambergium (Köppen. Nordgest. p. 77.). Olbiae repertum esse non recte dixit Rochettus. Ex schedis Stempovskii ed. Rochettus Antt. Bosp. tab. v. n. 2. supplementis et incertis litteris non distinctis a certis; idem explicuit p. 15 sqq. De fine tituli ad Rochettianum exemplum aliquid annotatur Journ. des Sav. Aug. 1822. p. 491. Mox rectiorem ex lapide scripturam cum supplementis et notis dedit Köhlerus adv. Roch. p. 12-19. atque iterum in commentatione de insulis et cursu Achillis Act. Acad. Petrop. T. X. p. 108 sqq. Postremo nuperrime Blarambergius, qui lapidem Odessae inter reliqua monumenta ipsius custodiae commissa identidem cum cura examinavit, alias lectiones attulit, veriores magna ex parte. In utroque tituli latere iuxta vs. 16 sqq. est *avis* sculpta cum ramo floribus ornato.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΙΛΛΕΙΠΟΝΤ
ΠΕΡΙΑΝΑƵΙΜ
ΗΝΣΩΚΡΑΤ
ΤΟ·Δ·ΑΡΧΟΝ
ΠΟΥΡΘΑΙΟΣΠ
ΘΑΙΟΥΔΗΜΗΤΡ
ΧΙΛΛΕΟΣΕΥΡΗ
ΒΙΟΣΑΔΟΟΥΑ
ΦΟΜΑΡΟΣΕΥΡΗΣ
ΟΥΥΠΕΡΕΙΡΗΝΗΣ
ΠΟΛΥΚΑΡΠΙΑΣΚΑΙ
ΔΡΑΓΑΘΙΑΣΤΗΣΠ
Ω.ΚΑΙΤΗΣΕΑΥΤ
ΑΣ
ΠΟΥΡΘΑΙΟΣΠΟΥΡΘΑΙ
ΟΥΑΡΧΟΝΤΕΥΩΝΕΝ
\ΟΝΚΑΙΔΙΣΚΟΝΕΥΡΗΣ
ΑΔΟΟΥΑΡΧΟΝΤΕΥΩΝΕΝ
ΔΡΟΜΩΠΑΙΔΗΝ

Vs. 1. Roch. Bl. ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ; Köhl. omittit ultimum Iota. Vs. 2. Roch. plena omnia dat, ΑΧ praefigens et ΑΡΧΗΙ addens: praeterea addit vs. 3. ab initio ΟΙ, in fine ΕΝ, vs. 4. init. Τ, fin. ΟΥΣ; vs. 5. habet ΤΟΔΑΡΧΟΝΤΕΣ; vs. 6. in fine additum habet ΟΥΡ, vs. 7. fin. ΙΟΣ; vs. 8. init. Α addit, et habet ΕΥΡΥΟΣ. Vs. 9. hic apud illum est: ΤΟΣΙΑΔΟΥ ΑΓΑΘΟ; Bl. ab initio ΓΟΣ, unde et hic et vs. 18. scribit Εὐρησίλογος. Ego retinui ΒΙΟΣ, quod Köhl. habet. Vs. 10. extr. Roch. addit ΘΕ; vs. 11. addit ΚΑΙ, et 12. ΑΝ, 13. ΟΛΕ; vs. 14. init. pro Ω. habet ΟΣ, et in fine addit ΩΝΥ... Vs. 17. extr. Köhl. ΕΝ ΔΕΚΑ; Roch. insuper addit ΤΟΝ: Bl. docet haec omnia obscurata esse praeter ΕΝ, et ex vestigiis quae supersunt dedit ΕΝ[ΑΓΩΝΙΔΙΑΥ. Vs. 18. Köhl. initio ΤΟΝ, Roch. ΛΟΝ, Bl. \ΟΝ. Tum Roch. Köhl. ΔΙΣΚΟΥ, Köhl. ΕΥΡΗƵ, Roch. ΕΥΡΥΟΣΤΟΣΙΑ, Bl. ΔΙΣΚΟΝΕΥΡΗΣ. Vs. 19. Roch. omittit primum Α, et in fine addit ΔΕΚΑΤΟΝ; Bl. ΕΝ[ΑΓΩΝΙ. Vs. ult. Roch. ΔΡΟΜΑΠΑΙΔΗΝ, ex quo Ν recepi, quum Köhl. Bl. habeant Μ. Ceterum vellem Köhlerus noster de lapidis scriptura disertius dixisset: qui quamquam litteras a sese omissas aut deletas aut indistinctas esse dicit (Act. Acad. Petrop. l. c. p. 108.), tamen plures ex iis, quas Roch. habet, et quae ex coniectura suppleri vix potuerunt, in restitutione sua retinuit; sed alias mutavit. De cuius lectione ut certius constet, de ea haec quoque addo. Vs. 1. in Act. Petrop. habet ΑΓ initio, sed adv. Roch. omittit Α. Vs. 3. formam Ƶ in Act. Petrop. dedit (adv. Roch. Ξ); similiter vs. 18. Vs. 4. init. non agnoscit illud Τ in sua restitutione. Vs. 8. extr. addit in restitutione ƵΙ, sed id sese ex solo vs. 18. petiisse ipse dicit, ubi quum id falso lectum videatur, non magis hoc Ξ verum videtur quam n. 2077. vs. 7. ubi pro ΕΥΡΗΞΗΒΙΟΣ ipse Köhlerus rectius ΕΥΡΗ ΣΙΒΙΟΣ in lapide invenit. Vs. 9. ᾿Αγαθο|φόμαρος etiam ap. Köhl. in restitutione legitur, et vs. 10. Εὐρησθέ|ου, nescio quamobrem. Non arbitror illic vocem ex Graeca et barbara lingua compositam esse certam, licet talis compositio alibi reperiatur; hic vero quidni Εὐρησ[ιβί]ου ut paulo ante scribamus?

᾿Αγαθῇ τύχῃ, [᾿Αχ]ιλλεῖ Ποντ[άρχῃ οἱ] περὶ ᾿Αναξιμ[έν]ην Σωκράτ[ους] τὸ δ̄ ἄρχον[τες],
Πουρθαῖος [Που]ρθαίου,
Δημήτρ[ιος ᾿Α]χιλλέος,
Εὐρη[σί]βιος ᾿Αδόου,
Α - - φόμαρος Εὐρησ[ιβί]ου,
ὑπὲρ εἰρήνης [καὶ] πολυκαρπίας καὶ [ἀν]δραγαθίας τῆς π[όλε]ω[ς] καὶ τῆς ἑαυτ[ῶν ὑγεί]ας.

Πουρθαῖος Πουρθαίου ἀρχοντεύων [ἐν ἀγῶνι δίαυ]λον καὶ δίσκον. Εὐρησ[ίβιος] ᾿Αδόου ἀρχοντεύων ἐν [ἀγῶνι - - - καὶ] δρόμῳ παίδ[ω]ν.

De Achille Pontarcha et de archontibus vide Introd. Nomen Anaximenis Olbiae habuimus n. 2059. ubi Antiphontis pater est; Antiphontis f. Socrates habetur n. 2077. Hoc vero loco Socrates est Ana-

ximenis pater: vides hos omnes eiusdem esse familiae. Anaximenes alius est n. 2081. Anaximenes archontum tum quartum princeps fuit; in eponymo addendum erat τὸ δ̅, ut annus a ceteris distingueretur annis, quibus is eponymus fuit. Non recte enim Köhlerus noster hoc τὸ δ̅ rettulit ad ἄρχοντες, ac proinde ad omnes quinque, quos quater simul archontes electos esse nemo putabit. Potius id usu satis noto, qui etiam n. 2059. 2078. 2079. comparet, pertinet ad nomen principis: περὶ Ἀναξιμένην Σωκράτους (ἄρχοντα ἐπώνυμον) τὸ δ̅. Quae quum ita sint, etiamsi vs. 17. 19. verum esset ἑνδέκατον, nulla causa erat quare vss. 15–20. posteriori tempore adscripti putarentur: potius haec statim cum prioribus addita forent in honorem duorum archontum, qui vellent annotari, sese tum non primum magistratum gessisse, sed undecimum, et simul tum alio functos esse munere: ut n. 2071. 2072. alia quaedam eodem anno facta subscripta sunt. Sed lectionem ἑνδέκατον videor mihi iure expulisse cum Blarambergio. Nominativi cum participio ἀρχοντεύων, quod ad analogiam recte formatum est, in eadem structura positi sunt in qua priores: „Archontes hi et illi dicarunt haec Achilli; *inter hos* Purthaeus et Heuresibius gymnicis simul ludis praefecti". Ludis enim praefectos illos esse patet. Tamen dictio est eiusmodi, ut aegre patiatur interpretationem; nec video aliud nisi ut Purthaeus dicatur munere suo archontis functus esse *in ludis* (ἐν ἀγῶνι), *diauli* et *disci* certamini speciatim praepositus, et similiter Heuresibius alii certamini et *cursui* puerorum. Δρόμῳ in eadem rectione est atque ἀγῶνι. Cursum puerorum Köhlerus habitum ab Olbiopolitanis esse colligit etiam ex n. 2095. Utrumque ludum, et disci et cursus, Achillis cursu et robore praestantis, cui in vicina Hylaea δρόμος ille sacer, honori datum esse apertum est, ideoque archontes his ludis praefuerunt, quod illi Achillis sacris potissimum addicti erant. Rochettus Δρομαπαίδην, quae vox portentosa, pro mense Olbiopolitano, eoque undecimo habuit, ut Cretensibus mensis est Δρομαῖος: sed hoc falsum esse sponte patet. Nec Cretensis mensis nomen Olbiae exspectes: Olbiopolitarum calendarium esse Milesium supra docui.

## 2077.

Lapis ab *Olbiopolitis* sub donario positus (in insula Borysthenide, vide ad n. 2076. non Olbiae ut putant), marmoris candidi, perfecte servatus, scripturâ diligenter incisâ, nunc in loco Tultschin, praefecturae Podoliensis, in horto. Ed. Io. Potocki Histoire ancienne du Gouvern. de Cherson p. 29. hinc Clarkius Itin. T. I. p. 621. communicatum cum ipso a Kelsalio; ex Clarkio Rochettus Antt. Bosp. tab. VII. n. 2. Rectius dedit Köhlerus, qui a. 1817. ex lapide transcripsit, Comm. de ins. et cursu Achill. in Act. Acad. Petrop. T. X. p. 113. quem sequor. In fine nihil deest; sed fuit eo loco antiquior olim inscriptio, quae deleta est, ut haec in eius locum succederet.

ΑΧΙΛΛΕΙΠΟΝΤΑΡΧΗΙ
ΟΙΠΕΡΙΝΕΙΚΗΡΑΤΟΝ
ΝΕΙΚΗΡΑΤΟΥ·ΝΕΩ
ΤΕΡΟΝΑΡΧΟΝΤΕΣ
ΙΕΡΟΣΩΝΕΠΙΚΡΑΤΟΥΣ
ΣΩΚΡΑΤΗΣΑΝΤΙΦΩΝΤΟΣ
ΕΥΡΗΣΙΒΙΟΣΣΤΡΑΤΩΝΟΣ
ΠΕΛΔΙΟΣΥΠΑΝΕΟΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ
ΙΕΡΑΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΜΟΥΚΟΥΝΑΚΥΡΟΥΤΟΔ

Vs. 1. Pot. omittit ultimum Ι, et vs. 3. punctum. Vs. 3. extr. lectio certa est; nec video, cur doctus amicus quidam in litteris ad me datis corrigi velit Νεικηράτου τὸ δεύτερον. Vs. 5. vulgo deest, a Köhl. additus ex lapide. Vs. 7. Pot. **ΕΥΡΗΞΗΒΙΟΣ**.

Ἀχιλλεῖ Ποντάρχῃ οἱ περὶ Νεικήρατον Νεικηράτου νεώτερον ἄρχοντες,
Ἱεροσῶν Ἐπικράτους,
Σωκράτης Ἀντιφῶντος,
Εὐρησίβιος Στράτωνος,
Πέλδιος Ὑπάνεος
χαριστήριον.
Ἱερατεύοντος Μουκουνακύρου τὸ δ̅.

Sacerdos manifesto est Achillis Pontarchae; nomen eius Köhlero est Μοῦκος Νακύρου; dicas etiam nomina esse Μουκούνας Κύρου. Sed ex analogia nominum horum barbarorum videor mihi docuisse in Introd. II, 6. 12. unum esse nomen Μουκουνάκυρος; neque in sacerdote Achillis necessario addi patris nomen docet insuper n. 2080. Sacerdotem hunc post restitutam quidem urbem non esse Olbiopolitarum eponymum dixi in Introd. Niceratus Nicerati f. qui n. 2093. comparet, idem sit necne, decerni nequit.

## 2078.

Lapis eiusdem generis, non ante Traianum exaratus, nunc Odessae apud Blarambergium (Köppen. Nordgest. p. 77.); ex schedis Stempovskii ed. Rochettus Antt. Bosp. tab. VII. n. 1. et p. 199. ubi vs. 2. ΜΑΡΚΟΥ habet. Vitiose transcriptum esse notat Köhler. adv. Roch. p. 126.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΕΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΜΑΡΧΟΥ
ΟΥΛΠΙΟΥΠΥΡΡΟΥΑΡΣΗΟ
ΧΟΥΟΙΠΕΡΙΠΟΣΕΙΔΗΝ
ΖΗΘΟΥΤΟΓΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙ
ΚΟΥΝΟΣΑΘΗΝΑΙΟΥΜΟΥ
ΚΟΥΝΑΓΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΑΝΘΕΣΤΙΟΣΑΜΒΙΩΝΟΣ
ΚΟΥΚΟΥΝΑΓΟΣΡΗΧΟΥ
ΝΑΓΟΥΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΕΡΜΕΙΑΓΟΡΑΙΩΝΕΙ
ΚΗΝΑΡΓΥΡΑΝΥΠΕΡ
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙ
ΤΗΣΑΥΤΩΝΥ
ΓΕΙΑΣ

Ἀγαθῇ τύχῃ, ἐπὶ ἄρχοντος Μάρ[κ]ου Οὐλπίου Πύῤῥου
Ἀρσηο[υά]χου οἱ περὶ Ποσειδῆν Ζήθου τὸ γ̅ ἀγορανόμοι,
Κοῦνος Ἀθηναίου,
Μουκούναγος Ἀλεξάνδρου,
Ἀνθέστιος Ἀμβίωνος,
[Μ]ουκούναγος Ῥηχουνάγου,
ἀνέθηκαν Ἑρμῇ ἀγοραίῳ Νείκην ἀργυρᾶν ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῆς αὐτῶν ὑγείας.

Ἀρσηο[υά]χου, quod est patris nomen omisso articulo τοῦ, scripsi ex n. 2074. ubi idem vir; n. 2089. est Ἀρσηοάχου, quod non differt nisi varietate scripturae. Ποσειδῆς formatum est ut Ἀπελλῆς. Τὸ γ̅ pertinet ad Ποσειδῆν; cf. ad n. 2076. Vs. 8. Σαμβίωνος malim ex Bosporano titulo n. 2130. 57. si ibi ΣΑΜΒΙΩ ex hoc superest. Vs. 9. correxi [Μ]ουκούναγος, ut vs. 6–7. quae correctio certe probabilis est. Vs. 11. ΕΡΜΕΙ p. ΕΡΜΗΙ ex vetusto resedit scripturae genere: quod in aliarum urbium titulis haud rarum, sed in Olbiopolitano memorabile.

## 2079.

Fragmentum marmoris 8″ longum, ex ruderibus *Olbiae*, nunc ibidem ubi n. 2058. Ed. Köppen. Nordgest. p. 82. n. 5. cum supplementis Eichenfeldii; nos ipso Köppenii apographo simul usi sumus et ex hoc litterarum formam dedimus. Köppenii exemplum editum repetiit Osann. Syll. p. 357. titulum non recte Bosporanum dicens. Variam lectionem ex lapide petitam cum explicatione dedit Köhlerus adv. Köppen. p. 43 sq. Lapis praeter sinistram partem undique fractus.

Ι
ΠΕΡΙΣ
Ρ°ΥΤ°ΒΠ°ΥΡΟΛΙ
ΑΧΙΛΛΕΥΣΔΗΜΗΤ
Δ Ι°ΝΥΣΙ°ΔΩΡ°ΣΕΡ
ΖΩΒΕΙΣΖΩΒΕΙΑΡΧ
ΤΗΝΠΡ°ΣΕΥΧΗΝΕ
ΣΚΕΥΑΣΑΝΤΗΕΑΥ
ΠΡ°Ν°ΙΑΣΤΕΓΑΣΑ
ΑΠ°Τ°ΥΘΕ°ΥΜΕΧΡΙ

Vs. 1. Ι singulare ex Köhl. (Köpp. ms. L, ed. nihil). Vs. 3. inde a septima littera Köpp. ed. Π°ΡΙ, ms. Π°ΡΙ . Λ, Köhl. Η°ΥΡΟΜ. Et Köhlerus quidem patris eius, qui vs. 2. nominatus erat, nomen hic agnoscere sibi visus est Ῥουτοβήου, quod caret analogia: manifestum potius est ρου esse finem nominis, ut tot in his titulis nomina in αρος desinunt (vide Introd.), dein legendum esse τὸ β̅ (*secundum*), ut n. 2059. 2076. 2078. Sequitur Η°ΥΡΟΜ apud Köhl. in quo quum Ἠου initium nominis esse vix possit, pro Η recepi Π ex Köpp. Idem pro Μ habet ΛΙ: patet legi ΛΙ, quod Köhl. pro Μ accepit; idque dedi. Sic satis liquet Π°ΥΡΟΛΙ esse Πουρθαῖ[ος, ut n. 2076. Vs. 6. vacuum inter nomina spatium, quod est in ed. Köpp. nullum esse annotat Köhl. qui alterum Ζ in edito Köppenii apographo comparens agnoscit: in ms. est lacuna. Vs. 9. Köpp. ΣΤΙ, Köhl. ΣΤΕ. Vs. 10. ex Köhl. est; ed. Köpp. nihil nisi Α · · Τ°Υ; ms. addit ΟΞ . ΑΑ . ΙΥΝ. Ceteris titulis spectatis haec sic restituenda:

Ἀγαθῇ τύχῃ, [magistratus incerti οἱ] περὶ Σ - - -
- - - ρου τὸ β̅,
Πουρθαῖ[ος - - - -,
Ἀχιλλεὺς Δημητ[ρίου,
Διονυσιόδωρος Ἑρ[μ - -
Ζώβεϊς Ζωβεϊάρχ[ου,
τὴν προσευχὴν ἐπ[ε]σκεύασαν τῇ ἑαυ[τῶν] προνοίᾳ στεγάσα[ντες] ἀπὸ τοῦ θεοῦ μέχρι - - -

De Purthaeo (n. 2076.) iam dixi. Achilles Demetrii f. habetur etiam n. 2067. ubi vide not. in qua ad n. 2076. remisi. Διονυσιόδωρος vitiosum est p. Διονυσόδωρος. De forma Ζώβεϊς vide Introd. Restituerunt hi προσευχήν (sacellum adorando deo destinatum), sarcientes tectum inde *a statua dei* (ἀπὸ τοῦ θεοῦ) usque ad certum locum.

## 2080.

Lapis *Olbiopolitanus*, cuius scripturam ex schedis Io. Potocki Comitis, quarum apographa non satis certa sunt, ed. Köhlerus comm. de insulis et cursu Achill. Act. Acad. Petrop. T. X. p. 117. Extabat olim in loco Tultschin; sed a. 1817. eum ibi iam non repperit Köhlerus.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΕΠΙΑΡΧΟΝΤΩΝΤΩΝ
ΠΕΡΙΝΕΙΚΗΡΑΤΟΝ
ΔΑΔΑΤΟΥ . . ΩΓΑΣ
ΣΤΕΦΑΝΟΝΙΕΡΑΤΕΥ
ΣΑΣΤΟΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΑΧΙΛΛΕΙΠΟΝΤΑΡΧΗΙ

*Ἀγαθῇ τύχῃ, ἐπὶ ἀρχόντων τῶν περὶ Νεικήρατον Δαδά-[γ]ου, [Ἀψ]ώγας στέφανον, ἱερατεύσας τὸ δεύτερον, Ἀχιλλεῖ Ποντάρχῃ.*

Coronam Achilli dicavit Apsogas, sacerdos eius secundum. De nomine *Δάδαγος* cf. Introd. II, 8. *Ἀψώγας* debetur Blarambergio in litteris ad me datis, qui hoc nomen in ansa vasis argillacei repperit. De sacerdote Achillis cf. n. 2077.

## 2081.

Lapis *Olbiopolitanus* ibidem ubi n. 2058. Ed. Köhler. ibidem ubi n. 2080. p. 123.

ΕΠΙΑΡΧΟΝ
ΤΩΝΤΩΝΠΕΡΙ
ΣΩΣΙΠΑΤΡΟΝ
ΝΙΚΗΡΑΤΟΥ
ΑΝΑΞΙΜΕΝΗΣ
ΠΟΣΙΔΗΟΥΜΕ
ΤΑΤΩΝΑΔΕΛ
ΦΩΝΕΠΟΙΗΣΕΝ
ΤΟΝΠΥΡΓΟΝΔΙΙ
ΠΟΛΙΑΡΧΗΚΑΙΤΩ
ΔΗΜΩΕΠΕΥΤΥΧΙ
Α

*Ἐπὶ ἀρχόντων τῶν περὶ Σωσίπατρον Νικηράτου Ἀναξιμένης Ποσιδήου μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἐποίησεν τὸν πύργον Διῒ Πολιάρχῃ καὶ τῷ δήμῳ ἐπ' εὐτυχίᾳ.*

De turribus cf. n. 2058. et not. De forma *Ποσιδήου* cf. Introd.

## 2082.

Lapis *Olbiopolitanus* in museo oppidi Nicolaev; ed. Vidua Inscr. ant. tab. I. n. 2. Fragmentum est tam memorabile quam breve.

ΝΡΕΡΙΠΟΠΛΙΟΝ
ΗΝΟΣΚΑΛΑΜΑΙΟ

*Ἐπὶ ἀρχόντων τῶ]ν [π]ερὶ Πόπλιον* - - - - -
- - - - - *μ]ηνὸς Καλαμαι[ῶνος* - - - - -

Est initium decreti cum mensis designatione, ut n. 2059. *ἐπὶ ἀρχόντων τῶν περὶ Θεοκλέα Σατύρου τὸ δ̄, μηνὸς Βοηδρομιῶνος.* Mensis *Καλαμαιών* notus est ex lapide Cyziceno, qui suo loco ponetur; ubi haec distincte leguntur: *οἵδε ἐπρυτάνευσαν μῆνα Καλαμαιῶνα.* Corsinus F. A. T. II. p. 470. et Diss. VI. post Nott. Gr. p. CXXVII. falsam lectionem habet *Καλλιμαιῶνα*, et titulum Cyzicenum esse ignorat. Cyzicus ut Olbia Mileti colonia est; hinc utroque loco hic mensis.

## 2083.

Lapis *Olbiopolitanus* in dextra fractus, ibidem; ed. item tab. I. n. I.

ΕΠΙΑΡΧΟΝΤ - -
ΤΟΥΡΕWΝ - -
ϹΑΜΕΝWΙ - -
ΔΗΚΑΛΜ - -
ΔΙΑΤΗΜ - -
ΜΕΝΟ - -
ΚΙΑΖ - -
ΣΑΝ - -
ΗΡΞ - -

Videtur decreti fragmentum esse: *ἐπὶ ἄρχοντ[ος* vel *ἀρχόντ[ων τῶν* etc. Vs. 3. fortasse fuit *εἰσηγη]σαμένω[ν*; cf. n. 2059. ut plures dicantur *εἰσηγήσασθαι.* Vs. 4. *ἐπει[δή*? Mitto cetera.

## 2084.

Lapis *Olbiopolitanus*, olim in loco Tultschin; ed. Köhlerus l. c. ad n. 2080. p. 248. not. 767.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΙΣWΤΙ - - - ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ
ϹΚΑΙϹWΤΗΡΙΑΣ
ΝΕΙΚΟϹΑΡΤΕ
ΚΑΙΟΛΒΙΟΠΟΛ
ΝЄΚΤWΝΙΔΙWΝ
ЄΠΙΑΡΧΟΝΤWΝ
ΖΟΝϹWΚΡΑΤΟΥ
ΟϹΑΜΝΑΓΟΥΡΑ

Titulus certa via restitui nequit; quod exempli causa tentavi, hoc est:

*Ἀγαθῇ τύχῃ,*
*Δι]ῒ σωτῆ[ρι] εὐχαριστήριον*
*ὑπὲρ νείκη]ς καὶ σωτηρίας.*
*Ἀριστό]νεικος Ἀρτε-*
*μιδώρου ὑπὲρ ἑαυτοῦ] καὶ Ὀλβιοπολ-*
*ειτῶν πάντω]ν ἐκ τῶν ἰδίων*
*ἀνέθηκεν,] ἐπὶ ἀρχόντων*
*τῶν περὶ - - -]ζον Σωκράτου-*
*ς, - - - -]ος Ἀμνάγου, Ῥα-* etc.

**Σ**, **Ϲ**, **C** et **Ε**, **Є** variant, ut n. 2083. **Σ** et **Ϲ**. De voce *εὐχαριστήριον* vide T. I. p. 888. *a.* Archontes cum principe haud dubie quinque fuerunt, ut in ceteris titulis; de nominum analogia vide Introd.

## 2085.

Componam deinceps *Olbiae* repertas inscriptiones in ansis vasorum coctorum grandium et lateribus figulorum expressas anaglyptorum in modum, ex quibus una a Köppenio edita est, duodecim a Blarambergio ad me missae sunt. Amphorae illae aut vinariae aut oleariae fuerint. Primam hanc inscriptionem misit Blarambergius. Ad dextram est emblema, quod quid sit non perspicio.

ΧΑΒΡΙΑ
ΑΣΤΥΝΟ
ΗΡΑΚΛΕΙ

Χαβρία
ἀστυνό(μου)
Ἡρακλεί(ας).

Quantum ex delineatione video, est in ansa amphorae fractae: sed certus non sum: potest enim etiam later esse. Non dubito, quin fabrica sit Heracleae Ponticae Bithyniae, eiusque intelligendus astynomus. Cf. n. 2085. *b–f*.

## 2085. *b*.

In ansa, quantum video, *ibidem* reperta; misit Blarambergius. Ad dextram est avicula.

ΘΕΟΓΕΙΤΟΥ
ΑΣΤΥΝΟ
ΣΙΝΩΠΙΩ

Θεογείτου
ἀστυνό(μου)
Σινωπίω(ν).

Non dubium est, haec ad Sinopensium astynomum pertinere. Quod Σινωπίω(ν) p. Σινωπέω(ν) vulgari scriptum est, in eo non haereo.

## 2085. *c*.

In ansa amphorae *ibidem* reperta; misit idem. Ad dextram est caput barbatum.

ΒΟΡΥΟΣ
ΑΣΤΥΝΟΜΟΥ
ΤΕΥΘΡ

Βόρυος
ἀστυνόμου
Τευθρ(ανίας).

Refer ad Teuthraniam s. Thymaenam, Paphlagoniae oppidum maritimum.

## 2085. *d*.

In ansa amphorae fractae, quantum video (nisi later est), *ibidem*; misit idem. In dextra est avis alis pendentibus.

ΕΠΙΚΥΡΟΥ
ΑΣΤΥΝΟΜ
ΕΥΜΗΝΙΟΥ

Ἐπὶ Κύρου
ἀστυνόμ(ου)
Εὐμηνίου.

Εὐμήνιον fuerit emporium aliquod Ponti, quod fortasse ut Teuthrania Paphlagoniae alio nomine cognitum est. Cf. n. 2085. *e*. Si in latere haec scripta fuerint, quidni lateres quoque Olbiam aliunde advecti sint, saburrae loco impositi et ibi venditi? Et profecto quum Olbia a Getis vastata restitueretur, consentaneum est urbi moenibusque instaurandis non suffecisse domesticas fabricas.

## 2085. *e*.

In ansa amphorae *ibidem*; misit idem. Ad dextram est caput iuvenile et aliud ornamentum tali figura: ⚲

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ
ΑΣΤΥΝΟ
ΜΟΕΥΜΗΝΙ

Καλλιστράτου ἀστυνόμου Εὐμηνί(ου).
Cf. ad n. 2085. *d*.

## 2085. *f*.

In ansa amphorae *Olbiae* repertae. Aeri incisum ed. Köppen. Nordgest. ad p. 45. tab. II. fig. 15. Ansa videtur flore loto simili ornata esse.

ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ
ΣΕΡ ΑΣΤΥΝΟΜΟΥ

Πολυστράτου ἀστυνόμου.

Monogrammum videtur ΣΕΡ esse; sed videndum ne nihil sit praeter ΣΡ. In nummo argenteo Spartoci alicuius recentioris, quem edidit Köhlerus (Description d'une médaille de Spartocus, in fronte libri), simile est monogrammum ΣΡ, hoc est ΣΡ, litteris retrogradis. Qui nummus si, ut Köhlero videtur, Panticapaeensis est, amphora quoque illa et proinde astynomus ad Panticapaeum referendi fuerint. Sed hoc quoque infirmatur alio nummo aereo urbis Chersonesi tab. II. ab eodem edito, ubi siglum Σ| comparet. Unde patere videtur, siglum hoc esse Chersonesi urbis, et hi Chersonesitae fortasse etiam illum nummum Spartoci imagine insignem commerciorum causa excuderint. Adde etiam ad n. 2103. *d*.

## 2085. *g*.

*Olbiae*, misit Blarambergius. Sitne in ansa amphorae an latere, non video. In dextra sunt duae frondes infra iunctae.

ΑΙΣΧΙΝΟΥ
ΑΣΤΥΝΟ

Αἰσχίνου
ἀστυνό(μου).

## 2085. *h*.

*Ibidem*, ab eodem; in dextra est diota formae elegantis. Videtur igitur in ansa amphorae potius quam latere esse.

ΑΣΤΥΝΟΜΟ
ΕΣΤΙΑΙΟΥ
ΚΛΕΑΙΝΕΤΟΥ

Ἀστυνόμου
Ἑστιαίου (sc. τοῦ)
Κλεαινέτου.

## 2085. *i*.

*Ibidem*, in ansa amphorae; ab eodem.

ΙΣΤΡΩΝΟΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩ
ΝΙΔΑΑΣΤΥΝΟΜΟΥΝΤΟΣ

Ἴστρωνος τοῦ Ἀπολλωνίδα ἀστυνομοῦντος.

## 2085. *k.*

*Ibidem* ab eodem, in ansa amphorae vel latere. In dextra videtur uva esse: vas vinarium igitur dixeris.

ΑΣΤΥΝοΜΟΥΝΤΟΣ
ΘΕΑΓΕΝΟΥΤΟΥ
ΝΕΙΚΑΝΔΡΟΣ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ

Ἀστυνομοῦντος Θεαγένου τοῦ Νεικάνδρο[υ], Ἀπολλόδωρος.

Vs. 3. figulus male dedit Νείκανδρος. Vs. 4. videtur figuli nomen scriptum esse.

## 2085. *l.*

*Ibidem* in latere ut videtur; ab eodem; in sinistra est caput radiatum.

ΕΠΙΞΕΝΟ
ΦΑΝΕΥΣ

Ἐπὶ Ξενοφάνευς.

Quum ἐπὶ praemissum sit, neque additum ἀστυνόμου, videtur archon eponymus designari: si astynomus esset, deberet ἀστυνόμου additum esse. Ceterum vas videtur peregrinae fabricae; forma genitivi Ξενοφάνευς, etsi etiam in Ionicis civitatibus, ut in Chio, non inusitata, tamen simile nihil habet in titulis Olbiae.

## 2085. *m.*

In ansa amphorae *Olbiae* reperta; misit idem. Utrinque sunt bini asterisci.

ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΥΣ

Ἀριστοκράτευς.

Nomen videtur figuli, sed incertum an Olbiopolitani (cf. ad n. 2085. *l.*).

## 2085. *n.*

*Ibidem* in ansa amphorae ut videtur; ab eodem.

ΔΙΟΝΥϹΙΟΥ

Διονυσίου.

Nomen figuli opinor.

## 2085. *o.*

*Olbiae* plures nummi aerei reperti sunt, qui videntur tesserarum loco fuisse, cum hac inscriptione:

ΑΡΙΧΟ

Inest piscis, cui aquila insidet. Reperti etiam *pisciculi aerei* cum eadem inscriptione. Rettulit de his Blarambergius in libello de nummis Olbiae. Odofr. Müllerus coniicit, tesseras has qui acceperint, eos iis repraesentatis ex publico ἀῤῥιχον pisciculorum rettulisse.

## 2086.

In marmore rubro *Olbia* allato, in oppido Nicolaev, in schola nautica. Transcripsit et edidit Köhlerus Act. Acad. Monac. T. VI. p. 154. class. hist. et phil.

ΟΝΑΤΕΙΑΙ
ΛΟΙΝΟΝΙΟΥΛΙΑ
ΘΕΟΔΩΡΑΤΟΝ
ΑΥΤΗΣΑΝΔΡ[Α
ΘΕΟΙΣ

Sic Köhl. qui quum initio ipse aliquid suppleat (Μάρκ]ον vel Ἰούλι]ον), patet lapidem non esse integrum habendum. Et certe Ἀτειαίλοινος nomen non est probabile. Desideratur praenomen, nomen, cognomen: hoc postremum solet Graecum (vel pro hoc in hac plaga barbarum) esse. Titulus igitur fere sic restituendus:

Μάρκ]ον Ἀτεί[λ]ι[ον] . λοινον Ἰουλία Θεοδώρα τὸν αὑτῆς ἄνδρα θεοῖς.

## 2087.

In oppido Oczakow prope *Olbiam* vidit et transcripsit Peyssonelius, in cuius schedis in bibliotheca Parisina legit Adalb. Zieglerus; postea Athenis habuit Fauvelius, apud quem factum apographum a Walpolio accepit Clarkius et edidit Itin. T. I. p. 619. Hinc Rochettus Antt. Bosp. tab. VII. n. 3. Köhler. Act. Acad. Monac. (l. c. ad n. 2086.) p. 133.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙΘΕΩΙΘΕΟΥΥΙΩΙΣΕ
ΒΑΣΤΩΙΑΡΧΙΕΡΕΙΜΕΓΙΣΤΩΙΠΑΤΡΙΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΣΕΒΑΣΤΩΙΘΕΟΥΥΙΩΙΤΙ
ΒΕΡΙΩΙΚΑΙΣΑΡΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΑΒΑΒΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΟΥΣΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΑΝΕΘΗ
ΚΕΤΗΝΣΤΟΑΝ

Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεῷ, θεοῦ υἱῷ Σεβαστῷ, ἀρχιερεῖ μεγίστῳ, πατρὶ πατρίδος, καὶ Αὐτοκράτορι Σεβαστῷ θεοῦ υἱῷ Τιβερίῳ Καίσαρι καὶ τῷ δήμῳ Ἄβαβος Καλλισθένους ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκε τὴν στοάν.

Titulus Tiberio Imp. defuncto Augusto positus. Ababus hic est pater Orontae n. 2060. 2088. quod viderunt plures, in his Letronn. Rech. sur l'Égypte p. 422. et argumento docui ad n. 2060.

## 2088.

*Ibidem* ubi n. 2087. eodem referente vidit Peyssonelius; ex schedis Woodii ed. Chandl. Inscr. Append. IX. p. 94. qui locum falso Kozackow dicit. Ex hoc Köhler. l. c. ad n. 2087. p. 134. Titulum non cum n. 2060. coniungendum esse dixi in lemmate ad illum.

ΟΡΟΝΤΗΙΑΒΑΒΟΥΔΙΟΜΗΔΗΣΟΙΚΟΝΟΜΟΣΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΤΗΝΕΞΕΔΡΑΝ

*Ὀρόντῃ Ἀβάβου Διομήδης οἰκονόμος ἐκ τῶν ἰδίων τὴν ἐξέδραν.*

De homine vide n. 2060. et cf. not. *Οἰκονόμος* videtur Orontae esse privatus, non publicus minister. Vs. 2. Peyss. TAN, falso; ex eodem vs. 1. coniunxi vocabula, quum Chandl. divisisset quattuor priora.

## 2089.

Lapis *Olbiopolitanus*, nunc Odessae apud Blarambergium (Köppen. Nordgest. p. 177.); edidit Köhlerus l. c. ad n. 2087. p. 157. ex Blarambergii et aliorum apographis; ex schedis Stempovskii Rochettus Antt. Bosp. tab. V. n. 6.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΔΑΔΟΣΣΩΣΙΒΙΟΥΤΗΝΕΑΥΤΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΑΝΖΑΛΣΙΝΑΡΣΗΟΑ
ΧΟΥΘΥΓΑΤΕΡΑΝΑΓΑΛΜΑΤΙΑΝΕΣ
ΤΗΣΕΝΤΕΙΜΗΣΧΑΡΙΝΚΑΙΕΥΣΕ
ΒΕΙΑΣ

*Ἀγαθῇ τύχῃ, Δάδος Σωσιβίου τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκαν Ζάλσιν Ἀρσηοάχου θυγατέραν ἀγάλματι ἀνέστησεν τειμῆς χάριν καὶ εὐσεβείας.*

Titulus Traiano non vetustior; nam n. 2090. idem homo nominatur, qui titulus ob nomen M. Ulpii non potest antiquior haberi. De forma *γυναῖκαν*, *θυγατέραν* vide ad n. 1781. Etiam *ἀγάλματι ἀνέστησεν* non ex optima Graecitate dictum est. De scriptura *Ἀρσηοάχου* p. *Ἀρσηουάχου* monui ad n. 2078.

## 2090.

Lapis *Olbia* in locum Tultschin deportatus; ex Io. Potocki Hist. anc. du Gouv. de Cherson p. 31. dedit Clarkius Itin. T. I. p. 621. sine varietate, apographo accepto a Kelsalio; ex Clarkio Rochettus Antt. Bosp. tab. IX. n. 4.

ΑΡΧΩΘΥΛΠΙΩΠΑΝΘ
ΟΚΛΕΙΤΩΚΑΙΜΑΣΤΟ
ΝΩΡΟΣΠΟΙΑΝΩΔΙ
ΟΣΣΩΣΙΡΙΩΟΚΑΙΔΙ
ΟΤΗΝΣΤΗΛΑΝΟΛΑΟΣ
ΤΗΣΕΝΜΝΗΜΗΝΚΑΙ

Mira de hoc marmore narrant Potockius et Clarkius, qui Traiano Caesari positum ob repleta Olbiae granaria perhibent; mira etiam Osann. Syll. p. 145. qui initio ΠΟΝΤ]ΑΡΧΩ supplet, quasi de Achille. Titulus ut plurimi Potockiani insigniter corruptus ita restituendus est:

*Μ]άρκῳ [Ο]ὐλπίῳ Παν[τ]οκλεῖ, τῷ καὶ Μαστόνῳ, [Β]οσπο[ρ]ανῷ, Δ[άδ]ος Σωσι[β]ί[ου], ὁ καὶ Δῖο[ς], τὴν στήλ[η]ν [ἀνέ]στησεν μνήμη[ς χ]ά[ριν.*

Peregrino et hospiti opinor iusta solvit et postea monumentum posuit Dadus Sosibii f. quem ex n. 2090. restituendum esse vidit Köppen. l. c. Vs. 1. Θ aut Potockii aut quadratarii error est. *Μαστόνῳ* et mox *Δῖο[ς]* incerta sunt. *Bosporanus* est Panticapaeensis (vide Introd.). Vs. 5. ΟΛΑΟ fuit ΑΝΕ; ΛΑ fuit Ν, Ο alterum fortasse ex rotundo Є natum, quod cum Ε variat etiam n. 2084. Duplicia nomina vel in Graecia haud inusitata sunt; frequentissima vero in terris barbaris Graeco cultu utentibus, ut in Aegypto, Syria, ubi alterum solet Graecum, alterum barbarum esse. Sic in titulo Olbiae n. 2093. *Νεικήρατος Νεικηράτου, ὁ καὶ Ὄμψαλμος.* Cf. etiam Introd. De forma tituli cf. n. 2092.

## 2091. *a. b.* 2092.

Lapis *Olbiopolitanus* ibidem ubi n. 2058. servatus, longus 5′ 1″, altus 1′½, crassus 8″; in plano superiori vestigia pedum utriusque statuae, quae imposita erat, supersunt: ibidem in medio lapide est foramen, cui aliquid infixum erat. In fronte duae sunt inscriptiones, altera iuxta alteram. 2091. *a* ad sinistram, *b* ad dextram adspectanti; 2092. superest ex antiquiore inscriptione, quae in superiori plano sculpta erat ibi, ubi Getae pes sinister. Duas priores primus edidit Köhlerus Act. Acad. Monac. T. VI. class. hist. et philol. p. 183. tum Köppenius Nordgest. p. 83. n. 9. et idem omnes tres in aere repraesentat tab. II. fig. 16. quae apographa paulo acerbius reprehendit Köhlerus adv. Köpp. p. 45. Köppenius sua vera esse contendit Nachhall p. 15. Nos ex Köppenio dedimus litterarum formam; de ceteris vide var. lect. Addo in Introd. II, 2. extr. ubi ad lemma n. 2091. remisi, lemma tituli 2108. *e.* intelligi (qui prius in loco tituli 2091. collocatus erat).

2091. *a.*

Α . . . . . . . . . .
ΑΤΟΡΑΣΕΒΑΣΤΟΝ·Μ·ΑΥΡΗ
ΛΙΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΑΥΓΟΥΣΤΟΝ
ΗΒΟΥΛΗ·ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ·Ο·ΟΛΒΙ
ΟΠΟΛΕΙΤΩΝ

2091. *b.*

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΣΕΠ ΓΕΤΑΝ
ΚΑΙΣΑΡΑ·ΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ·Ο·ΟΛΒΙ
ΟΠΟΛΕΙΤΩΝ

2092.

ΤΙΤ ΦΛ ΙΑΧΑΙ
ΟΥΣ
ΟΥΣ
ΔΟΙΙΣ
Δ ΝΜΗΝ
ΛΝΙ ΙΙΗΣΕΙ·ΙΜΝΗΜΗΣ

N. 2091. *a* vs. primum Α et aliquot alios ductus recte agnovit Köpp. qui fugerant Köhlerum. Vs. 2. Köpp. ΛΤ, Köhl. ΑΤ. Puncta duo omittit Köhl. in Act. Mon. sed prius certe agnoscit adv. Köpp. p. 45. Vs. 3. uterque consentit, nisi quod p. 83. Köppenii exemplum minus plenum est quam in aere. Vs. 4. Köhl. puncta, quae Köpp. offert, negat in lapide esse, post βουλὴ tamen perhibet esse spatium vacuum duarum litterarum. *b* vs. 2. ΣΕΠ deest apud Köhl. qui deinceps ΓΕΤΑΝ habet; Köpp. post ΣΕΠ nihil habet nisi rasuram; vere. Nam Getae nomen erasum in omnibus monumentis esse constat; quare ΓΕΤΑΝ, quod Köhl. nihilominus agnoscere potuit, ego adrasis tantum punctis notavi. Vs. 3. punctum habet Köpp. sed Köhl. id ibi esse negat dicitque trium litterarum ibi esse spatium relictum. Vs. 4. puncta scripta esse negat Köhl.; ego retinui ex Köpp.

2091. *a*. Ἀ[γαθῇ τύχῃ, Αὐτοκρ]άτορα Σεβαστὸν Μ. Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον Αὔγουστον ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ὁ Ὀλβιοπολειτῶν.

Sub statua Caracallae, quod viderunt Köpp. et Köhl. qui calami lapsu pro Caracalla in Act. Monac. nominato Septimium Severum dicit adv. Roch. p. 14. Nota additum Αὔγουστον; unde iam non dubium etiam n. 1133. 1327. Antoninum esse Caracallam.

*b*. Ἀγαθῇ τύχῃ, Σεπ[τίμιον] Γέταν Καίσαρα ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ὁ Ὀλβιοπολειτῶν.

2092. Τίτ[α] Φλ[αου]ΐα Χαι - - - - [κλέ]ους? - - - - [κλέ]ους [τῷ δεῖνι etc. τὴν στήλ]ην [ἀ]ν[έστ]ησε[ν] μνήμης [χάριν.

Cf. n. 2090.

2093.

In operculo capuli ex lapide calcario, *Olbiae* reperti. Ed. Köhler. de ins. et cursu Achill. Act. Acad. Petrop. T. X. p. 114.

ΝΕΙΚΗΡΑΤΟΣ·ΝΕΙΚΗΡΑΤΟΥ·ΟΚΑΙΟΜΨΑΛΜΟΣ

Νεικήρατος Νεικηράτου, ὁ καὶ Ὄμψαλμος. Cf. n. 2077.

2094.

Lapis marmoreus sepulcralis in scholae nauticae museo in oppido Nicolaev servatus, repertus in Hypani apud pagum Bogoavlensk, qui est prope Nicolaev, in vicinia *Olbiae*; altus 6′ 9″, latus 2′ 6″. Subest anaglyphum duplex; in superiori repraesentatur eques dextra hastam protendens, assiliente cane (qui non conspicitur apud Waxelium); obvius est puer. Venator designari videtur (Herodot. IV, 22.); puer est minister. Sic Dioni Chrysostomo Olbiae obvius fuit Callistratus eques cum pedis equo (Or. Borysth. p. 77.). In inferiori anaglypho lecto incumbit vir barbatus (non Protomachus, ut est qui dicat, sed idem ille Strato venator, cui dicatum monumentum), pateram tenens; assidet mulier cum infante, qui lecto aut genu sinistro mulieris impositus; iuxta duo pueruli (ap. Wax. unus). Duo similia anaglypha in sepulcrali lapide habes n. 2114. Aeri incisum dederunt Pallas Itin. Russ. merid. T. II. tab. 18. 5. Waxel. Rec. n. 2. Anaglyphum describit et inscriptionem praebet Clark. Itin. T. I. p. 620. Ex Wax. et Clark. habet Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 143. De anaglypho egerunt etiam Köppen. Nordgest. p. 84. Köhler. adv. Köppen. p. 46 sq. Titulum nuperrime dedit Köhler. Act. Petrop. l. c. ad n. 2093. p. 252. not. 812.

ΣΤΡΑΤΩΝ·ΠΡΩΤΩΜΑΧΟ.
ΧΡΗΣΤΕ·ΧΑΙΡΕ

In fine vs. 1. Σ addunt Wax. Clark. sed Pall. Σ; Köhl. omittit etiam Ο, ut Pall. Σ falsum esse patet.

Στράτων Πρωτομάχο[υ] χρηστὲ χαῖρε.

2095.

In schisto *Olbiae* vel in vicinia, fortasse in insula Borysthenide reperto, qui servatur in museo scholae nauticae in oppido Nicolaev, inest anaglyphum 4″ 8‴ longum, 2″ 3‴ latum mensurae Anglicae, barbaro scalptum opere; repraesentantur quattuor pueri, duo sedentes ut iudices, tertius quarto palmam porrigens; inter tertium et quartum est vasculum, ut videtur, sine operculo. Infra habetur inscriptio. Aeri incisum dedit Köhlerus l. c. ad n. 2093. tab. III. cf. p. 111.

ΑΘΔΗΓΟϹΛΥΠΡΕΝΟΥ

Ἄθδηγος Λυπρενοῦ.

Köhlero iudice pertinet ad ludos puerorum, de quibus n. 2067. Eidem Ἄθδηγος et *Atteius*, barbaro more scriptum; analogia tamen fortasse eadem est quae in Ἄβραγος, Κούναγος etc. ut forma omnino non Latina sit. Λυπρενὸν idem a λυπηρὸς derivat.

2096.

Anaglyphum *Olbiopolitanum*, sacrificium repraesentans, accuratius descriptum a Köppenio Nordgest. p. 84. nunc ibidem ubi n. 2058. Supra est fragmentum inscriptionis:

. . ΟΞΑΤΟΜΗΙ . . .

---

## 2096. *b.*

In ora *Hylaeae* est *cursus Achillis*, cuius extrema pars, quam mare ligulam transiens a reliquo cursu separat, hodie Dendra vocatur. Ibi a. 1824. in tumulo exiguo ex cineribus potissimum composito et nummi aerei complures et fragmenta aliquot litteris inscripta reperta sunt, quorum notitiam nobis dedit Blarambergius. Primum hoc est, marmoris candidi.

ΥΠΑΝΟϹΙ - - -
ΘΩΑΧΙΛΛ - - -
ΑΝΕϹΤΗϹΕΝ

Ὕπανος - - -
. . Ἀχιλλ[εῖ
ἀνέστησεν.

De nomine Ὕπανος cf. Introd. II, 6. extr.

## 2096. *c.*

*Ibidem*, in alio fragmento.

Ι ΩΙΝ
ΔΗΜΑ - -
ϹΑΙΗΑΗ - -
ΟΔΟΗ - - -
5 ΝΤΙϹ - - -
ΔΙΟΚ - - -
ΑΧΙΛΛΕ - - -

Nihil dignoscere licet nisi vs. 7. Ἀχιλλε[ῖ, ut n. 2096. *b.*

## 2096. *d.*

*Ibidem*, in fragmine vasis cocti.

ΕΠΙ - - -
ΕΡΟϹΩ - - -
.ΥΧΑΡΙϹΤΗΡΙΟΝ - -
- - - - ΑΠΟΒΟϹΠ - -
5 - - - - - ΥΤΗϹ - - -

Ἐπὶ [ἱερέως Ἱ-
εροσῶ[ντος Ἀχιλλεῖ?
ε]ὐχαριστήριον [ὁ δεῖνα τοῦ
δεῖνος] ἀπὸ Βοσπ[όρου - -
5 - - να]ύτης - - -

Restitui quae potui. Vs. 2. Ω videtur pro Ω esse; de nomine cf. Introd. II, 10. Vs. 5. de dictione ἀπὸ Βοσπόρου cf. Introd. I, 15.

## 2096. *e.*

*Ibidem*, in fragmine marmoreo, sub anaglypho prorsus mutilo.

ΑΜΕΡΙΜΝΟϹΙΟΥΛΙΑΝϹ - - -
ΚΑΙϹΩΤΡΙΑϹΕΥΧΑΡΙ - - -

Ἀμέριμνος Ἰουλιανο[ῦ] (vel si plures fuerint, Ἀμέριμνος, Ἰουλιανό[ς) [ὑπὲρ ὑγείας?] καὶ σωτηρίας εὐχαρ[ιστήριον?

Postremam vocem dedi ad similitudinem aliorum titulorum; de ea aliquoties dixi.

## 2096. *f.*

*Ibidem*, in fragmine marmoreo, revulso ab alio in quo caput galeatum, fortasse Achillis, cum parte pectoris eleganter vestita et clypei, quem ille bellator manu tenebat, particula supersunt.

ΧΑΡΙϹΤΗΡΙΟΝ
ΚΥΒΕΡΝΗΤΙΙΙ

Χαριστήριον [ἀνέθηκεν? ὁ δεῖνα] κυβερνήτη[ς.

---

## 2097.

In Chersonesi Tauricae urbe Achtiar s. Sebastopoli, ex ruderibus antiquae urbis *Chersonesi*; ed. Waxel Rec. n. 4. in aere valde opaco, vix ut litteras distinguas. Postea rectius edidit Blarambergius Ephem. Odess. 1829. n. 88. qui Clarkium quoque in Itinerario meminisse huius tituli notat. Etiam in schedis nobis misit Blarambergius. Lapis a. 1794. repertus nunc est in Museo oppidi Nicolaev; est is marmoris candidi, oblongus; in breviori latere est vs. 1. maioribus litteris, tum series *a* in coronis tribus; in longiore latere, quod a breviori ad sinistram adspectanti est, quinque coronis tituli *b* inscripti sunt. Coronae laureae videntur, exceptis secunda et tertia lateris *a*, quae hederaceae esse videntur.

Ο ΔΑΜΟΣ ΑΓΑΣΙΚΛΗ ΚΤΗ

*a.*

| 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|
| ΕΙΣΑΓΗΣΑ ΜΕΝΩΙΤΑΝ ΦΡΟΥΡΑΝ ΚΑΙΚΑΤΑΣΚΕΥ ΑΣΑΝΤΙ | ΟΡΕΙΣΑΝΤΙ ΤΑΝΕΠΙΤΟΥ ΠΕΔΙΟΥ ΑΜΠΕΛΕΙΑΝ | ΤΕΙΧΟΠΟΙ ΗΣΑΝΤΙ |

*b.*

| 1. | 2. | 3. | 4. | 5. |
|---|---|---|---|---|
| ΠΟΙΗΣΑΝΤΙ ΤΑΝΑΓΟΡΑΝ | ΣΤΡΑΤΗΓΗ ΣΑΝΤΙ | ΙΕΡΑΤΕΥ ΣΑΝΤΙ | ΓΥΜΝΑΣΙ ΑΡΧΗΣΑΝΤΙ | ΑΓΟΡΑΝΟ ΜΗΣΑΝΤΙ |

Ὁ δᾶμος Ἀγασικλῆ Κτη[σία].

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *a.* | 1. | | 2. | | 3. |
| | εἰςαγησαμένῳ τὰν φρουρὰν καὶ κατασκευάσαντι. | | ὁρείσαντι τὰν ἐπὶ τοῦ πεδίου ἀμπελείαν. | | τειχοποιήσαντι. |
| *b.* | 1. | 2. | 3. | 4. | 5. |
| | ποιήσαντι τὰν ἀγοράν. | στρατ[α]γήσαντι. | ἱερατεύσαντι. | γυμνασιαρχήσαντι. | ἀγορανομήσαντι. |

In lectionibus secutus sum Blarambergium, forma tituli ex Wax. retenta, cuius lectiones nullius pretii sunt: nihil igitur ex illis annoto nisi vs. 1. ΚΤΙ (quod cave putes *κτίσταν* esse ut n. 2099.), *a*, 2. vs. 3. ΟΡΡΙΣΑΝΤΙ, *b*. 2. ΙΡΑ - - ΣΑΝΤΙ, *b*. 3. ΙΡΑΙΕΥΣΑΝΤΙ. Vs. 1. Bl. in schedis ΣΙΟΥ addit litteris evanidis, ex coniectura opinor. Vs. 1. accusativus est, sc. ἀνέστησεν: nam in lapide patet statuam positam fuisse: neque offendit posthac coronis inscriptos esse dativos. De forma accusativi Ἀγασικλῆ monui in Introd. Εἰςαγησαμένῳ τὰν φρουρὰν καὶ κατασκευάσαντι est: *decretum ferenti de statione* aliqua ad custodiendam dicionem instruenda *eamque exstruenti*, nempe τὸ φρούριον ei stationi inserviens. Cf. de simili re Strab. VII. p. 312. Ὁρείσαντι et ἀμπελείαν est insolentius (cf. Introd. II, 2.); intellige *fines vinearum regenti.*

## 2098.

Sebastopoli (ex ruderibus urbis *Chersonesi*) in domo Psomae, praefecti classiarii; ed. Köhlerus de ins. et cursu Achill. p. 254. not. 812. Marmor est latius quam altius; quinque versuum inerat inscriptio; superest vs. 1. reliqua excepto fine deleta sunt.

ΟΔΑΜΟΣ
\- - - - - - - - 
\- - - - - - - - 
\- - - - - - - - 
. . . ΥΙΟΥΠΑΡΘΕΝΟΚΛΕΟΥΣ

De nomine Παρθενοκλῆς vide Introd. I, 11.

## 2099.

In ruderibus urbis *Chersonesi* in basi statuae quadrata repperit Köhlerus et primus edidit Act. Acad. Monacensis T. VI. class. hist. et phil. p. 134. deinde ex schedis Stempovskii mutilum apographum dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. VI. n. 1. et explicuit p. 58 sqq. sed falso habuit pro Panticapaeensi titulo, cuius erroris particeps est Köppen. Nordgest. p. 77. Titulus nunc Theudosiae est in museo. Iterum ed. Köhlerus adv. Rochett. p. 43. et rectius quam prius.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΝΑΡΙϹΤΟ
ΓЄΝΟΥϹΠΡΟΕΔΡΟΝ
ϹΑΜЄΝΟΝΕΝΔΟΞωϹ
ΟΡΗϹΑΝΤΑΔΙϹΔΑ
ΤΗΝΑΡΧΗΝΚΑΙ
ΠΡЄϹΒЄΥϹΑΝΤΑΠ
ΤΟΥϹΠΡΟΙΚΑΥΠΕΡΙϹ
ΤΗϹΠΑΤΡΙΔΟϹΚΑΙΤЄΙΜ
ΥΠΟΤΗϹΠΟΛЄωϹΑΙΔΙωΙ
ΘΡЄΥϹЄΙΘΙΑϹΑΡΧΗϹΑΝΤ
ϹΑΝΛЄΙΤΟΥΡΓΙΑΝΤЄΛЄϹΑΝΤΑ
ΛЄΙΤЄΥϹΑΜЄΝΟΝЄΝΠΑϹΙΝ
ΙΙΝωϹΤΟΝΚΤΙϹΤΗΝΚΑΙΑϹΥΝΚΡ
ΤΟΝΚΑΙΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝΗΚΡΑΤΙϹΤΗ
ΒΟΥΛΗΚΑΙΟΙЄΡωΤΑΤΟϹΔΗΜΟϹ
ЄΥΝΟΙΑϹ ΧΑΡΙΝ

Formam tituli et litterarum atque ubi nihil moneo lectionem dedi ex Köhl. ed. sec. (in pr. et ap. Roch. est Ε et apud hunc Ω); idem notat litteras cursivis maioribus valde esse similes, ideoque titulum non posse ea aetate, cui Roch. tribuerat, ab Antoninis non multum remota exaratum esse, sed esse aetatis Imperatorum Byzantinorum. At certe prima aetate Byzantina scriptus videtur, titulusque ethnicorum est, non Christianus; quod docet θιασαρχία. Vss. 1–5. desunt apud Roch. Vs. 6. Roch. Π . . . . . . ΤΗΝ . . . . . . et nihil praeterea; idem nihil nisi ΕϹ . . . . . . Α . . . . . Vs. 8. Köhl. nihil nisi ΤΟΥϹ; sed Roch. ex schedis Stemp. habet ΤΟΥϹΠΡΟΙΚΑΥ ΠΕΡΙΟ, quae esse in lapide Köhl. suo apographo olim facto nimium confidens non recte negat. Quippe haec Stemp. qui harum rerum non gnarus fuit, non potuit de suo addere, quum tamen sint verissima. Πρεσβεύσαντα προῖκα significat idem quod ἄδωρος πρεσβεία n. 1625. vs. 25. Ipsum πρεσβεύσαντα προῖκα habes n. 399. Et addi solet passim, ad quem legatio missa sit, ut n. 1382. πρεσβεύσαντα παρὰ τὸν θεοειδέστατον βασιλέα Αὐτοκράτορα etc. unde hic superest ΤΟΥϹ (Σεβαστούς) initio huius versus, et vs. 7. extr. Π (παρά). Vs. 9. ΙΜ omittit Roch. Vs. 10. init. Υ omittit Roch. ΑΙΔΙωΙ deest in Köhl. ed. pr. Rochettus pro hoc ΚΑΙΔΗ. Vs. 11. Köhl. ΡЄΥϹЄΙΘΙΑϹΑΡΧΗϹΑΠ (sed ΑΠ in pr. ed. deest); Roch. ΘΡΕΙϹΕΙΘΙΑϹΑΡΧΗϹΑΝΤ, recte, excepto primo ductu, qui tamen et ipse verum monstrat, ut mireris Roch. ipsum haec non intellexisse: etsi etiam Köhl. quod non recte legerat, non expedivit locum neque bene vertit. Vs. 12. Roch. ϹΑΥ . . . ΟΥΠΑΝΤΕΛΕΙΑΝ, et nihil praeterea. Vs. 13. Λ omittit Roch. Vs. 14. primos ductus ΙΙ ex Roch. addidi, etsi falsi sunt; sed inde patet in eo loco aliquid scriptum esse. Vs. 14. extr. Roch. ΑϹΙΚΡ . . Vs. 16. Köhl. ed. sec. ΙЄΡΟΤΑΤΟϹ: Omega dedi ex ed. pr. et Roch.

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Δημοκράτην Ἀριστο-
γένους πρόεδρον [μὲν εἰσηγη-
σάμενον ἐνδόξως [καὶ ἄριστα δημηγ-
ορήσαντα, δὶς δ' ἄ[ρξαντα τὴν μεγίσ-
την ἀρχὴν καὶ [πλεονάκις?
πρεσβεύσαντα π[αρὰ τοὺς Σεβασ-
τοὺς προῖκα ὑπὲρ [τοῦ συμφέροντος
τῆς πατρίδος καὶ τειμ[ηθέντα
ὑπὸ τῆς πόλεως ἀϊδίῳ [ἀναγ-
ο]ρεύσει, θιασαρχήσαντ[α καὶ
π]ᾶσαν λειτουργίαν τελέσαντα, [π-
ολειτευσάμενον ἐν πᾶσιν [ἁ-
γ]νῶς, τὸν κτίστην, καὶ ἀσύνκρ-
ι]τον, καὶ φιλόπατριν, ἡ κρατίστη
βουλὴ καὶ ὁ ἱερώτατος δῆμος
εὐνοίας χάριν.

Vs. 5. recte expletus a Köhl. est, ubi δὲ quum offendat, nisi in prioribus fuerit μέν, hoc vs. 3. addidi. Idem vs. 3. 4. dedit στρατηγη]σάμενον, non Graece. Haud dubium est εἰσηγησάμενον, quod convenit proedro et in usu est Chersonesitis (n. 2097.). Vs. 4. 5. nihil aliud quam δημηγ]ορήσαντα latere cum Köhl. iudico, sed quum hoc non possit magistratum designare, supplementum ita institui, ut ad proedri munus pertineret τὸ δημηγορεῖν; nec nimium supplementum est cum vs. 5. collatum. Vs. 6. πλεονάκις dedi exempli causa. De vs. 7 sq. vide var. lect. Vs. 8. dedi τοῦ, quod IC huc deducit, non ad τῆς. Demosth. de cor. p. 234. 25. τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως: et sic (cum genitivo) legit Hermogenes ap. Dem. de cor. p. 235. 20. cum uno et altero manuscriptorum: καὶ τὸ τῆς πόλεως συμφέρον, οὐ τὸ Φιλίππου. Mox ἀΐδιος ἀναγόρευσις est decreti honorarii recitatio identidem, credo quotannis semel, repetenda in sollemnibus publicis; simile habes n. 120. 2220. De singulis quibusdam rebus cf. Introd. cap. I. 11.

## 2099. *b*.

In diario Odessensi a. 1830. n. 29. ante aliquot annos refertur marmor *Chersonesi* repertum esse agonisticum. Ludi memorantur hi:

ΠΑΛΗ
ΔΡΟΜΟΣ
ΑΚΟΝΤΙΟΝ
ΑΓΚΥΛΗ

Ἀγκύλη est genus pili missilis. Ex victorum nominibus supersunt *Heraclides* et *Marcianus*, et nomen patris victoris alicuius *Alexander*.

## 2100.

Ex ruderibus *Chersonesi* urbis, nunc Sebastopoli s. Achtiar in ecclesia Graeca, in marmore candido, sub anaglypho sepulcrali, in quo sub fastigio vir barbatus et ad huius sinistram mulier. Ed. Waxelius Rec. n. 3. in aere. Tum titulum dedit Clarkius et anaglyphum descripsit Itin. T. I. p. 503 sq. mire vero philosophi monumentum esse dicit, et miris laudibus extollit anaglyphi artem et elegantiam. Ceterum ipse vidit sepulcrum, unde petitus lapis erat. Nuperrime edidit Köhlerus de ins. et cursu Achill. p. 253. not. 812. qui recte monet, non esse illud anaglyphum tum pulchrum.

ΘΕΑΓΕΝΗΣΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣ·ΚΑΙ
ΗΓΥΝΗΑΥΤΟΥ·ΟΥΛΠΙΑΜΑ
ΚΑΡΪΑΕΤΩΝΞΕΚΝΒ ΧΑΙΡΕ

Ubi nihil annoto, lectio est Waxelii, ex quo tam tituli quam singularum litterarum formam dedi; Clark. Köhl. vulgares formas praebent; Köhl. omittit interpunctiones, Clark. habet omnes et praeterea novam vs. 2. ante ΜΑ. Vs. 3. duo super Ι puncta ex Clark. addidi. Wax. Ζ, Clark. Köhl. Ξ. ΚΑΙ vs. 3. solus Köhl. plene scriptum exhibet. Ultimum ΧΑΙΡΕ non minoribus litteris exhibent Clark. Köhl.

Θεαγένης Χρηστίωνος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Οὐλπία Μακαρία, ἐτῶν ξε καὶ νβ. χαῖρε.

Clarkio referente Porsonus hunc titulum ducentis minimum annis ante Christum exaratum dixit: sed potius duobus minimum saeculis post scriptus est. Scriptura est novicia, et Ulpiae nomen a Traiano fluxit. Haec vidit iam Köhl. Idem annotat, Ulpiam Theageni superstitem posuisse hunc titulum cum utriusque et imagine et nomine, et vacuum reliquisse spatium annis Ulpiae ipsius annotandis: post Ulpiae igitur mortem additum esse νβ: hinc esse χαῖρε, non χαίρετε. Non male; etsi sic quoque χαῖρε non optimum erat. Sed omnino quare sic statuamus, nulla causa est; nam binis quoque adscribitur χαῖρε, ut n. 2113.

## 2101.

Lapis sepulcralis, in quo femina velata, largo amictu, eaque stans; ad eius dextram puella aliquid manu tenens. Est *Chersonesi* ibidem ubi n. 2098. Ed. Köhler. ibidem ubi n. 2100. Quinque erant lineae.

ΤΗΝΠΑϹΑΙϹΙΓΥ
ΝΑΙΞΙΠΟΛΥΤΕΙ
ΜΟΝ. . . . . .

Τὴν πάσαισι γυν[α]ιξὶ πολύτειμον - - -
- - - - - - - - -

Fuit epigramma aut heroicum aut elegiacum; secunda in πολύτειμον non bene producitur.

## 2102.

Nikita est locus in meridionali *Tauricae Chersonesi* ora, a Criumetopo in orientem, inter Chersonesum urbem et Theudosiam, sed propius ab illa, haud longe a *Lampade* s. Lampadibus (hodie Lambat, vide tabulam Clarkii; nam Mannertus Geogr. T. IV. p. 303. Lampadis situm non recte definit). Ibi igitur in horto imperatorio repertam esse hanc inscriptionem, quam ex schedis Stempovskii Rochettus Antt. Bosp. tab. IX. n. 7. edidit, docet Köppen. Nordgest. p. 78. Est nunc Theudosiae.

ΛΕΟΥ......ΣΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ.....
ΡΤΟΥ.......ΥΡΙΔΑΤΟΥΗΡΑΚΛΕΙ

- - λεου - - - - ς,
Ἡράκλειτος - - ρτου,
- - - Τ]υριδάτου
Ἡρακλεῖ.

Donarium *Herculi* oblatum. Herculis cultum deriva a Chersonesitis Heracleotis (cf. Introd.). Τυριδάτης est p. Τιριδάτης.

---

## 2103.

Prope Sympheropolin (Akmedschet), haud procul a montibus *Taurorum*, Blarambergius aestate a. 1827. in rupe, quae in planitie ad fluvium Salgyr sita est, eaque olim munita valloque cincta repperit plures inscriptiones; ibidem ad portam valli, ut videtur, in lapide anaglypho expressae protomae duae, senis et iuvenis, Scythico vestitu, repertae sunt, ac praeterea anaglyphum equitem braccis et chlamyde indutum, naturali prope magnitudine repraesentans. *Sciluri et filii* imagines esse dicuntur: senis enim imago similis Sciluri in nummo aereo simulacro esse dicitur. Sed illos aereos nummos esse recentioris Sciluri, et caput in illis expressum esse Mercurii, notat Köhlerus adv. Roch. p. 62 sqq. Titulum mutilum basi inscriptum, quae haud procul ab anaglyphis reperta est, per litteras misit Köhlerus, et cum reliquis monumentis nuperrime Blarambergius, qui de his rebus rettulit in Ephem. Odess. 1827. n. 47. 69. 73. Lapis hic longus 3′ 5″, latus 6″ mens. Angl.

ΒΑΣΙΛΕΥΣΣΚΙΛΟΥΡΟΣΒΑΣ - - - - -
ΤΟΛ'ΕΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΣ - - - - -

Vs. 2. post Λ interpunctionem habet Blar. Vs. 1. extr. primae schedae a Köhlero missae praebebant ΒΑΣΙΛΕΥΤΑΤΟΣ, quum in Ephem. Odess. nihil nisi ΒΑΣΙΛΕΥΣΣΚΙΛΟΥΡΟΣ editum esset: sed recte vir peritissimus in litteris nuperrime ad me datis de veritate vocis βασιλεύτατος dubitavit. Ex Blarambergianis enim chartis intellexi tantum primas litteras huius, quae habebatur, vocis aliquatenus certas esse; reliqua sunt obscurata, et Blarambergio iudice continent aliquid eiusmodi quale βασιλεὺς μέγας. Sed hoc non convenit ceteris. Anne fuit βασιλέων μέγας, ut insolentius interpositum nomen Σκίλουρος sit, quod vel initio vel in fine ponendum erat? Cf. Introd. I, 19. Sic haec prodibunt:

Βασιλεὺς Σκίλουρος βασ[ιλέων μέγας], τὸ λ̄ ἑαυτοῦ βασιλείας [ἔτος] - -

Sciluri castella fuerunt *Palacium*, *Chauum*, *Neapolis*; bellum cum eo gessit Mithradates VI. duce Diophanto (Strab. VII. p. 306. 309. 312.). Blarambergius hanc arcem prope Sympheropolin olim sitam censet Neapolin esse, et fuisse hanc Sciluri arcem Graecam coloniam. Fortasse etiam Bosporani vel potius Chersonesitae Heracleotae iis tum subiecti post devictos eius loci Scythas vel Tauros coloniam deduxerunt Neapolin: Chersonesi enim siglum comparet in latere eius loci n. 2103. *d*. Utut est, Rhodium ibi hominem habitasse, docent tituli n. 2103. *b*. *c*.

## 2103. *b*.

*Eodem loco*; misit Blarambergius. Est in basi 24″ longa, 15″ alta mens. Angl.

ΔΙΙΑΤΑΒΥΡΙΩΙΠΟΣΙΔΕΟΣΠΟΣΙΔΕΟΥ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Διὶ Ἀταβυρίῳ Ποσίδεος Ποσιδέου χαριστήριον.
Dicavit homo Rhodius idem qui n. 2103. *c*.

## 2103. *c*.

*Eodem loco*; misit idem. Hoc quoque in basi est.

- - ΗΝΑΙΑΙΝΔΙΑΙ - - -
- - ΔΕΟΣΠΟΣΙΔΕΟΥ
- - ΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Ἀθ]ην[ᾷ Λ]ινδίᾳ [Ποσί]δεος Ποσιδέου
χα]ριστήριον.

## 2103. *d*.

In latere quadrato *ibidem* reperto; misit idem.

ΑΠΟΛΛΑ·
ΑΣΤΥΝΟΜΩ

Ni fallor, vs. 1. extr. nihil deest. Lege: Ἀπολλᾶ ἀστυνόμω, genitivo Dorico. Si later non aliunde, ex fabrica fortasse aliqua loci vicini Chersonesitis Heracleotis parentis, advectus est, debet ibi omnino Graeca fuisse colonia. Additum est siglum hoc Σ formae circulari inclusum, manifesto idem de quo dixi ad n. 2085. *f*. (Σ|), quod est in nummis Chersonesi urbis. Coloniam igitur ibi Chersonesitarum Heracleotarum fuisse dixeris post Scilurum deductam: et convenit Dorismus. Sed res tamen incerta est.

---

## 2103. *e.*

In vallo arcis Kertsch, *Panticapaei*, quod vallum nuper, ut denuo exstrueretur, dirutum est, repertum hoc inscriptionis initium, litteris pulcherrimis, editum a Stempovskio Ephem. Odess. 1829. n. 44. Accuratius dedi ex schedis Blarambergii.

ΕΔΟΞΕΝΤΟΙΣΑΡΚΑΣΙΝΛΕΥΚΩΝΑ
. . . . . . ΄ΡΟΠΑΝΤΙΚΑΠΑΙΤΑΝ

Ἔδοξεν τοῖς Ἀρκάσιν, Λεύκωνα [τὸν Σατύ]ρου Παντικαπαίταν etc.

Decernitur huic aut civitas, ut Atticus civis Leuco fuit, aut proxenia, ut Stratoni regi Sidoniorum (n. 87.), aut corona, ut Spartoco IV. (n. 107.). Titulus pertinet ad Leuconem I. clarum illum: regium nomen vix desideres (vide Introd. I, 19.); potuit id ab Arcadibus de industria omissum esse, quo Leuco videretur magis popularis; idque ne successoribus quidem constanter tribuitur. Fortasse additum fuit ἄρχοντα Βοσπόρου, aut titulus ante imperium Leuconis positus est. Vs. 2. O pro OY scriptum est ex more remotioris aetatis, cui hic titulus tribuendus; nisi Ω fuit. Nota Doricum s. Aeolicum Παντικαπαΐταν. Leuconem arbitror Arcadibus mercenariis usum esse, ut filius eius Paerisades I. Graecos habuit mercenarios (Diod. XX, 22.): sic cum Arcadum republica licet non maritima nata illi coniunctio est et beneficii in illos conferendi occasio, quod haud dubie in re frumentaria versabatur, qua adiuvabat etiam Athenienses. Ceterum aut quum Arcades hoc decretum per litteras transmisissent, Leuco id lapidi incidi curavit (cf. praeter alia n. 2060. extr. 2332. 107.); aut Arcades ipsi lapidem Panticapaei posuerunt, ut sua pro Leucone decreta et in Piraeeo et in Bosporo, hoc est Panticapaei, et ἐφ' Ἱερῷ posuerant Athenienses (Demosth. adv. Lept. §. 29.), simileque habes n. 2155.

## 2104.

Lapis *Panticapaei* ex ruderibus, repertus ad oppidum Kertsch aestate a. 1823. Ed. Köhlerus in calce libelli de nummo Spartoci p. 59. cum notis. Tractavit Welcker. Syllog. epigr. ed. sec. n. 168.

ΕΙΚΟΝΑΦΟΙΒΩΙΣΤΗΣΕΑΝΤΙΣΤΑΣΦΑΝΟΜΑΧΟΣΣΟ
ΑΘΑΝΑΤΟΝΘΝΗΤΩΙΠΑΤΡΙΓΕΡΑΣΤΕΛΕΣΑΣ
ΠΑΙΡΙΣΑΔΕΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΟΣΗΝΧΘΟΝΑΤΕΡΜΟΝΕΣΑΚΡ
ΤΑΥΡΩΝΚΑΥΚΑΣΙΟΣΤΕΕΝΤΟΣΕΧΟΥΣΙΝΟΡΟΙ

Εἰκόνα Φοίβῳ στῆσ' ἀντιστὰς Φανόμαχος Σό[ου,
ἀθάνατον θνητῷ πατρὶ γέρας τελέσας,
Παιρισάδεος ἄρχοντος, ὅσην χθόνα τέρμονες ἄκρ[οι
Ταύρων Καυκάσιός τ' ἐντὸς ἔχουσιν ὅροι.

Epigramma insigne et bonae orthographiae. Ἀντίστας quum Graecum nomen proprium non sit, non possum Welckeri rationem probare, qui legit Φανομαχόσσου, quod nomen omnino non verisimile. Neque ἀντιστὰς potest esse *antistes*, ut putatur. Ἀντιστὰς Φοίβῳ coniungendum videtur: *coram Phoebo et ante Phoebum quum consisteret Phanomachus, hanc posuit patri imaginem.* Sic per ambages exprimitur, imaginem, quae dedicata est, e regione imaginis Phoebi positam esse: quod ferendum videtur in terra, ubi poesis Graeca non multum culta est. Φανόμαχος primam ob metrum producit, quod non reprehendendum. Σό[ου dedit Köhl. quod contrahendum, ut fit in σόος σῶς. Sed contractio et elisio vetusto more relinquitur lectori, ut in Παιρισάδεος, στῆσε, τε. Vs. 4. Καυκάσιος est ab ἡ Καύκασις γῆ, p. Καυκάσιδος Ionice. De forma Καύκασις vide Steph. Byz. v. Καύκασος. Structura est: τέρμονες ἄκροι Ταύρων καὶ ὅροι Καυκάσιος ὅσην χθόνα ἐντ. ἔχ. Paerisadis I. qui ab Olymp. 107, 4. usque ad Olymp. 117, $\frac{2}{3}$. regnavit, aetate scriptus titulus; vide Introd. ubi etiam de finibus hic designatis. Ceterum quod Köhlerus rectissime notavit, parti huius terrae ut rex, parti ut archon praefuit Paerisades; itaque auctor generaliorem archontis delegit denominationem.

## 2105.

Lapis marmoris candidi in ruderibus *Panticapaei* repertus et in novam urbem Phanagoriam s. Taman delatus, diserte testante Waxelio, qui edidit in aere Rec. n. 13. Prope Panticapaeum (in Kertsch vel in vicinia) vidit etiam tum Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. p. 278. et in aere dedit T. II. tab. XVII. Lapis quum in Taman non iam reperiretur, ex solo Waxelio versum secundum petiit Köhlerus Monum. Comos. p. 28. (tab. V.) et primus recte correxit. Ex hoc hunc versum cum ipsa correctione petiit Car. Kelsal, ex cuius schedis dedit Clark. Itin. T. I. p. 413. sed male dixit in Taman repertam inscriptionem esse, et fuisse sub statua Veneris, quod ex Köhlero prave lecto haustum est (nihil enim de hac re Köhlerus). Ex Köhlero item hunc unum versum habet Rochettus Antt. Bosp. tab. VIII. n. 3. correctionem ab illo factam adoptans et ex lapide Attico n. 107. confirmans p. 54. Titulum cum correctione pridem facta, alia vs. 1. addita, ex Pall. et Wax. repetiit Köhler. de curs. et ins. Achill. p. 243. not. 701.

.ΣΚΙΣΜοΛΓΑΠοΡοΥΥΓΕΡΜοΙΡοΔ ΩΡοΥΤΩΜΥ.
ΑΝΕΘΗΚΕ ΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΣΓΑΡΤοΚοΥΤοΥ ΕΥΜΕΝοΥ

Soli, qui ex lapide ediderunt, Pallasius et Waxelius parum accurate dederunt titulum; hinc inde habent ductus pusillos nihil significantes, quos ut Köhlerus omisi, relictis tamen spatiis; in fine Wax. lacunam signat, quae nulla est. Litterae ap. Pall. omnes aequali altitudine sunt; Wax. vs. 1. P habet multo altius; haud dubie debebant etiam ceterae litterae praeter O et Ω et Θ altiores esse; id quod

Köhl. (de curs. Achill.) et ipse vidit. Non igitur veritus sum, Ο, Ω, Θ minora reddere, cetera maiora, adductus illa litterae Ρ forma cum aliorum analogia titulorum, maxime n. 2106. Α Wax. ibi habet, ubi dedi. Vs. 1. Wax. ΡΟΡΟΥ, Pall. ΠΟΡΟΥ. Mox pro Δ Pall. Λ: in fine vs. 1. Pall. nullam lacunam signat. Vs. 2. pro Θ Wax. Ο, et Σ pro tertio Ε; pro Ρ (quod ex Pall. est) Wax. Ε. Post βασιλεύοντος Wax. male punctum habet.

- - σκις Μολπα[γ]όρου ὑπὲρ Μοιροδώρου τ[οῦ] υ[ἱοῦ] ἀνέθηκε, βασιλεύοντος Σπαρτόκου τοῦ Εὐμ[ήλ]ου.

Τοῦ υἱοῦ ipse correxi. Titulus inter Olymp. 119, 1. et Olymp. 124, 1. scriptus est. De Spartoco IV. Eumeli f. cf. Introd. I, 12. Μολπαγόρας est nomen Milesium ex Herodoto notum.

## 2106.

Inscriptio aestate a. 1824. reperta in loco *Panticapaei* prope Kertsch; ed. in Ephemeride Petropolit. 1825. n. 118. p. 506. unde habet Köhler. de curs. et ins. Achill. p. 243. not. 701.

ΘΕΝΟΥΣΓΥΝΗ
ΜΗΤΡΙΘΕΣΜΟΦΟΡΩΙ
ΑΡΧΟΝΤΟΣΣΠΑΡΤΟΚΟΥ
ΤΟΥΕΥΜΗΛΟΥ

Iam ante nos, manifesto e vestigiis lapidis, vs. 1. ΙΠΠΟΣ, et vs. 2. ΔΗ suppletum dederunt alii; sed vs. 2. spatii causa insere ἀνέθηκε, ut n. 2105. 2108. etc. Sic titulus hic fuit:

[Ἡ δεῖνα τοῦ δεῖνος θυγάτηρ, Ἱπποσ]θένους γυνή, [ἀνέθηκε Δή]μητρι Θεσμοφόρῳ, ἄρχοντος Σπαρτόκου τοῦ Εὐμήλου.

De nomine Ἱπποσθένης cf. n. 2118. de ceteris Introd. Titulus eiusdem aetatis est cuius n. 2105.

## 2107.

Marmor candidum vel Pallasio auctore canum, in cuius plano vestigia pedum duorum remanent quasi pedibus calceatis facta (nempe statua aerea imposita erat), ex ruderibus *Panticapaei*, olim in oppido Kertsch in pavimento ecclesiae; ed. Waxel. Rec. n. 7. in aere. Panticapaei in ecclesia vidit etiam Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. p. 278. et dedit in aere tab. XVII. ibidemque in Gothica ecclesia viderat Marschallus de Bieberstein, ex quo redditum est in Append. Itin. Guthr. p. 315. non servata tituli forma. Prope ecclesiam oppidi Kertsch repperit Köhler. Mon. Comos. p. 18 sqq. ubi edidit, et repetiit tab. VI. Ex hoc et ex Wax. dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. VI. n. 4. 5. et repetiit Osann. Syll. p. 121. Vs. 1. ex Twedellii schedis male dedit Clark. Itin. T. I. p. 435. Titulus nunc est Theudosiae in museo publico.

ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΠΑΙΡΙΣΑΔΟΥΤΟΥΣΠΑΡΤΟΚΟΥΛΕΩΣΤΡΑΤΟΣΤ
ΠΕΡΤΟΥΑΔΕΛΦΟΥ. . . . . ΙΤΟΣΟΝΙΜΙΤ . . . . . . . ΡΙΑ. . . .

Vulgaribus litteris dedit Guthrie, item Köhlerus: quippe hic etiam ubi ipse dicit litterarum formas esse alias, tamen in illo libro usus est vulgaribus, necessitate haud dubie coactus. Clarkius vero prorsus a vero aberravit, C et ω praebens, et semel etiam Є: quae negligentia induxit Osannum, ut titulum recentiorem esse iudicaret, quum tamen ipse Osannus meliora nosset exemplaria. Ego formas litterarum dedi ex Wax. et Pall. et Α quidem ex Pall. (Wax. Α), Π ex Wax. (Pall. modo Π modo Π), Ο minutum omnibus locis ex Pallasio; Wax. duo priora maiora habet, cetera et ipse minora. Vs. 2. primum Τ ap. Wax. etiam minutum est, falso. Vs. 1. Wax. Köhl. ΠΑΙΡΙ, ceteri ΠΑΡΡΙ: ibidem ΤΟΥ omisit Köhl. solus. Guthr. ΣΠΑΡΤΑΚΟΥΛΕΟ etc. solus. In fine Τ ex solo addidi Köhlero; obscurum vestigium superest ap. Pall. Post hoc duo puncta ap. Köhl. sunt; sed lapis non capit supplementum paulo maius, quod docet eius forma apud Wax. et Pall. Vs. 2. init. Guthr. ΓΕΡ. Mox Guthr. ΑΔΕΛΦΟΥ, Pall. ΑΔΕΛΦϹ, Köhl. ΑΔΕΛΦ, Wax. ΛΔΕΛ. Tum lacuna quinque litterarum est ap. Wax. quattuor ap. Guthr. sex ap. Pall. et totidem ap. Köhl. ita ut Köhl. qui post lacunam unam litteram habet a Pall. omissam, consentiat cum Pallasio, qui ante lacunam habet unam a Köhl. omissam: quare hos secutus sum, lacuna pro quinque litteris notata (sextae loco est Υ ex Guthr.). Primum Ι post lacunam habet solus Köhl. Mox ΟΙΙ habet Guthr. statim post ΤΟΣ, et lacunam usque ad ΡΙ, et praeter hoc nihil nisi puncta; sed pro hoc Pallasius . ΝΙ. ΜΙΤ. . . . . . . ΡΙΑ, Waxelius . . ΝΙΜΙΤ. . . . . . . ΡΙΛ, Köhl. in tabula . . . Τ. . . . . ΡΙΛ. . ., sed p. 18. habet singulas lacunas singulis punctis longiores. Ego dedi Ο minutum post ΤΟΣ ex Guthr. et illud ΙΙ iudico esse Ν Pallasii et Waxelii; cetera dedi ex Pall. (quocum prope consentit Wax.) nisi quod lacunam post ΝΙ ap. Pall. positam non notavi, quia Waxelii apographum in hac parte Pallasiano distinctius est, et quod in fine ex Köhl. lacunam notavi. Ceterum quot litterae in quavis lacuna ap. Pall. et Wax. obscuratae sint, nota me ipsum ex solis spatiis iudicasse, non illos indicasse. Vides me summa cura composuisse, quidquid diplomatica nititur fide: sed tamen nihil inde lucramur. Ni fallor ΤΟΣ est finis nominis fratris, tum fortasse nomen patris sequebatur, quod id in nomine Leostrati non scriptum erat. Tum ΡΙ potest ex Δήμητρι superesse (nam etiam pro viro vir potest muliebri deae vota facere); Α potest ex ἀνέθηκε superesse. Exempli causa:

Βασιλεύοντος Παιρισάδου τοῦ Σπαρτόκου Λεώστρατος [ὑ]πὲρ τοῦ ἀδελφοῦ [Κράτη]τος [τοῦ δεῖνος Δήμητ]ρι ἀ[νέθηκεν.

Paerisades nostro iudicio est Paerisades II. Spartoci IV. f. qui inde ab Olymp. 124, 1. regnavit; vide Introd. ubi etiam de forma Παιρισάδου dixi. De Cerere Panticapaei culta vide n. 2106. 2108. et cf. Introd.

## 2108.

Inscriptio Theudosiae servata, quam Anapae in Asia repertam tradit Köppen. Nordgest. p. 77. Sed Köhlerus, qui primum edidit, Act. Acad. Monac. T. VI. class. phil. et hist. p. 153. docet *Panticapaei* inventam esse (vitio vel calami vel memoriae Olbiae tribuitur ab eodem adv. Roch. p. 27.). Post Köhlerum ex schedis Stempovskii dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. v, 1. Formam litterarum, Ο, Θ, Ξ dedi secundum notata Köhleri in Act. Monac. De forma Γ vide var. lect.

ΑΡΙΣΤ∘ΝΙΚΗΔΗΜΗΤΡ∘ΣΙΕΡΗΞΕΝ∘ΚΡΙ
Τ∘Υ⊙ΥΓΑΤΗΡΥΓΕΡ⊙ΥΓΑΤΡ∘ΣΤΗΣΕΑΥ
ΤΗΣΔΗΜΗΤΡΙΗΣΑΝΕ⊙ΗΚΕΔΗΜΗΤΡΙ

Vs. 1. Köhl. ΙΗΡΗ; lectionem Stemp. ΙΕΡΗ ipse agnoscit adv. Roch. p. 27. Vs. 2. Köhl. ΥΡΕΡ, Stemp. ΥΠΕΡ. Patet Köhl. scripsisse ΥΓΕΡ, quod male intellexerunt operae.

*Ἀριστονίκη, Δήμητρος ἱερῆ, Ξενοκρίτου θυγάτηρ, ὑπὲρ θυγατρὸς τῆς ἑαυτῆς Δημητρίης ἀνέθηκε Δήμητρι.*

De cultu Cereris Panticapaei cf. n. 2106. De forma *ἱερῆ* cf. Introd.

## 2108. *b*.

*Panticapaei* s. Kertsch in museo inde ab initio anni 1828. est marmor in tres partes fractum, litteris elegantibus, ut fertur, et bene conservatis, quae quinque versuum fines constituunt. Agitur de statua in *Martis* templo collocata per Sauromaten. Duas tantum inde voces enotavit Blarambergius in Ephemeridibus Odessae a. 1828. n. 100. et postea nobis tituli apographum diligentissime factum misit.

\- - - - - - -
\- - - ΜΑΤΗΣ
\- - - ΦΙΛΟΡΩ
\- - - ΤΟΝΝΑ
\- - - ΥΑΡΕΩΣ
\- - - ΑΛΜΑΜΕ
\- - - - - - -

\- - - - - - -
\- - - - *Σαυρο]μάτης*
*φιλόκαισαρ καὶ] φιλορω-*
*μαιος, εὐσεβής?] τὸν να-*
*ὸν - - - - το]ῦ? Ἄρεως*
*ἐπεσκεύασεν? καὶ ἄγ]αλμα μέ-*
*[- - - ἀνέθηκεν?]*

Tib. Iulius Sauromates II. est *φιλόκαισαρ καὶ φιλορώμαιος* (Introd. I, 13.): quem recte intelligere hoc loco Blarambergius videtur.

## 2108. *c. d.*

Lapis ex ruderibus arcis Turcicae Kertsch, *Panticapaei*, protractus nuperrime; *c* est titulus antiquior, quem deleverant, ut inscriberetur *d*. Ed. Stempovskius Ephem. Odess. 1829. n. 75.

### 2108. *c*.

. . . . . . . . . . . . ΥΙΟΝΚΑΙΣΑ. .
. . . . . . . ΙΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΞΟΥ
. . . . . . . ΑΤΡΙΔΟΣΤΟΝΕΑΥΤΟΥΣΩΤ
. . . . . . . ΟΥΑΣΠΟΥΡΓΟΥ.Α.Ι.Ρ. .
. . . . . . . ΜΑΙΟΣΕΥΣΕΒΗΣΑΡΧΙΕΡ .
. . . . . . . ΘΙΕΡΩΣΕΝ

Titulus fere sic restituendus videtur:

*Αὐτοκράτορα Νέρωνα θεοῦ Κλαυδίου] υἱόν, Καίσα[ρα*
*Σεβαστόν, ὕπατον τὸ τρ]ίτον, δημαρχικῆς ἐξου-*
*σίας τὸ - - - πατέρα π]ατρίδος, τὸν ἑαυτοῦ σωτ-*
*ῆρα καὶ εὐεργέτην βασιλεὺς Κότυς τ]οῦ Ἀσπούργου - - - -*
*φιλόκαισαρ καὶ φιλορώ]μαιος, εὐσεβής, ἀρχιερ[εύς*
*τῶν Σεβαστῶν, εὐξάμενος κα]θιέρωσεν.*

Vs. 2. Köhlerus in Ephem. Petrop. Germanic. 1830. p. 48. *ὕπα]τον* volebat: quod dedi verum iudico. Titulum Stemp. ad Claudium Imp. et Cotyn I. (cf. Introd. I, 13.) rettulit; sed vs. 1. quod superest *υἱόν*, non videtur ad Claudium referri: nam in Imperatorum nominibus non solet patris nomen addi, nisi pater Imperator et ipse fuerit. Igitur videtur de Nerone cogitandum, quem adoptarat Claudius, et Cotys Aspurgi statua illum veneratus fuerit. Quodsi ita censeas, titulus in a. u. c. 811–812. referendus erit. De formulis *φιλόκαισαρ καὶ φιλορώμαιος, εὐσεβής, ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν* cf. n. 2123–2125. 2130. et nota regem fuisse *ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν*: unde iam sequitur vs. 4. fuisse nominativum scriptum, et *τοῦ Ἀσπούργου* esse pro usitatiori *ὁ Ἀσπούργου*: nec nimium rarus hic articuli *τοῦ* usus. Vs. 6. *εὐξάμενος* spatii causa a me additum est ex n. 2123. Vs. 4. quid in litteris .Α.Ι.Ρ.. lateat, nescio; neque id arbitror fuisse *β]α[σ]ι[λεύς*, quae vox ante nomen *Κότυς* locum sibi vindicat.

2108. *d.*

. . . . Η Τ Υ Χ Η
. . . . . . . . ΙΟΝΡΑΔΑΜΣΑΔΙΟΥΤΟΥ
. . . . . . . . . ΕΥΑΣΘΗΔΙΕΠΙΜΕΛΙΑΣ
. . . . . . . . . ΙΣΚΑΙΘΕΟ . . . ΥΠΑΤΙΕΙ

*Ἀγαθ]ῇ τύχῃ,*
*ἡ πόλις?] - - - ιον Ῥαδαμσαδίου τοῦ*
*βασιλέως. κατεσκ]ευάσθη δι' ἐπιμελίας*
*[τῶν δεῖνα].*

Nam nomina curatorum non intelligo, nec video aliud praeter horum nomina, quod latere vs. 4. possit. Nam *θεο]ῖς καὶ θεῷ - - ὑπάτ[ῳ* nec per se ferri potest nec cum reliquis connecti. De Rhadamsadio cf. Introd. I, 13. Regis hoc loco nomen latere non dubito: quamquam id Köhlero nostro ambiguum visum Ephem. Petrop. 1830. p. 48. (qui pro **Σ** in lapide esse C non immerito coniicit). Nam post *Ῥαδαμσαδίου τοῦ* nomen aliquod excidit, quod dignitatem patris eius hominis, qui hac statua honoratur, continebat; id esse regium nomen vel inde coniicias, quod si pater tantum magistratum vel sacerdotium gessisset, non id annotatum esset. Nec facile in Bosporo aetate recentiore multi alii statua honorati fuerint nisi reges regumque filii.

## 2108. *e.*

In museo oppidi Nicolaëv Köhlerus hunc lapidem sese prodit a. 1804. vidisse, eumque esse Olbiopolitanum; litteras quoque similes esse Olbiopolitanorum titulorum litteris, non iis, qui Panticapaei reperiantur; item universam incidendi rationem: neque in oppido Nicolaëv ulla esse Panticapaeensia monumenta. Quare Köhlerus tituli ultimos duos versus ut a Graeco recentiore per fraudem additos reiicit; Olbiae enim non potuit epocha Bosporana nec fastorum Macedonicorum usus obtinere. Addit, in Panticapaeensibus titulis non inesse barbara nomina, ut hic *Ὀμψαλάκου*: quod tamen argumentum infirmum est. Nam *Σπάρτοκος, Παιρισάδης, Κομοσαρύη* certo barbara sunt; n. 2090. Panticapaeensis vir barbaro nomine vocatur; n. 2114. Cossae nomen videtur barbarum: n. 2114. *d.* *Ἄττας* pater est viri ad Panticapaeum habitantis. Etiam Phanagoriae talia nomina sunt obvia (n. 2127-2129.). Equidem summam Köhleri peritiam reveritus, qui diligentissime de hoc monumento disputat adv. Roch. p. 9 sqq. (Serap. p. 87 sqq.), initio in Olbiopolitanis posueram hunc titulum, quem ex Stempovskii schedis lapidea forma expressum dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. IV. n. 1. et vulgatis litteris epigraphicis p. 11. in tumulo prope Panticapaeum illum a. 1809. repertum tradens. Sed video nunc obtemperandum Stempovskio esse. Non solum enim titulis postea repertis vindicantur duo ultimi versus, quod illi temporis notationem aut eadem aut simili formula conceptam exhibent, sed Stempovskius in Ephem. Odess. 1829. n. 39. etiam testatur diserte, hunc titulum mense Iunio a. 1809. *Panticapaei* detectum, et se coram in ipso oppido Kertsch classis duci Marchioni de Traversay oblatum, ab hoc vero statim in museum oppidi Nicolaëv, quod ille tum instruebat, esse delatum. Videtur igitur Köhlerum memoria fefellisse. Ceterum titulo huic, antequam eum cognossem Panticapaei repertum esse, inter Olbiopolitanos dederam numerum 2091. Hinc in Introd. II, 2. extr. ubi ad lemma hoc provocavi, ille numerus pro hoc (2108. *e.*) citatus est.

ΙΟΧΟΥΟΝΤΟΣΤΡΙ
ΦΩΝΟΣΟΜΨΑΛΑΚΟΥ
ΔΙΕΠΙΜΕΛΗΤΩΝΕΡΜΩ
ΝΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΑΙ
ΑΣΤΟΥΒΑ.ΙΛΕΙΔΟΥ
ΕΝΤΩΔΚΥ?ΕΤΕΙ ΚΑΙ
ΜΗΝΙ·ΔΥΣΤΡΩΑ

*- - - οντος Τρ[ύ-*
*φωνος Ὀμψαλάκου,*
*δι' ἐπιμελητῶν Ἕρμω-*
*νος Διονυσίου καὶ*
*. . άστου Βα[σ]ιλείδου,*
*ἐν τῷ δκυ ἔτει καὶ*
*μηνὶ Δύστρῳ α.*

Vs. 5. Roch. p. 11. praefigit Ι, quod non est in tabula. Ex litteris initio superstitibus nec proprium nomen nec magistratus vocabulum formari potest, et participium *ὄντος* insolens est in magistratibus referendis. Non recte Osannus Auctar. Lex. Gr. Praef. p. XII. scribebat *σκηπτουχοῦντος*: in Graecis urbibus huius regionis non sunt *σκηπτοῦχοι*, sed in barbaris gentibus, Sarmatis, Persis, Heniochis. Titulus operi alicui inscriptus erat; deficiunt verba dedicationis; Tryphon mox magistratu aliquo vel sacerdotio fungens nominatus erat, postremo curatores operis (*ἐπιμεληταί*), qui non sunt magistratus.

*Ὀμψαλάκης* (non *Ὀμψάλακος*, vide Introd.) ut n. 2093. *Ὄμψαλμος*. Annus est ab epocha Bosporana 424. et dies est mensis quinti primus, p. Chr. 128. a. u. c. 881. regnante Cotye II. De epocha et mensium Bosporanorum ratione vide Introd. I, 12. Formula, qua tempus notatur, eadem est n. 2109. *c.* nec multum diversa fuisse videtur in titulo Introd. I, 12. memorato, in quo habes ΘϘΥ *ἔτει*; neque obsum, quominus n. 2125. scribatur *ἐν τῷ β[. . ἔτει.* Cf. etiam n. 2114. *c.*

## 2108. *f.*

Postquam huius partis Introductio universa typis iam excusa est, editam in Ephemeridibus Odessensibus a. 1830. n. 93. (1. Decembr.) accepi inscriptionem *Panticapaeensem* d. 14. Augusti eiusdem anni undis Bospori ereptam eo loco, ubi vetus castellum Turcicum oppidi Kertsch situm erat. Lapis est marmoris cani, in duas partes diffractus; servatur nunc in museo publico oppidi Kertsch.

. . . . . . ΑΤΟΡΑ·Κ | ΑΙ.ΑΡΑ·ΤΡΑΙ . . . . . . . . .
. . . . . ΟΝ·ΣΕΒΑΣ | . . Ν·ΤΟΝ·ΤΟ·Ι. . Η . . . . . . .
. . . . . ΗΝ·ΚΑΙΙΔΙ | ΟΝ·ΚΤΙΣΤΗΝ·ΤΡ. . . . ΣΙΟΥ
. . . . . ΥΣ·ΡΟΙΜΗ | ΤΑΛΚΗΣΦΙΛΟΚ. . . . ΡΚΑΙ.
. . . . . ΕΥΣΕΒ | ΗΣ·ΕΥΧΑΡΙΣΤ. . . . . Σ. . .
. . . . . . . ΙΓΑΦΙ. | . ΑΝ . ΣΤΗΣΕΙ . . . . . . . .
ΛΙΟΥ | Φ. . . ΙΑΝΟΥ·Υ. . . . . . . .
. ΛΥ. | ΑΠΕΛΛΑ. . .

Αὐτοκρ]άτορα Καί[σ]αρα Τραϊ[ανὸν]
᾿Αδριαν]ὸν Σεβαστόν, [ὕπα]τον τὸ [γ̅, τὸν τ]ῆ[ς οἰκουμένης?
εὐεργέτ]ην καὶ ἴδιον κτίστην, Τ[ιβέριο]ς ᾿Ιού[λι-
ος βασιλε]ὺς ῾Ροιμητάλκης φιλόκ[αισα]ρ καὶ [φι-
λορώμαιος], εὐσεβής, εὐχαριστ[ῶν τῆς εἰ]ς [ἑαυ-
τὸν καλοκἀ]γα[θ]ί[ας]? ἀν[έ]στησε[ν, δι᾿ ἐπιμελητοῦ
..... ᾿Ιου]λίου Φ[λαου]ιανοῦ? - - - - - -
- - - ἔτους λῡ, ᾿Απελλα[ίου - -

Titulus pertinet ad mensem secundum anni Bosporani 430. fere Novembrem p. Chr. 133. a. u. c. 886. ᾿Απελλαῖον Macedonicum apud Bosporanos mensem hic demum titulus attulit; quare Introd. I, 12. eius mentio non facta est. *Rhoemetalces* rex Cotyi II. successit ep. Bosp. a. 428. imperante tum Hadriano: cui etsi Rhoemetalces biennio demum post statuam hanc dicavit, tamen hoc ob receptum ab illo regnum fecisse videtur; et certe iam anno ep. Bosp. 428. nummi Rhoemetalcae Hadriani capite signati sunt. Ceterum notavit editor, Cotyn II. sine certis et legitimis heredibus defunctum videri, quod Arrianus in Periplo Ponti Euxini Imperatori nuntians regis huius obitum describat oram huius terrae, si qua velit de hac dicione constituere: et Rhoemetalcae ius aliquatenus fuisse dubium, inde patet, quod Antonino Pio Imp. inter Rhoemetalcen et Eupatorem lis orta est. Tamen audito negotio hic Imperator Rhoemetalcae imperium confirmavit (Iul. Capitolin. vit. Antonin. c. 9.), Hadriani ut videtur iudicium secutus: neque Eupator, qui deinceps sub Antonino Pio et M. Aurelio regnavit, et Imperatoris auctoritatem etiam mittendo in Bithyniam annuo tributo agnovit (Lucian. Pseudomant. 57.), regno potitus videtur, priusquam Rhoemetalces esset mortuus. De emendationibus dicam paucissima, aliquot tituli locos valde oblitteratos esse ex fide editoris praemonens. Vs. 2. ΤΟΝ·ΤΟ·Ι vix potest aliud fuisse nisi ὕπατον τὸ γ̅. ῎Ιδιον κτίστην ubi Hadrianum vocat rex, hoc est *statorem, qui ei regnum dederit*, necesse est praecesserit aliquid, quod non ad ipsum pertineret Rhoemetalcen; igitur dedi τὸν τῆς οἰκουμένης εὐεργέτην. Vs. 3. ΤΡ videtur in ΤΙΒ mutandum esse. Vs. 5. poteris etiam scribere εὐχαριστῶν ὑπὲρ τῆς etc. Εὐχαριστῶν quidem non est dubium: cf. T. I. p. 888. *a*. Cetera magna ex parte ex similibus supplevimus titulis.

## 2108. *g*.

In loco veteris *Panticapaei* repertum monumentum votivum (non sepulcrale, ut putabat editor), nunc in museo oppidi Kertsch. Ed. Stempovskius Ephem. Odess. 1829. n. 39. atque iterum in Ephem. Petrop. 1829. n. 69. Forma litterarum dicitur aetatem designare Christiana epocha priorem; vs. 1. 2. singulae litterae deesse dicuntur, recte.

ΞΙΣΙΑΣΔΗΛΟΠΤΙΧΟΥΒΥΖΑΝΤΙΟΣ
ΠΕΡΤΟΥΑΔΕΛΦΟΥΦΡΑΣΙΔΗΜΟΥ
ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ

Τε]ισίας Δηλοπτίχου Βυζάντιος [ὑ]πὲρ τοῦ ἀδελφοῦ Φρασιδήμου ᾿Αφροδίτῃ.

Δηλόπτιχος ne dubium videatur, nota id esse deminutivum nominis Δηλόπτης. De cultu Veneris in hoc tractu cf. ad n. 2120. et proxime n. 2109.

## 2109.

In basi statuae vel columnae, ex marmore candido, *Panticapaei* reperta et in oppidum Taman delata; Panticapaei viderunt Waxel. Rec. n. 14. Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. p. 278. tab. XVII. qui in aere dederunt. Postea lapis a Köhlero in oppido Taman non iam repertus est; ex Waxelio dedit Köhler. Monum. Comos. p. 29. et tab. III. ex hoc (sed non sine mendo) Rochettus Antt. Bosp. tab. VI, 7. In oppido Taman transcripsit aut Clarkius aut Kelsalius, sed credo prior, qui edidit Itin. T. I. p. 413.

ΑΡΙΣΤΙΩΝΑΡΙΣ
ΤΟΦΩΝΤΟΣΑΦΡΟΔΙΤΗΙ

᾿Αριστίων ᾿Αριστοφῶντος ᾿Αφροδίτῃ.

De cultu Veneris cf. ad n. 2120. A dedi ex Pall.

## 2109. *b*.

Titulus a. 1827. *Panticapaei* repertus, de quo refertur a Blarambergio in Ephem. Odess. a. 1828. n. 44. atque iterum a. 1829. n. 86. Priorem plagulam non ipse vidi, quod eam nancisci non potui. Diligens apographum misit Blarambergius.

ϹΕΛΛΦΡΟ_ . . . . ΙΑΝΙΑΑΠΑΤΟΥΡΗΜΕ - -
ΟΥϹΗΙΧΡΗϹΤΙΩΝΒΤΟΥϹΑΛΑΠΡΙΝΚΙΠΟϹ - -
ΞΑΜΕΝΟϹΑΝΕΘΗΚΑ·ΘΛΦ ΞΑΝΔΙΚ - -

Quae supra et ad dextram desunt fractura lapidis absumpsit, et sola coniectura, non litterarum vestigiis nititur supplementum, quod tentatum est, Θεᾷ ᾿Αφροδίτῃ Τιτανίᾳ et dein μεδεούσῃ: quasi ob deceptos *Gigantes* (non Titanes) Venus Τιτανία dicta sit (cf. ad n. 2120.). Scribo:

Θεᾷ ᾿Αφρο[δίτῃ Οὐ]ρανίᾳ ᾿Απατούρῃ με[δ]ούσῃ Χρηστίων, β̅ τοῦ Σαλᾶ Πρίνκιπος, [εὐ]ξάμενος ἀνέθηκα, θ̅λ̅φ̅, Ξανδικ[οῦ.

᾿Αφροδίτη Οὐρανία nomine ᾿Αρτιμπάσης a Scythis culta est (Herod. IV, 59.), qui olim terram Panticapaeensem tenuerunt; nihil igitur mirum, quod ea

Panticapaei cum Ἀπατούρῳ coaluit, de qua vide ad n. 2120. Supplementum nostrum Οὐρανίᾳ probat nunc etiam Blarambergius. Μέδουσα videtur poetico usu pro βασίλεια dicta. Vs. 2. β̄ τοῦ Σαλᾶ usu Asianis potissimum frequentato designat, Chrestionis patrem et avum esse Σαλᾶν vocatum. Nomen Σαλᾶς quale sit nescio. Alter ex his vel uterque fuerit *Princeps*, quod nomen est officii Romani sive militaris sive civilis. Cf. Pancirol. ad Notit. Imp. Or. p. 28. Certe *Princeps* non videtur hoc loco nomen proprium viri esse. De epocha et mense vide Introd. I, 12. Annus est ab epocha Bosporana 539. mensis sextus, p. Chr. 243. Ceterum Ξανθικὸς et Ξανδικὸς scribi notum est.

## 2109. *c.*

In fragmine basis marmoreae ad fontem publicum in oppido Kertsch (*Panticapaei*), litteris elegantissimis. Ed. Stempovskius Ephem. Odess. 1829. n. 39. et in Ephem. Petrop. 1829. n. 69. sed altero hoc loco vitiosius.

. . . . . . . . . . . . . ΝΙΑΣ . .
. . . . . . . . . ΤΩΝΙΔΙΩΝ . .
. . . . . . . . . ΣΤΗΣΕΝ . . .
. . . . Ι ΙΔΟΣ . . . ΔΑΤΟΥΕΥ . . .
ΑΤΗΝΕΝΤΩΙ Θ:Π:Υ: ΕΤΕΙ .
ΚΑΙΜΗΝΙΓΟΡΠΙΑΙΩΙ·Δ .

*Βασιλέα βασιλέων?] - - νίας [ὁ τοῦ*
*δεῖνος ἐκ] τῶν ἰδίων [ἀγάλ-*
*ματι ἀνέ]στησεν [ὑπὲρ τῆς*
*πατρ]ίδος, [Μιθρα]δάτου Εὐ[πάτορος υἱὸν Σαυρομ-*
*άτην, ἐν τῷ θπῡ ἔτει*
*καὶ μηνὶ Γορπιαίῳ δ̄.*

Titulus ab epocha Bosporana a. 489. mense undecimo p. Chr. 193. scriptus est, rege Sauromate IV. Commodo Imp. Desidero interpretem, quem mox tractaturum hoc monumentum tradit editor: interim Mithradatis Eupatoris mentionem inesse intelligas. Regnavit paulo ante Sauromaten IV. *Eupator*, fortasse ex posteris Mithradatis VI. Eupatoris et Claudii Mithradatis Bosporani regis: ille non solum Eupator, sed etiam Mithradates dictus fuerit. Certe pro ΔΑΤΟΥ non est Σαυρο]μάτου scribendum, ut in diario quodam nuper coniectum. In fine vs. 4. quid aliud latere possit nisi υἱόν et Σαυρομ]άτην, non video. Sic Sauromates IV. fuerit filius Eupatoris: quamquam desideres ibi vocem, quae regiam dignitatem designet; et male me habet, quod versus longius excurrit. Sed hoc posterius tuleris, et regium nomen coniicias initio scriptum fuisse, ubi id supplevi ad aliorum titulorum normam. Cf. Introd. I, 19. Iam vs. 2. 3. vix aliud superest quod suppleas quam ἀγάλματι, ut n. 2089. Vs. 3. 4. ὑπὲρ τῆς πατρίδος satis apertum est et formulis usitatis conveniens. De epocha et mense cf. Introd. I, 12.

## 2109. *d.*

Blarambergius in libello, qui inscriptus est „Notice sur quelques objets d'antiquité, découverts en Tauride", inter alia, quae in tumulo sepulcrali prope *Panticapaeum* reperta sunt, diotam fictilem repraesentat, cuius collo inscriptum:

ƐΥΑΡΧΟ
ΑΡΙΣΤΩΝ

Titulum quum Blarambergius magnis reddiderit litteris, nullus videtur coniecturae locus relictus, nec scripserim ἐ[π'] ἄρχ. sed lego Εὐάρχο(υ) Ἀρίστων(ος), omisso τοῦ ante Ἀρίστωνος, ut passim. Nomen est aut figuli aut magistratus; vas fortasse peregrinae fabricae, ut multa Olbiae reperta.

## 2109. *e.*

In sepulcro sub tumulo, quod sex verstis a *Panticapaeo* d. IV. Octobr. a. 1830. detectum est, inter alia cimelia aurea et argentea pretiosissima referentibus diariis pharetra inventa cum inscriptione hac:

ΠΟΡ
ΝΑΧΟ

Putes esse Πορνά[κ]ου; sed potest etiam vox esse Πόρναχος, ut Ἀρσηούαχος etc.

## 2110.

E vicinia *Panticapaei*; possessor secundum Köppen. Nordgest. p. 78. est P. du Brux in oppido Kertsch, secundum Köhler. de cursu et ins. Achill. p. 254. not. 812. praefectus portus Bourcanofski. Ex schedis Stempovskii dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. IX, 6. et ex suis Köhler. l. c. Titulus est sub anaglypho, quo repraesentatur femina velata, facie adversa, copiose amicta, tunica longa, peplo amplo ad genua descendente; sinistram admovet faciei, dextrâ videtur cubitum sinistrum sustinere: utrinque adstat puella; quae ad dextram est, cistulam tenet cimeliis condendis; quae ad sinistram, vas unguentarium. Hae figurae positae sunt in cellula, cuius fornix duabus est columellis suffultus; supra est aëtoma; in dextra et sinistra aëtomatis et supra id sunt tres rosae.

ΑΘΗΝΑΙΑ·ΓΥΝΗ
ΥΨΙΓΟΝΟΥΧΑΙΡΕ

Sic Köhlerus; Roch. ΑΘΗΝΑΙΣΓΥΝΗ.
Ἀθηναία γυνὴ Ὑψιγόνου χαῖρε.

## 2111.

In muro ecclesiae oppidi Kertsch, *Panticapaei*, vidit Marschallus de Bieberstein, ex quo dedit Guthrie Append. p. 524. Ibidem, in oppido Kertsch, esse titulum notat Köppen. Nordgest. p. 77. Ex schedis Stempovskii dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. v, 5.

ΘΕΟΝΑΥΙΕ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΕ
ΧΑΙΡΕ

Sic Stemp. sed Guthr. vs. 1. ΘΕΟΝΑΤΕ. Vs. 1. sitne Θεόνα υἱὲ an Θεοναῦιε legendum nescias: sed collatis n. 2111. *b.* et 2114. praefero prius.

Θεόνα, υἱὲ Διονυσίου, Ἀμαστριανέ, χαῖρε.

Nomen Θεόνας s. Θεόνης incognitum.

## 2111. *b.*

In anaglypho sepulcrali a. 1829. prope *Panticapaeum* reperto; lapis fractus est, ita ut in altero fragmento prior, in altero posterior versus supersit. Anaglyphum repraesentat equitem, qui ad dextrum femur habet mucronem, in dorso arcum et pharetram; pone adstat puer, cuius caput galericulo tectum, isque clypeum gestans. Lapis fastigio et aliis ornamentis insignis est, fere ut Attica marmora sepulcralia. Infra est inscriptio. Ed. in Ephem. Odess. a. 1829. n. 50. Nos damus ex schedis a Blarambergio missis.

ΚΛΕΩΝΥΙΕΚΛΕ
ΟΝΟΣΧΑΙΡΕ

Κλέων υἱὲ Κλέ[ω]νος χαῖρε.

## 2112.

E vicinia *Panticapaei*; titulum ed. Köhler. de ins. et cursu Achill. p. 254. not. 812. apud praefectum portus eundem, quem n. 2110. diximus, servatum. In parte lapidis superiore, cuius forma ovata, est palmula egregie sculpta; infra est titulus. Ex Köppenii schedis dedit Osann. Syll. p. 284. quasi prope Odessam repertum.

ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ
ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ

Μητρόδωρος
Ἀρτέμωνος.

Sigma inversum dedi ex Os. Vs. 2. idem ΑΡΤΗΜΟΡΟΣ. Metrodorus etiam Gorgippi filius Spartocidae dictus est (Introd. I, 12.).

## 2113.

In oppidi Kertsch (*Panticapaei*) ecclesiae muro, marmor candidum cum anaglypho, quo repraesentatur mulier, cui puella obvia est, sub aëtomate columellis suffulto. Ex Biebersteinianis dedit Guthrie Append. p. 321. et in aere repraesentant Waxel. Rec. n. 8. Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. tab. XVIII. coll. p. 279.

ΗΝΑΝΑ ΜΗΤΗΡ
ΜΗΝΟΔΩΡΟΥΚΑΙΑΔΕΛΦΗ
ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΗΑΧΑΙΡΕ

Guthr. dedit litteris vulgaribus; ego litterarum formas ex Pall. maxime reddidi. Vs. 1. spatium intermedium Wax. habet, qui cruce praefixa habet ΝΑΝΑ; Pallasius . ΙΝΑΝΑ, Guthr. quod dedi. Vs. 2. Guthr. ΜΗΝΟΔΟΡΟΥ, Pall. ΜΙΝΟΔΟΡΟΥ, Wax. quod dedi. Tum ΑΔΕΛΦΗ... est ap. Guthr. (dele lacunam, cui spatium in lapide nullum est), Wax. ΛΔΕΛΦΗ, Pall. ΑΔΕΛΦΙ.

. ηνάνα μήτηρ Μηνοδώρου, καὶ ἀδελφὴ Δημοστράτηα, χαῖρε.

Ἀδελφὴ est Menodori, filia matris eius, puella illa in anaglypho repraesentata.

## 2114.

*Ibidem*; marmor candidum cum duplici anaglypho: superius monstrat equitem obvio puero; infra est lectus, in quo ex Waxelii delineatione decumbunt duo viri sibi adversi: sed Pallasius unum praebet in lecto cubantem, assidente alio homine, utrinque vero puerum; et alter puerorum poculum dextra apportat, et sinistro brachio nescio quid. Igitur utrumque anaglyphum est fere idem quod n. 2094. Titulus inter utrumque anaglyphum interpositus est. Aeri incisum dedere Waxel. Rec. n. 10. Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. tab. XVII. (cf. p. 278.). Titulum praebent Guthrie Append. p. 322. Clark. Itin. T. I. p. 435. Köhler. de ins. et curs. Achill. p. 247.

ΠΟΠΛΙΥΙΕ
ΚΟΣΣΑΧΑΙΡ_

Litterarum formas dedi ex Wax. (qui diserte Π) et Pall. (qui diserte Α). Clarkius male C et Є habet. Vs. 1. Guthr. ... ΠΟΠΛΙΥΙΕ..., male; Wax. ΠΟΠΑΙ etc. ceteri ut nos. Vs. 2. extr. Guthr. ΧΑΙ.., Pall. Clark. ΧΑΙ, Köhl. ΧΑΙ et vs. 3. ΡΕ; Wax. ΧΑΙΡ_.

Πόπλι, υἱὲ Κοσσᾶ, χαῖρε.

De nomine Κοσσᾶ vide Introd. II, 9.

## 2114. *b.*

Titulus *Panticapaei* repertus et Theudosiam in domum privatam translatus, sed valde detritus. Paucula verba inde dedit Blarambergius in Ephemeridibus Odessae a. 1828. n. 100. misitque postea apographum ex alienis schedis transcriptum.

```
- - - - - -
- - - - - -
- - ΜΙΤΟΥΣΕ
- - ΡΟΣΕΥΧΗΚ
- - - ΣΩΜΑ
- - - ΚΑΙΚΑ
- - -ΡΑΝΟΧΛΗΤ - - -
- - ΝΤΟΣΚΛΙΠ
- ΘΝΗΜΓ\ΡΙΤ- - -ΖΩ
  ΥΑΓΕΣΤΟΙΤΗΜ
  ΤΑΔΙΚΑΙΠΑΝΤΑΩΣΙ
 ΙΝΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣΜ
  ΕΠ..ΗΣ....ΣΙΝΠΑΥ
  ΕΜΥ......ΙΝ
   ΩΑΥΤΩΣΑΙ
ΚΤ..ΣΙΟΣΚΑΙ
\ΝΕΙ\ΒΟΥΛΟΝ.
ΠΡΟΣΕΥΧΗΝΘΩΠΕΙ
ΡΗΣΙΟΣΣΥΝ.ΠΙΤΡΟΠΗ
ΤΗΣΣΥΝΑΓΩΓΗΣΤΩ
ΙΟΥΔΑΙ..
```

Vs. 2. est π]ροσευχή ut vs. 16. προσευχήν, utrum ea vi qua n. 2079. an vulgari nescio. Vs. 3. habes σῶμα, defuncti opinor. Vs. 5. ἀνοχλῇ an πα]ρ[ε]νοχλῇ vel πα]ρανοχλῇ? „*Si quis defuncti corpus inquietet?*" Vs. 7. πα]ρ[ὰ] τ[ὴν] ζω[ήν? Vs. 8. ε]ὐαγές? Vs. 9. πάν]τα δίκαι[α] καὶ πάντα [ὅ]σι[α? Vs. 10. τὴν τελευτήσαντος μ[νήμην? Vs. 11. ἐπ]ὶ τ[ῆς? In fine aliquid a verbo παύειν derivatum. Vs. 13. ὡ[ς]αύτως? Vs. 14. Κτ[ή]σιος nomen proprium? Vs. 15. εἰ [δὲ] βούλον[ται? Vs. 16. προσευχήν. Vs. 17. videtur ut vs. 14. Κτ]ήσιος fuisse, dein σὺν [ἐ]πιτροπῇ τῆς συναγωγῆς τῶ[ν] Ἰουδαί[ων.

## 2114. *c.*

Vere anni 1830. inter *Panticapaeum* (Kertsch) et Jenikale, 11 verstis a Panticapaeo duo sepulcra reperta sunt, crassis lapidibus structa, in quorum introitu inscriptiones positae erant. Altera est in cippo duobus anaglyphis ornato operis satis rudis. Inferius anaglyphum ostendit feminam sellae insidentem, adstante a fronte viro; pone sellam puerulus pyxidem manu tenens. Supra est eques, adstante puerulo, qui illi vasculum offert. Totum opus cingitur sertis rosarum aliisque ornamentis. Infra est haec inscriptio in quinque divisa versus. Titulum repraesento qualis editur in Diar. Odess. a. 1830. n. 84. Et hic et insequens servatur in museo oppidi Kertsch, cui donavit soli possessor.

ΣΕΥΗΡΟΣΣΩΚΡΑΤΟΥΤΙΑΝΟΣΣΥΝΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΜΕΛΙΤΙΝΗΣΤΩΙΔΙΩΤΡΟΦΙΜΩΜΕΜΝΟΝΙ
ΥΙΩΑΜΕΙΝΙΑΜΝΗΜΗΣΧΑΡΙΝ·ΕΝΤΩϚΚΥ·
ΞΑΝΔΙΚΩ

*Σεύηρος Σωκράτου Τιανὸς σὺν γυναικὸς Μελιτίνης τῷ ἰδίῳ τροφίμῳ Μέμνονι υἱῷ Ἀμεινία μνήμης χάριν, ἐν τῷ ϛκυ Ξανδικῷ.*

Miro soloecismo σὺν ut μετὰ genitivum additum habet hic et n. 2114. *d.* Annus est ep. Bosp. 426. mense sexto, post Chr. 130. a. u. c. 883. Imp. Hadriano. Titulus post impressam Introductionis maximam partem editus est; quare eius nulla mentio fit Introd. I, 12. II, 2.

## 2114. *d.*

In altero *ibidem* sepulcro haec est inscriptio columellae imposita; novem sunt versus, litteris rubro pictis et prorsus distinctis et apertis, quarum forma aetatem tituli satis recentem referre dicitur. Inscriptionem reddo, qualis in Diar. Odess. l. c. editur, eamque una cum priore sero nobis allatam.

ΤΕΙΜΟΘΕΟΣΑΤΤΑΣΙΝΔΑΞΚΡΑΒΑΤΡΙΟΣΣΥΝΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΕΙΑΣΘΥΓΑΤΡΟΣΑΧΑΙΜΕΝ·ΚΑΙΥΙΟΥ
ΤΕΙΜΟΘΕΟΥΟΙΚΟΔΟΜΗΣΑΑΥΤΩΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝ

Τειμόθεος Ἄττα Σίνδαξ? κραβάτριος? σὺν γυναικὸς Καλλιστρατείας θυγατρὸς Ἀχαιμέν. καὶ υἱοῦ Τειμοθέου οἰκοδόμησα αὐτῷ τὸ μνημεῖον.

Timotheus videtur Attae filius; certe non audeo Ἀττασίνδα legere. Σίνδαξ sane mirum est et inauditum; editor hoc putat pro Σίνδος esse. Noti sunt Σίνδαι Indiae (Steph. Byz. v. Σίνδα); unde quis coniecerit Σίνδας, quasi hoc pro Σίνδος dictum sit. Sindos certe sunt qui Indicae originis esse putent (cf. Introd. I, 16.). Sed talibus coniecturis non indulgendum. Neque emendationi esse videtur locus, quum litterae dicantur satis distinctae esse. Κραβάτριος videtur κραβατάριος esse. Κράβατος est *lectus*, recentioribus etiam *lectica* et *tabernaculum* (σκηνή); κραβαταρία Byzantinis est genus *feretri*. Videndum igitur ne κραβατάριος in aula Bosporana fuerit officii nomen; *cubicularium* reddidit editor. De structura σὺν γυναικὸς cf. n. 2114. *c.* Ἀχαιμέν. est aut Ἀχαιμένους aut Ἀχαιμενίδα. Αὑτῷ p. ἐμαυτῷ notissimum. De industria retinui οἰκοδόμησα sine augmento.

## 2115.

E vicinia *Panticapaei*, ibidem ubi n. 2112. Edidit Köhler. l. c. ibid. Titulus est sub anaglypho, in quo eques a sinistra ad dextram progrediens, fraena equi, cui insidet, tenens, et in dextro latere magnam pharetram suspensam habens: pone hunc alius eques equo insidens, minore mensura, isque in cippo collocatus.

ΚΟΝΣΤ....ΩΙΚ..
ΜΥΡΜ......
ΑΝΕΣΤΗΣΕΝΖΩΤ....

Supplevit Köhlerus, manifesto e vestigiis lapidis: *Κονστ[αντί]ῳ κ[αὶ] Μυρμ[ηκίωνι] ἀνέστησεν Ζώτ[ιχος* vel *Ζωτ[ικός*. Malim Κ[ω]νστ. *Myrmecion* nomen habet a Myrmecio oppido prope Panticapaeum.

## 2116.

Lapis *Panticapaeensis* prope Kertsch in occidentem repertus, in tumulo; inest anaglyphum sepulcrale usitatae formae, virum repraesentans in lecto decumbentem adstantibus duobus familiaribus, masculis vel feminis, et minoribus duabus figuris, famulorum opinor, additis: in lapide infimo est titulus. Habetur in oppido Kertsch apud clericum. Aeri incisum dedit Pallas. Itin. T. II. tab. XVIII. cf. p. 279. verba habet Guthrie Append. p. 324.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ    *Ἀγαθῇ τύχῃ.*

Sic Pall. et recte, licet insolens titulus sit; nec quidquam deest, quum additamento nullus in lapide locus sit. Guthr. ΑΓΑΘΗΤΥΧΑΙΡΕ.

---

## 2117.

Lapis calcarius in tria fragmina diffractus, ita ut vs. 4-6. in uno supersint fragmento, vss. 1-3. autem in duobus, fissura vs. 1. post Γ, vs. 2. post primum Ε, vs. 3. post primum Ι dividente versus: inferius fragmentum 1' Angl. mens. longum, 8"½ latum, 1' 7" crassum: aeque magna sunt duo superiora fragmina composita. Köppenius primum repperit a. 1819. in ecclesia vici Akdengissowka, in via a Temrjuk ad Taman, hoc est in vicinia *Phanagoriae*, et *Ceporum* potissimum; erant autem hi lapides in fundamento aedificii sparsi, quod eruptione tumuli limum evomentis luci redditum erat a. 1818. Mox in Taman, oppido an insula s. paeninsula ambiguum, Köhlerus sese titulum hunc vidisse narrat; quam vere, nescio. Vide de hac re Köppen. Nordgest. p. 48 sq. Köhler. adv. Köppen. p. 32. Köppen. Nachhall p. 6. Ex Köppenii apographo fluxit depravatum exemplum, quod edidit Rochettus Antt. Bosp. tab. IV. n. 3. typo lapideo, cf. nott. p. 25 sqq. Id recte vituperat Köhler. adv. Roch. p. 6. 19. Rectius aeri incisus titulus ap. Köpp. Nordgest. tab. II. et dixit Köppenius de hoc titulo ibid. p. 47 sqq. Huius apographum tamen formas litterarum non prorsus accurate repraesentare dicit Köhler. adv. Köppen. p. 32. Dedit etiam Köhlerus adv. Roch. p. 19 sqq.

ΞΕΝοΚΛΕΙΔΗΣΠοΣΙοΣΑΝΕθΗΚΕ
ΤοΝΝΑοΝΑΡΤΕΜΙΔΙΑΓΡοΤΕΡΑΙ
ΑΡΧοΝΤοΣΠΑΙΡΙΣΑΔοΥΣΤοΥ
ΛΕΥΚωΝοΣΒοΣΠοΡοΥΚΑΙθΕΥΔο
ΣΙΗΣΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥωΝΣΙΝΔωΝ
ΚΑΙΤοΡΕΤωΝΚΑΙΔΑΝΔΑΡΙωΝ

Köhleri apographum consentit cum Köpp. nisi quod pro Θ Köpp. Ο habet, nec Köhl. formam litterarum ita exprimit ut dedi ex Köpp. Roch. habet maius Θ iisdem locis, item Ω et Ο magna, praeterea Α, Σ, Π, et vitiose vs. 3. omittit ultimum Σ, vs. 5. habet ΣΥΣ p. ΣΙΗΣ, et vs. 6. fin. ΡΙΟΝ.

*Ξενοκλείδης Πόσιος ἀνέθηκε τὸν ναὸν Ἀρτέμιδι ἀγροτέρᾳ, ἄρχοντος Παιρισάδους τοῦ Λεύκωνος Βοσπόρου καὶ Θευδοσίης, καὶ βασιλεύων* (p. *βασιλεύοντος*, barbaro soloecismo) *Σίνδων καὶ Τορετῶν καὶ Δανδαρίων.*

Titulus imperante Paerisade I. scriptus est, qui regnavit ab Olymp. 107, 4. ad Olymp. 117, ⅔. Cf. Introd. I, 12. et de Ionismo, de civitatibus et populis, de Paerisadis *ἀρχῇ* et *βασιλείᾳ*, de origine huius cultus Dianae Introd. hinc inde. Ceterum quod Paerisades I. nondum omnibus Maitis imperare dicitur, ut n. 2118. 2119. hic titulus illis est antiquior censendus iudice Rochetto Antt. Bosp. p. 83. quod cur improbet Köhl. adv. Roch. p. 49. non video: palaeographicae quidem rationes, quibus non in hac quidem, sed in simili quaestione utitur Köhl. Monum. Comos p. 36 sqq. nihil demonstrant. Cf. etiam ad n. 2118. Cur vero in his duobus titulis non nominentur Toretae et Dandarii, in Introd. exquisivi.

## 2118.

Marmor candidum cum inscriptione *Phanagorensi*, in oppido Taman, ut videtur ad ecclesiam (Köppen. Nordgest. p. 77.). Ed. Köhler. Monum. Comos. tab. II. cf. p. 58 sqq. Hinc praebente Kelsalio Clark. Itin. T. I. p. 415. et Rochett. Antt. Bosp. tab. VI. n. 3.

ΜΗΣΤωΡΙΠΠοΣΘΕΝΕοΣΥΠΕΡΤοΥΠΑΤΡοΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΑΠοΛΛωΝΙΑΓωΝοΘΕΤΗΣΑΣ
ΑΡΧοΝΤοΣΠΑΙΡΙΣΑΔΕοΣΒοΣΠοΡοΥ
ΚΑΙΘΕοΔοΣΙΗΣΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΣΙΝΔωΝ
ΚΑΙΜΑΙΤωΝΠΑΝΤωΝ

Ο et Ω dedi minora ex Köhleri fide Monum. Comos. p. 24. (cf. etiam p. 36.); de ceteris litteris non constat, ne de Θ quidem, quamquam hoc quoque puto minusculum potius esse.

*Μήστωρ Ἱπποσθένεος ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ἀνέθηκε Ἀπόλλωνι ἀγωνοθετήσας, ἄρχοντος Παιρισάδεος Βοσπόρου καὶ Θεοδοσίης καὶ βασιλεύοντος Σίνδων καὶ Μαϊτῶν πάντων.*

Titulus rege Paerisade I. (Olymp. 107, 4 – 117, $\frac{2}{3}$.) scriptus, recentior est quam n. 2117. quod iam omnibus Maïtis imperare Paerisades dicitur, et antiquior quam n. 2119. quod nondum imperat Thatensibus. Hoc firmius est, quam anceps e scriptura iudicium, ex quo Köhler. Monum. Comos. p. 36 sq. n. 2119. antiquiorem quam n. 2118. iudicat. Imprimis forma litterarum O, Ω, credo et Θ, minor non demonstrat Philippo et Alexandro recentiorem titulum esse, quod hic usus longe est vetustior. De nomine Ἱπποσθένης cf. n. 2106. de ceteris rebus Introd.

## 2119.

In Isthmo, qui est inter lacum Temrjukianum et sinum Tamanicum, olim in colle prope ligulam Andri-Atam fuit monumentum, quod collapso littore una in ruinam tractum ad lacum Temrjukianum inventum est, in vicinia *Phanagoriae* vel potius *Ceporum*; sunt duae statuae sine capite, quarum altera cum basi in littore, altera in ipso lacu inventa; et statuae et basis magna, in qua ambae coniunctim stabant, sunt ex lapide arenario (Köhl. Comos. p. 4.) vel ex granite, qui dicitur (hoc de basi tradit Köhl. adv. Roch. p. 51.). Nunc haec Petropoli esse dicuntur. Titulum basi inscriptum primus edidit Köhlerus Monum. Comos. tab. I. et amplo instruxit commentario, quo antiquitatum Bosporanarum iecit fundamenta. Hinc praebente Kelsalio Clark. Itin. T. I. p. 402. Rochett. Antt. Bosp. tab. VI. n. 2. Diar. class. Lond. T. XIII. p. 129 sqq. Corruptum exemplum extat in Ἑρμῇ λογίῳ 1812. p. 72. non id ex lapide petitum; unde translatum est in Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 554. De diis in hoc titulo memoratis dixit etiam Köppen. Nordgest. p. 51-58. Buhlii vero nugas in Ephem. litt. Mosc. 1805. n. 28. de tituli interpretatione prolatas castigavit Köhler. adv. Köpp. p. 33. Litterarum formae in tabula Köhleriana non expressae sunt, sed designatae p. 23. 36. 86. ita, ut nos reddidimus. Litterae sunt graciles et exiles; Ω, O, Θ aeque altae ac reliquae. Ceterum lectio ita certa est, ut nihil mutare liceat, nisi quae forte peccarit lapicida.

ΚΟΜΟΣΑΡΥΗΓΟΡΓΙΠΠΟΥΘΥΓΑΤΗΡΠΑΙΡΙΣΑΔΟΥΣΓ.ΝΗΕΥΞΑΜΕΝΗ
ΑΝΕΘΗΚΕΙΣΧΥΡΩΙΘΕΙΩΙΣΑΝΕΡΓΕΙΚΑΙΑΣΤΑΡΑΙΑΡΧΟΝΤΟΣΠΑΙΡΙΣΑΔΟΥΣ
ΒΟΣΠΟΡΟΥΚΑΘΕΥΔΟΣΙΗΣΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ· · · ·ΩΝΚΑΙΜΑΙΤΩΝΠΑ
ΚΑΙΘΑΤΕΩΝ

Vs. 3. ΚΑ p. ΚΑΙ error est lapicidae (Köhler. Monum. Comos. p. 77.): ΚΑΙ tamen habet Clark.

*Κομοσαρύη Γοργίππου θυγάτηρ, Παιρισάδους γ[υ]νή, εὐξαμένη ἀνέθηκε ἰσχυρῷ θείῳ Σανεργεῖ καὶ Ἀστάρᾳ, ἄρχοντος Παιρισάδους Βοσπόρου κα[ὶ] Θευδοσίης καὶ βασιλεύοντος [Σίνδ]ων καὶ Μαϊτῶν πά[ντων] καὶ Θατέων.*

Titulus est uxoris Paerisadis I. eiusdem aetatis ac priores, ad quos de tempore iam dictum est. Uxori nomen Comosarye est. Bithyniae regina in lapide Milesio Didymaeo (Chishull. Antt. As. p. 92.) vocatur ΚΑΜΑΣΑΡΤΗ; sed corrigendum haud dubie Καμασαρύη, ut nomen idem sit, exigua scripturae varietate, qualem habes in Σπάρτοκος et Σπάρτακος. Hoc notavit Köhler. adv. Roch. p. 30 sq. De Gorgippo vide Introd. I, 12. Mox Köhl. vult ἰσχυροῖς θειοῖς Ἀν. vitia plura in una phrasi imputans lapicidae et θειοῖς p. θεοῖς Ionicum dicens: sed non est Ionicum. Lenius retinentur omnia, quae scripta sunt, et legitur cum Rochetto ἰσχυρῷ θείῳ, *valido* et *divino*, ut pro deo divinus dicatur, et epitheta ad solum prius referantur numen: quod etsi Köhl. adv. Roch. p. 28. non sine causa reprehendit, tamen defendi potest; potuerunt enim haec epitheta ἰσχυροῦ et θείου numinis prioris sollemnia et propria esse. Numinum, quae deinceps appellata sunt, in monumento positae erant imagines habitu Graeco (Köhl. p. 54.), nec tamen ipsa Graeca sunt; quod animadvertit iam Köhlerus. Contra quem quae scripsit Rochettus Antt. Bosp. p. 34 sqq. ea Köhlerus expendit adv. Roch. p. 25-31. Vult autem Rochettus, ut ΣΑΝΕΡΓΕΙΚΑΙΑΣΤΑΡΑΙ mutetur in ΕΚΑΕΡΓΕΙΚΑΙΑΣΤΕΡΙΑΙ, Ἑκαεργεῖ καὶ Ἀστερίᾳ, et Ἑκάεργον καὶ Ἑκαέργην ex Branchi Milesii oraculo affert, nomina Apollinis et sororis satis nota, quorum prius ille hoc loco agnoscit atque a Milesiis in Bosporum allatum esse putat; Asteriam Dianam esse censet. Sed et certa est lectio, quum titulus a Köhlero magna cum cura transcriptus sit, et debebat insuper Ἑκαέργῳ legi. Köhlerum igitur sequimur, qui numina pronuntiat Syriaca et Chaldaica esse, quae per Persas ad Bosporanos translata sint; simul Syriacos s. Assyriacos cultus a Persis, Medis, Armeniis receptos esse docuit adv. Rochett. p. 29. et omnino similes cultus in Asia minore usque ad Pontum obtinuisse rectissime monstrat, ut facile in Bosporum inferri haec superstitio potuerit. Viam insuper monstrat ipse Rochettus Antt. Bosp. p. 37-40. Babyloniorum namque sermonum moralium auctor aliquis Acicharus fuit; huius columna, in qua quippe illi inscripti essent, usus Democritus fertur (Clem. Strom. I. p. 356.); scripsitque de eo Theophrastus (Diog. L. V, 50.). Ille vero, quod pridem coniecerat Potterus, a Strabone XVI. p. 762. ubi leviter corruptum nomen (Ἀχαΐκαρος), apud Bosporanos extitisse vates et mystagogus dicitur. Haec me iudice non recte refutavit Köhlerus adv. Rochett. p. 26. Nam verba Clementis, *Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποίηται, λέγεται δὲ τὴν Ἀκιχάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι*, manifesto hoc volunt, ex Acichari columna petitos esse Babylonios sermones: ut proinde Acicharo, quem nominis causa Scytham habuerim, fortasse eorum, qui Mediam invasere atque usque in Syriam et Aegyptum pervenerunt, aliquid cum Babyloniis coniunctionis fuerit. Rursum Köppenius Nordgest. p. 54. Syros notat non tam remotos a Bosporanis fuisse, ut non potuerit ab illis aliquid ad hos manare, provocans ad Herodot. I, 6. et ad sedes Leucosyrorum; his addi possunt, quae Bernhardius ad Dionys. Perieg. T. II. p. 739. notavit: reliqua

Köppenii non attingo; attigit Köhlerus adv. Roch. p. 33–35. Sed quisquis illas superstitiones in Pontum attulit, sunt ibi Paerisadis aetate ante Olymp. 117, $\frac{2}{3}$. Et primum *Astara* manifesto est Astarte s. Astharoth; dea multis nominibus insignita, quae omitto, est etiam Ἀθάρα s. Ἀθάρη nominata, consentientibus Xantho (apud Hesych. v. Ἀτταγάθη) et Strabone (XVI. extr.); quo minus corrigere hoc nomen debebant Harduinus ad Plin. V, 19. et Casaubonus ante illum ad Strab. Iam mediam inter Ἀστάρτη et Ἀθάρα formam tenet hic titulus. Astarten vero Köhlerus etiam in nummis Bosporanis invenit, ut Sauromatae II. et Gepaepyris et plurium regum (adv. Roch. p. 81.). Eandem in hoc titulo agnoscit Creuzerus Symbol. qui de universo eius cultu egit copiosissime. *Lunae* collatam constat ex libello inter Lucianeos de dea Syria c. 4. (cf. Ammian. XXIII, 3, 2.). Sed maiorem difficultatem offert prius nomen; ut etiam Köhlerus, qui primum Ἀνέργει legit, mox adv. Roch. p. 28. concesserit posse etiam Σανέργει vel assumpto Iota ex voce ΘΕΙΩΙ, in qua id omissum statuas, Ἰσανέργει legi; at negat aliis vocibus, ut voce βοανεργὲς (υἱοὶ βροντῆς Ev. Marc. III, 17.), comparandis quidquam promoveri: utut vero legeris, qui ante Lunam positus est deus, eum esse *Solem*, rectissime iudicavit et olim et adv. Roch. p. 30. putatque esse deum a Persicis Cuthaeis in Samariam illatum *Nergel s. Nergal* (II Regg. XVII, 30.), qui etymo Hebraico est *luminis fons*; convenitque quod Sol et luminis dei in montibus coluntur, atque in monticulo fuit Comosaryae monumentum. Tamen et etymon Hebraicum incertum est, aliique Martem interpretantur, et offendit omissum in Graecis L: immo Nergel Graecis fuisset potius Νέργελος vel Νέργλος, retento L, ut fit in formis a *Balo* s. Belo derivatis, *Alagabalus*, *Elagabalus*, *Aglibolus*, *Malachbelus* etc. Accedit quod, si vox haec est Σανέργης, ut nos putamus, perit universa nominum similitudo, et deducimur potius ad originem vocis longe diversam. *San*, in Persicis, Assyriis aliisque nominibus initio positum haud raro, designat *splendorem et magnificentiam*, ut in Assyrii regis nomine *Sanherib*, ut *Sanballat* praefectus Samariae Persicus (Nehem. II, 10 sqq.), *Sandoces* iudex regius (Herodot. VII, 194.); idem nomen est Σάνδοκος s. Σάνδακος ap. Apollod. III, 14, 3. herois Syriaci, cui Pharnace Megessari filia, Persico prorsus nomine utens, peperit Cinyram. Habetur etiam *Sambaulas* Persa (Xenoph. Cyrop. II, 2, 28.), *Sanatruces* Armeniae rex (Suid.), s. *Sanatroeces* in Parthorum regibus, *Sambares* (Suid.), Persicum nomen haud dubie sicut Artembares, Oebares etc. Licebit Lydium nomen addere *Sandanis* (Herodot. I, 71.); immo apud Lydos Hercules est *Sandes* (Agath. II, 24.) s. *Sandon* (Io. Lyd. de magistr. III, 64.), et *Sandan* dicitur Tarsum condidisse (Ammian. XIV, 8.); cui nomini *Sardanapalum* componit Müllerus noster Mus. Rhen. philol. et hist. T. III. p. 37. simul docens, Lydorum priscos reges ab Assyriis originem repetiisse. Memoro etiam Phoenicem *Sanchuniathon*, etsi hoc nomen vulgo aliter explicatur. Adde Σαμβία[ν] in titulo n. 2130. 57. Etiam σαννάκρα poculi genus Persicum (Athen. XI. p. 497. F.) huc pertinet, et alia quae partim Graeca habentur, ut σάνδαλα s. σάμβαλα, σαμβύκη, σάμψυχον, σανδαράκη, σάνδυξ, σάνταλον, σαντόνιον, nomina rerum, quae ex Lydia et aliis orientalibus regionibus invectae sunt: *sindura* s. *sjandura* in lingua Sanscrita esse *minium*, Ewaldus notat apud Müllerum in Mus. Rhen. philol. et hist. T. III. p. 37. quod satis convenit nostris rationibus estque voci potissimum σανδαράκη adhibendum. Remotius videtur σαά, quod Persis est βασιλεύς (Agath. Hist. IV, 24.). Ceterum hoc San ex Chaldaico quoque et Syriaco sermone explices: *sanan* Chald. *purgavit*, *senino* Syr. *purus*; quae radix eadem opinor est quae Persica *san*, Persis, Assyriis, Chaldaeis communis. Iam si hoc *san* cum Hebraica radice, quae in βοανεργὲς comparet, componere licet, Σανεργῆ dixerim esse *lucide tonantem*; quo nomine Sol ut summus deus non minus quam Iuppiter vocari potuit. Non placet, quod hunc deum, de quo dicimus, simul *Sarapin* esse putat Köhl. adv. Roch. p. 82 sq. In fine Köhl. corrigit quadratarium: καὶ Θατέ[ρ]ων. Θάτερος p. ὁ ἕτερος masculinum et Θατέρα p. ἡ ἑτέρα femininum rarum est, etsi prius agnoscitur a grammaticis, sed ut vitium (cf. Herodian. ap. Piers. Moer. p. 432. c. not. Buttm. Gr. Gr. ampl. T. I. p. 121. Meinek. Menandr. p. 253. Bernh. ad Dionys. Perieg. T. II. p. 990.): hoc vero loco etiam καὶ ἄλλων dicendum erat, non τῶν ἑτέρων neque ἑτέρων. Quamquam tale quidquam hic dictum esse non est probabile. Immo Θατεῖς populus est, de quo vide Introd. cap. 1.

## 2120.

In horto ecclesiae oppidi Taman, prope vetustam *Phanagoriam*, transcripsit Köhler. Mon. Comos. tab. VI. unde dedimus, et commentatus est p. 25 sqq. Ex Köhlero praebente Kelsalio Clark. Itin. T. I. p. 413. Rochett. Antt. Bosp. tab. VI. n. 6. ne afferam alios pridem dicta repetentes.

ΔΙΜΟΥΘΥΓΑΤΗΡΣ . . Ρ . . ΚΟΥΔΕΓΥΝΗΑΝΕ
ΡΟΔΙΤΗΙΕΥΞΑΜΕΝΗΑΡΧΟΝΤΟΣΣΠΑΡΤΟΚΟΥΤΟΥΕΥΜ
ΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ

Haec ita lego:

Ἡ δεῖνα Φαι]δίμου θυγάτηρ, Σ[πα]ρ[τό]κου δὲ γυνή, ἀνέ[θηκεν Ἀφ]ροδίτῃ εὐξαμένη, ἄρχοντος Σπαρτόκου τοῦ Εὐμήλου [Βοσπόρου καὶ Θευδοσίης] καὶ βασιλεύοντος [Σίνδων καὶ etc.

Titulus scriptus Spartoco IV. rege, Olymp. 119, 1–124, 1. cf. Introd. Quod in lacuna posui Βοσπ. καὶ Θευδ., apertum est ex n. 2117–2119. In fine Μαϊτῶν πάντων addi vult Osann. Syll. p. 123. sed hoc incertum esse praecedentes tituli inter se collati do-

cent. Veneris cultum Panticapaei vidimus n. 2108. g. 2109. hoc loco de Phanagorensi dicam, qui est Ἀφροδίτης τῆς Ἀπατούρου s. Ἀπατουριάδος. Athenis fuerunt *Apaturia*, quae ex ἀπάτῃ Bacchi dicta esse veteres falso perhibent; fuerunt ὁμοπατόρια, gentilicia sollemnia, quod et ipsum traditur antiquitus; atque de hac originatione hodie nemo peritus dubitat. Haec ab Ionibus in Ioniam translata sunt (Herodot. I, 147.), unde etiam Cyzici, in Milesiorum colonia, mensis est Ἀπατουρεών. Hinc, per Teios vel Milesios, aliquid huius cultus Phanagoriam et in viciniam pervenisse rectissime vidit Müller. Prolegg. Mythol. p. 401. vidi et ipse pridem. Nempe haud procul a Phanagoria est locus Ἀπάτουρον s. Ἀπάτουρος cum templo Ἀπατούρῳ, Veneris τῆς Ἀπατούρου (vide Mannert. Geogr. T. IV. p. 329.). Hinc etiam κόλπος Ἀπάτουρος, cuius meminit Hecataeus in Asia (Steph. Byz. v. Ἀπάτουρον). Nomen Veneris Ἀπατούρου servavit Strabo, ubi simul Phanagoriae in ipsa urbe clarum huius templum fuisse docet, XI. p. 495. (cf. Steph. Byz. v. Ἀπάτουρον): ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Φαναγορίᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀπατούρου, et addit deinde dictam a fraude (ἀπάτη), qua Gigantes hoc loco deceperit Venus et Herculi interficiendos tradiderit: quae fabula ficta est ad similitudinem Atticae. Apud Strabonem ne corrigas Ἀπατουριάδος (cf. Köhler. Mon. Comos. p. 31.), praeter n. 2109. b. prohibet titulus n. 2126. ubi diserte habetur ΑΠΑΤΟΡΟ. Sed n. 2125. est recentior forma Ἀφρ. Ἀπατουριάς, quae repetenda a loco Ἀπατούρῳ. Ceterum Athenis Venus non est Apaturia, sed alii dii; at in hoc non haerendum. Facile enim tali cultui, cuius plures iam dii participes erant, addi deus aliquis potuit. Phanagoriae vero cum cultu Veneris cohaerent sacra Herculis (n. 2120. b.). Eadem Panticapaeum et in viciniam translata sunt. Hinc denominatus locus Heraclium inter Isthmum et Panticapaeum; et Panticapaei repertum est anaglyphum Herculem cum clava repraesentans devincentem Gigantes ut videtur, quos tamen mirum est taurinis cornibus praeditos esse. Vide Ephemerides Odessae a. 1828. N. 100. Denique haec Ἀπάτουρος cum Scythica Venere caelesti coaluit Panticapaei; vide n. 2109. b. ubi Ἀπατούρη vocatur.

## 2120. b.

Lapis effossus prope vetustam *Phanagoriam*; museo Panticapaeensi donavit Poumentsoff centurio, qui habitat in oppido Temrjuk. Primum vs. 1. minus plenus editus est in Ephem. Odess. 1828. n. 100. 101. mox superstes pars integra publicata est in Ephem. Odess. 1829. n. 29. Litterae sunt pulcherrimae et distinctissimae. Quae in sinistra perierunt, in deperdito hodie lapide scripta fuerunt.

. . . ΑΔΟΥΤΟΥΣΠΑ.ΤΟΚΟΥ
. . . ΤΙΜΟΓΕΝΟΥ
. . . ΑΤΗΝΕΠΙΚΡΑΤΟΥ
. . . ΙΚΡΑΤΗΣΚΡΗΤΙΝΗΝ
. . . ΗΡΑΚΛΕΙ

Βασιλεύοντος *) Παιρισ]άδου τοῦ Σπα[ρ]τόκου
ὁ δεῖνα] Τιμογένου
- - - - κρ]άτην Ἐπικράτου,
- - - - Ἐπ]ικράτης Κρητίνην
- - - - - Ἡρακλεῖ.

*) Aut ἄρχοντος.

Titulus pertinet ad Paerisadem II. Spartoci f. (Introd. I, 12.): suppleri autem aut ex n. 2107. βασιλεύοντος aut ex n. 2106. ἄρχοντος potest: Bosporum et Theudosiam speciatim memorata fuisse certe non constat (cf. Introd. I, 19.). Quantum video, duae statuae dicatae Herculi sunt, altera - - *cratis Epicratis f.* a Timogenis filio, altera *Cretinae* ab [Ep]icrate. De Herculis cultu cf. ad n. 2120. De forma genitivi Τιμογένου, Ἐπικράτου, saepius monui; quae aetate huius tituli satis iam usitata fuit.

## 2121.

In collo amphorae, sepulcralis ut videtur, repertae in paeninsula Bosporana, quantum intelligo inter Taman et Temrjuk, prope *Phanagoriam* et *Cepos*: litterae sunt impressae et prorsus distinctae, ut coniecturae nullus locus sit. Ed. Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. p. 241. et amphoram repraesentat p. 306. A. Titulus valde memorabilis.

ΕΠΙΚΑΛΛΙΑ — Ἐπὶ Καλλία
ΕΟΠΑΜΟΝΟΣ — Ἐοπάμονος.

Titulus, ut dixi, integer est; Ἐοπάμονος dederunt figlinae operae ex Ionismo reconditissimo, quem vidimus n. 2008. ut ευ mutetur in εο vel in iis vocibus, in quibus hoc minime exspectes, qualis est φεύγειν. Sic est Εὐπάμονος pro Εὐκτήμονος. Εὐπάμων est enim ut πολυπάμων Iliad. δ, 433. quod Iones littera ᾱ scripserunt, non πολυπήμων, ut est in Lexico quodam. Καλλία p. Καλλίου s. Καλλίεω in nominibus propriis passim habetur etiam in Ionicae stirpis titulis. Ceterum *Callias Eupamonis f.* manifesto est eponymus; si astynomus fuisset, cuius nomen in amphoris frequens, vix additum foret ἐπὶ et omissum ἀστυνόμου: nam ubi ἐπὶ cum simplici nomine proprio ponitur, eponymus archon designatur. Titulum ad n. 2008. dixi Phanagorensem, quod in ea vicinia repertum vas: sed vidi posthac, ex Olbiopolitanis maxime, multa in his regionibus peregrina vasa reperiri: igitur dixeris non Phanagorensem in hoc titulo magistratum haberi, sed alius Ionicae civitatis.

## 2122.

Ex basi statuae marmorea in horto ecclesjae oppidi Taman prope *Phanagoriam* transcripsit Köhlerus Mon. Comos. tab. x. cf. p. 32. 34. Ex lapide ut videtur, non ex solo Köhlero, habuit Kelsalius, a quo datum titulum praebet Clark. Itin. T. I. p. 414. Ex Köhlero Rochettus Antt. Bosp. tab. IX. n. 2. Bene restituit Viscontus Iconogr. Gr. T. II. p. 143. (p. 192. ed. Med.) unde apposuit Rochett. tab. IX. n. 3.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΕ.ΟΥΥΙΟ
ΣΕΒΑΣΤ....ΝΠΑΣΗΣΓΗΣΚΑΙ..
...ΘΑΛΑΣΣΗΣΑ..ΟΝΤΑ
ΤΟΝΕΑΥΤΗΣΣΩΤΗΡ.........ΕΤΗ.
ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΔΥΙ..

Köhl. in tabula vs. 1. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΑ, p. 32. vero id quod dedi cum Clark. Vs. 4. pro Ω lapicida Köhlero teste dedit O, sed Clark. praebet Ω. Clark. vs. 5. extr. ΔΥΓ.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα [Θ]εοῦ υἱὸ[ν] Σεβαστ[όν, τὸ]ν πάσης γῆς καὶ [πάσης] θαλάσσης ἄ[ρχ]οντα, τὸν ἑαυτῆς σωτῆρ[α καὶ εὐεργ]έτη[ν] βασίλισσα Δύ[ναμις, et fortasse ἀνέστησεν, ut n. 2124.

Mitto quae errata sunt; illud patet, non potuisse Τιργαταὼ ex Polyaeno VIII, 55. inferri. *Augusto* dicavit *Dynamis Pharnacis f. Polemonis I. uxor* ob regnum ipsi conservatum circa a. u. c. 740. Cf. Introd. I, 13.

## 2123.

Marmor candidum *Phanagoriae* repertum teste Marschallo de Bieberstein, et Panticapaeum (Kertsch) delatum, ubi idem ille in muro prope ecclesiam vidit: ex hoc edidit Guthrie Append. p. 316. litteris epigraphicis vulgaribus. In oppido Kertsch transcripsit etiam Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. tab. XVII. (in aere); cf. p. 278. Mox in oppidum Taman reportatum est, ubi in muro ecclesiae inclusum vidit Waxel. Rec. n. 17. et aeri incisum dedit. Tum dedit Köhler. Monum. Comos. tab. VII. litteris vulgaribus epigraphicis (cf. p. 72 sq.), item Clark. Itin. T. I. p. 411. uterque ex lapide iam in oppidum Taman delato; Clarkius vero se titulum cum difficultate transcripsisse narrat, quod tectus caemento esset. Attigit Viscontus Icon. Gr. T. II. p. 150. (p. 203. ed. Med.); hinc et ex Köhlero rettulit Rochettus Antt. Bosp. tab. VIII. n. 4. et commentatus est p. 115 sqq. contra quae dixit Köhl. adv. Roch. p. 83 sqq. Ex Clarkio dedit Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 164.

..ΙΟ..ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.ΑΚΑ....
..ΕΟΥΣΒΑΣΙΛΕΑΒΑΣΙΛΕΩΝΜΕΓΑΝΤΟ
..ΝΤΟΣΒΟΟΣΠΟΡΟΥΤΙΒΕΡΙΟΝΙΟΥΛΙΟ
ΑΤΗΝΥΙΟΝΒΑΣΙΛΕΩΣΡΗΣΚΟΥΠΟΡΙ
ΚΑΙΣΑΡΑΚΑΙΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΝ ΡΥΣ
ΙΝΤΑΤΑΚΑΙΑΨΕΧΑΝΩ...ΝΟ
ΣΩΤΗΡΑΕΥΞΑΜΕΝΟΣΚΑΘΙΕΡΩ
ΔΙΟΦΑΝΤΟΥΠΑΝΤΙΚΑΠΑΙΤ

Lapis est quadratus, non multo latior in dextra et sinistra quam vs. 2. quod supplementorum causa annoto. Vs. 1. litteris maioribus. Formam tituli e Wax. Pall. Köhl. dedi, litterarum ex Pall. et Wax. lectionis fundus est textus Köhleri; varietas lectionis integra est haec. Vs. 1. init. ante Ποσειδῶνος Guthr. habet ..ΙΟ.., eo loco, ubi dedi: haec absunt a Köhleriano apographo; Clark. eorum loco septem puncta habet. Dedi Guthriei lectionem etsi haud dubie falsam. Idem ΠΟΣΕΙΔΟΝΟΣ; Wax. omittit Π, Pall. habet ΙΟΧΕΙ etc. in ceteris litteris nulla discrepantia hac in voce est. Post Ποσειδῶνος decem litterarum lacunam Guthrie, duodecim Clarkius signant, et habent deinceps ΚΑ; Köhl. post Ποσειδῶνος habet ..ΚΑ, Waxelius .ΑΚ, Pallasius ..ΚΑ, unde nostrum composui. Post ΚΑ quattuor lacunas signat Guthr. Vs. 2. init. Guthr. ΠΟΥΣ praemissis duobus punctis, quae praemisi, quum desint ap. Köhl.; Clark. ..ΕΟΥΣ, Wax. ΟΥΣ, Pall. ΒΟΥΣ. Tum pro βασιλέα βασιλέων Wax. ΒΑΛΛΒΑΒΑΣΙΛΕΩ, Pall. ΒΑ..ΛΒΑΒΑΣΙ ΛΕΩΝ, et hic pro Μ praebet Ꞁ adhaerens priori Ν. Ductus ΝΜ videntur ligati esse, unde Ν omisit Wax. In fine O, quod apud ceteros deest, addidi ex Wax. Guthr. Post Τ Clark. quinque litterarum lacunam signat, Guthr. hic et in seqq. vss. permagnam. Vs. 3. duo puncta ex Guthr. et Clark. Et sic Guthr. deinceps semper. Idem habet ΗΤΟΣ, Wax. Pall. ΤΟΣ. In fine Guthr. Θ (pro O), Pall. ΤΙΒΕΡΙΟΥ, et nihil praeterea, Wax. ΤΙΒΕΡΙΟΝΚΑΙC. Clark. in fine tres lacunas signat. Vs. 4. Guthr. ΤΟΝ (p. ΥΙΟΝ) et ΒΑΣΙΛΕΟΣ, Wax. ab initio ΤΗΝΟΒΑΣΙΛΕΩΣΡΗ, Pall. ΗΝΥΙΟΒΑΣΙΛΕΩΣ, reliquis obscuratis. Vs. 5. Guthr. ..ΣΑΡΑΚΑΙΦΙΛΟΡΟΜ, et praeterea nihil nisi puncta; Köhl. ΙΣΑΡΑΚΑΙΦΙΛΟΡΩΜΑ..... ΡΥΣ; quae corrosis litteris addidi, sunt ex Clark. qui ΡΟΜ (p. ΡΩΜ); Pall. ΑΡΑΚΑΙΦΙΛΟΡΩΜ ---ᐯΣ, Wax. ΥΑΡΑΚΑΙΦΙΛΟΡΟΜ ---- Vs. 6. dedi ex Köhlero; Clark. consentit, nisi quod post ΚΑΙ lacunam unius litterae et ante ΝΟ decem litterarum habet. Guthr. ..ΝΤΑΤΑΚΑ-ΑΨΕΧΑΝΩ.......ΝΟ...... Wax. et Pall. ΝΤΑΤΑΚΑ.ΑΨΕΧΑΝ, et hic deinceps lineolas aliquot obscuratas. Vs. 7. Guthr. Pall. Wax. inconditas voces habent, quas post tot quisquilias taedet referre. Vs. 8. Guthr. ΠΑΝΣΤΑΙΙ, Wax. ΠΑΝΤΑΚΑΠΑΕΥ, Pall. obscuros ductus praebet.

Ἱερεὺς] Ποσειδῶνος [Μ]άκα[ρ? ...
κλ]έους βασιλέα βασιλέων μέγαν το[ῦ
πα]ντὸς Βοοσπόρου, Τιβέριον Ἰούλιο[ν Σαυ-
ρομ]άτην, υἱὸν βασιλέως Ῥησκουπόρι[δος, φι-

λο]καίσαρα καὶ φιλορώμαιον, [ε]ὐσ[εβῆ
....ιντατα καὶ? ἀψεχανω...νο - - -
τὸν?] σωτῆρα εὐξάμενος καθιέρω[σε δι᾽ ἐπιμε-
λητοῦ] Διοφάντου Παντικαπαΐτ[ου.

Vs. 1. falso et contra omnia apographa Roch. dedit Ποσειδώνιος. Haud dubie fuit ἱερεὺς Ποσειδῶνος: sacerdotale munus ante nomen proprium ponitur, ut passim in Atticis, idque sine articulo; cultus aut Scythici est Neptuni aut ab Ionibus in has oras allatus, qui colunt Neptunum Heliconium. Vocem Μάκαρ exempli causa posui. De dictione βασιλέα βασιλέων μέγαν et τοῦ παντὸς Βοσπόρου conf. Introd. Supplementa, quae usque ad vs. 5. init. dedi, praecepit Viscontus; vs. 5. extr. Roch. dedit καὶ εὐσεβῆ; sed Clarkii textus et n. 2124. 2130. docet hoc καὶ omittendum esse. Vs. 6. fortasse barbara nomina oppidorum latent. Vs. 7. extr. 8. init. poteram etiam διὰ] Διοφ. scribere; sed praestat, quod dedi. Diophanti nomen ex Mithradatis VI. duce haesisse Panticapaei videtur; cf. n. 2131. hunc enim ex Strabone constat una cum Neoptolemo in Chersoneso bellum gessisse. Qui dedicavit, videtur longius a Phanagoria afuisse, sed tamen in Bosporano regno, ideoque Panticapaitae usus esse opera. In fine Os. volebat Παντικαπαϊτῶν, et notat formam hanc in nummis occurrere; vulgare est Παντικαπαιεύς: sed Παντικαπιάτης bis scriptum ap. Steph. Byz. v. Παντικάπαιον videtur in Παντικαπαΐτης mutandum, quod censebat iam Eckhelius. Titulum ante Köhlerum adv. Roch. omnes, et ipse olim Köhlerus (in Monum. Comos.) ad Sauromaten I. rettulerunt: nunc constat et hunc et n. 2124. ad Tib. Iul. Sauromaten II. pertinere (vide Introd. I, 13.), cuius pater Rhescuporis alicubi, apud Sauromaticam quippe gentem, rex fuerit (vide ibid.). Imperite Dobraeus Diar. class. T. XXX. p. 147. (Ros. Inscr. p. 417.) coniecit Τιβέριον Ἰούλιον Πολέμωνα, υἱὸν βασιλέως Ῥησκουπόρου, quod satis intelliges lecta Introd. I, 13. Quot verba, tot vitia insunt huic coniecturae.

## 2124.

In basi in oppido Taman prope *Phanagoriam* vetustam; ed. Köhler. Monum. Comos. tab. VIII. p. 66-69. et forma tituli non servata Clark. Itin. T. I. p. 415. qui ex Köhlero habet per Kelsalium. Ex Köhlero, aliter instituta emendatione, dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. VIII. n. 5. Cf. etiam Köhler. adv. Roch. p. 129 sq.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΤΟΝΑΠΟΠΡΟΓΟΝΩΝΒΑΣΙΛ.Υ
ΛΝΤΙΒΕΡΙΟΝΙΟΥΛΙΟΝΣΑΥΡΟΜΑ
ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑΚΑΙΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΝΕΥΣ
ΒΗΙΟ.....ΑΝΕΣΤΡΑΤΟΣΧΕΙΛΙΑΡΧΟΣ
ΤΟΝΙ..Σ...ΚΑΙΔΕΣΠΟΤΗΝΑΝΕΣΤΗ
Σ.....

Vs. 3. primum ductum ex lapide indicavit Köhl. adv. Roch. p. 130.

Ἀγαθῆ τύχῃ,
τὸν ἀπὸ προγόνων βασιλ[ε]ύ[οντα βασιλέα
βασιλέων μέγ]αν Τιβέριον Ἰούλιον Σαυρομά[την,
φιλοκαίσαρα καὶ φιλορώμαιον, εὐσ[ε-
βῆ, Ἰο[ύλιος Φ]ανέστρατος χειλίαρχος
τὸν [βα]σ[ιλέα] καὶ δεσπότην ἀνέστη-
σ[εν.

Vs. 1. 2. restitutus a Köhlero est; quamquam vero vs. 2. 3. longius excurrunt, tamen quod vs. 3. ^ ex A superstes a Köhlero annotatum est, concedi debet formulam βασιλέα βασιλέων μέγαν hic scriptam fuisse ut n. 2123. etsi duo posteriora verba omittuntur n. 2130. Quodsi quis hoc non concesserit, scripserit: τὸν ἀπὸ προγόνων βασιλ[ε]υ[σάντω]ν; quod supplementum tamen brevius iusto videtur. Roch. βασιλ[ε]ύ[οντα τὸ]ν Τιβ. male. Vs. 5. Ἀνέστρατος ferri non potest. Lacuna quinque litterarum notatur; sed in titulis non στοιχηδὸν scriptis de numero litterarum perditarum non ita constat certo, ut una littera addi nequeat. Dedi Φανέστρατος p. Φανόστρατος, ut Ἀρχέστρατος. Vs. 6. τὸν [Καί]σ[αρα] correctum est; sed hoc incredibile: alia correctio τὸν ἴ[διον] σ[ωτῆρα] nimia supplementa praebet. Sed priori lacunae punctum demere idque alteri addere licebit, ut n. 2122. punctum transponendum est. Sic delatus sum ad eandem correctionem, quam Köppen. Nordgest. p. 78. proposuerat: neque offendit repetitum βασιλέα: nam supra generatim rex dictus est: hic Phanestratus *sibi* eum regem et dominum praedicat. Titulus ante Köhlerum adv. Roch. ut n. 2123. ad Sauromaten I. relatus est; pertinet vero ad Tib. Iul. Sauromaten II. Is ἐβασίλευεν ἀπὸ προγόνων: pater enim Rhescuporis alibi rex erat, et Sauromates I. quoque, rex Bospori, potuit inter Tib. Iul. Sauromatae II. esse maiores. Vide Introd. I, 13.

## 2125.

In horto ecclesiae oppidi Taman prope vetustam *Phanagoriam*; ed. Köhlerus Monum. Comos. tab. IX. p. 29 sqq. hinc Rochett. Antt. Bosp. tab. IX. n. 1. (cf. p. 120. et Köhler. adv. Roch. p. 91.). Ex Köhlero fluxit apographum a Clarkio Itin. T. I. p. 414. editum; ex hoc alii, ut Osann. Syll. p. 170. (cf. p. 123.).

[*Textum vide in pag. seq.*]

Vs. 1. init. nihil nisi ΒΑΣΙ perisse ex lapidis ratione notat Köhl. adv. Roch. ubi simul docet, in sinistra titulum non magnopere mutilatum esse. Supplementa igitur prope omnia in dextra appono.

. . . . ΛΕΥΣΣΑΥΡΟΜΑ
ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΤΩΝΣΕΡ. . . Δ
ΠΕΡΙΝΑΙΟΥΣΣΤΟΑ . . . ΩΜ
ΘΗΡΙΜΕΝΑΣΕΚΘΕ. . . ΙΟΝΔΙΕΓΕΙΡΑΣ. . .
ΔΕΙΤΗΙΑΠΑΤΟΥΡΙΑΔΙΚΑΘΕΙΕΡΩΣΕΤ.
. . . . . . ΤΟΥΕΠΙΤΩΝΙΕΡΩΝ. ΕΝΤΩ.Β

---

Βασι]λεὺς Σαυρομά[της,
ἀρχιερεὺς τῶν Σε[βαστῶν, τὰς
περιναίους στοὰ[ς - - - - - - - κα-
θηρ[η]μένας ἐκ θε[μελ]ί[ω]ν [ἀν]εγείρας [Ἀφρο-
δείτῃ Ἀπατουριάδι καθειέρωσε, Τ.
. . . . . . του ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἐν τῷ β̄.

Vs. 2. non recte de Serapide cogitabatur, nec τῶν Σεραπιαστῶν debebat inferri (Osann. Syll. p. 170.). Veram emendationem dederunt Viscontus Iconogr. Gr. T. II. p. 204. ed. Mediol. et Dobraeus l. c. ad n. 2123. et postea alii. Vs. 3, 4. recte a Dobr. l. c. emendati sunt ita, ut reddidi; sed quod idem ante καθηρημένας inseruit ὑπὸ τῶν βαρβάρων, vix probes. De Ἀφρ. Ἀπατουριάδι cf. ad n. 2120. In fine sacerdotale munus Veneris in templo qui tum gesserit, notatur, ut solet in donariis et aliis dedicationibus: haud dubie is vir fuit, ut Cinyradae in Cypro sacerdotes Veneris fuerunt. Vs. 5. Τ. fortasse Τίτου est, e. c. Τ(ίτου) [Διοφάν]του ἐπὶ τῶν ἱερῶν: non autem opus est addi ὄντος: ut dicitur ἱερέως Διοφάντου, ita dici potest Διοφάντου ἐπὶ τῶν ἱερῶν. Ἐν τῷ β̄ non potest ad sacerdotium referri; dicitur enim ἱερέως τὸ β̄, non ἐν τῷ β̄: potius Sauromatae imperii annum alterum intellige; nisi in fine perierint plures litterae, et annus ab epocha Bosporana computatus sit (vide Introd. I, 12.), fere sic: ἐν τῷ β[. . ἔτει. Conf. ad n. 2108. e. Hic quoque titulus sine causa ad Sauromaten I. qui cum Tib. Iul. Sauromate confundebatur, relatus est ante Köhlerum adv. Roch. p. 91. Sauromatae I. anno secundo certe, si hic intelligendus, sub Augusto (Introd. I, 13.), nondum locum habebat ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν, quod Livia nondum Augusta fuit; nec Polemo I. hoc functus est munere, sed tantum ἱερέως τῆς Ῥώμης καὶ Σεβαστοῦ (Marm. Cum.), ut alii plures. Etiam minus titulus Tib. Iul. Sauromatae II. tribuendus, qui quamquam potuit Pontifex Augustorum, Augusti et Liviae esse, vel Tiberii et matris Liviae (Tac. Ann. IV, 5.), tamen hic non potest intelligi, quod Σαυρομάτης solum scriptum est, non Τιβ. Ἰούλ. Σαυρ. ut in titulis ceteris nummisque omnibus, idque in titulo, quem ipse rex posuit. Recte igitur Köhlerus l. c. refert ad *Sauromaten III.* qui fuit a Domitiano ad Hadrianum: et huic aetati idem notat formam litterarum convenire. Possis etiam ad *Sauromaten IV.* detrudere, qui a M. Aurelio usque ad Sept. Severum regnavit; sed *Sauromates V.* iam nimis est recens (cf. Introd. I, 13.).

## 2126.

Titulus in loco veteris *Phanagoriae* repertus; ex Marschallo de Bieberstein dedit Guthrie Append. p. 317. Cantabrigiam attulit Clarkius ut a sese in ruderibus Phanagoriae repertum, ediditque Gr. marbl. n. 24. p. 46. atque olim eum ad templi introitum fuisse positum censet. Varietatem exiguam notavit Dobraeus Diar. class. T. XXX. p. 147. (Ros. Inscr. p. 417.). Est nunc Cantabrigiae in vestibulo bibliothecae Universitatis.

ΑΙΑΣΑΠΟΑΥΤΩΝΕΙΣΑΥΤΟΝΓΕΝΟΜΕΝΑΣΤΕΙΜΑ. . .
ΑΙΣΤΕΚΑΙΑΝΕΙΣΦΟΡΙΑΙΣΑΠΑΣΑΙΣΤΑΙΣΚΑΤΑΤΗΝΒΥ.
ΔΕΙΧΘΕΝΤΑΤΟΥΚΑΙΣΑΡΕΙΟΥΔΙΑΒΙΟΥΕΙΣΓΕΝΟΣΤΟΙ
ΤΑΣΑΝΕΣΤΗΣΕΝΤΕΙΜΗΣΧΑΡΙΝΣΥΝΤΩΚΑΙΕΠΙΤΕΙ.
ΜΕΡΑΝΑΥΤΩΝΥΠΟΤΕΕΜΟΥΚΑΙΤΩΝΕΚΓΟΝΩΝΜ.

Guthr. utrinque lacunas signat. Vs. 1. Guthr. ante **ΕΙΣ** habet **ΚΑΙ**, de quo nihil nec Clark. nec Dobr. In fine Guthr. **ΑΣΙΕΙΜΑ**, sed quasi in versu eum, qui primus Clarkio est, antecedente. Vs. 2. Guthr. **ΚΑΙΑΛΕΙΣ** etc. In fine Υ ex Dobraei nota addidi, sed incertum. Vs. 3. idem Ο pro Θ; in fine **ΤΟΙ** ex hoc ipso addidi; et vs. 4. ultima **ΤΕΙ** ex eodem. Vs. 5. extr. Clark. **ΕΚΤΟΝΩ**, Dobr. **ΕΚΓΟΝΩ**, Guthr. **ΕΚΓΟΝΩΝΜ.**

- - - - - - - - - αίας ἀπὸ αὔτων εἰς αὐτὸν γενομένας τειμὰ[ς? - - - -
- - - - - - - - - αις τε καὶ ἀνεισφορίαις ἁπάσαις ταῖς κατὰ τὴν Β - - -
- - - - - - ἱερέα ἀπο]δειχθέντα τοῦ Καισαρείου διὰ βίου εἰς γένος, τοῖ[ς? -
- - - - τοὺς ἀνδριάν]τας? ἀνέστησεν τειμῆς χάριν σὺν τῷ - - - - -
ἱερὰν δὲ ἄγεσθαι τὴν ἡ]μέραν αὐτῶν ὑπό τε ἐμοῦ καὶ τῶν ἐκγόνων μ[ου - -

Vs. 1. init. Dobraeus vult δι]ὰ [τ]άς. Vs. 2. extr. vix Βυ[ζαντίων fuerit, ut putabat Dobr. Fortasse erat β[ασιλείαν vel simile. Vs. 3. vix aliud latet quam ἱερέως designatio, quo pertinet διὰ βίου εἰς γένος: Dobr. de eodem vel de ταμίᾳ dici putat. Vs. 4. 5. init. Dobraeus praecepit emendationem: αὐτῶν manifesto est τῶν Σεβαστῶν. Sed post haec omnia nondum liquet tituli sententia.

## 2126. *b*.

Prope Taman s. *Phanagoriam* mense Februario a. 1830. reperta tabula marmorea, cui inscriptus hic titulus in versus tredecim divisus. Apographum, quod damus, parum diligenter factum edidit Stempovskius in Ephem. Odess. a. 1830. n. 101. ($\frac{17}{29}$. Dec.), postquam frustra speravit exemplum accuratius nacturum sese esse.

Μ·ΑΥΡΗΛΙΩΑΝΔΡΟΝΕΙΚΩΠΑΠΠΟΥ
ΤΩΠΡΙΝΕΠΙΤΗΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣΠ·Ι·Κ·Ρ·
ΚΑΙΤΟΥΤΟΥΥΙΩΑΛΕΞΑΡΘΩΛΟΧΑ
ΑΓΡΙΠΠΕΩΝΚΑΙΣΑΡΕΩΝΑΡΧΟΝΤΕΣ
ΤΗΝΣΤΗΛΗΝΤΕΙΜΗΣΧΑΡΙΝ·Γ·Χ
ΑΡΤΕΜΕΙΣΙΩ·Κ·Ε·
ΧΑΙΡΕΤΕΟΙΠΑΡΟΔΕΙΤΑΙ

Μ. Αὐρηλίῳ Ἀνδρονείκῳ Πάππου, τῷ πρὶν ἐπὶ τῆς βασιλείας π[ρ]ί[γ]κ[ιπι]? καὶ τούτου υἱῷ Ἀλεξάρ[χ]ῳ λο[κ]α - - Ἀγριππέων Καισαρέων ἄρχοντες τὴν στήλην τειμῆς χάριν, γχ̅, Ἀρτεμεισίῳ κε̅. χαίρετε οἱ παροδεῖται.

Vs. 2. ultimae quattuor litterae quid significent, valde incertum est; nec video quid inesse possit nisi muneris sive officii nomen. Si quattuor illae litterae punctis separatae sunt, ut initiales integrarum vocum, viderit alius, quid illae significent; sin punctis lacunae signentur, dicam inesse Πρίγκιπι, ut n. 2109. *b*. Tum ἐπὶ τῆς βασιλείας fuerit *sub regno*, ita ut ille apud regem Bospori *principis* officium sive ordinem obtinuerit. Sed quum lectio incerta sit, taedet quidquam proposuisse. Vs. 3. scribas Ἀλεξάνδρῳ, sed non confido: quis enim pro nomine tam vulgari legerit Ἀλεξάρθῳ? Dedi igitur Ἀλεξάρχῳ. ΛΟΧΑ cave putes esse λοχαγῷ. Ni fallor significatur aut λοκάτορι aut λοκαρίῳ. His duobus columellam sepulcralem ponunt magistratus urbis *Agrippensium, Caesarensium*. Magistratus hos Introd. I, 19. memorare nondum potui, quod titulus post illam partem iam impressam allatus est; urbs videtur Phanagoria esse, quae postquam Pompeii dono libera extitit, mox quum M. Agrippa Polemonem I. Bosporo regem imponeret, potuit ex hoc et Octaviano Caesare nomen illud nancisci. Ceterum in utraque Bospori ora nummi aerei reperiuntur, partim cum inscriptione ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, partim cum altera ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ, typo non dissimili, etsi non prorsus eodem; horum illi Caesareae Bithyniae vel Trallibus Lydiae, hi Anthedoni s. Agrippiadi Iudaeae tribui solent: utrique videntur Phanagoriae esse, quod notavit Stempovskius. De anno vs. 5. expresso dubitat idem, et mavult a. 403. (ΓΥ) quam a. 603. tum propter litterarum formas tum propter argumentum. De forma litterarum quidem non liquet, poterantque, si antiquae sunt, ad antiquius exemplum exaratae esse; ex argumento non multum colligi potest. Annum 403. si elegeris, erit is p. Chr. 107.; traditum numerum si retinueris, erit p. Chr. 307. *M. Aurelii* certe nomine probabile fit, titulum non antiquiorem esse Aureliis Imperatoribus. Mensis *Artemisius* est septimus Macedonicus; cuius in Introd. non memini, quod nondum tum mihi titulus innotuerat. Pro ΚΕ exspectabas ΕΚ.

## 2127.

Marmor in loco *Phanagoriae* repertum, in cuius utroque latere anaglypho exprimitur eques cum puero, ut in multis huius regionis monumentis; lapis fuit versatilis, ut eius utrumque planum adspici posset. Clarkius detulit Cantabrigiam, ubi est ad scalam bibliothecae Universitatis, et titulum edidit Gr. Marbl. n. 6. p. 5. quod apographum prorsus certum est; sine varietate praebet Müllerus in schedis. Tractarunt Iacobs. Anthol. Pal. T. III. Add. p. CIV. Osann. Syll. Inscr. p. 144 sq. Editor Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 326. Graefius Act. Acad. Petrop. Vol. VIII. p. 648 sq. Boissonad. App. Epist. Holsten. p. 431. ac nuperrime Welcker. Syllog. ed. alt. n. 48. p. 67 sq. Cf. etiam Dobraeum Diar. class. T. XXX. p. 147. (Ros. Inscr. p. 417.).

ΤΕΙΜΟΘΕΟΣΔΑΣΕΙΟΣΧΑΙΡΕ
ΤΕΙΜΟΘΕΟΣΟΠΑΤΡΑΣΟΣΙΟΣΦΩΣΠΑΙΣΔΕΔΑΣΕΙΟΣ
ΤΡΙΣΔΕΚΑΤΑΣΕΤΕΩΝΤΕΡΜΑΤΙΣΑΣΕΘΑΝΕΣ
ΑΤΑΛΑΝΟΙΚΤΕΙΡΩΣΕΠΟΛΥΚΛΑΥΣΤΩΙΕΠΙΤΥΜΒΩΙ
ΗΥΝΔΕΣΥΝΗΡΩΩΝΧΩΡΟΝΕΧΟΙΣΦΘΙΜΕΝΟΣ

Vs. 5. falso a quodam dicitur in lapide esse ΣΥΜΗΡ.

Τειμόθεος Δασεῖος χαῖρε.
Τείμόθεος ὁ Πάτρας ὅσιος φώς, παῖς δὲ Δασεῖος,
τρ[ε]ῖς δεκά[δ]ας ἐτέων τερματίσας ἔθανες.
Ἆ τάλαν, οἰκτείρω σε πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ,
ἡῦν δὲ συνηρώων χῶρον ἔχοις φθίμενος.

Δασεῖος bis scriptum non mutari posse sponte patet; nec plane improbo rationem Welckeri, Δασεὺς Δασῆος et Aeolice Δασεῖος dictum esse sicut Περσεῖος et alia; fuisse autem in hac regione etiam Aeolenses Introductio docet. Attamen quum Δασεὺς Graecum nomen non norim, et Aeolismum illum Phanagoriae, ubi plurima Ionica, haesisse non sit probabile, barbarum potius hoc Δασεῖος nomen iudico a recto casu Δάσεϊς, ut Ζώβεϊς et alia (vide Introd.); hinc fiebat genitivus Δασέϊος et contracte Δασεῖος. Nomen vero Δάσεϊς videtur cohaerere cum nomine Δάσος, cuius femininum Δάση habes n. 2128. Contra nomen Δάσυλλος cuius meminit Welck. potest a δασὺς derivari, ut θρασὺς Θράσυλλος. Mox ὁ πάτρας ὅσιος φώς, si πάτρας appellativum

est, non recte potest explicari, utut torseris. Ante patris nomen exspectatur patriae nomen, et rectissime Πάτρας huc rettulit editor Mus. crit. Cantabr. Κώμη Πατραεὺς est in proxima Phanagoriae vicinia ap. Strab. XI. p. 494. quam verisimile est et Πάτραν et Πατραέα sc. δῆμον s. πύργον (hoc Teiorum usu, qui in hac ora sunt: quippe hi pro δήμῳ dixerunt πύργον) vocatam esse. Fuit opinor vicus civium Phanagorensium. Aliorum sententias non referam. Vs. 3. certatim corrigitur τρεῖς δεκάδας a Porsono ap. Dobr., editore Mus. crit., Iacobs. Boiss. Osann. Peccavit lapicida, ut passim in Bosporanis. Exempla formulae haud pauca attulit Welckerus, in quorum uno ipsum inest τρεῖς ἐτέων δεκάδας, in Marmore Italico suo loco edendo. Vs. 4. πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ, ut in Epigr. Meleagri Epitymb. n. 476. Anal. Brunck. T. I. p. 30. Vs. 5. corrigitur νῦν δὲ σύ γ' ἡρώων, quod sensu cassum est; quid est enim hoc: *Nunc vero tu habeas heroum locum?* Alii aliter; sed recte Welckerus retinuit lapidis lectionem. Ηὗν est monosyllabum, quod sane concedendum est poetae Phanagorensi: συνήρωες, quod Iac. coniunctim dedit, sunt *defuncti ante Timotheum, eodem in sepulcro conditi*; Timothei enim maiores quoque Phanagoriae habitasse censendi sunt. Sic prodit iam commoda sententia: *Bonum* habeas simul sepultorum heroum s. defunctorum locum. Illúd quidem non ausim dicere, σὺν ἡρώων esse p. σὺν ἥρωσιν, ut n. 2114. *c. d.*

## 2128.

Marmor candidum *Phanagoriae* repertum, utroque in latere habens anaglyphum, ut n. 2127. In altero latere est eques cum inscriptione oblitterata, in altero idem anaglyphum quod n. 2113. mulier cum puella, cum inscriptione quam edimus. Ex Marschallo de Bieberstein dedit Guthrie Append. p. 322.

ΔΑΣΕΕΠΡΕΠΙΟΥΧΑΙΡΕ

Δάσ[η] Ε[ὐ]πρεπίου χαῖρε.

Cf. ad n. 2127. Quum titulus manifesto corruptus sit, non dubitavi Ε in Η mutare: Δάσε indeclinabile, ut Σῆστε n. 2009. minime probabile est.

## 2129.

Marmor candidum *Phanagoriae* repertum; inscriptio est sub anaglypho, in quo aëtoma cum rosis, et sub hoc eques cum puero ipsi obvio. Phanagoriâ translatum est in locum Jenikale prope Panticapaeum ibique muro ad domum praefecti militaris insertum est. Dederunt Guthrie Append. p. 323. (ex Marschallo de Bieberstein): Waxel. Rec. n. 12. in aere, item in aere Pallas. Itin. Russ. merid. T. II. tab. 18. Cf. p. 278.

ΗΖΟΥΣΑΠΟΛΛΩΝ
ΔΟΥΤΟΙΣΠΑΙΑΤΟΥ
ΣΙΝ ΧΑΙΡΝ

Formam Α dedi ex Pall. Vs. 1. extr. Guthr. Wax. ΛΟΝ, Pall. ΛΩΝ. Vs. 2. Wax. ΣΟΥ: ibid. ΤΟΙΣ ex Guthr.; Wax. ΤΟΙΞ, Pall. ΤΟΙΕ. Tum Guthr. ΠΑ...\ΙΟΙ, Wax. ΓΑΙΛΤΟΥ, Pall. ΠΑΤΑ ΠΩ: delegi optima. Vs. 3. Guthr. post lacunae signa, quae nulla est, habet ΧΑΙΡ., Wax. ΧΑΙΡL, Pall. ΧΑΙΡΝ, compendiose pro χαίρειν. Vs. 1, nihil perisse ex vs. 3. colligi potest, ubi item nihil perisse constat.

Ἠζοῦς Ἀπολλων[ί]δου τοῖς πα[ρ]ά[γ]ουσιν χαίρειν.

Ἠζοῦς est nomen virile et Σαμοῦς Σαμοῦτος in Olbiae titulo n. 2067. et Ζαζζοῦς Ζαζζοῦ, Κοσσοῦς Κοσσοῦ n. 2130. 2131. Adde Introd. Titulus est singularis, sed recte a me restitutus. Pro solito χαῖρε παροδῖτα dictum est τοῖς παράγουσι χαίρειν.

---

## 2130.

Tabula marmorea grandis cum titulo pulchre exarato, in expugnatione *Anapae* Circassicae reperta in balneo Turcico, et Pallasio hortante in Chersonesum Tauricam, mox a Clarkio Cantabrigiam asportata, ubi ad scalam bibliothecae Universitatis collocata reperitur; sed in transvectione pars fracta est. Titulus circa vs. 15-25. minus latus fuisse videtur. Hodie plurima prorsus deleta sunt, maxime in superiore parte vs. 3-15. quod docuit me Müllerus, qui aliquot inde versus transcripsit, idque coniicias etiam ex notula Dobraei Diar. class. T. XXX. p. 147. (Ros. Inscr. p. 417.). Titulum tum perfectiorem in Chersoneso transcripsit Clarkius et edidit Gr. Marbl. n. 7. p. 6. ac cum lapide hoc apographum contulit Porsonus. Anapa autem, quam vir doctus in Ephemeridibus Odessae 1828. N. 27. et 86. Sindicam censet oppidum esse, me iudice Mannerto Geogr. T. IV. p. 389. recte est Hierus portus Arriani Peripl. Pont. Eux. p. 19. Hudson. T. I. a Batis vico, qui Arriano Πάγραι λιμήν, stadiis CLXXX Bosporum versus: Bata vero, nunc Zudzuk Kale, a Sindico portu absunt stadiis CCCC (Strab. XI. p. 496.), ita ut Hierus a Sindico portu in Cubani ostiis stadiis absit CCXX. Plinius quidem Hierum oppidum a civitate Sindica longius removet (H. N. VI, 5.); sed vitium videtur in numeris esse. Iam vero a Batis secundum Artemidorum (Strab. ibid.) incipit ora Cercetarum, quos in hoc littore plures commemorant, vel secundum Mithradaticarum rerum scriptores ora Achaeorum (Strab. ibid. p. 497.): sed inter Sindos et Achaeos auctore Strabone est Gorgippia urbs maritima, quae proinde inter Sindicum portum et Bata est, in terra, quae vulgo Sindica (cf. Introd.); itaque patet Anapam et Hierum in proxima esse Gorgippiae vicinia vel Gorgippiam ipsam. Quum vero n. 2130. 2131. ad aliquam illo loco Graecam civitatem insigniorem referri debeant, non dubito eos ad *Gorgippiam* referre. Ἱερὸς λιμὴν quidem non videtur civitas diversa a Gorgippia fuisse, nec memoratur a Strabone, qui eius loco videtur Gorgippiam habere; Plinii et Arriani aetate locus potuit potissimum Ἱερὸς λιμὴν dici, quae Straboni erat Gorgippia: in Strabonis autem aetatem hic incidit titulus. Ceterum haec omnia tum tantum recte composita erunt, si haec inscriptio vere in proxima Anapae vicinia reperta est: quod ex Clarkii narratione putaveris. Verum ex Pallasii Itin. in merid. provinc. Russiae T. I. p. 399. didici, titulum in balneo Turcico vici Tscherakee „in expugnatione Anapae" repertum esse, non in ipsa arce Anapa: et is vicus sex verstis Russicis, hoc est stadiis fere XXXIV, super ostio fluvii Bugur situs dicitur. Sed etiam sic inscriptio ad proximam Anapae viciniam pertinet; Bugur enim apud Anapam ipsam in mare effunditur: et quum titulus n. 2131. qui eiusdem manifesto antiqui oppidi est, et ipse Anapae repertus dicatur, etiam titulus n. 2130. ad proxima Anapae pertinet.

ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΒΕΡΙΟ.
ΚΑΙΣΑΡΟΣΚΑΙΦΙΛΟΡΩΜΑΟΥΣΥΣΕΡΟΥΣ..
. . . . . . Ω . . . ΙΩΝΟΣ . Σ . . . . ΝΟ . . .
ΙΝΙΠΟΘΟΣΩ . Ν . . ΙΣΡΟ . . . . . . . . . .
ΩΜΓΙΩ . . Ο . ΙΩΑΝΟ . ΛΑΙΝΙ . . . . Ι . . . . . .
ΘΕΑ . . . . . . . ΩΤ . . . . ΣΠ . ΛΜ . Ο . . . .
Ν . . Ο . . . . ΤΟΙ . . . . ΤΑΙ . . ΑΣΠΟ . . ΩΕ . . .
. . . . . . Ο . Μ . . ΣΝΟΣΧΡ . . . . . . . . . .
. . . . . . ΠΟΘΟΣΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣ . . . . . . .
. . . . . . ΙΣΟΥ . ΝΟΥΜΙΝΙΟΣΠΑ . . . . . .
. . . . . . ΑΤΟΥΣΝ . . . ΟΡΑΝΡΣΟΡ . . . . .
. . . . ΣΟΣΛΖΑΛΖΟΥ . ΣΜ . . ΟΠ . . . . .
. . . . . . . . . . ΡΑΤΟ . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . Ω . ΓΕ . . . . . .
Λ . . . . . . . . . Υ . Ω . . . . .
. . . . . . . . . . . . . ΞΑΝΔΡΟΣ
. . . . . . . . . . . . . . . ΚΟΣΣΟ
Ω . . . . . . . . . ΟΥΚΟΣΣΟΥ
. . . . Ο . ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΕΠ/
. ΚΙΣΚΟΥΝΕΟΚΛΗΣΘ . .
ΩΝΒΦΑΡΝΑΚΟΥΤΕΙΜΟ . .
ΓΑΥΚΩΝΣΩΣΙΑΓΟΡΓΙΑ
ΛΑΤΑΣΙΠΠΑΡΕΙΝΟΥ
ΩΦΑΡΝΑΚ . ΟΥΛΟΧΑ .
ΦΑΡΝΑΚΙΩΝΙΑ . .
ΤΟΔΩΡΟΥΛΕΦΑΟΣΑΑΡΙΣΤΩΝΠΟ .
ΟΝΟ . ΖΑΒΑΓΙΟΥΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΠΟΘΟΥ . . . .
ΝΙ . ΣΠΑΠΑΧΩΛΟΥΧΡΗΣΤΟΥΣΜΥΡΙΣΚΟΥΜΥΡΕΙΝΟ . . . .
ΟΝΟΥΝΕΟΚΛΗΣΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣΧΑΡΔΕΙΣΕΡΕΙΣΦΑΝΔΑΡΑΖΟΥ . . .
ΕΥΣΠΑΠΠΟΣΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣΓΑΣΤΕΙΑΓΑΘΟΥΚΕΦΘΟΥΑΘΗΝΟΔΩ . . .
ΡΟΣΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣΑΤΙΑΝΕΟΚΛΗΣΠΟΘΟΥΘΕΟΤΕΙΜΟΥΠΟΘΟΣΜΑΡΙΟΥ . .
ΙΗΓΟΣΤΕΙΜΟΘΕΟΣΨ . . . ΘΑΠΑΠΑΣΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣΕΡΜΗΣΚΑΙΑΓΑΘΟΥΣ . .
ΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣΕΡΜΟΥΑΥΣΙΜΑΧΟΣΒΠΑΠΙΑΣΧΡΗΣΤΟΥΑΓΡΩΝΤΑΣ . . .
ΜΑΚΑΡΙΟΣΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣΑΡΙΣΤΩΝΒΑΓΙΟΥΣΑΦΑΣΑΣΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣ . .
ΡΝΑΚΗΣΒΕΡΩΤΟΣΦΙΛΟΔΕΣΠΟΤΟΣΦΑΡΝΑΚΟΥΕΡΩΤΟΣΠΟΘΟΣ . . .
. . ΧΡΥΣΟΧΟΟΥΠΟΘΟΣΠΑΠΑΕΡΩΣΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣΕΡΩΤΟΣΠΡΑΞ . . .
. ΣΧΡΥΣΩΤΟΥΠΟΘΕΙΝΟΣΤΕΡΓΟΝΙΟΥΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΜΥΡΙΣΚΟΥΑ . . .
ΣΤΩΝΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣΖΑΖΖΟΥΣΤΕΙΜΟΘΕΟΥΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΝΕΟΚΛΗΣ
. . ΣΗΓΟΥΜΕΝΟΥΠΑΠΑΣΜΥΦΑΓΟΡΑΚΟΣΣΟΥΑΤΤΑΜΑΣΑΣΠΑΠΟΥ
ΚΟΣΣΟΥΣΚΑΙΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΥΙΟΙΒΑΓΗΤΟΣΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΣΑΓΙΟΥΜΗΝΟ
ΔΩΡΟΣΒΩΡΑΚΟΥΦΑΡΝΑΚΙΩΝΕΡΜΑΔΙΩΝΟΣΑΤΑΚΟΥΑΣΠ . . ΠΟΥΚΟΝΟΥ . . .
ΣΑΓΑΘΟΥΓΟΡΓΙΟΥΠΑΒΑΣΦΑΡΝΑΚΟΥΤΡΑΓΟΥΦΑΡΝΑΚΙΩΝΑΓΑ . .
ΘΟΥ . . ΓΟΡΓΙΟΥΠΟΘΕΙΝΟΣΒΓΝΑΦΙΣΚΟΥΑΤΑΜΑΣΑΣΚΑΡΣΑΠΡΟΣΔΟΚΙΩΝ
ΠΟΘΟΣΠΑΠΠΟΥΝΟΥΜΗΝΙΟΣΠΟΘΕΙΝΟΥΧΑΧΑΣΓΟΡΓΟΣΑ
. ΣΕΙ . . . . . . . . . . . . . ΥΡΑΘΩΝΟΣΧΡΗΣΤΙΩΝΟΘΕΚΑΔΗΜΗΤΡΙ
ΣΠ . ΝΝΥ . ΟΣΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣΗΓΟΥ .
ΜΕΝΟΥ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ΑΙΝΟΥΜΗΝΙΟΣΥ .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ΟΚΛΗΣΑΓΑΘΟΥ
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ΑΓΑΘΟΥΑΣΑΓΑΘΟΥΦΑΡ
ΝΑΚΙΩΝΟΣΜ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ΠΥΛΩΡΟΥΡΟΔΩΝ
. . . . . . . ΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣ . . . . . . ΚΟΣΣΟΥΝΟΥΜΗΝΙΟΣΕΡΩΤΟΣ
ΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣΑΝΔΡΑΛΕΟΝΤΟΣΕΟΣΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣΙΠΠΑΡΕΙΝΟΣΧΑΡΔΕΙ
ΕΟΣΧΡΗΣΤΟΥΠΑΠΠΟΣΘΕΚΑΚΑΤΟΚΑΣΔΑΔΟΥ
Τ . . . ΠΑΠΠΟΣΕΡΜΗΓΛΥΚΩΝΑΓΑΘΟΥΧΡΗΣΤΟΥΣΠΑΠ
ΟΡΟΔΩΡΟΣΛΙΜΝΑΚΟΥΜΑΣΤΟΥΣΚΟΘΙΝΑΠΟΘΟΣΑΤ
ΟΣΑΓΑΘΟΥΠΑΠΑΣΑΖΙΑΣΙΑΓΟΥΣΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣΦΑΡ
ΝΑΚΙΩΝΟΣ . . . . . . ΑΤΗΣΙΑΠΑΠΠΟΣΓΟΖΙΝΟΥΝΥΜΦΑΓΟΡΑΣΣΑΜΒΙΩ
ΟΣΙΜΟΟΦΑΡΝΑΚΗΣΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟΣΗΓΟΥΜΕΝΟΥΗΡΑΚΛΕ . . . . . . .
ΩΝΝΕΟΚΛΕΟΥΣΧΡΗΣΤΙΩΝΕΡΜΟΥΚΟΘΙΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣΠΟΘΙΣΚΟΣΑΓΑΘΟΙ
ΑΣΥΑΣΑΛΦΟ . . ΡΛΙΟΥΣΣΙ . . ΟΥΣΣΑΡΜΑΤΑΕΡΜΑΔΙΩΝΝΟΥΜΗΝΙΟΥΧΡΗΣΤΟΥΣ

Vs. 17. est ex Müll. (omisit Clark. vel eius typotheta). Vs. 18. ultimum Y ex Müll. item vs. 19. ultimus ex illo ductus additus est, et vs. 20. ΚΙ. Vs. 23. Müll. ΑΛΤΑΣ.

Titulus sistit anagraphen nominum incertum quamobrem inscriptorum; ex eodem genere est n. 2131. ubi vs. 13. γυμνασίαρχος, quod non videtur nomen proprium esse. Igitur arbitror esse catalogum epheborum in gymnasio exercitorum, ut tot Attici supersunt. Titulus haud dubie *Tib. Iul. Sauromate II.* rege scriptus est; possis quidem vs. 1. etiam Tib. Iul. Rhescuporidis I. nomen inferre; sed hunc non constat esse εὐσεβῆ dictum, illum constat; vide ad n. 2123. Sic titulus est aetatis Tiberianae. Quae perspici possunt, accipe.

Βασιλεύοντος βασιλέως Τιβερίο[υ Ἰουλίου Σαυρομάτου, φιλο]καίσαρος καὶ φιλορωμα[ί]ου, [ε]ὐσε[β]οῦς, - - - 4. Πόθος, 9. Πόθος Χρηστίωνος, 10. Νουμ[ή]νιος, 12. fortasse non tam - - σος [Ἀ]ζάλζου quam [ὁ δεῖνα - -]σόσ[α] Ζάλζου, 16. [Ἀλέ]ξανδρος, 17. Κοσσο[ῦ] vel Κοσσο[ῦς], idemque vs. 18. Tum 19. - - ο[ς] Ἀλεξάνδρου, Ἐπα - - - Quae sequuntur, incipiunt iam distinctiora esse:

20 [ὁ δεῖνα] - - κίσκου,
Νεοκλῆς Θ - - -,
- - - ων β Φαρνάκου,
Τειμό[θεος] - - -,
Γ[λ]ύκων Σωσία Γοργία,
- - λάτας Ἱππαρείνου,
- - ω[ν?] Φαρνάκου Λοχα - -,
25 Φαρνακίων Ἀ[ρισ]τοδώρου Λεφαόσα,
Ἀρίστων Πο. όνο[υ] Ζαβαγίου,
Ἀθηνόδωρος Πόθου,
- - νι. ς Παπᾶ Χώλου,
Χρηστοῦς Μυρίσκου,
Μυρεῖνο[ς? Πο.]όνου,
Νεοκλῆς Φαρνακίωνος,
Χαρδεϊστέρεϊς Φανδαράζου . . . έ[ο]υ[ς],
30 Πάππος Φαρνακίωνος,
Γάστεϊ Ἀγαθοῦ Κέφθου,
Ἀθηνόδωρος Φαρνακίωνος Ἀτία,
Νεοκλῆς Πόθου Θεοτείμου,
Πόθος Μαρίου - - [τ]η[τ]ος?
Τειμόθεος Ψ . . . θα,
Παπᾶς Χρηστίωνος,
Ἑρμῆς καὶ Ἀγαθοῦς [υἱοὶ] Χρηστίωνος Ἑρμοῦ,
[Α]υσίμαχος β,
Παπίας Χρηστοῦ,
Ἄγρων Τασ . . .,
Μακάριος Φαρνακίωνος,
Ἀρίστων β Ἁγίου,
Σαφάσας Χρηστίωνος,
35 [Φα]ρνάκης β Ἔρωτος,
Φιλοδέσποτος Φαρνάκου Ἔρωτος,
Πόθος - . - . τ - Χρυσοχόου,
Πόθος Παπᾶ,
Ἔρως Φαρνακίωνος Ἔρωτος,
Πραξ . . . . ς Χρυσώτου,
Ποθεῖνος Τεργονίου?
Ἀθηνόδωρος Μυρίσκου,
Ἀ[ρί]στων Χρηστίωνος,
Ζαζζοῦς Τειμοθέου,
Ἀθηνόδωρος Νεοκλ[έου]ς Ἡγουμενοῦ,
Παπᾶς [Ν]υ[μ]φαγόρα Κοσσοῦ,
Ἀτταμάσας Πάπ[π]ου,
40 Κοσσοῦς καὶ Ἀθηνόδωρος υἱοὶ Βάγητος,
Δαμόστρατος Ἁγίου,
Μηνόδωρος Βωράκου,
Φαρνακίων Ἑρμαδίωνος,
Ἀτακούας Π[άπ]που Κόνου,
- - - - ς Ἀγαθοῦ Γοργίου,
Πάβας Φαρνάκου Τράγου,
Φαρνακίων Ἀγαθοῦ Γοργίου,
Ποθεῖνος β Γναφίσκου,
Ἀταμάσας Κάρσα,
Προσδοκίων - - - -,
Πόθος Πάππου,
Νουμήνιος Ποθείνου,
Χάχας Γοργόσα,
45 . σει - - - - - -,
- - - υράθωνος,
Χρηστίων Ὀθέκα,
Δημήτρι[ος? - - - -,
- - - - - - - [ο]ς,
Π[ά]ννυ[χ]ος Φαρνακίωνος Ἡγουμενοῦ,
- - - - - - - - -,
[ὁ δεῖνα κ]αὶ Νουμήνιος υ[ἱοὶ τοῦ δεῖνος,
- - - - - - - - -,
- - οκλῆς Ἀγαθοῦ, dein lacuna ut prius,
Ἀγαθούας Ἀγαθοῦ Φαρνακίωνος,
Μ - - - - - - - -,
50 - - - - - Πυλάρου,
Ῥόδων - - - - Φαρνακίωνος,
- - - - - Κοσσοῦ,
Νουμήνιος Ἔρωτος Χρηστίωνος,
Ἀνδραλέ[ω]ν? Τόσεος (Πόσεος?) Φαρνακίωνος,
Ἱππαρεῖνος Χαρδεϊ[στερεῖος], et lacuna,
- - εος Χρήστου,
Πάππος [Ὀ]θέκα,
Κατόκας Δάδου,
- - - - - - - - - - τ - -,
Πάππος Ἑρμ[ᾶ],
Γλύκων Ἀγαθοῦ,
Χρηστοῦς Πάπ[που]? et lacuna,
55 - - ορόδωρος Διμνάκου,
Μαστοῦς Κοθίνα,
Πόθος Ἀτ - - -,
- - - ος Ἀγαθοῦ,
Παπᾶς Ἀζία,
Σιαγοῦς Χρηστίωνος Φαρνακίωνος,
- - - - ατησία,
Πάππος Γοζίνου,
Νυμφαγόρας Σαμβίω[νος?] - οσίμο[υ]?
Φαρνάκης Φαρνακίωνος Ἡγουμενοῦ,
Ἡρακλέων Νεοκλέους,
Χρηστίων Ἑρμοῦ,
Κόθις Ἀρίστωνος,
Ποθίσκος Ἀγαθο[ῦ]?
65 Ἀσύας? Ἀλφο . . [κλέ]ους?
Σι[αγ]οῦς Σαρμάτα,

Ἑρμαδίων Νουμηνίου,
Χρηστοῦς - - - . -

Praescripta, excepta voce Σαυρομάτου, Dobr. l.c. correxit et supplevit; cf. n. 2123. 2124. In reliquo recensu non omnibus locis lacunae sunt, ubi eas notavit Clark. in versuum finibus, quod ipsa docet restitutio. Quam ut perficerem, et nomina huius inscriptionis et n. 2131. inter se contuli, et examinavi analogiam vocabulorum barbarorum, quae haud dubie Maeotica, Sindica vel Toretica sunt; etsi enim Gorgippia Sindorum non est nec Toretarum, tamen in horum dicione erat exstructa. Cf. Introd. De hac autem analogia dixi in Introd. ad quam remitto; hoc loco non multa annoto. Et primum, quod pauca in illo oppido nomina usitata fuerunt, solet avi nomen addi; ultra avum non reditur. Deinde ubi patris et avi nomen idem est, dicitur β̄ (δὶς) τοῦ δεῖνος, sicut in aliis Asianis titulis; ut vs. 34. Ἀρίστων β̄ Ἀγίου, vs. 35. Φαρνάκης β̄ Ἔρωτος, vs. 42. Ποθεῖνος β̄ Γναφίσκου. Sed vs. 33. est tantum Λυσίμαχος β̄, quod fortasse est Λυσίμαχος Λυσιμάχου; idem habes n. 2131. 10. Ἀγαθοῦς β̄. Vs. 12. - σόσα Ζάλζου praetuli ob nomen Olbiae occurrens Ζάλσις et ob recurrentem aliquoties formam in όσας terminatam (v. Introd.), ubi etiam de voce Κοσσοῦς et genitivo Κοσσοῦ. Vs. 21. dedi Τειμό[θεος], quod hoc nomen frequens hic; adde n. 2131. Vs. 22. est Γοργία ut Σωσία, licet infra habeas Γοργίου. Vs. 25. dele secundum ι. Vs. 24 sqq. habes Φαρνάκην et deinceps Φαρνακίωνα: haec nomina maxime ex Pharnacis regis memoria haeserunt, ut Diophanti n. 2131. 2123. Vs. 26–27. dedi Πο.όνου coll. vs. 29. init. ubi rursum Myrini paternum nomen ex vs. 26–27. supplevi. De forma Γάστεϊ vs. 30. cf. n. 2131. et Introd. Vs. 31. Ἀτία dixeris esse Scythicum ob regem Ἀτέαν, neque obsto, quominus Scythicas quoque voces aliquot apud Sindos reperias. Fortasse tamen Ἄττα fuit, ut n. 2114. *d.* videtur. Vs. 32. υἱοὶ addidi ex vs. 40. 47. Vs. 34. nolim Βαγίου legi, etsi Βάγητος infra est; praestat Doricum Ἀγίου, quod redit vs. 40. ut etiam Δαμόστρατος est in hoc titulo. Cf. Introd. Vs. 37. malim Τερ[πω]νίου. Vs. 38. Νεοκλῆς nominativus esse non potest, qui seriem nominum turbat: desideratur genitivus; cuius terminatio Σ superest vs. 39. init. Igitur scripsi Νεοκλ[έου]ς. Vs. 41. Κόνος est Olbiopolitanum Κοῦνος. Vs. 42. coniicias Πα[π]ᾶς. Vs. 52. de nomine Τόσεος dubito. Vs. 52 seq. supplevi ex vs. 29. et vs. 53. [Ὀ]θέκα dedi e vs. 45. Vs. 54. dedi Ἑρμ[ᾶ], etsi Ἑρμοῦ quoque in hoc titulo habetur, ut Γοργία et Γοργίου. Vs. 55. potest Ἀτ[ίου, Ἀτ[τάκα, Ἀτ[ταμάσα scribi. Vs. 57. de voce Σαμβίω[νος conf. ad n. 2078. 2119. Σι[αγ]οῦς vs. 60. dedi e vs. 56. De forma Σαρμάτης vide Introd. I, 1.

## 2131.

Lapis *Anapae* repertus, isque ex eodem genere; nunc habetur Theudosiae. Ex schedis Stempovskii ed. Rochettus Antt. Bosp. tab. x. n. 4. Cf. Köppen. Nordgest. p. 78.

C.ΜΥΡΙϹΚΟϹΖΑΖΖΟΥ
ΠΑΝΤΑΛΕΟΝΤΟϹ.ΤΕΙΜΟ
.ΤΙΩΝΟϹ.ΙΑϹΠΟϹΙΟΥ.ΦΑΡΝΑ
ΤΑϹΚΟΡΗΓΙΩΝΟϹ.ΠΑΝΤΑΛΕ
ΑΤΤΑΚΟΑϹΜΥΡΕΙΝΟΥ.ΚΑΤΤΑ
ϹΤΙΩΝΠΑΠΑ.ΧΡΗϹΤΙΩΝΑΙ
ϹΤΑϹΑΡΜΑΤΑϹΧΟΔΕΚΙΟΥ.Α
ΑΡΙΤΩΝΝΕΟΚΛΕΟΥϹ.ΑΘΗΝΟ
ϹΦΙΛΩΤΑ.ΠΟΘΟϹΘΕΟΔΟΤΟ
Υ.ΑΓΑΘΟΥϹ.Β.ΑΘΗΝΟΔΩΡΟϹ
ΠΟΘΟΥ.ΧΡΥϹΕΡΩϹΗΡΑΚΛΑ
.ΟΥΜΗΝΙΟϹΚΟϹϹΟΥ.ΓΑΔΙΚΙ
..ΓΥΜΝΑϹΙΑΡΧΟϹΦΑΡΝΑΚΙ
ΙΟϹΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟϹ.ΚΟΦΑΡ
ΓΟΡΑϹΜΑΚΑΡΙΟΥ.ΝΕΟΚΛΗϹ
ΟϹΦΑΡΝΑΚΙΩΝΟϹΠΟΘΟΥ
.ΗϹΓΑϹΤΕΙ.ΠΑΠΑϹΚΟΜΙΝΙ
ΥϹΠΑΠΑ.ΕΥΤΥΧΟϹΤΙΜΟ
ΟΥ.ΖΑΖΖΟΥϹΑΠΟΛΛΟ..
ΔΙΟΦΑΝΤΟϹΓΑΔΙΚΙΟΥ..
ΒΑΠΟΥΚΟϹϹΟΥϹΑΤΤΑ...
ϹΡ.ΟΡΡΑ........

Puncta singula plurimis locis tantum verborum fines, non lacunas indicant; et lacunae ipsae magna ex parte non signatae sunt. Lego:

- - - - - ς,
Μυρίσκος Ζαζζοῦ Πανταλέοντος,
Τειμό[θεος . . . σ]τίωνος Ἰασποσίου,
Φαρνά[κη]ς [Χ]ορηγίωνος Πανταλέ[οντος],
Ἀττακόας Μυρείνου Καττά[κου],
. . . στίων Παπᾶ,
Χρηστίων Αἰ - - στα,
Σαρμάτας Χοδεκίου,
[Χ]αρίτων? Νεοκλέους,
Ἀθηνό[δωρο]ς Φιλώτα,
Πόθος Θεοδότου,
Ἀγαθοῦς β̄,
Ἀθηνόδωρος Πόθου,
Χρύσερως Ἡρακλα,
[Ν]ουμήνιος Κοσσοῦ Γαδικί[ου].
γυμνασίαρχος Φαρνάκ[ης - -]ιος Φαρνακίωνος,
Κοφαρ.[α]γόρας Μακαρίου,
Νεοκλῆς [β̄]?
- -]ος Φαρνακίωνος Πόθου,
- - ης Γάστεϊ,
Παπᾶς Κομινί[ου] Παπᾶ,
Εὔτυχος Τιμο[θέ]ου,
Ζαζζοῦς Ἀπολλο[δ . . ου],
Διόφαντος Γαδικίου - - βάπου,
Κοσσοῦς Ἀττα - -
etc.

De plurimis vide Introd. et ad n. 2130. plurima enim nomina eadem quae n. 2130. sunt, et ratio tituli est eadem. Vs. 3. aut Ἀριστ[τίωνος aut Χρησ]τίωνος. Vs. 5. Καττάκης est idem quod n. 2130. 53. Κατόκας; T modo duplicatur in his formis, modo non, ut Ἀταμάσας et Ἀτταμάσας, ut Ἀτάκης, Ἀτακούας, Ἀττακόας. Vs. 21. est Ἀττά[κου vel Αττα[μάσα, aut Ἄττα integrum est ut n. 2114. *d*.

## 2132.

Apud Kopyl Cubanus fluvius duos in Maeotidem rivos demittit, qui solent in tabulis geographicis notari; sed hinc in orientem, sex miliariis ultra, in media ad oppidum Jekaterinodar via, est rivus Angaly s. Angelinka s. Jerok Angelinka, qui et ipse Cubani aquas in *Maeotidem* emittit (cf. Köppen. Nordgest. p. 24.). Ad hunc rivum, fortasse in vicinia oppidi n. 2133. significati, titulus inventus est, et a Rossinskio, scholae, quae in oppido Jekaterinodar est, rectore et πρωτοϊερεῖ, in id oppidum allatus est, ubi transcripsit Köppenius. Hic edidit Nordgest. p. 48. post Rochettum Antt. Bosp. tab. IV. n. 2. qui sine loci designatione dederat. Utrumque exemplum conspirat, nisi quod ap. Roch. in fine est punctum, quod non habet Köpp. et quod forma litterae A apud Köpp. vulgata est, credo quod veram formam exprimere typo nequibat.

ΑΓΓΕΛΙΓΓΟ
ΤΟΑΓΟΛΛΩ
ΝΙΔΕΩΧΙΟ

Ἀγέλιππο
τὸ Ἀπόλλω-
νι Δεωχίο.

Integrum esse titulum lineis circumductis significatur; et accurata solent Köppenii apographa esse. Igitur barbarus videtur titulus esse, omisso Σ terminationis, quae omissio Scythis usitata fuit, et potest etiam Maeotis tribui. Neque ο pro ῳ in terminatione muto. *Deochius* Apollo mihi ignotus.

---

## 2133.

Alber. De la Motraye Itiner. Europ. As. Afr. T. II. p. 75. ed. Hag. Comit. 1727. fol. (ed. Angl. T. II. p. 49 sqq.) iter suum narrat, quod ex Temrjuk prope Phanagoriam ad mare Caspium perfecit equis pernicibus et cursu velocissimo: quo minus constat de situ locorum, quos pervolavit, quum praesertim flumina non propriis sint nominibus indicata, sed appellativis omnia duobus, aut Buciouksou aut Cuciouksou (*magnum, parvum flumen*). Igitur ille a Temrjuk d. XXVI. Dec. MDCCXI. profectus LVIII horarum spatium septentrionem versus, ut ait, emensus est, donec d. XXVIII. ad stationem campestrem Nogaïanam perveniret: postridie ad aliam stationem, orientem versus, quantum video, profectus est, et inde parietinas urbis spectaturus, quas in terra hac, a prima quam dixi statione trium dierum et dimidii itinere equis validis perficiendo, abesse resciverat, ad fluvium satis magnum, fortasse *Coppa* ut ait, pervenit d. I. Ian. MDCCXII. hora matutina VI. Hinc Ian. II. hora IX. matutina profectus coepit montes Nogaïanorum intrare et Ian. III. hora II. pomeridiana, magna parte noctis in itinere consumpta reliquias magnae urbis ad collem positas repperit: mox Ian. VIII. ad montes Circassiorum pervenit, postquam traiecit flumen ut putabat Cara Cuban, et Ian. XIV. ad mare Caspium. Itaque urbs haec est inter *Maeotidem* et flumen Cubanum; fluvius autem cuius memini prior debet unus ex illis esse, per quos Cubanus in Maeotidem effunditur; alios vero etiam aliquot minores superaverat, quae et ipsa ex parte videntur Cubani brachia esse in Maeotidem effusa. In illis igitur parietinis, quae Eski-sheir (urbs vetusta) dicebantur, non Phanagoriae, ut Chishullus fabulatur, repperit et alia et plura anaglypha cum titulis, in his duo quae hic et n. 2134. posui, fere palmos V alta et VI cum dodrante lata, lapidis cani ex montibus vicinis ut putat petiti. In priori (tab. IV, 11. 12. aeri inciso, ed. Angl. tab. XXVII, 2.), quod Veneri Apaturo oblatum est, media est Venus amplexura virum a sinistra eius accedentem, manifesto Martem; ad dextram eius adstat Neptunus tridentem tenens; hi omnes prope nudi: Martis ad sinistram est Amor alatus facem sinistra gestans; pone hunc est Vulcanus sinistra forcipem tenens. Infra est inscriptio antiquis litteris, quam hinc rettulerunt Chishull. Antt. As. p. 10. Corsinus Nott. Gr. Diss. p. CV. Ceterum et Venerem Ἀπάτουρον novit huius inscriptionis editor et litterarum formas ex nummis habuit cognitas (p. 74.), ut possis fraudem suspicari: sed nullam huius suspicionis idoneam rationem video.

ΘΕ...ΑΠΑΤΟΡΟ--ΜΑ+--ΑΡΝιαεΔ/

Lacunarum spatia vix accurate notata sunt. Titulus omnium Sarmatiae antiquissimus et fortasse circa Olymp. 70–80. scriptus fere hic fuisse videtur:
Θε[ῷ] Ἀπατούρῳ [Ἄ]μαχ[ος] Ἀρυ... δα.

Θεῷ (p. Θεᾷ) dedi de industria; puto scriptum fuisse ΘΕΟΙΑΠΑΤΟΡΟΙ. + videtur Χῖ esse, ut in Atticis, per Milesios huc advectum.

## 2134.

*Ibidem*, ex eodem, tab. IV, 14. 15. in anaglypho; repraesentatur eques ut in aliis Bosporanis monumentis sepulcralibus, isque ad sinistram adspectanti conversus; ante hunc mulier decumbens, eaque lugens; pone equitem ara sertis et capitibus taurinis ornata, cuius generis multae supersunt; pone aram tibicen.

ΗΟΑΥ·ΚΑΙΡΞ ΣΑΓΔΙΟΙΛΙΣΙ

Media vox fortasse est χαῖρε: nisi legendum Πολύκαιρος < (pro interpunctione) Διονυσίου. Titulus magnopere detritus dicitur; sed litteris elegantissimis scriptus.

---

## 2134. *b*.

Lapis longus pollices Anglicos 52½, latus pollices 14, eius speciei quam calcem primitivam vocant (alabastrum dicit, qui repperit), in antiquo detectus est pavimento inter rudera urbis Sarai, olim sedis celeberrimae Chanorum Ordae aureae seu Dschingisidarum Kaptschacensium, haud procul ab urbe Zarizyn ad flumen Actubam, brachium fluvii Wolgae, qui olim *Rha* vocatus. Margines superior et inferior ac dexter potissimum accisi ferro sunt in adverso lapidis plano, quod solo incumbebat; aversum planum sive dorsum, quod scriptura vacuum, integrius superest, quamquam id pedibus tritum, quod planum hoc in pavimenti fuit superficie. Litterae fere eaedem sunt quae in titulis Olbiae, vulgaribus typis simillimae. Repperit Henr. Aug. Zwick, Sareptanus, qui eius meminit in Itinerario: Reise von Sarepta in verschiedene Kalmücken-Horden des Astrachanischen Gouvernements im Jahre 1823. etc. (Lips. 1827. 8.) p.88. sed lapidem incendio Sareptae, quo deportatus erat, interisse docet; editum eum dicit in Hammeri libro „Fundgruben des Orients", ubi tamen, quantum scimus, non extat. Duplex apographum, quorum alterum ex ipso lapide, qui pigmento atro illitus erat, expressum est, a Zwickio habet Frid. Graefius, qui edidit et illustravit Act. Acad. Petrop. Seriei VI. T.I. (Scient. polit. hist. philol.) p.55 sqq. Textum dedi, qualem repraesentat Graefius p.58. sed vs.11.18. ductibus iis illatis, quos ipsius descriptio inesse docet. Decretum hoc, a *Dorica civitate maritima* scriptum, non verisimile est casu in terram adeo remotam translatum esse, sed videtur a Tataris e vicinia petitum: quibus marmor est res adeo rara et pretiosa, ut vel minutos lapides eius generis servasse Principem legerim. Ad flumen Rha vero quum Graeci nulla habuerint emporia neque ex illo fluvio in maria a Graecis navigata perveniri potuerit, haud dubium videtur, quin ex Tanaidis vicinia petitus lapis sit, positus olim in patrio eius viri oppido, quem illa Dorica civitas honoravit; similia exempla vide ad n.2103.*e*. allata; sufficitque vel n.2060. comparasse. Iam vero Zarizyn Wolgae appositum est in eo tractu, ubi id flumen ad Tanain accedit paucorum miliariorum intervallo; quod ipsum intervallum, de qua re me certiorem fecit Alexander Humboldtus, tam expedita superabile via est, ut lapis facile transvehi potuerit. Ipsi vero Tanaidis flexioni, quae Wolgae proxima, oppidum Ptolemaeus apponit *Exopolin*, manifesto Graecum. Quare nihil probabilius quam Exopoli positum lapidem fuisse.

ΨΑΝΠΟΤΙ
ΙΙ
ΑΝΘΙ ΛΑΡΟΣΣ
ΟΜΕΝΟΣΜ ΙΑΤΡΟΠ
ΤΟΙΣΠΟΛΕΙΙ/ ΣΔΙΑΤΕ
ΣΠΑΝΤΑΣΕΞΑΙ Ε ΩΣΔ
ΤΟΡΓΙΑΝΗΛΗΚ/ ΟΑ
ΚΑΙΑΛΛΟΤΕΠΛΕΙΣ
ΟΤΕΙΜΙΑΤΑΠΡΟΣΤΟΝΔ
ΓΑΣΑΤΟΚΑΙΑΥΤΟΣΤΩΝ
ΩΝΜΕΤΑΣΧΕΙΝΚΑΙΓΕΝΕ
ΥΤΟΣΦΙΛΟΤΕΙΜΟΣΚΑ
ΝΤΩΝΤΗΝΤΑΝΔΡΟΣΓ
ΠΟΛΕΙΤΑΝΚΑΙΤΑΝΠΟ
ΕΥΝΟΟΝΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑ
ΝΩΣΦΙΛΟΤΕΙΜΗΣΑΜ
ΙΤΩΔΑΜΩΕΠΑΙΝΕΣΑ
ΝΑΝΔΡΑ Γ ΚΑΙΟΝΕΥΝ
ΔΟΜΕΝΔΕΑΥΤΩΠΡΟ
ΕΚΑΙΕΚΠΛΟΥΝΕΝΕΤΕ
ΑΕΙΛΥΤΩΤΕΚΑΙΕΚΙ
ΜΕΤΟΧΟΝΤΕΠΑΝΤΩΝΩ
ΤΕΙΤΑΙΣΚΑΠΟΓΕΝΟΥΣ
ΤΟΑΝΑΓΡΑΦΛΜΕΝΛΕΥ

[παρεχ-]
όμενος μ[ὲν π]ατροπ[αράδοτον τὰν εὔνοιαν καὶ χρείας πολλὰς
τοῖς πολεί[ται]ς διατε[λεῖ, ἀγαθὸς καὶ πρόθυμος ὢν
εἰ]ς πάντας, ἐξαι[ρ]έ[τ]ως δ[ὲ τὰν περὶ τὸν δᾶμον φιλο-
σ]τοργίαν ἤ[δ]η κα[ὶ παρ]ὰ [πάντα τὸν χρόνον δεδήλωκε,
καὶ ἄλλοτε πλεισ[τάκις καὶ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ φιλ-
οτειμίᾳ τᾷ πρὸς τὸν δ[ᾶμον πολλὰ αὐτῷ ἀγαθὰ εἰ-
ρ]γάσατο, καὶ αὐτὸς τῶν [ἐν τᾷ πόλει λειτουργιῶν πασ-
ῶν μετασχεῖν καὶ γενέ[σθαι χρήσιμος ἐβουλήθη, οὕτως
α]ὐτὸς φιλότειμος κα[ὶ χρηστὸς ὤν, ὥστε καὶ θαυμάζεσθαι ὑπὸ π-
ά]ντων τ[ὰ]ν τἀνδρὸς [εἰς τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτῷ τῶν
πολειτᾶν καὶ τὰν πό[λιν ἅπασαν εὐεργεσίαν τε καὶ
εὔνοον φιλοστοργία[ν, ἀεὶ τὸν δᾶμον εὐεργετεῖν εὐγνω-
μό]νως φιλοτειμησαμ[ένου· ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδόχθαι τᾷ βουλᾷ
κα]ὶ τῷ δάμῳ, ἐπαινέσα[ι μὲν ὠφέλιμον κἀγαθὸν γενόμεν-
ο]ν ἄνδρα, Γ. Κᾶ[ρ]ον, εὐν[οίας ἕνεκεν τᾶς πρὸς αὐτόν,
δόμεν δὲ αὐτῷ προ[ξενίαν καὶ ἐγγείων ἔγκτησιν καὶ εἴσπλουν
τ]ε καὶ ἔκπλουν ἐν ἔτε[σιν εἰράνας καὶ πολέμου ἀσυλεὶ καὶ
ἀσπον]δεί, [α]ὐτῷ τε κ[α]ὶ ἐκ[γόνοις· ἔμμεν δὲ αὐτὸν καὶ πολείταν
μέτοχόν τε πάντων ὧ[νπερ καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ τοῖς
ἀσ]τείταις κἀπὸ γένους [πολείταις μέτεστιν. τὸ δὲ ψάφισ-
μα τοῦ]το ἀναγραφ[ῆ]μεν λευ[κολίθῳ στάλᾳ etc.

Vs.1. maioribus litteris exaratus est, nec tamen ideo civitatis, quae decretum hoc scripserit, nomen eo contentum esse necessarium est, quod haud raro index qualiscunque maioribus scriptus litteris est. Ultimae litterae Ι alii apices adhaerere videntur Graefio notante: qui ipse vidit quibus difficultatibus ipsius supplementum ἔγρα]ψαν Ποτ[ειδαιᾶται prematur, quippe quum titulus Romanae aetatis sit et Potidaeae nomen tum pridem antiquatum fuerit, imposito urbi huic Cassandreae nomine. Nec ποτὶ praepositio statui potest, quum vs.9. sit πρός. Quare quid vs.1. scriptum fuerit, omnino nescio, nec libet varias, quae proferri queant, coniecturas proponere. Etiam reliqui tituli restitutio perquam impedita est, nec versus videntur tam breves fuisse quam statuit Graefius; immo in aliam fortasse, quod saepe factum, tabulam transiit scriptura. Nomen viri laudati esse Romanum certe ex parte, docet vs.18. Γ foliolis interpositum: conieceris Γ(άϊον) Κάτον cum Graefio, vel Κᾶρον, quod mihi probabilius; Καῖον non est probabile. In ceteris quae Graefius tentavit, ea magnam partem omitto, quod ipsum, si tot quot ego decreta tractasset, arbitror ea non dicturum fuisse. Hoc quidem decretum multis nominibus simile fuisse videtur Odessensi n.2056. et Byzantio n.2060. et nescio an non ipsum Byzantiorum sit. Vs.3. ΑΝΘΙ Graefio est Οἰν]άνθι[ος, et deinde ναύκ]λαρος ab illo coniicitur: ex quibus hoc alterum probabile est; prius fortasse ex φιλάνθρωπος vel simili voce superest. Quae sequuntur, restitui ut potui. Haec usque ad vs.16. pendent ex voce ἐπεὶ vel ἐπειδή, quae initio decreti scripta erat. Vs.6. ἐξαιρέτως, vs.10. λειτουργιῶν debe-

tur Graefio: quamquam hoc alterum valde incertum est; idem vs. 15. 16. *εὐγνωμόνως* dedit aeque incertum. Vs. 19. *προξενίαν* posui; sed eidem etiam *πολιτείαν* datam esse sumo vs. 21. Nam extra Graeciam simul *προξενίαν* et *πολιτείαν* datam esse ex pluribus titulis certum est, inter alios ex Mesambrianis n. 2053. *b. c.* et ex Odessensi n. 2056. hoc est eius tractus titulis, unde oriundum hoc decretum putes. Vs. 20. *ἐν ἔτε[σιν* dedi, quod melius non novi: alias simpliciter dicitur *καὶ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν πολέμῳ*. Vs. 23. *ἀστείταις* Graefio notante est pro *ἀστίταις* (Steph. Byz. v. *ἄστυ* et *Ἀσκῖται*). In fine *ἀναγραφῆμεν* certum est; dicitur modo *ἀναγράψαι* modo *ἀναγραφῆναι*, ut hoc habes n. 2059. Sed post *ἀναγραφῆμεν* lapicida omisisse videtur *ἐν*. Ceterum multa posse aliter constitui, vix est quod moneam.

---

Dum pars haec undecima typis excuditur, plures elapsi menses sunt: unde mihi copia facta est in fine ipsius huius partis novum quiddam addendi iis, quae in Introductionis cap. II. §. 7. de Herodoti sententia monui, Persica nomina in Sigma terminari omnia dicentis: ubi id ex parte inde explicare tentavi, quod in Zendica lingua sub finem fuerit spiritus, ut in *aspehe* (*equus*); hoc enim legeram Zendicum esse. Sed facile cedo viro doctissimo Petro a Bohlen, professori Regiomontano, cuius ,,Commentatio de origine linguae Zendicae ex Sanscrita repetenda'' mense Martio a. 1831. post impressam Introductionem nostram edita, §. 3. p. 32 sq. commodissimam Herodoteae sententiae explicationem attulit, quam pretium visum est hic addidisse. Haec igitur ille disserit: ,,Narrat Herodotus omnia linguae Per- ,,sicae nomina in *s* exire, quod nisi de nominativi ,,formis quibusdam, quae hodieque in dialecto Zen- ,,dica supersunt et olim fortasse frequentiores fuere, ,,dictum censeas, veluti *petesch* पतिः *princeps*; *fre-* ,,*kereioesch*, प्रकारः *labor*; *âtheresch* آذر אדרא *ignis*, ,,haud dubie अध्वरः *sacrificium*, illis certe temporibus ,,magis ad Sanscritam accessisse dialectum illam sta- ,,tuas quam in Zendavestae reliquiis. Notum enim ,,est linguam Sanscritam in vocabulis longe plurimis ,,nominativum in *s* formare, quod duobus punctis ,,scriptum (:) visargae nomen gerit et ante literas ,,vocabuli sequentis medias in *o* transit. Hanc le- ,,gem, quam mater suavitatis tantum gratia sequitur, ,,dialecti, nullo elementi sequentis discrimine, sem- ,,per ineunt, eodem fere modo, quo lingua Hispa- ,,nica ex Latino *caballus* decurtat *cavallo*, ex *maturus* ,,*maduro*; ex *fructus* lingua Italica *frutto* et sic porro, ,,e quibus nemo sane puriorem nominativi formam ,,deducere conabitur. Exempla Zendica sunt: *nâfô* ,,ex नाभः *umbilicus*; *vesô* ex वशः *desiderium*; *vô* ex ,,वः *vos*; *peô lac* ex पयस्; *aspô* اسپ pro अश्वः ,,*equus*; *vâtô* باد ex वातः *ventus*; *dâtô* داده ex दातः ,,*datus*; *manô* pro quo tamen etiam *menes* legitur ,,ex मनस् *mens*; *râmô* ex रामः *iucundus*, unde nomen ,,Izedis *Râm* quod bene *gaudium* explicant.''

---

# PARS DUODECIMA.

## INSCRIPTIONES INSULARUM AEGAEI MARIS CUM RHODO, CRETA, CYPRO.

*Aegaeum mare* latissima vocabuli vi dico cum partibus eius, quae suis vocantur propriis nominibus, ut Myrtoum cum sinu Saronico, in quo Aegina sita est; quam in Aegaei maris insulis referre tanto minus dubitavi, quod Myrtoum mare, pars Aegaei, orientalem insulae oram alluit. Huius igitur maris insulas et maiores mediterranei illas tres hac parte coniunxi, in decem *sectiones* divisas. Harum *prima* continet titulos *incertorum in Aegaeo locorum*; *secunda Aeginam et Euboeam*: Salamin enim in Atticis, Calauriam in Argolicis praecepi: *tertia* insulas hinc septentrionales *Sciathum, Lemnum, Imbrum, Samothracen, Thasum*; *quarta* Aeolicas orae Asianae *Tenedum, Lesbum* cum *Hecatonnesis*; *quinta* Ionicas eiusdem orae et aliquot Sporades magis in occidentem remotas Ionicas, hoc est *Chium* et *Psyra, Samum* cum *Patmo, Lero, Amorgo*; *sexta Delum* et *Rheneam* cum *Cycladibus, Mycono, Teno, Syro, Andro, Ceo, Cythno, Paro*, adiuncta *Oliaro*; postremo *Naxo*; *septima* Doricas Sporades, *Melum*, quam de industria non inter Cyclades rettuli, utpote a plurimis ex his exclusam, *Pholegandrum, Sicinum*, quam coniicio Doricam fuisse, *Theram, Anaphen, Astypalaeam, Coum*; *octava Rhodum* cum *Chalcia*; *nona Cretam*; *decima Cyprum.*

## SECTIO PRIMA.

### INCERTORUM IN AEGAEO LOCORUM TITULI.

#### 2135.

Ex *Aegaeo mari* marmor Parium Constantinopolin, hinc Parisios ad Baudelotium delatum, in quo sculpta sunt dolabra, circinus et norma inter alia fabri scriniarii instrumenta. Constantinopoli apud Gallorum regis legatum transcripsit Sponius et edidit Misc. erud. antiq. X, 38. p. 334. ex Baudelotii museo in aere dedit Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 62. 3. (cf. p. 201.). Nunc est in museo regio, Catal. Clarac. n. 8. Claracus edidit in tabulis; item Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 97. Syll. p. 372. 39. Habeo etiam ex schedis Mülleri.

Π.ΒΟΙΤΗΝΟϹ·
ЄΡΜΗϹ·ΚΛЄΙΝΟ
ΠΗΓΟS ΝЄѠΤЄΡος
ЄΝΘΑΔЄΚЄΙΜΑΙ
ΠΑΡΟΔЄΙΤΑ·ΧΑΙΡє

Ubi nihil annoto, lectionem Mülleri dedi. Spon. Ε, ceteri Є; interpunctiones vs. 2. ex Os. Müll. Clar., vs. 5. ex solo Müll. forma S vs. 3. ex Müll. et fere Clar. Vs. 1. Cayl. ΤΙ.ΒЄΡΤΗΝΟϹ, Spon. Π.ΒΕΙ ΤΗΝΟϹ, Müll. ΤΙ.ΒΟΙΤΗΝΟϹ, Clar. Os. ut dedi.

Π. Βοιτηνὸς Ἑρμῆς. κλεινοπηγὸς. νεώτερος ἐνθάδε κεῖμαι. παροδεῖτα χαῖρε.

#### 2136.

Titulus ex *Aegaeo mari* a Nointelio Constantinopolin allatus; ed. Spon. Recherches d'Ant. p. 236. (Rei antiq. select. quaest. p. 498. in Poleni Suppl. Thes. T. IV.).

ΔΙΟΝΥΣΙΕ
ΒΔΑΙΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΩΡ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Διονύσιε -- αίου, φιλομήτωρ, χρηστὲ χαῖρε.

#### 2137.

Monumentum sepulcrale ex *Aegaeo mari* in scholam nauticam oppidi Nicolaëv illatum; repraesentatur puer annorum fere duodecim usque ad quindecim, tunica amictus ad genua descendente, pallioque sinistrum tegente brachium, inferiore lacinia humero sinistro iniecta: dextrâ tenet vinculum, quo alligatus canis. Titulus est in margine. Ed. Köhler. de insulis et cursu Achillis Act. Petrop. T. X. p. 253. not. 812.

ΕΠΙΠΡΕΠΩΝΤΙ

An hoc est ex usu Phocensium et Boeotorum, quem suo loco illustravi, ἐπὶ Πρέπ[ο]ντι?

# SECTIO SECUNDA.

## AEGINA ET EUBOEA.

### 2138.

In *Aegina* ad aedem D. Nicolai sub monte Panhellenio sunt fundamenta templi, quae admodum videntur prisca esse; inter rudera inde devoluta lapis est formae quadratae irregularis, modice excavatus, in cuius circuitu prisca inscriptio. Vidit Fourmontus, sed errore nescio quo prope monasterium Ἀσωμάτου in Attica ponit, „inter ruinas, ubi plurimae sunt columnae", magnamque dicit petram excavatam. Ex schedis Fourmonti, ex quibus a Bekkero nos dudum habuimus, dedit Osannus Syll. II, 86. p. 316. immeritoque de fide monumenti dubitavit; Aegineticum esse titulum docuerunt Guil. Gellius, qui per Rosium nobis transmisit, et qui nuper aeri incisum dedit Stackelbergius de templo Phigal. p. 107. ex cuius schedis habueramus etiam a Gerhardo. Primae parti inserere noluimus, quod litterae non valde memorabiles sunt.

MKOΛIAΔ

ΑΒΗΑΒΑΙοΝΕΠοΙΕΣΕΗΑΛ

TIMOI

Primum in sinistra M omittit Stackelbergius, habet Gellius; Fourm. pro eo I. In inferiore linea Stack. initio habet: /ΣΗΑΒΛΙοΝ, Gell. ΒΗΑΒΑΙϤͰ, Fourm. ΒΗΛΛΙοΝ: ex quibus satis liquet, primo loco fuisse formam litterae Β similem, quam repraesentavi, compositam ex Ε et Σ, quae paulo arctius scripta praebent illam formam. In fine Fourm. et Stack. ΗΑΛ, Gell. ΗΔΑ; in dextra Stack. ΤΙΜΟ, Fourm. ΤΙΛΛΟ, Gell. ΤΙΡΛΟΤ. In ceteris omnes consentiunt. Ex his lectionibus optima delegi, formasque dedi ex aere Stackelbergiano.

Vs. 1. dele secundum Λ, quod more suo repetiit Poc.

Αὐρήλιο[ς] Γεντιανός, ὁ καὶ Ζώσιμος, Μιτυλην[αῖ]ος βουλε[υτής], τὸ ἡρῷον ἐξή[ρ]τισε ἐμαυτῷ καὶ τῇ γυναικί μου Διογενιαν[ῇ] καὶ τοῖς τέκνοις.

Cave scribas ἐξήρτισα.

## 2209.

*Mytilenis* in Armeniorum coemeterio ex Pocockio l. c. n. 7. ad sextam columnam aquaeductus vicini secundum schedas Peyssonelii.

ΑΥΡΕΠΙΓΟΝΟΣ....
ΔΑΙΟΣΟΙΚΩΝΕΝΜ...
ΛΗΝΗΕΠΟΙΗΣΑΛ....
ΦΙΝΕΜΑΥΤΩΚΑΙΜ...
ΑΔΕΛΦΩΤΕΚΑΙΓ.....
ΚΙΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣΚ...
Φ.Υ.ΩΝΠΕΙΧ.

Peyss. vs. 2. extr. Α pro Μ; vs. 3. init. ΑΝΗ, in fine Α pro Λ; vs. 4. init. Peyss. ΦΥΝ. Vs. 5. Poc. ΑΔΕΑ, Peyss. ΑΔΕΛ; in fine Poc. Π, Peyss. Γ. Vs. 6. Peyss. omittit ΚΙ et ultimum Κ; idem omittit vs. 7.

Αὐρ. Ἐπίγονος .... δαιος, οἰκῶν ἐν Μ[υτι]λήνῃ, ἐποίησα λ[ηνὸν τα]φ[ὴ]ν ἐμαυτῷ καί μ[ου] ἀδελφῷ τε καὶ γ[υναι]κὶ καὶ τέκνοις κ[αὶ ἀδελ]φ[ο]ῦ υ[ἱ]ῷ? - - -

Vs. 4. pro ΙΝ fuit ΗΝ. Ληνόν, non λάρνακα dedi, quod et spatium angustius est et eodem ducit n. 2210.

## 2210.

In *Lesbo*, „in via ad *Acroteri*, ni fallar, ducente", ait Pocockius, qui ex alienis chartis edidit Inscr. ant. P.I. c.3. s.7. p.42.

ΑΥΡΘΥ·ΦΟΡΟΣΤΟΡΟΥΚΑΤΕΘΕΝ
ΟΥΑΣΑΤΟΑΝ.ΕΑΥΤΩΚΑΙΤΗΣΥ
ΝΒΙΩΚΑΙΤΟΙΣΣΥΝΕΓΓΟΝΟΙΣ
ΗΔΕΤΙΣΕΤΩΒΛΗΣΗΔΩ
ΣΕΙΤΩΤ

Αὐρ. Θυ[ή]φορος [-- φ]όρου κατέ[σκε]ύασα τὸ[ν λη]ν[ὸν] ἑαυτῷ καὶ τῇ συνβίῳ καὶ τοῖς συνεγγόνοις. [εἰ] δέ τις ἕτ[ερον πτ]ῶ[μα ἐμ]βλήσ[εται], δώσει τῷ τ[αμείῳ ---

Vs. 2. cave ἐμαυτῷ scribas. Vs. 4. ἐμβλήσεται haud dubium est, etsi haec forma non Attica: universa haec dictio ex titulis nota est.

## 2211.

*Mytilenis* in marmore; ex cod. Palat. n. 156. edidit Gruterus p. MCXVIII. 7. (unde habet Fleetwood Syll. p. 196. 2.) et misit Niebuhrius. Ex alio antiquo codice correxit Gudius in Thes. Grut. Hic credo non multo melius scriptus erat; ex eodem fluxit haud dubie Palatinus a scriba etiam peius exaratus.

ΟΠΑΝΤΑΣΟΦΟΣΚΑΙΜΟΥΣΩΝ
ΟΧΑΡΙΣΤΟΣΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ
ΒΥΖΑΝΤΙΟΣΕΝΘΑΔΕΚΕΙ
ΜΑΙΕΛΛΗΝΩΝΠΑΝΤΩΝ
ΟΡΝΙΣΑΟΙΔΟΤΑΤΟΣ.ΛΟΥΚΙ
ΛΛΙΑΝΗΔΕΜΟΙΗΝΠΑΡΑΚΟΙ
ΤΙΣΗΣΕΚΔΑΠΑΝΟΝΤΥΜ
ΒΟΣΕΧΕΙΚΛΥΤΟΣΛΕΣ
ΒΩΕΝΙΧΩΡΩΗΔΕΥΔΑΙΜΩΝΜΥ
ΤΙΛΗΝΗΣΩΜΑΜΕΤΟΚΙΣΑΤΟ

Gruterus et Niebuhrius consentiunt, nisi quod Gruterus vs. 6. init. ΑΛΙ etc. Nieb. quod dedi, et vs. 10. Grut. ΤΙΛΗΝΑΣΩΜΑ, Nieb. ΤΙΝΗΝΗ ΣΟΜΑ. Gudius ex manuscripto haec correxit: vs. 1. ΜΟΥΣΩΝ (Pal. ΜΥΣΩ), 2. ΟΧ (Pal. ΝΟΧ), 3. ΒΥΖΑΝ (Pal. ΒΥΖΑ), 6. ΛΛΙ (Grut. ΑΛΙ ut dixi), 7. ΤΥΜ (Pal. ΤΙΝ): etiam ΣΩΜΑ vs. 10. agnoscit Gud.

Titulus, ut nunc legitur, ex soluta oratione et carminis membris ineptissime conflatus est, nec tamen multo videtur melius insignis istius poetae epitaphium fuisse, etsi facili labore hinc inde integer potuit versus confici, ut statim initio: Κεῖνος] ὁ πάντα σοφὸς καὶ Μουσ[ά]ων ἔχ' ἄριστος. Sed reddo, quae scripta sunt:

Ὁ πάντα σοφὸς καὶ Μουσῶν ὄχ' ἄριστος
Ἀλκιβιάδης Βυζάντιος ἐνθάδε κεῖμαι,
Ἑλλήνων πάντων ἄρνις ἀοιδότατος.
Λουκιλλιανὴ δέ μοι ἦν παράκοιτις,
ἧς ἐκ δαπαν[ῶ]ν τύμβος ἔχει κλυτός
Λέσβῳ ἐνὶ χώρῳ· ἡ δ' εὐδαίμων Μυτιλήνη
σῶμα μετ[ῳ]κίσατο.

Vs. 1. nota structuram ἄριστος Μουσῶν, *optimus poesi.*

## 2212.

Prope *Mytilenas* in D. Irenes; ed. Pocock. Inscr. ant. P.I. c.4. s.6. n.24. p.47.

ΟΔΩΡΟΥΕΚΤΟΝ
ΟΝΟΩΣΚΑΙΤΗΙΙΤΑΙΑΚΕΙΙΠΕ
- - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - -

---- οδώρου ἐκ τ[ῶ]ν [ἰδίων
------ ὡς καὶ τή[ν]? etc.

## 2213.

Prope *Mytilenas* ad thermas; una cum titulo n. 2171. exhibet Benthylus.

ΜΑΚΡΑ ΝΗΣΟΣ . .

Μακρὰ νῆσος.

---

## 2213. *b.*

E regione Asiani oppidi, quod hodie Cydonia dicitur, *Hecatonnesi* sunt. Inter rudera Cydoniae vicina, quantum video in una ex illis insulis, hunc titulum vidit Ambros. Firminus Didot Itin. p. 375.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΑΡΤΕΜΙΔΟΡΟΥΧΑΙΡΕ

Ἀρτεμισία Ἀρτεμιδ[ώ]ρου χαῖρε.

---

# SECTIO QUINTA.

## CHIUS, PSYRA, SAMUS, PATMUS, LERUS, AMORGUS.

### 2214.

In *Chio*, in fragmine marmoris, quod muro insertum est, repperit Prokeschius Austriacus. Nobis quum Româ misisset Gerhardus, in usum instituti archaeologici titulum breviter interpretatus sum (Bullet. instit. archaeol. a. 1831. p. 69 sqq.); sed illud, quo tum usus sum, Prokeschii apographum pravis refertum lectionibus erat. Nec tamen me eae fefellerunt, sed quidquid ibi emendavi, id confirmatur apographo, quod nunc edo, per Zellium misso a Societate historica Friburgensi. Lapidem ipsum possidet Prokeschius.

ΔΙΠΡ . . . ΝΕΩΣΑ . . . . . Ι . . . . . . . . . .
ΑΡΧΟΥΝΤΩΝΕΡΜΗΣΙΛΕΩΤΟΥΞΟΥΘΟ. . . . . .
ΝΥΟΣΤΟΥΕΛΙΞΟΥΝΙΚΙΟΥΤΟΥΜΗΤΡΩΝC. . . . . . .
ΕΝΙΚΟΝΤΩΝΤΕΠΑΙΔΩΝΚΑΙΤΩΝΕΦΗΒΩ. . . . . . . .
ΝΕΩΝΤΟΥΣΤΙΘΕΜΕΝΟΥΣΑΓΩΝΑΣΚΑΙ. . . . . . .
ΤΑΙΣΤΕΜΟΥΣΑΙΣΚΑΙΤΩΙΗΡΑΚΛΕΙΑΠΟΤΗΣΠΙ
ΔΟΥΤΗΣΔΕΔΟΜΕΝΗΣΚΑΤΑΤΟΨΗΦΙΣΜΑΤΟΥ. . . . . .
ΓΕΥΣΤΟΥΛΥΣΙΟΥΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣΑΓΑΘΟΚΛΗ . .
ΑΓΑΘΟΚΛΕΥΣΡΑΨΩΙΔΙΑΣΜΙΛΤΙΑΔΗΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΨΑΛΜΟΥΞΕΝΩΝΤΙΜΟΚΛΕΥΣΚΙΘΑΡΙΣΜΟΥΚΛΕ. . .
ΤΗΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΠΑΙΔΩΝΔΩΛΙΧΟΝΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
. . ΩΤΟΓΕΝΟΥΕΦΗΒΩΝΝΕΩΤΕΡΩΝΔΟΛΙΧ. . . .
. ΝΥΣΙΟΣΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥΜΕΣΟΝΔΟΛΙΧΟΝΙ . .
. . ΚΛΗΣΤΙΜΟΚΛΕΥΣΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝΔΟΛΙΧΟ .
ΜΟΣΧΙΩΝΜΟΣΧΙΩΝΟΣΑΝΔΡΩΝΔΟΛΙΧΟΝΑΙΣΧΡ.
ΟΝΑΙΣΧΡΙΩΝΟΣΠΑΙΔΩΝΣΤΑΔΙΟΝΑΘΗΝΙΚΩΝΘ.
ΟΦΑΝΟΥΕΦΗΒΩΝΝΕΩΤΕΡΩΝΣΤΑΔΙΟΝΕΣΤΙΑΙΟ.
ΜΕΓΗΝΟΡΟΣΜΕΣΩΝΣΤΑΔΙΟΝΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΑ
ΠΟΛΛΩΝΙΟΥΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝΣΤΑΔΙΟΝΑΡΤΕΜΟΝ. .
ΤΕΜΩΝΟΣΑΝΔΡΩΝΣΤΑΔΙΟΝΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣΠΑ
. . ΟΣΠΑΙΔΩΝΔΙΑΥΛΟΝΑΘΗΝΙΚΩΝΘΕΟΦΑΝΟΥΕ.
. ΒΩΝΝΕΩΤΕΡΩΝΔΙΑΥΛΟΝΥΒΡΙΣΤΟΣΠΑΤΑΙΚΟΥ
. ΕΣΩΝΔΙΑΥΛΟΝΜΕΛΑΝΤΗΣΑΝΤΙΓΟΝΟΥΠΡΕΣ
. ΥΤΕΡΩΝΔΙΑΥΛΟΝΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
. ΝΔΡΩΝΔΙΑΥΛΟΝΜΗΝΙΣΑΔΡΑΣΤΟΥΠΑΙΔΩΝΠΑ
. ΗΝΑΘΗΝΙΚΩΝΘΕΟΦΑΝΟΥΕΦΗΒΩΝΝΕΩΤΕΡΩΝΠΑΛΗΝ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΜΑΚΡΩΝΟΣΜΕΣΩΝΠΑΛΗΝΜΟΣΧΟΣΜC.
ΧΟΥΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝΠΑΛΗΝΘΕΟΔΟΤΟΣΘΕΟΔΟΤΟΥ
ΡΩΝΠΑΛΗΝΑΠΕΛΛΑΣΚΛΕΙΝΟΜΑΧΟΥΠΑΙΔΩΝΠΥΓ. .
ΗΡΑΚ. . . . . . . . . . . ΕΙΔΟ . ΕΦΗΒΩΝΝΕΩΤΕΡΩΝ. . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . Γ . . . . . . .

- - - - - - - - -, [γυμνασι]-
αρχούντων Ἑρμησίλεω τοῦ Ξούθο[υ, Δίν-
νυος τοῦ Ἑλίξου, Νικίου τοῦ Μήτρωνο[ς, οἵδε
ἐνίκ[ω]ν τῶν τε παίδων καὶ τῶν ἐφήβω[ν καὶ τῶν
νέων τοὺς τιθεμένους ἀγῶνας, καὶ [ἔσπεισαν
ταῖς τε Μούσαις καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἀπὸ τῆς π[ροσό-
δου τῆς δεδομένης κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ [δήμου,
γεύστου Λυσίου. ἀναγνώσεως Ἀγαθοκλῆ[ς
Ἀγαθοκλεῦς. ῥαψῳδίας Μιλτιάδης Διονυσίου.
ψαλμοῦ Ξένων Τιμοκλεῦς. κιθαρισμοῦ Κλε[οί-
της Διονυσίου. παίδων δ[ό]λιχον Ἀσκληπιάδης
Πρ]ωτογένου. ἐφήβων νεωτέρων δόλιχ[ον Δι-
ο]νύσιος Καλλιστράτου. μέσ[ω]ν δόλιχον [Τι-
μο]κλῆς Τιμοκλεῦς. πρεσβυτέρων δόλιχο[ν
Μοσχίων Μοσχίωνος. ἀνδρῶν δόλιχον Αἰσχρ[ί-
ω]ν Αἰσχρίωνος. παίδων στάδιον Ἀθηνικῶν Θ[ε-
οφάνου. ἐφήβων νεωτέρων στάδιον Ἑστιαῖο[ς
Μεγήνορος. μέσων στάδιον Ἀπολλώνιος Ἀ-
πολλωνίου. πρεσβυτέρων στάδιον Ἀρτέμ[ω]ν [Ἀρ-
τέμωνος. ἀνδρῶν στάδιον Μητρόδωρος Πά-
τρων]ος? παίδων δίαυλον Ἀθηνικῶν Θεοφάνου. ἐ[φ-
ή]βων νεωτέρων δίαυλον Ὕβριστος Παταίκου.
μ]έσων δίαυλον Μελάντης Ἀντιγόνου. πρεσ-
β]υτέρων δίαυλον Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου.
ἀ]νδρῶν δίαυλον Μῆνις Ἀδράστου. παίδων πά-
λ]ην Ἀθηνικῶν Θεοφάνου. ἐφήβων νεωτέρων πάλην
Δημήτριος Μάκρωνος. μέσων πάλην Μόσχος Μο[σ-
χου. πρεσβυτέρων πάλην Θεόδοτος Θεοδότου. [ἀνδ-
ρῶν πάλην Ἀπελλᾶς Κλεινομάχου. παίδων πυγ[μὴν
Ἡρακ[λείδης Ἡρακλ]είδο[υ]. ἐφήβων νεωτέρων [πυγμὴν
etc.

Vs. 7. extr. Y, quod in exemplo Friburgensi deest, retinui ex Gerhardiano, in reliquis prope omnibus exemplum servans Friburgense, reiectis alterius lectionibus, quae partim ex coniectura natae sunt,

ut vs. 4. extr. in illo additum est ΝΚΑΙΤΩΝ. Vs. 9. Frib. exempl. ΡΑΨΩΔΙΑΣ.

Initio probabile est archontis eponymi nomen exaratum fuisse; deinde quod ludi, quorum victores inscripti sunt, ad *gymnasium Chium* pertinebant, in quo instituti certatores erant, *gymnasiarchorum* nomina addita sunt, ut in Atticis victorum catalogis aliquando agonothetarum nomina (n. 245.). Ludi ipsi partim musici sunt (usque ad vs. 10.), partim gymnici; sed utraque certamina videntur in gymnasio et gymnasiarchorum auspiciis habita esse, quod etiam musica exercitatio iuvenili inserviebat institutioni: suntque illae exercitationes musicae, quas inscriptio haec memorat, adolescentulis erudiendis imprimis aptae, ut *recitationis*, *fidium pulsandarum*, a quibus non multum discedit *rhapsodia*: et novimus gymnasium *Homereum* Chii (n. 2221.), in quo praeter gymnica poesis et musicae disciplina institutos pueros esse crediderim. Quippe omnes, qui hoc loco victores inscripti, sunt patria Chii, in gymnasio domestico exercitati: neque in his ludis certarunt nisi πολιτικοί, ut utar hoc nomine cognito nobis ex Attico marmore edito a me in Annal. instit. archaeol. Rom. 1829. p. 156 sqq. Vide quae ibi de ea re dixi p. 166. et 172. comparato simul titulo n. 1586. 29. Igitur hic titulus ex eodem est genere ex quo praeter alios multos Attici n. 232. 244. 245. estque aliud plane genus ludorum, ad quos etiam peregrini admissi sunt. Certamina quae commemorantur *musica* sunt ἀναγνώσεως, ῥαψῳδίας, ψαλμοῦ, κιθαρισμοῦ. In quibus memorabilis *rhapsodia*, qua longo ex tempore et inde ab Homeridis excellebant Chii; tum ψαλμὸς distinguitur a κιθαρισμῷ, quod κιθαρισμὸς fiebat plectro, ψαλμὸς digitis. Aristoxenus ap. Athen. XIV. p. 635. B. τὴν μάγαδιν καὶ τὴν πηκτίδα χωρὶς πλήκτρου διὰ ψαλμοῦ παρέχεσθαι τὴν χρείαν. Hinc ψαλμοὺς et φόρμιγγας (φόρμιγξ est enim magna cithara) distinguit Plutarchus περὶ πολυφιλίας sub finem (p. 298. ed. Tub.), qui alibi quoque digitis fieri τὸ ψάλλειν significat (cf. Steph. Thes. Ling. Gr. T. III. p. 695. D.). Iuba vero auctore Epigonium in ψαλτήριον ὀρθὸν transformatum retinuit nomen suum ex Epigono tractum, qui μουσικώτατος ὢν κατὰ χεῖρα δίχα πλήκτρου ἔψαλλεν (Athen. IV. p. 183. D.): ut videas ψαλτήριον digitis pulsatum esse. Gymnici ludi incipiunt a dolicho; succedunt stadium, diaulus, lucta. Dolichum vulgo primum fuisse in ludis, et insecutum deinceps esse stadium, praeter hunc titulum videmus ex titulis n. 1590. 1591. ad quam normam restituimus etiam Panathenaicum titulum Annal. instit. archaeol. l. c. Accedit inscriptio inedita Aphrodisiadis Cariae. Idem recentiore aetate receptum Olympiae esse docet Politae exemplum apud Pausan. VI, 13, 3. quod rectissime monuit Dissenius noster in Pindari editione minore T. I. p. 269. male vero negavit God. Hermannus in acerbissima Disseniani libri censura, Pausaniae locum in contrariam sententiam detorquens miris artibus. Luctam subsequitur pugilatus, ut in iisdem titulis. Aetates in musicis ludis non distinctae sunt, sed in gymnicis singulis ex ordine recensentur παῖδες, ἔφηβοι νεώτεροι, μέσοι, πρεσβύτεροι (hoc est ἔφηβοι μέσοι, ἔφηβοι πρεσβύτεροι, repetenda ex prioribus voce ἔφηβοι, ut in Panathenaico titulo in Annal. instit. archaeol. 1829. p. 165 sq. notavi ad vocem ἵππιον ex prioribus esse δίαυλον supplendum), postremo ἄνδρες. At vs. 4. 5. ludi hi dicuntur παίδων, ἐφήβων, νέων: patet igitur νέους ibi eosdem esse, qui infra ἄνδρες; nempe sunt ἄνδρες νέοι oppositi ἀνδράσι πρεσβυτέροις s. τῷ πρεσβυτικῷ, cuius ut synodi mentio fit in Chiis titulis n. 2220. 2221. Παίδων, ut ἀνδρῶν, una tantum classis est; ephebi in tres divisi sunt: alias aut tantum ἄνδρες et παῖδες in ludis distinguuntur, παῖδες vero in tres dirimuntur classes, τῆς πρώτης, τῆς δευτέρας, τῆς τρίτης ἡλικίας; aut distinguuntur παῖδες, ἀγένειοι, ἄνδρες, et παῖδες vel unam classem constituunt vel dividuntur in νεωτέρους et πρεσβυτέρους (vide ad n. 1590.). Inter pueros unus idemque Athenicon stadio, diaulo, lucta vicit; illud mirum, quod Apollonius Apollonii f. stadio inter ἐφήβους μέσους, sed diaulo inter πρεσβυτέρους vicit. Nempe ut non licuit viro inter pueros certare, ita licuit puero, qui sese viris parem putaret, ad virilia accedere certamina: sic igitur Apollonium arbitror ephebum medium sua sponte maius epheborum maiorum certamen subisse; συλαθεὶς ἀγενείων μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων, ut ait Pindarus, qui tamen ἀγενείοις designat παῖδας, πρεσβυτέροις vero ἄνδρας. Ludi hi omnes Musis et Herculi, illis musici, huic gymnici, dicati erant; quibus diis sacra fecisse victores post victoriam videntur: ut moris fuit victores victimas offerre diis ludorum praesidibus. Musis autem maxime libatio offertur (ne multa, v. Polemon. ap. Schol. Soph. Oed. C. 100.): itaque vs. 5. extr. dedi ἔσπεισαν (non ἔσπενδον, licet paulo ante sit ἐνίκων: nam in hoc imperfectum ex usu est, non in illo). Iam vs. 8. convenit γεύστου Λυσίου: γεύστης est qui libationem gustabat; vox addenda Lexicis. Sumptus vero sacrorum praebebantur ex publico his victoribus, iique ex *reditibus* (ἀπὸ τῆς προσόδου), qui ex populiscito huic usui destinati erant. Aetas tituli Augusto Imp. haud dubie superior est, fortasse etiam Mithradate et Sulla: hinc etiam aliquid vetustae resedit dialecti, ut Ἀγαθοκλεῦς, Τιμοκλεῦς (cf. n. 2225.). Nomina propria, quae insunt, prope omnia aliunde constat Chiis usitata fuisse. Sic vs. 2. est Ἑρμησίλεως, cognominis Chio Atheniensium proxeno, apud quem devertit Sophocles poeta teste Ione ap. Athen. *Xuthus* vocatus est Orthomenes, Ionis Chii pater, ut hoc loco Hermesilai. *Dinnys Helixi* f. redit n. 2220. Δίννυς Aeolico more est pro Δείνυς, ut Δεινομένης Διννομένης (vide Seidler. l. c. ad n. 2166.); affine Δεινίας, Doribus Δεῖνις. Μήτρων aliquis Chius habetur n. 2228. Addidi οἵδε ex usu horum titulorum (cf. n. 1584. etc.). Succedunt nomina vincentium, quae ex more in his titulis constanti designationem ludi, in quo vicerant, praemissam habent, non postpositam. De his nominibus haec annoto. *Agathocles* Chius Georgicorum scriptor memoratur Varroni, Columellae, Plinio, alius n. 2225. *Miltiades* Aristonis Chii philosophi pater vocabatur; *Dionysios* Chios habes n. 2224. 2241. *Ascle-*

*piadem* n. 2224. *Metrodorum* Chium novimus Epicuri magistrum et alium in nummo archontem, *Apellem* Chium Arcesilai philosophi amicum et alium n. 2223. Singulare nomen est Ἀθηνικῶν ex Ἀθηνᾷ derivatum, ut Ἀπελλικῶν Teii nomen ex Ἀπέλλων s. Ἀπόλλων: Ἀπελλικῶν enim, non Ἀπελλίκων, vera videtur scriptura esse. Vs. 23. Μελάντης est aliud ac Μέλαντος: illud est ex appellativo μελάντης, hoc ex verbali μελαντός.

## 2215.

In *Chio*, apud Sclaviam in villa ad aquas frigidas. Ed. Hesselius Append. ad Inscriptt. Gud. C. XXII. Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 257. in quo versus fortuito divisi sunt. Hesselianum exemplum contuli cum schedis Horstianis, neque ullam inveni varietatem.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΓΑΙΟΝΙΟΥΛΙΟΝΓΑΙΟΥΥΙΟΝΚΑΙΣΑΡΑ
ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΚΑΙΥΠΑΤΟΝΤΟΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΤΟΝΠΑΤΡΩΝΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ
ΘΕΟΙΣ

Vs. 2. Egm. ΥΟΝ.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Γάϊον Ἰούλιον Γαΐου υἱὸν Καίσαρα, τὸν ἀρχιερέα καὶ Αὐτοκράτορα καὶ ὕπατον τὸ δεύτερον, τὸν πάτρωνα τῆς πόλεως ἀρετῆς ἕνεκεν θεοῖς.

Titulus a. u. c. 706–707. scriptus pertinet ad C. Iul. Caesarem. Cf. etiam ad n. 2368. Mire olim Io. Matth. Gesnerus ad Caligulam rettulerat; de qua re dicam alibi.

## 2216.

In *Chio*, in urbis regione Palaeo Castro vocata, in via quae dicitur Ἅγιος Δημήτριος, in saxo grandi oblongo. Ed. Vidua Inscr. ant. tab. 41. 3. cf. p. 43. hinc Coraës l. c. ad n. 2223. p. 278. Habeo etiam ex schedis Fauvelii Köhlerianis.

ΗΓΕΡΟΥΣΙΑ
ΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑ
ΤΟΡΑΤΡΑΙΑΝΟΝ

Fauv. vs. 1. ... ΗΓЄ etc. vs. 2. ... ΤΟΝΑΥΤΟΝΙΑ.

Ἡ γερουσία τὸν Αὐτοκράτορα Τραϊανόν.

## 2217.

In urbe *Chio*, in muro aedium olim privatarum (carceris murum exteriorem vocat Vidua) tabula lata centimetra duodequinquaginta, alta quinque et sexaginta. Ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 62. p. 340. ex schedis Gallandi, Hessel. l. c. ad n. 2215. (c. XXI.), ille omissa parte aliqua, hic non recte divisis versibus. Rectissime ed. Vidua Inscr. ant. tab. 38. 1. cf. p. 41. hinc Coraës l. c. ad n. 2223. p. 271. Habeo etiam ex schedis Akerbladii a Müntero missis, quae eandem quam Spon. et Vid. versuum distributionem praebent, et ex Horstianis, quas expressit Hess.

ΟΔΗΜΟΣ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΛΟΥ
ΚΙΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝΟΥΗΡΟΝΣΕ
ΒΑΣΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΞΟΥ
ΣΙΑΣΤΟΒΘΕΟΥΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΥΙΟΝΘΕΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥΥΙΩΝΟΝ
ΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΕΚΓΟΝΟΝΘΕ
ΟΥΝΕΡΟΥΑΑΠΟΓΟΝΟΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣΤΗΣ
ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ❦ ΠΟΜΠΗΙΟΥ
ΛΑΤΡΙΟΥΤΟΥΠΡΩΤΟΥ
❦ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ❦

Vs. 7. Sp. ΕΓΓΟΝΟΝ, ceteri quod dedi. Vs. 10. ΩΣ omnes praeter Vid. qui ΟΣ praebet. In fine Υ deest ap. Hess. et Ak., in uncis habet Vid., extra uncos Spon. Cetera dedi ex Vid. neque operae pretium vitia apographorum notare, nisi quod pro foliolo vs. 10. Hessel. habet ω, et vs. 12. init. pro eodem Ω, quod moneo, ut de errorum origine in aliis titulis rectius iudices. Varias lectiones sed non omnes ad Sponii exemplum annotavit Chandl. Inscr. Syll. p. II. n. IX. quae cum exemplo Viduae consentiunt, nisi quod Vid. A, Chandl. diserte A, quod hinc dedimus.

Ὁ δῆμος Αὐτοκράτορα Καίσαρα Λούκιον Αὐρήλιον Οὐῆρον Σεβαστόν, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ β, θεοῦ Ἀντωνείνου υἱόν, θεοῦ Ἀδριανοῦ υἱωνόν, θεοῦ Τραϊανοῦ ἔκγονον, θεοῦ Νερούα ἀπόγονον, ἐπιμεληθέντος τῆς ἀναστάσεως Πομπηΐου Λατρίου τοῦ πρώτου στρατηγοῦ.

## 2218.

*Chii*; ex manuscripto bibliothecae Mediceae ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 61. p. 340. ex suis schedis Murat. T. II. p. DXLVI. 1.

ΔΗΜΟΣΟΧΙΩΝΑ.ΑΙΜΥΛΙΟΝΔΕΚΙΟΝΑΝΔΡΟΜΑΧΟΝ
ΕΠΙΤΡΟΠΟΝΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΑΤΗΣ
ΕΙΣΤΗΝΠΟΛΙΝ

Vs. 1. Spon. ΔΗΜΟΣΧΙΩΝΑ.ΔΕΜΙΛΙΟΝ; idem articulum ΤΗΣ in tertium traiicit versum.

[Ὁ] δῆμος ὁ Χίων Λ. Αἰμύλιον Δέκιον Ἀνδρόμαχον, ἐπίτροπον τοῦ Σεβαστοῦ, εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς τὴν πόλιν. Articulum ὁ addidi ex more; cf. Chium titulum n. 407. in Atticis.

## 2219.

*Chii* in urbe, in duabus coronis; ex schedis Köhlerianis a Fauvelio scriptis.

| | |
|---|---|
| ΟΔΗΜΟΣ | ΟΔΗΜΟΣ<br>ΟΕΡΥΘΡΑΙ<br>ΩΝ |
| Ὁ δῆμος. | Ὁ δῆμος ὁ Ἐρυθραίων. |

## 2220.

In arce urbis *Chii* in latere turris, quae portum prospicit, in tabula lata centimetra tria et septuaginta, alta triginta; ex his viginti et unum occupat titulus, reliquum est vacuum. Ed. Vidua Inscr. ant. tab. 37. 4. cf. p. 41. cum supplementis, hinc Coraës l. c. ad n. 2223. p. 265.

ΟΙΠΡΕΣΒΥΤ[ΕΡΟΙΔ]ΙΟΔΩΡΟΝΛΥΣΙΜΑΧΟΥ[Α]ΡΞΑΝΤ[Α]ΤΟΥ
ΠΡΕΣΒΥΤΙΚΟΥΕΥΣΕΒΗΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΚΑΙ
ΑΡΕΤΗΣΚΑΙΦΙΛΟΤΕΜΙΑΣΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΥΣΣΤΕΦΑΝΟΥΣΙΝ
ΔΙΑΙΩΝΟΣΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΕΔΟΞΕΝΤΟΙΣΠΡΕΣΒΨΤΕΡΟΙΣ
ΠΕΡΙΤΟΥΣΤΦΑΝΟΥΣΘΑΙΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙ
ΤΗΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΗΤΟΥΑΡΤΕΜΕΙΣΙΩΝΟΣΚΑΙΕΝΤΑΙΣ
ΛΟΙΠΑΙΣΤΑΙΣΕΠΙΤΕΛΟΥΜΕΝΑΙΣΘΥΣΙΑΙΣΠΡΩΤΟΝ
ΔΙΝΝΥΝΕΛΙΞΟΥΔΕΥΤΕΡΟΝΔΙΟΔΩΡΟΝΛΥΣΙΜΑΧΟ[Υ]

*Οἱ πρεσβύτ[εροι Δ]ιόδωρον Λυσιμάχου [ἄ]ρξαντ[α] τοῦ πρεσβυτικοῦ εὐσεβήας ἕνεκεν τῆς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ ἀρετῆς καὶ φιλοτε[ι]μίας τῆς εἰς ἑαυτοὺς στεφανοῦσιν δι' αἰῶνος χρυσῷ στεφάνῳ. ἔδοξεν τοῖς πρεσβ[υ]τέροις περὶ τοῦ στ[ε]φανοῦσθαι κατ' ἐνιαυτὸν χρυσῷ στεφάνῳ τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Ἀρτεμεισιῶνος καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ταῖς ἐπιτελουμέναις θυσίαις πρῶτον Δίννυν Ἑλίξου, δεύτερον Διόδωρον Λυσιμάχο[υ.*

Mensis *Artemision* est Ionici calendarii, non solum Macedonici; et Macedonum mensis est potius Ἀρτεμίσιος. Οἱ πρεσβύτεροι sunt collegium s. synodus; cf. n. 2221. Γεροντικὸν Nysae confert Coraës ex Strab. XIV. p. 649. et Chii fuit Γερόντων λιμήν (Aelian. H. A. XII, 30.). Pro οἱ πρεσβύτεροι dicitur etiam τὸ πρεσβυτικὸν hic et n. 2221. cuius archon fuit Diodorus; quare neminem arbitror hos πρεσβυτέρους commistum esse cum ἐφήβοις πρεσβυτέροις, quorum mentio fit n. 2214. Dinnys fuit gymnasiarchus (n. 2214.); eum iam prius synodus seniorum coronari quotannis iusserat.

## 2221.

*Chii* in Palaeo Castro. Titulum ab Akerbladio transcriptum edidit cum emendationibus a se et Grotefendo excogitatis Fiorillo Comm. Soc. philol. Lips. Vol. IV. P. I. 1814. p. 154. quae disputatio repetita est in Diar. class. Lond. T. I. p. 117 sqq. cum notis Britanni cuiusdam. Sed illud apographum nullius pretii est; nos damus ex ipsius potissimum Akerbladii schedis a Müntero missis, in quibus pleraque integriora sunt. Vss. 7—10. cum correctionibus, ut videtur, edidit Walpolius in Clark. Itin. T. II. P. I. p. 191. (minusculis), ex quibus nihil in textum primitivum recepi. Utriusque apographi, et Akerbladiani et Walpoliani ignarus Welckerus noster dedit Syll. Inscr. p. 205 sqq.

Ε ΟΙΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙ
ΜΕΓΑΚΛΕΑΘΕΟΓΕΙΤΟΝΟΣ
ΓΟΝΕΙΔΕΔΑΜΟΝΙΚΟΥ
ΑΡΞΑΝΤΑΤΟΥΠΡΕΣΒΥΤΙΚΟΥ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣ
ΚΑΙΑΡΕΤΗΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΥΣ
ΣΟΥΛΑΜΕΙΜΕΝΔΟΣΑΚΑΛΟΙΣΔΕΣΘΛΑΙΙΧΑΡΙΝΕΡΓΟΥ
ΩΠΑΣΕΝΑΚΛΕΙΝΑΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝΞΥΝΟΔΟΣ
ΕΙΚΟΝΑΝΑΣΤΗΣΑΣΑΣΕΘΕΝΜΟΡΦΑΣΤΥΠΟΝΕΜΠΝΟΥ
ΚΑΙΣΕΝΟΜΗΡΕΙΩΙΓΥΜΝΑΣΙΩΙΘΕΜΕΝΑ
...........ΩΣΕΝΘΕΟΓΕΙΤΟΝΟΣΥΙΑΜΕΓΑΚΛΕΑ
..........ΤΑΚΑΝΟΝΔΕΙΓΜΑΡΕΤΑΣΘΕΜΕΝΑ

Primum Ε omittit Fior. nec video quid id velit. Vs. 3. Fior. ΓΥΝΗΙ. Vs. 7. Fior. nihil nisi ΣΟΙ.... ......ΚΑΛΟΙΣΔΕΣΘΛ..ΧΑΡΙΝΕΡΓΟΥ. Vs. 8. Ak. ΟΠ, Fior. ΩΠ, credo ex alio Akerbladii apographo. Fior. ΣΥΝΟΔΟΣ. Tentarunt versum Fiorillo, Britannus ille, Welckerus et apud hunc Iacobsius, sed verum non assecuti sunt. Vs. 9. Ak. ΕΙΚΩΝΑΝΑΣΤ, Fior. ΕΙΚΟΝ..ΣΤ. Vs. 10. Ak. ΟΜΗΡΑΙΩΙ, Fior. quod dedi. Vs. 11. Ak. ΥΙΕ, Fior. ΥΙΑ. Vs. 12. ΤΑΚΑΝΟΝ est ex Ak. solo. In fine Ak. ΑΡΕΤΑΣΘΕΜΕΝΟΣ, Fior. ΑΡΕΤΗΣΘΕΜΕΝΑ.

*Οἱ πρεσβύτεροι Μεγακλέα Θεογείτονος, γονῇ δὲ Δαμονίκου, ἄρξαντα τοῦ πρεσβυτικοῦ, εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ ἀρετῆς καὶ φιλοτιμίας τῆς εἰς ἑαυτούς.*

Σοῦ λάμ[π]ει μὲν δό[ξ]α, καλοῖς δ' ἐσθλὰ[ν] χάριν ἔργο[ις
ὤπασεν ἁ κλεινὰ πρεσβυτέρων ξύνοδος,
εἰκόν' ἀναστήσασα σέθεν, μορφᾶς τύπον ἔμπνου,
καί σ' ἐν Ὁμηρείῳ γυμνασίῳ θεμένα.
πᾶσιν δ' ἔγν]ωσεν Θεογείτονος υἷα Μεγακλέα,
ἀνδρειάν]τα κα[λ]ὸν δεῖγμ' ἀρετᾶς θεμένα.

Vs. 3. **ΓΟΝΕΙ** resedit ex vetusta scriptura, ut **ΒΟΥΛΕΙ** et talia; Fior. γονέα δέ, Welck. γονῆα δέ, quem miror veram Britanni lectionem γονῇ, quam offert Ak., damnasse: satis nota est dictio patri designando inserviens γονῇ δὲ sive γόνῳ δὲ pro φύσει δέ (ut n. 606. 643. etc.). Duo priora disticha sic ut nos dedit iam Walp. nisi quod initio σοὶ habet. Vs. 9. cur ἔμπνουν dederit Welck. non video. Ultimum distichon Fior. sic explevit:

ἐσθλὰ δ' ἐπλήρ]ωσεν Θεογείτονος υἷα Μεγακλέα,
τῷδ' ἐν γυμνασίῳ] δεῖγμ' ἀρετῆς θεμένα,

Welck. vero, partim ex Iacobsii coniectura:

πρός τ' ἀποχρύσ]ωσεν Θεογείτονος υἷα Μεγακλέα
πᾶσιν ἐν ἀνθρώποις] δεῖγμ' ἀρετᾶς θεμένα.

Pentametrum certa via restitui; ἀνδρειάντα, ut hoc loco, habes in titulo Iconiensi carmine concepto, cuius initium ἀνδρειάντ' ἐσορᾷς. Hexametrum qualem dedi meliorem puto quam quem ceteri praestant: ,,*Omnibus vero cognitum fecit Megaclem, quum eum pulchra statua expressum virtutis proposuit specimen.* In hac sententia imprimis apta est nominis designatio addita atque etiam dictio ἀνδριάντα καλὸν et δεῖγμ' ἀρετῆς. Gymnasium Homereum aliunde non est notum; neque attingo fabulam de schola Homeri, quo nomine locus quidam in Chio vocatus est a nonnullis.

## 2222.

*Chii* in Palaeo Castro, in rudi saxo, quod in versuum fine data opera fractum videtur; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 39. cf. p. 41 sq. et hinc Coraës l. c. ad n. 2223. p. 273. Scite ut solet hoc exemplum tractavit Letronnius Journ. des Sav. 1828. p. 476–479. in censura collectionis Viduanae etiam separatim excusa; nonnulla annotavit Hermannus, doctor Heidelbergensis, in censura libelli Letronniani Annal. litt. Heidelberg. 1828. p. 405. Vss. 2–6. et quattuor priores vs. 7. litteras habeo etiam ex schedis Akerbladii a Müntero missis.

. . Α . . . ΝΑ . . . . . . . . ΥΧ . . . . . . . . . . . . Κ . . . . . . .
ΣΤΑΦΥΛΟΥΥΠΑΡΧΟΝΤΩΝΠΡΟΣΤΟΥΣΧΕΙΩΝΠΡΕΣΒΕΙΣΑΝΑΓΕΙΝΩΣ . . . . .
ΤΩΝΕΠΙΣΤΟΛΗΝΑΝΤΙΣΤΙΟΥΟΥΕΤΕΡΟΣ ΤΟΥΠΡΟΕΜΟΥΑΝΘΥΠΑΤ . . .
ΑΝΔΡΟΣΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΥ ΚΑΤΑΚΟΥΛΟΥΘΩΝΤΗΚΑΘΟΛΙΚΗΜΟΥ . . .
ΘΕ.ΕΙΤΟΥ.Π. . ΕΙΝΤΑΥΠΟΤΩΝΠΡΟΕΜΟΥΑΝΘΥΠΑΤΩΝΓΡΑΦΕΝΤ . . .
ΛΑΤΤΕΙΝΚΑΙΤΗΝΥΠΕΡΤΟΥΤΩΝ ΦΕΡΟΜΕΝΗΝΕΠΙΣΤΟΛΗΝΟΥΕΤΕ . . .
ΕΥΛΟΓΟΝΗΓΗΣΑΜΗΝ ΥΣΤΕΡΟΝΔΕΕΚΑΤΕΡΟΥΜΕΡΟΥΣΕΞΑΝΤΙΚΑ . . .
ΣΤΑΣΕΩΣΠΕΡΙΤΩΝΚΑΤΑΜΕΡΟΣΖΗΤΗΜΑΤΩΝΕΝΥΧΟΝΤΟΣΔΙΗ . . .
ΣΑΚΑΙΚΑΤΑΤΗΝΕΜΗΝΣΥΝΗΘΕΙΑΝΠΑΡΕΚΑΤΕΡΟΥΜΕΡΟΥΣΕΠΙΜΕ . . .
ΤΕΡΑΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΗΤΗΣΑΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ. . . ΑΒΩΝΚΑΙΚΑΤΑΤΟΕΠΙ . . .
ΛΟΝΕΠΙΣΤΗΣΑΣΕΥΡΟΝΤΟΙΣΜΕΝΧΡΟΝΟΣΑΡΧΑΙΟΤΑΤΟΥΔΟΙΜΑ . . .
ΣΥΝΚΛΗΤΟΥΑΝΤΙΣ. . ΑΓΙΣΜΑΓΕΓΟΝΟΤΟΣΛΟΥΚΙΩΞΥΛΛΑΤΟΔΕ . . .
ΡΟΝΥΠΑΤΩ ΙΕΝΩΜΑΡΤΥΕΠΟΕΙΣΙΤΟΙΣΧΕΙΟΙΣΟΣΑΥΠΕΡΡΩΜΑΙΩΝΔΙ . . .
ΚΑΝΤΕΜΙΘΡΙΔΑΤΗΝΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥΝΤΕΣΚΑΙΥΠΑΥΤΟΥΕΠΑΘΟΝΗΣΥΝ . . .
ΤΟΣΕΙΛΙΚΩΣΕΒΕΒΑΙΩΣΕΝΟΠΩΣΝΟΜΟΙΣΤΕΚΑΙΕΘΕΣΙΝΚΑΙΔΙΚΑΙΟΙΣ . . .
ΤΑΙΛΕΣΧΟΝΟΤΕΤΗΡΩΜΑΙΩΝΛΙΑΠΡΟΣΗΑΘΟΝΙΝΑΤΕΥΠΟΜΗΘΩΤΙΝΙ . . .
ΤΥΠΩΩΣΙΝΑΙΧΟΝΤΩΝΗΑΝΤΑΡΧΟΝΤΩΝ·ΟΙΤΕΠΑΡΑΥΤΟΙΣΟΝΤΕΣΡΩ . . .
ΘΙΤΟΙΣΧΕΙΩΝΥΠΑΚΟΥΩΣΙΝΝΟΜΟΙΣ· ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΔΕΘΕΟΥΥΙΟΥΣ . . .
ΒΑΣΤΟΥΤΟΟΓΔΟΩΝΥΠΑΤΟΥ· ΕΠΙΣΤΟΛΗΠΡΟΣΚΕΙΟΥΣΓΡΑΦΟΝΤ . . .
ΙΣΠΕΝΤΗΝΠΟΛΙΝΕΓΥΘ . . .

Fundus lectionis est textus Viduae. Vs. 2. Vid. **ΣΤΑΦΙΛΟΥ**, Ak. quod dedi; idem Ak. **ΥΠΑΡΧΟΝΤΟΣ**. Vs. 4. pro **Ω**, quod Ak. habet, Vid. lacunam notat. Vs. 10. duas vel tres, vs. 12. unam vel duas litteras in lacuna perisse notat Vid.

- - - - - - - [τῶν ἀντιδίκων περὶ τῶν τοῦ] Σταφύλου ὑπαρχόντων πρὸς τοὺς Χείων πρέσβεις ἀναγεινωσ[κόν]των ἐπιστολὴν Ἀντιστίου Οὐέτερος τοῦ πρὸ ἐμοῦ ἀνθυπάτ[ου], ἀνδρὸς ἐπιφανεστάτου, κατακολουθῶν τῇ καθολικῇ μου [προ]θέ[σ]ει τοῦ [ἐ]π[αιν]εῖν τὰ ὑπὸ τῶν πρὸ ἐμοῦ ἀνθυπάτων γραφέντ[α, φυ]λάττειν καὶ τὴν ὑπὲρ τούτων φερομένην ἐπιστολὴν Οὐέτε[ρος] εὔλογον ἡγησάμην· ὕστερον δὲ ἑκατέρου μέρους ἐξ ἀντικα[τα]στάσεως περὶ τῶν κατὰ μέρος ζητημάτων ἐν[τ]υχόντος διή[κου]σα, καὶ κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν παρ' ἑκατέρου μέρους ἐπιμε[λέσ]τερα γεγραμμένα ἤτησα ὑπομνήματα· [ἃ λ]αβών, καὶ κατὰ τὸ ἐπι[βάλ]λον ἐπιστήσας, εὗρον τοῖς μὲν χρόνο[ι]ς ἀρχαιοτάτου δό[γ]μα[τος] συνκλήτου ἀντισ[φρ]άγισμα, γεγονότος Λουκίῳ [Σ]ύλλᾳ τὸ δε[ύτε]ρον ὑπάτῳ, ἐν ᾧ μαρτυ[ρηθ]εῖσι τοῖς Χείοις, ὅσα ὑπὲρ Ῥωμαίων δι[έθη]κάν τε Μιθριδάτην ἀνδραγαθοῦντες καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἔπαθον, ἡ σύν[κλη]τος εἰ[δ]ικῶς ἐβεβαίωσεν, ὅπως νόμοις τε καὶ ἔθεσιν καὶ δικαίοις [χρῶν]ται [ἃ] ἔσχον ὅτε τῇ Ῥωμαίων [φι]λίᾳ προσῆ[λ]θον, ἵνα τε ὑπὸ μηθ' ᾡτινι[οῦν] τύπῳ ὦσιν ἀ[ρ]χόντων ἢ ἀνταρχόντων, οἵ τε παρ' αὐτοῖς ὄντες Ῥω[μαῖο]ι τοῖς Χείων ὑπακούωσιν νόμοις· Αὐτοκράτορος δὲ θεοῦ υἱοῦ Σ[ε]βαστοῦ, τὸ ὄγδο[ο]ν ὑπάτου, ἐπιστολὴ[ν] πρὸς [Χ]είους, γράφοντ[ος ὡς, ἐπειδὴ] - - - - - - - ις πε[ρὶ] τὴν πόλιν ἐ[π]ύθ[ετο?
- - - - - - - - - - - - - - -

Iure hoc decretum Proconsulis Asiae, in cuius provincia Chius, Letronnio imprimis memorabile visum est: quo magis mihi fuit operae pretium, aetatem et causam definire. Et de illa quidem non est quod dubites. Auctor decreti successor fuit Antistii Veteris: hic vero Antistius temporibus longe remotus a Sullana aetate fuit, quum Senatusconsultum Sulla iterum Consule factum τοῖς χρόνοις ἀρχαιότατον dicatur, isque post Augusti opinor fata vixit, quod eius successor inter antiquiora documenta epistolam *Divi* Augusti affert (vs. 19.): quare certe Consul a. u. c. 748. non potest significatus esse. Ne multa, misso etiam Consule a. u. 776. moneo *L. Antistium Veterem* intelligendum esse, qui a. u. 808. Consul fuit; eum fuisse Asiae Proconsulem docet Tacitus Ann. XVI, 10. ubi breviter eum L. Veterem appellat; sed esse hunc Antistium per se patet et intelligitur ex nomine filiae Antistia (XIV, 22.). Hic damnatus a. u. c. 818. sub finem anni, quantum ex ordine rerum a Tacito propositarum coniicere licet; qui quum in hoc decreto audiat ἀνὴρ ἐπιφανέστατος, certe superfuit tum Antistius, quum hoc scriberetur decretum. Proconsul vero Asiae ex legibus fieri non potuit ante a. u. c. 814. nec videtur multo ante accusationem redisse ex provincia, quippe quum Nero Claudium Demianum, quem ob flagitia vinxerat Vetus Proconsul, *exsolverit in praemium accusationis.* Quae quum ita sint, Antistius videtur a. u. c. 817. Proconsul fuisse, et decretum nostrum a. u. c. 818. antequam accusaretur Antistius, esse compositum. Difficilius est de causa iudicare; sed componam tamen, quae mihi notatu digna videntur. Lis agitur inter Chiorum legatos (vs. 2.) et eorum adversarios, quos vs. 1. exempli causa adscito supplemento τῶν ἀντιδίκων indicavi. Hi adversarii recitant epistolam Veteris πρὸς τοὺς Χείων πρέσβεις (vs. 2.), hoc est *recitant illam adversus Chiorum legatos*, non ut visum, *epistolam datam ad Chiorum legatos.* Legati quid petierint, ex argumento Proconsulis patet, quo adversus legatorum adversarios utitur, petito illo ex Senatusconsulto. Nempe Senatusconsultum statuerat, ut suis legibus uterentur Chii (quos liberos vocat etiam Plin. H. N. V, 38.), iisdemque legibus parerent Romani in Chio habitantes, neve Chii subiecti essent Romanorum magistratuum ulli cognitioni de actionibus privatis (τύπῳ, de quo infra dicam). Quo argumento usus Proconsul mutavit priorem sententiam, quam Chiorum legatorum adversarii recitandis Veteris litteris ipsi persuaserant. Itaque quum Chiorum legatos vincere adversarii epistolâ Veteris voluerint, quae contraria erat illi Senatusconsulto, patet adversarios horum legatorum aliquid prius a Vetere obtinuisse non ex legibus Chiorum, sed ex institutis Romanis vel arbitrio Romanorum magistratuum, ideoque Chios ad Proconsulem misisse legatos, ut Chiorum leges servarentur in ea, quae agebatur, causa iudicanda. Haec vero causa, ni fallor, in bonis Staphyli Chii versabatur. Vs. 2. certe ὑπαρχόντων videtur *bona*, *rem* significare: et Staphylus haud dubie Chius est, de quo admonuit etiam Coraës nomen hoc et in Chiis nummis esse obvium annotans, et Staphylum nominatum esse fratrem Oenopionis, Chii conditoris (Oenopion vero et Staphylus ille fabulosi sunt, ex *vino* praestantissimo nomen adepti). Porro privatae actionis (τύπου) mentio ex Senatusconsulto allata confirmat nos in ea sententia, ut in bonis privati versari causam putemus. Quo deducta disputatione potest iam de universi decreti ratione sententia ferri, quam spero me ipsi etiam Letronnio probaturum. Initio decreti, quod periit, status causae expositus erat. Litigabant coram Proconsule Chiorum legati et eorum adversarii; hi adversus legatos recitabant litteras Veteris, ex quibus ipsi aliquid obtinuerant, invitis legibus Chiorum. Primum favebat illis Proconsul, quod servare Veteris decreta constituerat: sed utraque parte audita et documentis inspectis invenit *primum* apographum Senatusconsulti, quod Chiis suas confirmarat leges et libertatem ac iurisdictionem, *secundum* epistolam Divi Augusti similis argumenti. Coniungenda enim haec sunt: εὗρον τοῖς „μὲν" χρόνοις ἀρχαιοτάτου δόγματος συνκλήτου ἀντισφράγισμα (vs. 11.), Αὐτοκράτορος „δὲ" Θεοῦ υἱοῦ Σεβαστοῦ, τὸ ὄγδοον ὑπάτου, ἐπιστολὴ[ν] πρὸς Χείους (vs. 19.); nec dubia nostra correctio ἐπιστολήν, qua neglecta nullum reppereris orationis nexum. Iam dictum erat, quid scripsisset Augustus; itaque vs. 19. dedi γράφοντος ὡς, et addidi ἐπειδή, ex quo pendere videtur vs. 20. ἐπύθετο, quod mihi videor agnoscere: ibidem, ut hoc obiter dicam, πε[ρὶ] fuisse mihi videtur. Denique his documentis et aliis fortasse rebus victus Proconsul abrogavit sententiam Veteris, et quae postularant legati Chiorum confirmavit. Haec in fine scripta erant, qui periit. Ceterum emendationes et supplementa exceptis iis, quae modo dixi, atque illis, de quibus in seqq. dicam, sunt Letronnii. Vs. 4. Letr. post ἐπιφανεστάτου concludit orationem: quod mutandum visum est. Vs. 5. non potest τοῦ π[οι]εῖν vel τοῦ π[ράττ]ειν scribi, quod hoc non convenit usui, et quod lacuna est ante Π: dedi certum [ἐ]π[αιν]εῖν, Latinum *probare.* Vs. 8. 9. ἐπιμελέστερα debetur C. Fr. Hermanno. Κατὰ τὸ ἐπιβάλλον sc. μέρος dictio est usitatissima; Letr. supplevit μοι, C. Fr. Hermannus αὐτοῖς (τοῖς ὑπομνήμασι) provocans ad Wessel. in Diod. I, 1. recte credo. Vs. 11. extr. spatium non fert articulum τῆς] συνκλήτου; neque ille commodus est: Senatusconsultum simpliciter dicitur δόγμα συγκλήτου, ut dicitur ψήφισμα βουλῆς καὶ δήμου. Ἀντισφράγισμα rectissime Letr. explicat ἀντίγραφον ἐσφραγισμένον, quod alibi ἐκσφράγισμα. Senatusconsultum hoc factum est a. u. c. 673/4. quinque annis post calamitatem a Zenobio Mithradatis duce Chiis inflictam (Appian. Mithr. 47. Memnon. Reliq. c. 33.): notavit Letr. Correctiones μαρτυρηθεῖσι et διέθηκαν recte dedit C. Fr. Hermannus et formulam διατιθέναι τινά τι notat illustrari ab Hemst. ad Lucian. Nigrin. 38. De iis, quae adversus Mithradatem gesserunt Chii et quae ab illo passi sunt, vide Coraïs Χιακῆς Ἀρχαιολογίας ὕλην p. 157 sqq. T. III. Ἀτάκτων. Vs. 15. vere Letr. εἰδικῶς, *specialiter*; Herm. ἐνδίκως: sed non est Proconsulis iudicium ferre de

Senatusconsulto. Vs. 16. nota μηθ' ὡτινιοῦν, ut μηθενί; de quo saepius monuimus. Τύπος ἀρχόντων ἢ ἀνταρχόντων non est *species magistratuum vel eorum, qui pro magistratibus sunt,* sed *iurisdictionem* designat *competentem illis magistratibus in actionibus privatis;* videtur autem τύπος ἄρχοντος dictum esse pro τύπος πρὸς τὸν ἄρχοντα. Poll. X, 29. καὶ δίκης μὲν λῆξις (quae ad causas privatas pertinet) εἴη ἂν ὁ νῦν καλούμενος τύπος; angustius, solam quam narrat causam respiciens, Philostratus Vit. Soph. I, 25, 9. τύπους explicat γράμμα ἀγορᾶς ἐρήμην ἐπαγγέλλον τῷ οὐκ ἀποδιδόντι. Cf. etiam ad n. 2337. (vs. 77.). Epistola Augusti est a. u. c. 728.

## 2223.

*Chii*, in regione urbis Palaeo Castro; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 40. 1. cf. p. 42. et hinc Coraës Χιακῆς ἀρχαιολογίας ὕλη p. 263. T. III. Ἀτάκτων.

ΟΔΗΜΟΣ
ΑΒΡΟΣΥΝΗΝΞΗΝΙΔΟΣ
ΓΥΝΑΙΚΑΔΕ
ΑΠΕΛΛΩΙΤΟΥΘΕΟΜΝΙΔΟΣ

Ὁ δῆμος Ἀβροσύνην Ζήνιδος, γυναῖκα δὲ Ἀπελλ[οῦ] τοῦ Θεόμνιδος.

Ξῆνις (non Ζῆνις) affertur ex nummo Chio, in quo non dubito quin Ζῆνις legendum sit. Θεόμνις Coraë iudice est ex Θεόμνηστος decurtatum, ut Θέογνις ex Θεόγνητος. Videndum tamen numne Θεόγνιδος scribendum sit, quod Chium nomen esse docet nomen Theognidis Chii sophistae ex Athenaeo cogniti.

## 2224.

*Chii* in urbe, in angulo domus privatae, prope fontem quendam; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 38. 2, cf. p. 41, et hinc Coraës l. c. ad n. 2223. p. 273.

ΜΕΓΙΣΤΗΔΙΟΝΥΣΙΟΥΤΗΝΕΑΥΤΗΣΜΗΤΕΡΑ
ΝΕΓΙΣΤΗΝΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΓΥΝΑΙΚΑΔΕ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

Μεγίστη Διονυσίου τὴν ἑαυτῆς μητέρα [Μ]εγίστην Ἀσκληπιάδου, γυναῖκα δὲ Διονυσίου, sc. ἀνέθηκε vel ἀνέστησεν.

## 2225.

In insula *Chio*, ex schedis Ambrosianis ed. Murat. T. III. p. MCCLIV. 2.

ΔΗΜΗΤΡΙΑΑΓΑΘΩΝΟΣΘΥΓΑΤΗΡΓΥΝΗΔΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ
ΤΟΝΠΑΤΕΡΑΤΟΝΕΑΥΤΗΣΑΓΑΘΩΝΑ
ΑΓΑΘΟΚΛΕΥΣΠΑΣΙΝ

Δημητρία, Ἀγάθωνος θυγάτηρ, γυνὴ δ' Ἀθηνοδώρου, τὸν πατέρα τὸν ἑαυτῆς Ἀγάθωνα Ἀγαθοκλεῦς [θεοῖς] πᾶσιν.

Forma Ἀγαθοκλεῦς Chiis usitata (cf. n. 2214.).

## 2226.

*Chii* in foro; ed. Chandler. Inscr. P. I. n. 11. p. 5.

ΠΟΥΠ..ΟΝΑΙΛΙΟΝ
ΡΑΝΑ...ΥΥΙΟΝΣΕΡ
.ΙΑΛΥ..ΙΑΧΟΝ

Πούπλ[ι]ον Αἴλιον [Π.?] Α[ἰλίο]υ υἱὸν, Σερ[γ]ία, Λυ[σί]μ]αχον.

## 2227.

In ora *Chii* maritima inter rudera templi antiqui; ad sinistram est avis, anser ut videtur. Ed. Hesselius Append. Praef. ad Inscriptt. Gud. C. XXIII. ex schedis fere iisdem, quibus nos usi sumus, id est Horstianis. Habent etiam Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 259.

ΦΑΙΝΟΜΕΝΟΣΑΓΓΕΛΕΥΣ
ΥΠΕΡΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣΒΙΣΤΑΣ
ΤΗΣΦΕΙΔΟΛΕΩΘΥΓΑΤΡΟΣ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ

Egm. ΑΓΓΕΛΛΕΥΣ.

Φαινομενὸς Ἀγγελεὺς ὑπὲρ τῆς γυναικὸς Βίστας τῆς Φειδόλεω θυγατρὸς Ἀρτέμιδι.

Atticus homo est Phaenomenus; qui si Chii habitasset ut inquilinus, non ex demo sese nominasset Ἀγγελέα, sed Ἀθηναῖον. Cf. ad n. 2151. Nec tamen Chius unquam cleruchos Atticos habuit; itaque in itinere vel militari expeditione Phaenomenus Chium delatus videtur hoc dicasse monumentum: quod si statuas, minus offendit nomen demoticum. Βίστα simile nomen ac Βιττώ, Βιττίς.

## 2228.

*Chii* in Palaeo Castro; ex schedis Akerbladii misit Münterus.

ΑΘΗΝΑΣΜΗΤΡΩΝΟΣ
ΘΥΓΑΤΗΡ
ΘΕΣΣΑΛΟΥΔΕΓΥΝΗ
ΑΡΤΕΜΙΔΙΕΦΕΣΕΙΗΙ

Ἀθηνα[ΐ]ς Μήτρωνος θυγάτηρ, Θεσσαλοῦ δὲ γυνή, Ἀρτέμιδι Ἐφεσείῃ.

Haec igitur Chii colebatur.

## 2229.

In insula *Chio* in horto (fortasse eodem ubi n. 2230.). Ex schedis Sylburgii dedit Gruterus p. MXXXIX. 11. Hinc Fleetwood. Syll. p. 321. 3. Brunck. Anal. T. III. p. 198. (cf. Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 7 sq.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 178. ubi cf. not.

ΕΡΜΗΝΤΟΝΚΛΕΠΤΗΝΤΙϹΥΦΕΙΛΕΤΟΘΕΡΜΟϹΟΚΛΕΠΤΗϹ
ΟϹΤΩΝΦΙΛΗΤΕΩΝΩΙΧΕΤΑΝΑΚΤΙΦΕΡΩΝ

Ἑρμῆν τὸν κλέπτην τίς ὑφείλετο; Θερμὸς ὁ κλέπτης,
ὃς τῶν φιλητέων ᾤχετ' ἄνακτ[α] φέρων.

Haec in basi debent scripta esse, postquam statua sublata est a fure. Titulum subditicium iudicavit Maffeius Crit. lapid. p. 74. sine causa idonea.

## 2230.

In *Chio* insula, in horto Capucinorum. Corruptius exhibet Gallandus apud Sponium de aris ignot. deor. (Thes. Antt. Gr. T. VII. p. 261.) recte correctus a Sponio, qui dedit etiam in Misc. erud. antiq. X, 59. p. 340. Ex Sponii Misc. habet Fabrettus Inscr. c. VI. n. 183. p. 493. ex libello de aris ignot. deor. Cuperus Harpocr. p. 148 sqq.

ΘΡΑΣΕΑΣΔΙΟΓΕΝΟΥΣ
ΥΠΕΡΕΑΥΤΟΥΚΑΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝ
ΚΑΙΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣΤΟΛΛΑΣ
ΚΑΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝΤΟΛΛΑΣ
ΚΑΙΚΟΥΙΝΤΟΥΤΕΚΝΩΝ
ΙΣΙΔΙΣΕΡΑΠΙΔΙΑΝΟΥΒΙΔΙ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΕΙΘΕΟΙΣΣΥΝ
ΝΑΟΙΣΚΑΙΣΥΝΒΩΜΟΙΣ
ΕΥΧΗΝ

Sic Spon. Τόλλας vix verum est; recte Cup. coniecit Πόλλας (s. Πώλλας).

Θρασέας Διογένους ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τέκνων καὶ τῆς γυναικὸς [Π]όλλας, καὶ τῶν τέκνων [Π]όλλας καὶ Κουΐντου τέκνων (pro liberis Pollae filiae et Quinti filii), Ἴσιδι, Σεράπιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρποκράτει, θεοῖς συννάοις καὶ συνβώμοις εὐχήν.

## 2231.

*Chii*; ex schedis Fauvelii Köhlerianis.

ΑΝΤΜΗΔΟΥ
ΤΑΣΒΑΣΕΙΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

[Ὁ δεῖνα] Ἀντ[ι]μήδου τὰς βάσεις χαριστήριον.

## 2232.

*Chii*; ex Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 4. n. 2. p. 45.

ΑΘΗΝΑΗΣΧΡΗΣΤΙ
ΧΑΙΡΕ

Ἀθηνα[ΐ]ς χρηστ[ὴ] χαῖρε.

## 2233.

*Ibidem*; ed. idem ibid. n. 3.

ΤΡΙΑΝΤΑΚΑΙΠΕΝΤΕΑΙΤΩΝ
ΚΙΤΙΚΟΡΗ
ΟΝΟΜΑΘΗΟ
ΝΟΙΔΕ

Τριά[κο]ντα καὶ πέντε [ἐ]τῶν κ[ε]ῖτ[α]ι κόρη ὄνομ' Ἀθη - - -

Fortasse fuit Ἀθηναΐς ut n. 2228. 2232. nisi forte lin. 3. et in ceteris plura desunt et versibus conceptum epigramma fuit.

## 2234.

*Ibidem*; ed. idem ibid. n. 4.

ΑΝΘΑΙΧΑΡΑΙ
ΧΡΗΣΤΑΙ

Ἀνθ - - - -
χρησταὶ [χαίρετε]?

## 2235.

*Chii* in Palaeo Castro, lapis integer et bene sculptus, insertus exteriori muro aedis D. Io. Chrysostomi. Sic ut dedi edidit Vidua Inscr. ant. tab. 40. 3. cf. p. 42. et hinc Coraës l. c. ad n. 2223. p. 264.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΑ
ΞΗΝΟΦΑΝΟΥ
ΘΥΓΑΤΗΡ
ΓΥΝΗΔΕ
ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟ[Υ]

Ἀρτεμισία Ζηνοφάνου θυγάτηρ, γυνὴ δὲ Ποσειδίππου.

## 2236.

In *Chio* insula in horto (cf. ad n. 2229.). Ex schedis Sylburgii ed. Gruterus p. MXXXIX. 10. hinc Fleetwood. Syll. p. 322. 1. Iacobs. Anthol. Paralip. II, 10. p. 762. Anthol. Palat. Append. n. 137. ubi vide nott.

ΒΙΤΤΩΚΑΙΦΑΙΝΙϹΦΙΛΗΗΜΕΡΗΑΙΣΥΝΕΡΙΘΟΙ
ΑΙΠΕΝΙΧΡΑΙΓΡΑΙΑΙΤΗΙΔΕΚΛΙΘΗΜΕΝΟΜΟΥ
ΑΜΦΟΤΕΡΑΙΚΩΙΑΙΠΡΩΤΑΙΓΕΝΟϹΩΓΛΥΚΥϹΟΡΘΡΟϹ
ΠΡΟϹΛΥΧΝΟΝΩΙΜΥΘΟΥϹΗΙΔΟΜΕΝΗΜΙΘΕΩΝ

Βιττὼ καὶ Φαινίς, φίλη ἡμέρη, αἱ [σ]υνέριθοι,
αἱ πενιχραί, γραῖαι, τῇδ' ἐκλίθημεν ὁμοῦ,
ἀμφότεραι Κῷαι, πρῶται γένος. ὦ γλυκὺς ὄρθρος,
πρὸς λύχνον ὦ μύθους ἤδομεν ἡμιθέων.

Nihil video mutili in hoc titulo, quamquam Iac. aliter iudicat. Vs. 1. Φαινὶς audit φίλη ἡμέρη, *mitis amica* sc. *Bittus*. Βιττὼ Coa mulier est, ut Bittis vocata Philetae Coi sponsa.

## 2237.

*Chii*, „ἔν τισιν ἐρειπίοις παλαιοῦ πύργου" Gruter. p. MXXXVI. 9. ex schedis Sylburgii: hinc Brunck. Anal. T. III. p. 311. (cf. Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 320.) et Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 148. (cf. nott. T. III. p. 924.), et prius Maffei. Sigl. lapid. p. 109. Critic. lapid. p. 115. Tractavit etiam Dorvill. Vann. crit. p. 174. Varietatem lectionis unam tantum ad Grut. annotavit Chandl. Inscr. Syllab. p. II. n. 9. Extra urbem Chium vidit Akerbladius „ad domum Tepegi Bachi": eius schedas, quibus etiam Iacobsius usus est, misit Münterus. Nuperrime optime transcripsit Vidua Inscr. ant. tab. 41. 3. (cf. p. 43.), in agro Chio, in muro villae suburbanae Turcicae, tertiae horae parte ab urbe distantis, haud procul a ponte Parteni; locus appellatur Varvasi. Cf. Letronn. Journ. des Sav. 1827. p. 475 sq. Habet etiam Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 75. et Coraës l. c. ad n. 2223. p. 268.

ΕΒΔΟΜΟΝΕΙΣΔΕΚΑΤΟΝΤΕΒΙΟΥΛΥΚΑΒΑΝΤΑΠΕΡΩΝΤΑ
ΜΟΙΡΑΜΕΠΡΟΣΘΑΛΑΜΟΥΣΑΡΠΑΣΕΦΕΡΣΕΦΟΝΑΣ
ΛΑΜΠΑΔΑΓΑΡΖΩΑΣΜΕΔΡΑΜΕΙΝΜΟΝΟΝΗΘΕΛΕΔΑΙΜΩΝ
ΤΟΝΔΕΜΑΚΡΟΝΓΗΡΩΣΟΥΚΕΤΙΘΕΙ[Ν]ΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΡΤΙΔΕΦΗΒΕΙΑΙΣΘΑΛΛΩΝΔΙΟΝΥΣΙΟΣΑΚΜΑΙΣ
ΚΑΙΣΕΛΙΣΙΝΜΟΥΣΩΝΗΛΥΘΟΝΕΙΣΑΙΔΑΝ
ΑΛΛΑΠΑΤΕΡΜΑΤΕΡΤΕΠΡΟΛΕΙΠΕΤΕΠΙΚΡΟΝΟΔΥΡΜΟΝ
ΤΕΡΜΑΓΑΡΕΙΣΜΕΒΙΟΥΜΟΙΡΕΠΕΚΡΑΝΕΤΟΔΕ

Formam tituli et litterarum dedi ex Vid. et Ak. Fundus lectionis est Viduae textus. Vs. 1. extr. Vid. Α in uncis habet, Grut. Ak. extra uncos. Vs. 2. vulgo ΗΡΠΑΣΕΠΕΡΣ, Vid. Chandl. quod dedi. Vs. 3. primum Λ Vid. in uncis habet; Grut. ΑΜΠΑΛΑ: Ak. ΛΑΜΓΑΔΑ, quod in lapide a se inspecto esse docet etiam Walpol. Mem. p. 471. In fine Ν solus Vid. in uncis habet, ceteri extra uncos. Vs. 4. Ν in uncis dedi ex solo Vid. ceteri id omittunt, et legunt οὐκ ἐτίθει: verum vidit Letr. Vs. 5. ΕΦΗΒΕΙΑΙΣ cum Vid. habent Ak. et Walp. Gruterus ΕΦΗΒΕΙ (Iac. dedit ἐφηβείας). Vs. 7. prius **ΤΕ** Vid. in uncis, ceteri extra uncos habent.

Ἕβδομον εἰς δέκατόν τε βίου λυκάβαντα περῶντα
Μοῖρά με πρὸς θαλάμους ἅρπασε Φερσεφόνας.
λαμπάδα γὰρ ζωᾶς με δραμεῖν μόνον ἤθελε δαίμων,
τὸν δὲ μακρὸν γήρως οὐκέτι θεῖν δόλιχον·
ἄρτι δ' ἐφηβείαις θάλλων Διονύσιος ἀκμαῖς
καὶ σελίσιν Μουσῶν ἤλυθον εἰς Ἀΐδαν.
ἀλλὰ πάτερ μᾶτέρ τε προλείπετε πικρὸν ὀδυρμόν·
τέρμα γὰρ εἴς με βίου Μοῖρ' ἐπέκρανε τόδε.

## 2238.

*Chii* in Palaeo Castro, in descensu viae, cui nomen Taxiarchi Laudia, ad laevam; postremae litterae solo defossae sunt. Sic ut dedi habet Vidua Inscr. ant. tab. 40, 2. (cf. p. 42.) et hinc Coraës l. c. ad n. 2223. p. 269.

ΖΗΝοΔοΤοΣΑΡΙΣΤοΛοΧ[οΥ]

Ζηνόδοτος Ἀριστολόχ[ου].

## 2239.

*Chii* super porta domus extra urbem in via ad vicos ducente, quos inhabitant Graeci lentiscum colentes: in marmore sunt figurae matris et filii sedentes, in medio est ara rotunda cum flamma, ut videtur, et ove victima. Ed. Chandl. Inscr. P. I. n. 9. p. 4. ex quo plurima reddo; prius vitiosissime dederat Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 4. n. 1. p. 45. Habet Iacobs. Paralip. Anthol. II, 28. p. 776. Anthol. Palat. Append. n. 208. (cf. nott. p. 933.)

ΗΠΑΣΙΝΜΑΚΑΡΕССΙΒΡΟ
ΤΟΙСΙΤΕΠΡΟСΦΙΛΕСΑΙΕΙΑС
ΠΑСΙΟΙСΙΛΟΤΟΙСΤΟΝ
ΠΑΡΙΟΝΤΑΝΕΜΩΕΙ
ΔΕΘΕΛΕΙСΓΝΩΝΑΙ
СΤΗΛΛΗСΤΥΠΟΝ
ΩΠΑ ΡΟΔΕΙ
ΤΑ
ΘΑΛΛΟΥΣΑΝΜΕСΟΡΑСΜΗΤΡΙΣ
ΤΗΝΔΕΧΑΡΙΝΜΝΗΜΗСΘΑΛΛΟС
ΑΡΕΤΗСΕΙΔΩСΙΕΡΟΝΛΗΜΨΜ

Vs. 3. Chandl. **ΔΟΤΟΙΣ**, Poc. **ΛΟΤΟΙΣ**. Vs. 9. extr. ut videres aliquid deesse, addidi **Σ**, quod ibi Poc. habet. Vs. 11. extr. **Μ** ex eodem additum Poc. est.

Ἦ πᾶσιν μακάρεσσι βροτοῖσί τε προσφιλὲς αἰεί,
ἀσπασίοισι λό[γ]οις τὸν παριόντα νέμω.
εἰ δ' ἐθέλεις γνῶναι στήλης τύπον, ὦ παροδεῖτα,
Θάλλουσάν μ' ἐσορᾷς· μητρὶ [δὲ] τήνδε χάριν
μνήμης Θάλλος [ἔθηκ'], ἀρετῆς εἰδὼς ἱερὸν [δ]ή
\- - - - - - - - -

Λόγοις rectissime correxit Iac. quem etiam in ceteris secutus sum; Schneider. Lex. Gr. v. δοτὸς putabat δοτὰ esse *dona*. Vox εἰδὼς Iacobsio suspecta videtur.

## 2240.

In *Chio*. Epigramma hoc cum notula „Εὑρέθη ἐν Χίῳ" manu eleganti adscriptum erat editioni epigrammatum Io. Lascaris Parisinae a. 1544. unde transcripsit Tollius, in cuius epistt. itinerar. p. 5. editum est cum nota Henninii p. 20 sq. Ex Tollio petiit Leich. Sepulcr. p. 12. et 32. ex hoc Iacobs. Anthol. Paralip. II, 8. p. 761. Anthol. Palat. Append. n. 127.

ΑΡΤΙΣΕΤΟΝΘΑΛΛΟΝΤΑΝΕΟΙΣΕΠΙΓΥΜΝΑΔΟΣΕΡΓΟΙΣ
ΑΒΑΣΚΑΛΛΙΣΤΟΙΣΑΝΘΕΣΙΤΕΡΠΟΜΕΝΟΝ
ΗΙΘΕΟΝΠΡΩΤΑΡΧΕΠΑΤΗΡΕΚΑΛΥΨΑΤΟΤΥΜΒΩΙ
ΟΣΤΕΑΔΟΓΚΩΘΕΙΣΟΥΤΟΣΕΔΕΚΤΟΤΑΦΟΣ
ΠΡΟΣΘΕΝΔΟΠΡΕΣΒΥΣΠΙΝΥΤΩΙΔΕΔΜΗΜΕΝΟΣΑΛΓΕΙ
ΙΣΙΑΔΩΚΥΜΟΡΟΝΜΥΡΕΤΟΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΑΙΞΑΣΔΑΠΛΗΣΤΑΠΑΛΙΝΔΡΟΜΟΝΕΛΛΑΒΕΠΕΝΘΟΣ
ΠΡΩΤΑΡΧΟΣΓΑΜΕΤΗΝΓΑΡΣΤΕΝΑΧΗΣΕΛΙΗΝ
ΛΑΙΝΑΔΟΓΚΩΣΕΝΤΑΔΕΣΗΜΑΤΑΤΑΣΓΑΡΑΦΥΜΩΝ
ΑΙΔΗΣΓΗΡΟΤΡΟΦΟΥΣΕΛΠΙΔΑΣΩΡΦΑΝΙΣΕΝ

*Ἄρτι σε τὸν θάλλοντα νέοις ἐπὶ γυμνάδος ἔργοις,*
*ἅβας καλλίστοις ἄνθεσι τερπόμενον*
*ἠΐθεον, Πρώταρχε, πατὴρ ἐκαλύψατο τύμβῳ,*
*ὀστέα δ᾽ ὀγκωθεὶς οὗτος ἔδεκτο τάφος.*
*πρόσθεν δ᾽ ὁ πρέσβυς π[υκιν]ῷ δεδμημένος ἄλγει*
*Ἰσιάδ᾽ ὠκύμορον μύρετο θυγατέρα·*
*αἰ[ά]ξας δ᾽ ἄπληστα παλίνδρομον ἔλλαβε πένθος·*
*Πρώταρχος γαμετὴν γὰρ στενάχησε λίην,*
*λάϊνα δ᾽ [ὤ]γκωσεν τάδε σήματα· τὰς γὰρ ἀφ᾽ ὑμῶν*
*Αΐδης γηροτρόφους ἐλπίδας ὠρφάνισεν.*

Vs. 1. Henninius volebat νέων; sed νέα ἔργα sunt *iuvenilia*, ut ἔφηβοι παλαῖστραι sunt ἐφήβων s. ἐφηβικαί. De voce γυμνὰς vide Iac. Ἅβας Doricum quum sequentibus non respondeat, Iac. vult ἥβης, quod mihi quoque probabile visum: potuit tamen in dialecto variari; quare Welckerus Syll. p. 208. tuetur Doricum. Vs. 5. πυκινῷ dedit Hennin. vs. 7. αἰάξας Reiskius et Eldikius Susp. p. 33. Vulgo vero post πένθος non interpungitur, sed post Πρώταρχος: in quo hoc incommodum, quod vs. 7. de Protarcho pronuntiatur, quem recta ratio suadet ad patrem Protarchi referri. Quare Hennin. vult Πρωτάρχου: sed tum reliqua γαμετὴν γὰρ στενάχησε λίην non tam aperte ad subiectum Πρώταρχος referuntur quam debent. Igitur interpunctione mutata scribendum: πένθος· Πρώταρχος γαμετὴν γάρ: in quo durius positum γὰρ defendi nihilominus potest. Ibidem nota γὰρ initio secundae partis pentametri: quod rarum. Formam στενάχησε non ausus sum in στονάχησε mutare: Reisk. pro ΕΛΙΗΝ scripsit ἰδίην. Puto στενάχησε λίην praestare: *nimium Protarchus flevit uxorem*; hinc defunctus is prae moerore *auxit et implevit* (ὤγκωσε) *tumulum, et pater novum luctum nactus est.* Vs. 9. Hennin. vult ἡμῶν.

## 2241.

In insula *Chio*; ex schedis suis Murat. T. II. p. MXIV. 11.

ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΣΘΕΟΤΙΜΟΥΚΑΙΔΙΟΝΥΣΙΟΣΑΣΤΙΟΥ
ΕΠΟΙΗΣΑΝ
ΚΛΑΥΔΙΑΣΕΒΑΣΤΟΥΑΠΕΛΕΥΘΕΡΑΤΕΡΘΟΜΑΕΑΥΤΗ
ΚΑΙΤΩΚΛΑΥΔΙΩΣΕΒΑΣΤΟΥΑΠΕΛΕΥΘΕΡΩΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗ
ΑΝΔΡΙΙΔΙΩΕΧΤΩΝΙΔΙΩΝΜΝΗΜΕΙΟΝΣΥΝ
ΤΗΚΑΜΑΡΑΕΠΟΙΗΣΕΝ

Sunt tituli duo separati; prior fortasse artificum nomina continet.

*a.* Θεόμνηστος Θεοτίμου καὶ Διονύσιος Ἀστίου ἐποίησαν.

*b.* Κλαυδία Σεβαστοῦ ἀπελευθέρα Τερ[τ]ό[λλ]α ἑαυτῇ καὶ Τ[ιβερί]ῳ Κλαυδίῳ Σεβαστοῦ ἀπελευθέρῳ Ἀσκληπιάδῃ, ἀνδρὶ ἰδίῳ, ἐ[κ] τῶν ἰδίων μνημεῖον σὺν τῇ καμάρᾳ ἐποίησεν.

## 2242.

*Chii* prope n. 2222. Ed. Vidua Inscr. ant. tab. 41. 1. et hinc Coraës l. c. ad n. 2223. p. 270.

ΚΛΑΥΔΙΟϹ
ΦΗϹΗΝΟϹ

Κλαύδιος Φήσ[ι]νος. Nomen hoc manifesto idem est quod Φησίνου Chii n. 407. qui haud dubie idem est ac Chius Φισινός apud Arrian. Exped. Alex. III, 2, 6. qui Alexandri M. assecla fuit; cuius aetati Atticum illum titulum merito tribui. Scribe autem Φήσινος aut Φησινός. Etiam in nummo Chii habetur ΦΗΣ (Eckh. D. N. T. II. p. 566.); sed is Alexandro M. recentior est. Nomen fortasse a Phaside derivatum, etsi alias Iones non Φῆσιν sed Φᾶσιν dicunt: ille Phesinus n. 407. est filius Σκυθίνου, quod nomen satis convenit etymo illi; ita ut et patri et filio nescio quamobrem ex terra et flumine Ponto Euxino vicinis nomen inditum fuerit.

## 2243.

*Chii*, in domus pariete infixum marmor; ed. Chandler. Inscr. P.I. n. 10. p. 5. Litterarum aliquot omissionem editor quadratario tribuit.

ΛΜΟΥΝΑ
ΤΙΔΙΟϹЄΥ
ΔΑΙΜѠΝ
ΠΤΟΛΜΑ
ЄΥϹΚЄΙΤΑΙ
ΛΙΒΥ

Λ. Μουνα-
τίδιος Εὐ-
δαίμων
Πτολ[ε]μα[ι]-
εὺς κεῖται
Λίβυ[ς].

## 2244.

*Chii*; ed. Pocock. Inscr. P. I. c. 4. s. 4. n. 5. p. 45.

ΥΚΣΕΡΙΛΙΟΜΙΣΤΑ
ΩΙΥΙΥΣΗΤΤΟΑΕΜ
ΟΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕΟ

Λο]ύκ. Σερ[β]ίλιο[ς Ἀρ]ιστα-
ῖος? Α]ἴ[β]υς [Π]το[λ]εμ-
αιεύς. ❦] χρηστὲ χαῖρε [❦

Vs. 1. M dissolvi in AP; vs. 2. Ω fuit Λ, ΥΙ autem B. Cf. n. 2243. Vs. 3. O initio et in fine fuit foliolum; cf. ad n. 2217.

---

## 2245.

*Psyris* prope Chium; ed. Pocock. ibid. s. 5. Quae minoribus litteris scripta sunt, ut solet addidit Poc.

ΟΙΚΑΙΟΙΚΟΥΝΤΕΣΕΝΨΥΡΟΙΣ
ΣΤΕΦΑΝΟΥΣΙΝ.ΟΝΠΟΛΕΩΣ
ΜΑΡΧΟΝΜ.ΙΩΝΑΧΙΠΡΟΛΩ.
Π.ΣΙΕΒΕ.Σ.ΚΕΡΕΝΠ..ΕΙΣ
ΤΟΥΣΘΕΟΥΣΚΛΙΤ......
.ΟΥΣΑΣΥΝΕΡ.ΟΥΠΕΡΙΝΑ
ΛΑΡΕΤΗΣ

*Οἱ κα[τ]οικοῦντες ἐν Ψυροῖς στεφανοῦσιν [τ]ὸν πολέμαρχον Μ[ικ]ίωνα? [τοῦ δεῖνος, τῆς τ' εὐ]σεβε[ία]ς [ἕν]ε[κ]εν [τῆς] εἰς τοὺς θεοὺς κ[α]ὶ τ[ῆς εἰς τοὺς ἀνθρώπ]ους ἀσυν[κ]ρ[ίτ]ου περὶ [π]ά[ντα] ἀρετῆς.*

Manifesto *Psyrii* nullam constituerunt civitatem; unde simpliciter *οἱ κατοικοῦντες ἐν Ψυροῖς* audiunt, non additis *βουλῆς* et *δήμου* nominibus. *Polemarchum* arbitror Chiorum esse.

---

## 2246.

In *Samo* prope Imbrasum. Per Rosium misit Guil. Gellius.

ΟΡΟΣΤΕ
ΜΕΝΕΟΣ
ΑΘΗΝΑΣ
ΑΘΗΝΩΝ
ΜΕΔΕΟΣΗΣ

*Ὅρος τεμένεος Ἀθηνᾶς Ἀθηνῶν μεδεούσης.*

Etsi Ionicae formae insunt, *Ἀθηνᾶς Ἀθηνῶν μεδεούσης* mentio dubitare non sinit, quin titulus sit ab Atheniensibus dicatus, quo tempore cleruchos in Samo collocarunt, Olymp. 107, 1. (Panofka Sam. p. 97.): moris enim fuit, quum cleruchis distribuebatur terra, partem diis tribuere (Thuc. III, 50.). Similes titulos habuimus passim, sed simillimi sunt Attici n. 526 sqq.

## 2247.

In lepore aereo scite facto, quasi percusso et moribundo, qui in *Samo* emptus est; inscriptio est in collo et altero latere et ventre: leporem Cockerellus in Britanniam attulit possidetque Burgonus. Ex Cockerelli et Hughesii schedis aeri incisum dedit Rosius Inscr. p. 526. tab. 41, 2. (cf. etiam p. 425. extr.) qui falso pro *βουστροφηδὸν* scripto habuit nec recte explicuit. Distinctius in aere repraesentat Bröndstedius Itin. Gr. lib. I. p. 109. tab. XXXI. et recte interpretatus est p. 128. Ex hoc potissimum dedimus nostrum exemplum bipartitum, in quo nota secundum versum in secunda parte repetitum esse, ut de situ litterarum constaret spectanti. Ultimas tres litteras distinctius exhibet Leakius in Transactt. reg. soc. litt. Lond. Vol. I. P. II. p. 2. quas, dum plagulae excuduntur, nactus sum: ex hoc igitur dedi illas litteras. Post scriptas nostras notas edita est Völkelii de hoc monumento commentatio in illius postumis, Archäol. Nachlafs Fasc. I. p. 163 sqq. qui et ipse de eo recte iudicavit.

[*Textum vide in pag. seq.*]

*Τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πριηνῆϊ μ' ἀνέθηκεν Ἡφαιστίων.*

Apollini ut Ἀγρεῖ dedicatum esse hunc leporem recte notat Bröndst. *Prienensis* quod dicitur Apollo, inde cave putes Prienae dicatum esse leporem: immo nisi alio ac Prienae loco cultus esset ille Apollo, vix esset Prienensis dictus: quare quod Leakius leporem hunc ex loco vel ex vicinia Prienae allatum dicit, videtur ex coniectura dictum esse. Prienensem Apollinem in Samo habuisse venerationem non mirum; terra enim Prienensibus proxima haud raro a Samiis possidebatur. A habere duplicem formam diserte notat Bröndst. In voce Πριηνῆϊ N et H ligata fuere: Πριηλῆϊ enim pro Πριηνῆϊ, ut πνεύμων πλεύμων, ἦλθον ἦνθον dictum esse, non ego credo affirmanti.



In Ionismo, in quo haesit Leakius praestantissimus, nulla est difficultas, quum et Samii et Prienenses Ionica usi dialecto sint; Dorica dialectus et forma Πριανεῖς in actis Prienensibus non ad indigenarum linguam referendae sunt, sed ad Rhodios iudices, qui illa conceperunt acta. Titulum ex forma litterarum et fabrica monumenti non antiquiorem quam Olymp. 112–115. iudicat Bröndst. neque aliter ipse iudicarim. Ceterum ut Apollini hic lepus, ita nescio quod animal Iunoni Samiae dedicatum in eius templo conspiciebatur cum inscriptione, quam servavit Hesychius v. Βάστα Κάρας· Βάστα Κάρας Σάμιος Ἥρῃ τήνδε θήρην ἀνέθηκε: de qua vide quae intt. Hesychii et Greg. Cor. p. 126 sq. collegerunt, et adde Panofkam Sam. p. 61. qui legit:

Βάστα Κάρα Σάμιος θήρην τήνδ' Ἥρῃ ἔθηκε.

In quo Βάστα nominativus est ut ἱππότα, θήρη autem est pro θήραμα (vide intt. Greg.). Nomen Βάστας novimus ex Hesych. v. et Luciano l. c. ab intt. Sed si Βάστα est nominativus, Κάρα scribendum est pro Κάρας, quum tamen Βάστα Κάρας s. Βάτα Κάρας in proverbium abierit, constanter retento Κάρας. Itaque quod veteres ipsi perhibent, Κάρας videtur nominativus esse et praemissum patris nomen: ἐπέγραφον γὰρ πατρόθεν προτάσσοντες τὸν πατέρα, ait Grammaticus Sangermanensis v. Βάτα Κάρας a Bastio ad Greg. p. 126. allatus. Rursum vero sic instituta interpretatione secundae in Βάστα correptio offendit: versum enim liquet esse hexametrum. Fortasse igitur, quod etiam alii voluerunt, errarunt grammatici, qui duas esse voces perhibent, et scribendum coniunctim Βαστακάρας. Reliquus versus potest varie tentari, ut

Βαστακάρας Σάμιος Ἥρῃ θήρην ἀνέθηκε,
Βαστακάρας Σάμιος τήνδ' Ἥρῃ θῆρ' ἀνέθηκε,
Βαστακάρας Σάμιος Ἥρῃ τὴν θῆρ' ἀνέθηκε.

## 2248–2253.

Sex has inscriptiones inter rudera urbis *Sami* repperit Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 3. p. 44. n. 1-6.

2248.

ΑΠΑΘΟΔΟΡΟΣ
ΟΙΣΙΠΠΙΚΟΙΣΣΤΕΦΑΝΟΙΣΑΠΟΛΛΟΝΙΠΥΘΙΩΙ
ΤΟΝΑΔΕΛΦΟΝΑΠΟΛΛΟΝΙΟΥ ΜΕΝΤΟΡΟΣ
ΕΠΑΦΡΑΚΑΙ ΚΑΙΕΠΙΓΟΝΟΥΣΒΑΣΣΟΥ
ΜΗΤΡΟΦΑΝΟ ΕΜΙΟΥ ΧΟΜΟΥ
ΤΟ
ΑΠΟΛΛΟΝΙΔΟΥ ΝΙΚΗ

| ΗΒΟΥΛΗ<br>ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ | ΙΕΡΕΥΣ<br>ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ | ΗΒΟΥΛΗ<br>ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ |

scriptum hoc decretum sit, gratis etiamtum erga Romanos Deliis Atheniensibus. Cf. de illa donatione etiam Diss. de Delo Misc. Obss. T. VII. p. 41 sqq. imprimis p. 48. Aristaechmus quare archon Athenis, non Deli fuisse censeatur a multis, in his ab auctore Diss. de Delo p. 7. nulla causa est; rectius de hoc et ceteris in Deli titulis archontibus iudicavit Corsin. F. A. T. I. p. 375. Habent enim suos archontes cleruchorum Atticorum civitates, quibus annumeranda tum Delus fuit (cf. ad n. 108.): ut omnia ibi tum ex Attico more administrata esse docet hoc decretum. Atheniensium autem in Attica degentium archon ideo

intelligi nequit, quod, quum cleruchi suos haberent archontes, addendum erat Ἀθήνησιν, nisi cleruchorum intelligeretur archon. Vs. 7. ἀνένκλ. sive ἀνέγκλ. correxit iam Salvinius in Gorii Symbol. litt. T. VI. p. 46. Vs. 13. Salvinius volebat ἀναγορευομένῳ. Vs. 19. post ὑπὸ τοῦ δήμου deest ἱερεὺς τῶν μεγάλων θεῶν: bis enim Eubulum hoc sacerdotio esse functum intelligas ex corona duplici. Λαχὼν τοῦ Διονύσου est: sortitus *sacerdotium Bacchi*. Vs. 21. Salvinius dedit ἱεροπρεπῶς. Vs. 29. θεὸς haud dubie Apollo est. Vs. 31. πρέσβεις ἤδη τρεῖς vera est lectio et aliis exemplis satis confirmata (n. 2155. Dem. de cor. p. 235. 10. decret. Att. ap. Diog. L. VII, 11.): Osann. Syll. p. 130. πρέσβεις ἄνδρας τρεῖς, sed correxit se p. 178. Decreti confirmationem ab Atheniensibus in Attica habitantibus Delii postulant, non quod hac opus, ut ratum sit plebiscitum, sed maioris beneficii causa. Monui iam Oec. civ. Athen. T. I. p. 438. et confirmatur haec sententia Salaminio decreto n. 108. in quo nulla huius confirmationis mentio fit. Vs. 36. in *Heracleo* ponenda tabula praecipitur, Delio, non Attico: causa est, quod Eubulus Marathonius, et Marathone imprimis cultus Hercules. Vs. 38. de formula ἐκ Μυῤῥινούττης cf. ad n. 297. et de Anthesterio ἐκ Μυῤῥ. n. 735. Pro Οἰναῖος quum Grut. haberet ΘΙΝΑΙΟΣ, restituit illud Holsten. in Nott. et Cast. ad Steph. p. 231. Quinque coronae, in quibus ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος, videntur ad varia Eubuli munera referri exceptis sacerdotiis. De sacerdotio magnorum deorum (Cabirorum) cf. n. 2296. de Aesculapii sacerdotio n. 2292.

## 2271.

Columna marmorea fastigio ornata, alta 3′ 2″, lata 1′ 1″, ex *Delo* Chium, ex Chio Constantinopolin ad Nointelium, Galliae regis oratorem, et inde Parisios delata, nunc in Museo regio Catal. Clar. n. 617. Constantinopoli transcripsit titulum Sponius et edidit Misc. erud. antiq. X, 70. p. 343 sqq. cum notis; item Whelerus Itin. p. 54 sq. hic vitiis typographi inquinatum, quae non annoto. Ex Sponio partem petiit Corsinus F. A. T. I. p. 370. decretis Atticis inseruit Biag. decr. Athen. p. 426. Ex solo Whelero sibi notum prolixe nec bene commentatus est doctus Misc. Obss. T. III. p. 186—200. Hodie marmor detritius est quam Sponii et Wheleri aetate; ex lapide tamen, sed Sponii manifesto apographo consulto, aeri incisum dedit Claracus in tabulis, et Parisiis transcriptos vss. 1—15. mihi misit Osannus; aliam laciniam e vss. 41—43. petiit Gallandus ap. Spon. de ar. ign. deor. Thes. Gronov. T. VII. p. 261.

[*Textum vide pag. seq. interpositum.*]

Fundus lectionis est Sponii textus. Formam tituli dedi ex Cl. Vs. 3. et vss. 55—58. maioribus litteris, licet hoc Cl. non significet. Vox ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ (vs. 2.) ap. Sp. et Whel. integrum versum constituit: ego dedi Osanni et Claraci dispositionem. Vs. 1. Sp. Wh. ΕΛΑΦΗΒΩΛΙΟΝΟΣ, Os. Cl. quod dedi. Ibidem vulgo ΟΓΔΟΗ; Ι ad ΟΓΔΟΗ diserte addit Os. omittentibus ceteris: sed Cl. ΟΓΔΟΕΙ, recte. Vs. 2. ΤΩΙ diserte Os. Cl. ceteri ΤΩ: ΙΕΡΩΙ Cl.; ceteri ΙΕΡΩ. Vs. 5. Sp. ΚΑΙ . . . ΗΜΟΥ, Wh. ΚΑΙ - - - Η ΝΙΟΥ, Os. quod dedi, Cl. ΚΑΙ . . . . . . . . . . . . . . . . ΟΥ etc. Vs. 6. Wh. ΧΡΕΑΣ. Vs. 7. Wh. ΠΑΡΑΙΣΧΗΤΑΙ ΑΠΑΡΑΝΑΚΤΩΣ; ibid. extr. Sp. Wh. Cl. ΕΩ, Os. pro hoc Μ. Vs. 8. vulgo ΝΕΙΤΑΤΗΙΣΥΝΟΔΩ, Cl. ΝΕΙΤΕΤΕΙΣΥΝΟΔΩΙ. Idem pro ΚΑΙ habet sex puncta. Vs. 9. init. Wh. ΚΑΙΚΑ, Spon. ΚΑΙΤΑ: post haec ΤΙΑΝΕΥΜΟΥΣΗΤΑ habet Wh. ubi Sp. lacunam. Os. ab initio ΚΑΙΜΑΤΙΑΝΑΝΕΥΝΟΥΣΑ, omissis reliquis in hoc versu omnibus. Cl. ΚΑΙ . . . ΑΝΕΥ ΝΟΥΣ . . . . . ΤΩΝΕΚΑΣΤΩΙΤΩΝ . . . . . . . . . . . . . Haec composui, recepto ΑΝΑΝ p. ΑΝ et ΝΟΥΣ p. ΜΟΥΣ. Wh. ΕΑΥΤΩΝ, Sp. ΕΑΥΤΩ. In fine Wh. omittit ΩΝ. Vs. 10. pro ΞΑΜΕΝΩΝ Cl. lacunam habet. Ibidem extr. Wh. ΕΠΙΤΥΠΕΥΞΗΜΕ. Vs. 11. extr. Wh. ΚΑΛΕΣΑΝΤΑ. Vs. 12. vulgo ΔΗΜΟΝΤΩΝ, Cl. ΤΟΝ. Vs. 13. ΑΥΤΩ ex Cl. ex quo simul puncta auxi (Sp. quinque; Wh. nullam lacunam habet). Vs. 14. secundum Σ ex Wh. Cl. Mox vulgo ΤΟΥΤΙ - - -; Cl. quod dedi; tum lacunae modum ex eodem dedi, et ex eodem Ν post lacunam. Os. octo litterarum lacunam signat (Wh. - - - - - - -). Vs. 16. Cl. post ΠΡΟΣ duarum litterarum lacunam habet. Vs. 17. vulgo ΔΗΜΟΝΤΩΝ; Cl. ΤΟΝ. Tum lacunae spatium ex Cl. designavi. Vs. 18. Wh. ΙΔΙΩΝΠΑΝΙ etc. In lacuna Cl. quinque puncta. Vs. 20. post ΑΙΤΙΑΝ Cl. tria puncta; in fine totidem ex Cl. dedi, ubi vulgo nulla. Vs. 22. et Sp. et Wh. ΑΠΗΚΩΣ, quod ob aliorum annoto socordiam. Ita et Cl. Vs. 24. ex Clar. bis addidi ι subscr. et semel vs. 25. Vs. 26. Wh. Cl. ΤΕ pro ΔΕ. Vs. 27. init. Sp. ΤΟΥΤΟΥΙΝΝΑ, Wh. ΤΟΥΤΟ - - ΝΙ - - ΝΑ, Cl. ΤΟΥΤΟΥ . . . ΝΑ. Dedi Whel. lectionem; lacunarum loco statuo vitia marmoris solita. Vs. 28. vulgo ΠΑΡΕΣΚΕΥΑΣΤΟΚΑΙ: Cl. quod dedi. Vs. 29. Wh. Σ pro Ζ. Vs. 31. post ΕΤΕΡΟΙΣ vulgo sine lacuna ΘΥΤΩΝ; Cl. hoc non habet, sed decem puncta. In fine vulgo ΔΟΥ, quod ex Cl. vs. 32. init. posui. Vs. 32. primum Ω ex Wh. addidi; ultimum omittit idem. Cl. Ε . . ΩΤΑΙΓΙΓ. Vs. 33. primum ΤΑΙ ex Wh. Cl. addidi. Ibidem Cl. ΠΑΡΑΜΕΛΟΝΤΑΙ. Vs. 34. vulgo ΤΗΣΥΝΟΔΩΚΑΙ ΑΓΑ etc. Quod dedi habet Clar. Vs. 35. Iota subscr. bis ex Cl. Ibidem ΗΡΑΚΛΕΙΣ ex Wh. Cl. (Sp. lacunam signat). Vs. 36. Wh. ΕΠΑΙΝΗΣΑΙ; vs. 37. idem ΚΑΤΑΕΝΕΑΥΤΟΝ. Vs. 38. ΣΩ apposui ex Cl. quod vulgo est in fine vs. 37. et bis addidi ι subscr. ex eodem. Vs. 41. Sp. ΕΜΠΟΠΩΝ, operarum vitio. Vs. 42. ΚΑΙ addidi ex Gall. Cl. et ι subscr. ex Cl. Vs. 43. post ΚΑΤΑΛΑΣ lacunam habent Sp. Wh. sed eam non agnoscit Gall. Claracus ΚΑΤΑ . . . . . . . . ΑΝΑΥ ΤΟΣ. Ibidem extr. Wh. ΕΙΣ. Vs. 44. Ν post ΣΥ ex Cl. inserui; Wh. omittit ΚΑΙ. Vs. 45. extr. Cl. ΕΠΙ ΜΕΛΕΣΑΣΕΣΤΑ; vulgo ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΕΣΤ, et dein in fine Wh. Ω, Sp. Ο. Delegi optima. Vs. 47. ι subscr. et Ο ante ΠΩΣ ex Cl. Vs. 49. male Cl. ΣΙΝΤΗΣΣΥΝΟ ΔΟΥ. Vs. 50. ΡΩΝ apposui ex Cl. quod vulgo est vs. 49. extr. Vs. 51. ex Cl. addidi alterum ΔΕΤΟ. Vs. 53. ι subscr. ex Cl. Ibid. Cl. ΤΟΔΕΣΣΟΜΕΝΟΝΑΝΗΛ etc. Vs. 54. secundum Ο ex Cl. Vs. 57. in fine vulgo ΤΟΥ,

ΕΠΙΦΑΙΔΡΙΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝΟΣΟΓΔΟΕΙΕΚΚΛΗΣΙΑ
ΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΘΙΑΣΙΤΗΣΕΙΠΕΝ
ΕΠΕΙΔΗΠΑΤΡΩΝΔΩΡΟΘΕΟΥΤΩΝΕΚΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΕΠΕΛΘΩΝ
ΕΠΙΤΗΝΕΚΚΛΗΣΙΑΝΚΑΙΑΝΑΚΟΙ . . . . ΗΜΟΥΤΗΝΥΠΑΡΧΟΥ
ΣΑΝΑΥΤΩΙΕΥΝΟΙΑΝΕΙΣΤΗΝΣΥΝΟΔΟΝΚΑΙΕΙΣΠΟΛΛΑΣΧΡΕΙΑΣ
ΠΑΡΕΙΣΧΗΤΑΙΑΠΑΡΑΛΗΚΤΩΣΔΙΑΥΤΗΣΚΑΙΔΙΑΠΑΝΤΟΣΕΩ
ΝΕΙΤΑΤΕΙΣΥΝΟΔΩΙΕΤΙΚΑΙΠΡΑΤΤΩΝΤΑΣΥΝΦΕΡΟΝΤΑ
ΚΑΙΤΑΤΙΑΝΑΝΕΥΝΟΥΣΗΤΑΤΩΝΕΑΥΤΩΝΤΩΝΕΛΕΥΣΟΜΕΝΩΝ
ΕΜΠΟΡΩΝΚΑΙΝΑΥΚΛΗΡΩΝΣΥΝΑΞΑΜΕΝΩΝΕΠΙΤΕΥΞΗΜΕ
ΝΗΣΑΥΤΗΣΜΕΤΑΤΗΣΠΑΛΑΙΑΣΕΥΝΟΙΑΣΠΑΡΕΚΑΛΕΣΕΝΤΟ
ΚΟΙΝΟΝΕΞΑΠΟΣΤΕΙΛΑΙΠΡΕΣΒΕΙΑΝΠΡΟΣΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΑΘΗ
ΝΑΙΩΝΟΠΩΣΔΟΘΗΑΥΤΩ. . . . . . . . .ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΟΥΣΙΝΤΕ
ΜΕΝΟΣΗΡΑΚΛΕΟΥΣΤΟΥΤΥΡΙΟΥ. . . . . . . . . . . .ΝΠΑΡΑΙΤΙΟΥΓΕ
ΓΟΝΟΤΟΣΤΟΙΣΑΝΘΡΩΠΟΙΣΑΡΧΗΣΟΣΤΙΣΤΗΣΠΑΤΡΙΔΟΣΥΠΑΡ
ΧΟΝΤΟΣΑΙΡΕΘΕΙΣΠΡΕΣΒΕΥΤΗΣΠΡΟΣΤΗΝΒΟΥΛΗΝΚΑΙ
ΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΑΘΗΝΑΙΩΝ. . . . . . . . . . . . . . . . .ΞΑΜΕΝΟΣΕ
ΠΛΕΥΣΕΝΔΑΠΑΝΩΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ . . ΑΝΙΣΑΣΤΕΤΗΝ
ΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΠΡΟΣΤΟΝΔΗΜΟΝΕΥΝΟΙΑΝΠΑΡΕΚΑΛΕΣΕΝ
ΑΥΤΟΝΚΑΙΔΙΑΤΑΥΤΗΝΤΗΝΑΙΤΙΑΝ . . ΕΤΕΛΕΣΑΤΟ . . .
ΤΗΝΤΩΝΘΙΑΣΙΤΩΝΒΟΥΛΗΣΙΝΚΑΙΤΗΝΤΩΝΘΕΩΝΤΙΜΗΝ
ΚΑΘΑΠΕΡΗΡΜΟΤΤΕΝΑΥΤΩΙΥΠΕΡΔΙΚΑΙΟΥΑΠΗΚΩΣΔΕ
ΚΑΙΠΛΕΙΟΝΑΣΕΝΤΟΙΣΜΕΤΑΤΟΥΤΩΝΚΑΙΡΟΙΣΕΙΡΗΚΕΝ
ΔΕΚΑΙΥΠΕΡΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΕΝΤΩΙΑΝΑΓΚΑΙΟΤΑΤΩΙ
ΚΑΙΡΩΙΤΑΔΙΚΑΙΑΜΕΤΑΠΑΣΗΣΠΡΟΘΥΜΙΑΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙ
ΜΙΑΣΚΑΙΕΔΕΞΑΤΟΔΕΤΟΝΘΙΑΣΟΝΕΦΗΜΕΡΑΣΔΥΟΥΠΕΡ
ΤΟΥΤΟ- -ΝΙ- -ΝΑΟΥΝΚΑΙΕΙΣΤΟΝΛΟΙΠΟΝΧΡΟΝΟΝΑΠΑΡΑ
ΚΛΗΤΟΝΕΑΥΤΟΝΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΙΙΙΙΚΑΙΗΣΥΝΟΔΟΣΦΑΙ
ΝΗΤΑΙΦΡΟΝΤΙΖΟΥΣΑΔΙΑΝΕΥΜΕΝΩΝΑΝΔΡΩΝΕΙΣΕΑΥ
ΤΗΝΕΥΝΟΙΚΩΣΚΑΙΑΞΙΑΣΧΑΡΙΤΑΣΑΠΟΔΙΔΟΥΣΑΤΟΙΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΚΑΙΕΤΕΡΟΙΣ . . . . . ΘΥΤΩΝΕΚΤΗΣΣΥΝΟ
ΔΟΥΔΙΑΤΗΝΕΙΣΤΟΥΤΟΝΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΝΕ. . . ΩΩΤΑΙΩ
ΝΩΝΤΑΙΚΑΙΠΑΡΑΜΙΜΟΝΤΑΙΦΙΛΟΤΙΜΟΥΜΕΝΟΙΣ
ΠΕΡΙΠΟΙΕΙΝΤΙΤΕΙΣΥΝΟΔΩΙ . . . . . ΑΓΑΘΕΙΤΥΧΕΙ
ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΩΙΚΟΙΝΩΙΤΩΝΤΥΡΙΩΝΗΡΑΚΛΕΙΣΤΩΝ
ΕΜΠΟΡΩΝΚΑΙΝΑΥΚΛΗΡΩΝΕΠΑΙΝΕΣΑΙΠΑΤΡΩΝΑΔΩ
ΡΟΘΕΟΥΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΑΥΤΟΝΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝΧΡΥ
ΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΕΝΤΑΙΣΣΥΝΤΕΛΕΣΜΕΝΑΙΣΘΥΣΙΑΙΣ
ΤΩΙΠΟΣΕΙΔΩΝΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙ
ΑΣΗΣΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΩΝΕΙΣΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΤΥΡΙ
ΩΝΕΜΠΟΡΩΝΚΑΙΝΑΥΚΛΗΡΩΝΑΝΑΘΕΙΝΑΙΔΕΑΥ
ΤΟΥΚΑΙΕΙΚΟΝΑΓΡΑΠΤΗΝΕΝΤΩΙΤΕΜΕΝΕΙΤΟΥ
ΗΡΑΚΛΕΟΥΣΚΑΤΑΛΑΣΧΗΟΥΑΝΑΥΤΟΣΒΟΥΛΗΤΑΙΕΣ
ΤΟΔΕΑΣΥΝ . . . ΟΣΚΑΙΑΛΕΙΤΟΥΡΓΗΤΟΣΕΝΤΑΙΣ
ΓΙΝΟΜΕΝΑΙΣΣΥΝΟΔΟΙΣΠΑΣΑΙΣΕΠΙΜΕΛΕΣΑΣΕΣΤΩ
ΤΟΙΣΚΑΘΙΣΤΑΜΕΝΟΙΣΑΡΧΙΘΙΑΣΙΤΑΙΣΚΑΙΤΑΜΙΑΙΣ
ΚΑΙΤΩΙΓΡΑΜΜΑΤΕΙΟΠΩΣΕΝΤΑΙΣΓΙΝΟΜΕΝΑΙΣΘΥ
ΣΙΑΙΣΚΑΙΣΥΝΟΔΟΙΣΑΝΑΓΟΡΕΥΕΙΤΑΚΑΤΑΤΑΥΤΗΝ
ΤΗΝΑΝΑΓΟΡΕΥΣΙΝΗΣΥΝΟΔΟΣΤΩΝΤΥΡΙΩΝΕΜΠΟ
ΡΩΝΚΑΙΝΑΥΚΛΗΡΩΝΣΤΕΦΑΝΟΙΠΑΤΡΩΝΑΔΩΡΟΘΕΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝΑΝΑΓΡΑΨΑΤΩΣΑΝΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗ
ΦΙΣΜΑΕΙΣΣΤΗΛΗΝΛΙΘΙΝΗΝΚΑΙΣΤΗΣΑΤΩΣΑΝΕΝ
ΤΩΙΤΕΜΕΝΕΙΤΟΥΗΡΑΚΛΕΟΥΣΤΟΔΕΕΣΟΜΕΝΟΝΑΝΗΛΩΜΑ
ΕΙΣΤΑΥΤΑΜΕΡΙΣΑΤΩΟΤΑΜΙΑΣΚΑΙΟΑΡΧΙΘΙΑΣΙΤΗΣ
ΕΠΙΑΡΧΙΘΙΑΣΙΤΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΤΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΙΕΡΑΤΕΥΟΝΤΟΣΔΕ
ΑΤ ΣΤΟΥΔΩΡΟΘΕΟΥ

In corona oleagina:
ΟΔΗΜΟΣ
ΟΑΘΗΝΑΙΩΝ

In corona oleagina:
ΗΣΥΝΟΔΟΣ
ΤΩΝΤΥΡΙΩΝ
ΕΜΠΟΡΩΝΚΑΙ
ΝΑΥΚΛΗΡΩΝ

quod omisi cum Cl. Vs. 58. vulgo nihil nisi ΔΩΡΟ ΘΕΟΥ: quod dedi, habet Cl. Vs. 59. init. Ο omittit Sp. habent Wh. (hic in singulari linea) et Cl. ubi dedi. Vs. 60. Ο ex Cl. ex quo simul post ΝΑΙ addidi eidem versui ΩΝ, quod vulgo novum versum constituit. Pro ΚΑΙ vs. 61. Cl. male ΤΩΝ vs. 62. habet.

*Ἐπὶ Φαιδρίου ἄρχοντος, Ἐλαφηβολιῶνος ὀγδόῃ, ἐκκλησία ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, Διονύσιος Διονυσίου ἀρχιθιασίτης εἶπεν· Ἐπειδὴ Πάτρων Δωροθέου, τῶν ἐκ τῆς συνόδου, ἐπελθὼν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἀνακοι[νῶν ἐδ]ή[λ]ου τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ εὔνοιαν εἰς τὴν σύνοδον, καὶ [ὡ]ς πολλὰς χρείας παρείσχηται ἀπαραλήκτως, διατ[ελεῖ δὲ] καὶ διὰ παντὸς [τῇ πόλ]ει [κ]α[ὶ] τῇ συνόδῳ [λ]έ[γων] καὶ πράττων τὰ συνφέροντα, καὶ [κ]ατὰ [π]ᾶν εὔνους [ὑπ]ά[ρχ]ων, [ἀπ]ά[ν]των τῶν ἐλευσομένων ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων συναξαμένων ἐπὶ τ[ρ]ε[ῖς] ἡμέ[ρα]ς, αὐτ[ὸ]ς μετὰ τῆς παλαιᾶς εὐνοίας παρεκάλεσεν τὸ κοινὸν ἐξαποστεῖλαι πρεσβείαν πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, ὅπως δοθῇ αὐτῷ [τόπος, ἐν ᾧ] κατασκευάσουσιν τέμενος Ἡρακλέους τοῦ Τυρίου, [μεγίστων ἀγαθῶ]ν παραιτίου γεγονότος τοῖς ἀνθρώποις, ἀρχη[γέ]τ[ου] τῆς πατρίδος ὑπάρχοντος, [καὶ] αἱρεθεὶς πρεσβευτὴς πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων [τὴν πρεσβείαν ἀναδε]ξάμενος ἔπλευσεν δαπανῶν ἐκ τῶν ἰδίων, [ἐμφ]ανίσας τε τὴν τῆς συνόδου πρὸς τὸν δῆμον εὔνοιαν παρεκάλεσεν αὐτόν, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν [ἐξ]ετελέσατο [καὶ] τὴν τῶν θιασιτῶν βούλησιν καὶ τὴν τῶν θεῶν τιμήν, καθάπερ ἥρμοττεν αὐτῷ ὑπὲρ δικαίου· ἀπη[ρ]κὼς δὲ καὶ πλειονά[κι]ς ἐν τοῖς μετὰ τοῦτ[ο]ν καιροῖς· εἴρηκεν δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς συνόδου ἐν τῷ ἀναγκαιοτάτῳ καιρῷ τὰ δίκαια μετὰ πάσης προθυμίας καὶ φιλοτιμίας· καὶ ἐδέξατο δὲ τὸν θίασον ἐφ᾽ ἡμέρας δύο ὑπὲρ τούτ[ω]ν· ἵνα οὖν καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἀπαράκλητον ἑαυτὸν παρασκευά[ζ]ῃ, καὶ ἡ σύνοδος φαίνηται φροντίζουσα δια[κ]ε[ι]μένων ἀνδρῶν εἰς ἑαυτὴν εὐνοϊκῶς, καὶ ἀξίας χάριτας ἀποδιδοῦσα τοῖς εὐεργέταις, καὶ ἑτέροις [τοῦ λοιπο]ῦ τῶν ἐκ τῆς συνόδου διὰ τὴν εἰς τοῦτον εὐχαριστίαν ἐ[πιμελὲς ᾖ, ὅπ]ω[ς] ἂ[ν μιμ]ῶνται καὶ παραμι[λλῶ]νται, φιλοτιμουμένοις περιποιεῖν τι τῇ συνόδῳ [ἀγαθόν]· ἀγαθῇ τύχῃ, δεδόχθαι τῷ κοινῷ τῶν Τυρίων Ἡρακλεϊστῶν ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων, ἐπαινέσαι Πάτρωνα Δωροθέου καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν κατ᾽ ἐνιαυτὸν χρυσῷ στεφάνῳ ἐν ταῖς συντελεσ[ο]μέναις θυσίαις τῷ Ποσειδῶνι ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ καλοκἀγαθίας, ἧς ἔχων διατελ[εῖ] εἰς τὸ κοινὸν τῶν Τυρίων ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων· ἀναθεῖναι δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνα γραπτὴν ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἡρακλέους κα[ὶ] ἀλ[λα]χῇ οὗ ἂν αὐτὸς βούληται. ἔστ[ω] δὲ ἀσύν[βολ]ος καὶ ἀλειτούργητος ἐν ταῖς γινομέναις συνόδοις πάσαις. ἐπιμελὲς [δὲ] ἔστω τοῖς καθισταμένοις ἀρχιθιασίταις καὶ ταμίαις καὶ τῷ γραμματεῖ, ὅπως ἐν ταῖς γινομέναις θυσίαις καὶ συνόδοις ἀναγορεύ[η]τα[ι] κατὰ ταύτην τὴν ἀναγόρευσιν· Ἡ σύνοδος τῶν Τυρίων ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων στεφανοῖ Πάτρωνα Δωροθέου εὐεργέτην. ἀναγραψάτωσαν δὲ τόδε τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λιθίνην καὶ στησάτωσαν ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἡρακλέους· τὸ δὲ [γ]ε[ν]όμενον ἀν[ά]λωμα εἰς ταῦτα μεριζάτω ὁ ταμίας καὶ ὁ ἀρχιθιασίτης.*

*Ἐπὶ ἀρχιθιασίτου Διονυσίου τοῦ Διονυσίου, ἱερατεύοντος δὲ [Π]άτ[ρωνο]ς τοῦ Δωροθέου.*

| | |
|---|---|
| *Ὁ δῆμος* | *Ἡ σύνοδος τῶν Τυρίων* |
| *Ἀθηναίων.* | *ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων.* |

Turpissime habitam marmoris detriti lectionem noli bonis Tyriis, quasi Graecae linguae imperitis imputare: vitia debentur transcribentibus; nec Sponii et Wheleri consensui quidquam tribuendum, quorum alter altero usus est: Claracus autem Sponio usus est et ipse. Titulus est aetatis eius, qua Delus Atheniensium in potestate fuit, certe post Olymp. 153. male tamen Sponius eum ad Hadrianeam Delum rettulit, quum multo sit antiquior. Nihilique omnino est ista Hadrianea Delus (vide ad n. 2309.). Equidem cum Visconto apud Claracum fere primo ante Christum saeculo hoc assignarim monumentum, commerciis tum florente Delo: quare Tyrii ibi frequentes (cf. n. 2290. 2319.). Archon haud dubie Deliacus est, ut statuitur a Corsino et interprete in Misc. Obss. T. III. p. 187. aliter auctor Diss. de Delo Misc. Obss. T. VII. p. 7. cum Whelero (cf. ad n. 2270.). Ἐκκλησία est non Deliorum, sed Tyriorum; in nominativo interpres haesit imperite. Θίασος non Bacchicus est, ut Spon. narrat, sed Herculeus. Vs. 5. ἐδήλου quin verum sit non dubito, licet aoristum exspectes. Vidit iam prior interpres. Vs. 9. non me expedio: dedi quod videtur ferri posse. Εὔνους ὑπάρχων solita est formula. Τῶν ἐλευσομένων futurum non damnandum videtur: *quum conventus cogeretur omnium, qui venturi essent* s. *venire vellent, Tyriorum mercatorum.* Mox μεγίστων ἀγαθῶν παραίτιος ex usu a me positum est, ut apud Dem. de cor. p. 256. 26. etc. Bene fecit Hercules hominibus monstris tollendis et mari aperiendo. *Tyrium* Herculem agnovit iam interpres in Misc. Obss. in ceteris prorsus caecutiens; ἀρχηγέτην dedi ex ipsa re et lapide Melitensi: Διονύσιος καὶ Σαραπίων οἱ Σαραπίωνος Τύριοι Ἡρακλεῖ ἀρχηγέτῃ: et fortasse huc, hoc est ad Tyrium Herculem ἀρχηγέτην, referenda est eius mentio etiam in lapide et prius et nuper ab Osanno Syllog. p. 404. n. VII. edito, qui ad mulierem Arabicam Christianam pertinet. Quamquam etiam Graecis Hercules ἀρχηγέτης est passim. Vs. 22. ἀπηρκὼς est, ubi ἀπῆρεν exspectabas, ut in Olbiopolitano decreto confusa talia sunt. Vs. 28. coll. vs. 7. malim ἀπαράληκτον. Ibidem interpres dedit παρασκευάζοιτο; sed coniunctivus reponendus erat: scripsi παρασκευά[ζ]ῃ; medio enim ob ἑαυτὸν non est opus. Vs. 29. emendarunt idem et Dorvill. ad Charit. p. 279. ed. Lips. Vs. 31. ΘΥ dicas nihili esse, explevi tamen spatium ΘΥ in ΟΥ mutato. Pro ἑτέροις exspectes ἄλλοις: sed talia ferenda sunt in huiusmodi titulo. Vs. 32. tantum sensus causa dedi ἐπιμελὲς ᾖ, post quod infinitivus inferri solet; hic vs. 33. coniunctivus certus est, ut vs. 45 sqq. habes: ἐπιμελὲς δὲ ἔστω, ὅπως etc. Cave vero vs. 32. 33. ex Clar. legas γίγνωνται. Vs. 35. Ἡρακλεϊστῶν vera est forma, ut huiusmodi synodi vocantur *Attalistae, Eupatoristae, Sarapiastae, Agrippiastae.* Vs. 38. συντελεσ[ο]μέναις pro συντελεσθησομέναις dedi de industria,

quod correctio facilior neque usus dubius. Vs. 43. ΚΑΤΑΛΑΣ etc. continere epitheton Herculis male censuit Gallandus ap. Spon. de ar. ign. deor. Thes. Gronov. T. VII. p. 261. Vs. 57. sacerdotem intellige thiasi, isque est ipse Patron. *Athenienses* videntur Patronem insuper coronasse.

## 2272.

Schedae Prokeschii nuperrime a Zellio missae attulerunt hoc fragmentum decreti, quasi in Asia minore repertum, quod pluribus locis, de quorum nullo constat, atque insuper *in Delo collocatum* fuisse constat. Itaque id inter Deliaca ponere visum est.

ΑΣΙ-ΝΗΚΑΙΠΡΟΣΟΙΟΧ
ΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΠΑΝΤΟΝ
ΤΑΙΕΡΑΠΡΩΤΩΙΚΑΥΑΣΥΑ
ΕΝΟΙΚΑΙΕΙΡΗΝΗΙΥΠΑΡΧΕΙΝΔΕ
ΟΝΑΙΤΟΙΣΕΚΓΟΝΟΙΣΑΥΤΟΥΙΠΟΔΕ
ΝΣΜΑΤΟΔΕΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΟΥΣΗΙΡΗ
ΜΕΝΟΥΣΤΑΝΣΥΝΕΔΡΩΝΕΙΣΤΗΛΗΝ
ΑΙΟΙΝΗΔΑΙΑΝΑΟΣΙΝΣΝΔΗΛΩΙΕΙΣ
ΤΟΙΕΡΟΝΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙ
ΔΕΚΑΙΤΑΣΙ...ΕΙΣΕΚΑΣΤΑΣΠΑΡΕΑΥ
ΤΑΙΣΤΟΥΗΦΙΣΜΕΚΑΙΑΝΑΘΕΙΝΑΙΣΕΙΣ
ΤΑΙΕΡΑΟΥΕΘΟΣΕΙΣΤΗΝΑΥΤΑΙΣΤΟΔΕΑ
ΝΑΜΩΝΑΤΟΕΙΣΤΗΝΕΤΗΑΝΗΧΗΑΤΗΝΗ
ΝΑΓΡΑΦΗΝΔΟΥΝΑΙΤΟΙΣΗΙΡΗΜΕΝΟΙΣ
ΑΠΟΤΟΥΠΕΝΟΝΤΟΣΤΩΙΣΥΝΕ·ΔΡΙΩΙ

– – – καὶ γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτη]σιν, καὶ πρόσο[δ]ο[ν πρὸς τὴν βουλὴν κ]αὶ τὸν δῆμον, [ἔ]άν το[υ δέηται, μετὰ] τὰ ἱερὰ πρώτῳ, κα[ὶ] ἀσυ[λίαν ἐν πολ]έ[μῳ] καὶ εἰρήνῃ· ὑπάρχειν δὲ [ταῦτα καὶ αὐτῷ κ]αὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ. [τ]ὸ δὲ [ψήφι]σμα τόδε ἀναγράψαι τοὺς ᾑρημένους τ[ῶ]ν συνέδρων εἰ[ς] στήλην [λ]ι[θ]ί-νη[ν, κ]αὶ ἀνα[θε]ῖν[αι ἐ]ν Δήλῳ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. ἀναγράψαι δὲ καὶ τὰς [πόλ]εις ἑκάστας παρ' ἑαυταῖς τὸ [ψ]ήφισμ[α τόδ]ε, καὶ ἀναθεῖναι εἰς τὰ ἱερὰ οὗ ἔθος ἐστ[ὶ]ν αὐταῖς. τὸ δὲ ἀνά[λ]ω[μ]α τὸ εἰς τὴν [σ]τή[λην καὶ] τὴν [ἀ]ναγραφὴν δοῦναι τοῖς ᾑρημένοις ἀπὸ τοῦ πε[ρι]όντος τῷ συνεδρίῳ.

Vs. 7. poterat etiam εἰστήλην ferri; vide T. I. p. 133. *b.* init. Decretum est κοινοῦ alicuius, quale in Teno fuit; cf. n. 2334. De formula ἐάν του δέηται cf. Tenios potissimum titulos.

## 2273.

Marmor ex *Delo* Smyrnam ad Sherardum Britannorum consulem translatum; ed. Chishull. Antt. As. p. 201. hinc Champollion-Figeac Annal. Lagid. T. II. p. 404.

ΒΑΣΙΛΕΑΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΣΩΤΗΡΟΣ
ΟΙΝΗΣΙΩΤΑΙΑΝΕΘΗΚΑΝ

Βασιλέα Πτολεμαῖον Πτολεμαίου Σωτῆρος οἱ νησιῶται ἀνέθηκαν.

Pertinet ad Ptolemaeum Philadelphum, qui Cycladibus imperavit (Misc. Obss. T. VII. p. 41.); νησιῶται sunt adiacentium insularum, maxime Cycladum incolae, non soli Delii. Cf. n. 2267.

## 2274.

In *Delo* in tribus epistyliis, quorum quodque decem pedes longum est, signatis a me litteris *a*, *b*, *c*, in ruderibus porticus, litteris septem pollices altis. Ed. Tournefort Itin. T. I. epist. 7. p. 305. (p. 363.), Spon. Itin. T. III. P. I. p. 87. Wheler. Itin. p. 57. Stuart. Antt. Att. Vol. III. cap. 10. tab. 3. hic in aere.

*a.* | *b.* | *c.*
ΒΑΣΙΛΕΩΣ|ΦΙΛΙΠΠΟΥ|ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ

Tournef. hunc ordinem habet: *b*, *a*, *c*. In *a* Stuartus omittit ΒΑΣ, dein habet ΦΙΛΙΠΠΟΣ; Tourn. Whel. ΦΙΛΙΠΠ, Sp. quod dedi. In *c* Sp. St. ΜΑΚΕΔ; Wh. omittit hoc, sed notat id olim legisse Crescentium. Tournef. integrum vocabulum praebet; sive ΟΝΩΝ de coniectura dedit, sive id oblitteratum non agnoverunt ceteri. Formam Α dedi ex St.

Βασιλέως Φιλίππου Μακεδόνων.

Ad Philippum II. Demetrii f. recte mihi referre videtur auctor Diss. de Delo Misc. Obss. T. VII. p. 31. Est porticus dedicatio, non statuae. Erravi T. I. p. 18. *a.* a Chishullo inductus.

## 2275. *a. b.*

*a.* Marmor *Deliacum* Oxoniensium n. 29. Maitt. ubi p. 87. Seldeni interpretatio, p. 190. eiusdem nota, p. 515. nota Reinesii extat. Reinesius habet Synt. III, 67. p. 328. ex Seldeno. Repetiit Chandlerus Marm. Oxon. II, 41. sed minus plenum. Formam tamen tituli ex hoc dedi.

*b* superest ex inscriptione basis Deliacae, cuius meminit Tournefort Itin. T. I. epist. 7. p. 293. (p. 349.).

*a.*

ΟΔΗΜΟΣΟΔΗΛΙΩΝΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ
ΛΑΟΔΙΚΗΝΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΑΔΕΒΑΣΙΛΕΩΣΠΕΡΣΕΩΣ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΤΗΣΠΕΡΙΤΟΙΕΡΟΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΠΡΟΣΤΟΝΔΗΜΟΝΤΩΝΔΗΛΙΩΝ

*b.*

ΑΝΙΙΟΛ

*a.* Ὁ δῆμος ὁ Δηλίων βασίλισσαν Λαοδίκην, βασιλέως Σελεύκου, γυναῖκα δὲ βασιλέως Περσέως, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐσεβείας τῆς περὶ τὸ ἱερὸν καὶ εὐνοίας [τῆς] πρὸς τὸν δῆμον τῶν Δηλίων.

Vs. 6. malim τὸν Δηλίων. Titulus est Deli liberae (Misc. Obss. T. VII. p. 42 sq.), et pertinet ad Olymp. 150, 3. quum Laodicen, Seleuci IV. Philopatoris Syriae regis filiam Perseo, ultimo Macedoniae regi, sponsam in Macedoniam deducerent Rhodii (Polyb. XXVI, 7. Appian. T. I. p. 520. ed. Schw.): qua occasione illa Delum appulerat haud dubie. In Delo etiam foedus cum Boeotis posuit Perseus (Liv. XLII, 12.).

Tit. *b.* latere nomen Ἀντιόχου intellexere Tournef. et auctor Diss. de Delo Misc. Obss. T. VII. p. 43. recteque docent referri hoc ad Antiochum IV. Epiphanem, Syriae regem, qui Delum aris statuisque exornavit (Polyb. XXVI, 10. Liv. XLI, 20.).

## 2276.

*Deli* in basi; ed. Spon. Itin. T. III. P. I. p. 86. Wheler. Itin. p. 56. Murat. T. II. p. MLVI. 5. ex suis schedis, atque iterum ex Whelero T. IV. p. MMXX. 2. ex Sponio et Whelero Tournefort Itin. T. I. epist. 7. p. 297. (p. 354.). Legitur etiam apud alios, ut in Transactt. philos. Vol. X. P. IV. p. 1280. (cf. p. 1282. et Vol. XLVI. p. 491. 496.) et in Misc. Obss. T. VII. p. 50.

ΒΑΣΙΛΕΩΣΜ|ΙΘΡΑΔΑΤΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ|ΣΕΛΕΥΚΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΩΝ

Vs. 1. Mur. T. II. ΒΑΣΙΛΕΟΣ, vs. 3. Transactt. phil. ΜΑΡΡΑ etc. pessime. Tourneforti aetate tantum dextra superfuit pars, quam lineolis separavi: quo magis constat formam tituli esse eam, quam ex Whel. Tournef. Mur. dedi.

Βασιλέως Μιθραδάτου Εὐεργέτου. Σέλευκος Μαραθώνιος γυμνασιαρχῶν sc. ἀνέστησε s. ἀνέθηκεν, ut n. 2277. Cf. etiam n. 2279.

Non statua Mithradatis, sed eius donum in basi collocatum fuisse videtur. Sic n. 2274. genitivus dedicantis est, atque etiam quae sequuntur inscriptiones ad dona dedicata referuntur: n. 2279. ipsa baseos mensura exigua et forma cylindrica, quae non apta statuae est, donarium impositum fuisse aliud docet. Cf. etiam T. I. p. 870. *a.* et hinc emenda quae p. 18. *a.* a Chishullo deceptus dixi. Titulus est Deli Atticae, et pertinet ad Mithradatem V. Magni patrem, qui periit circa a. u. c. 630. Olymp. 164, 1. Gymnasiarchus videtur Mithradatis V. donum dedicasse; igitur patet huic addictos fuisse Atticos gymnasii sodales, ut benefico (cf. n. 2277. et ad n. 2278.).

## 2277. *a. b.*

*a. Deli* in basi rotunda; ed. Spon. Itin. T. III. P. I. p. 86. Habetur etiam in Transactt. philos. l. c. ad n. 2276. (cf. Vol. XLVI. p. 491.) et in Misc. Obss. l. c. p. 51.

*b* ibidem in fragmento epistylii marmorei, litteris pulcherrimis tres pollices altis; habent Spon. l. c. p. 87. Wheler. Itin. p. 57. Tournefort Itin. T. I. epist. 7. p. 299. (p. 356.); cf. Misc. Obss. l. c.

*a.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥΕΥ
ΠΑΤΟΡΟΣΕΥΤΥΧ......ΤΟΥ
ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΝΕΣ......ΝΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗ
ΣΑΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

*b.*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΕΥΤΥΧΟΥ

*a.* vs. 2. Sp. sex, vs. 4. tria puncta habet; nos ut Transactt. philos. *b* dedi ex Spon. et Wh. apud Tournef. iam deest ΤΥΧΟΥ.

*a.* Βασιλέως Μιθραδάτου Εὐπάτορος Εὐτυχ[οῦς], τοῦ Μιθραδάτου Εὐεργέτου. Διονύσιος Νεσ[τορίω]νος Ἀθηναῖος γυμνασιαρχήσας ἀνέθηκεν.

*b.* Μιθραδάτου Εὐπάτορος] Διονύσου, Εὐτυχοῦ[ς.

Pertinent haec ad Mithradatem Magnum, et *a* quidem docet huic ut eius patri gymnasii sodales adhaesisse. Vs. 4. ab auctore dissertationis de Delo in Obss. Misc. vitiatus est; dedit enim Διονύσου et ΝΕΣ vult in νέου mutari. Sed tenor orationis docet *Dionysium* esse dedicantem. Hunc vero mirum est Ἀθηναῖον dici, non demotico nomine, ut ceteri in Delo Attica magistratus ex demis cognominari solent. Cui rei debet aliquid singulare subesse, quod mihi invenisse videor. Postquam enim Athenienses, qui in Attica, Mithradati Magno accesserunt, Delii Athenienses in fide Romanorum permanserunt: quare illos Aristion, Athenarum tyrannus, per Apellicontem subigere conatus est; quod perfecit postea Archelaus cum aliis Mithradatis ducibus, paulo ante captas a Sulla Athenas: ex quo tempore fere per triennium in Mithradatis Eupatoris potestate fuit Delus (a. Chr. 86–84.),

donec a Romanis occuparetur: qui incertum est quam mature Atticis reddiderint Delum, nisi quod constat Imp. Tiberii primis annis illos eam tenuisse (Diss. de Delo l. c. p. 57–62.), immo iam Augusto Imp. paulo post Actiacam pugnam (Inscr. n. 2282.). Quae quum ita sint, certe statim postquam Mithradatici Delum ceperunt, vix ibi fuerit Attica in Delo respublica (ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων τῶν ἐν Δήλῳ), quae quidem Mithradati fuerit adversaria: sed Athenienses Delum tum obtinent ut exteri domini. Quare gymnasiarchus ut peregrinus dicitur Ἀθηναῖος, non demotico nomine; sic enim usitatum esse saepe vidimus, ut in suis civitatibus Athenienses ex demis cognominarentur, in exteris non item. Cf. etiam quae monui ad n. 2293. Itaque hic titulus videtur anno a. Chr. 86. vel certe annis 86–84. tribuendus. Ceterum traditum ab Atheniensium in Delo republica munus habet Dionysius ille gymnasiarchus, non recens institutum a peregrinis Atticis: iam prius enim gymnicos sodales Mithradatis familiae addictos vidimus.

*b* videtur porticus dedicatio fuisse, ut n. 2274. Hanc dedicarat Mithradates Eupator, quem Εὐτυχῆ dictum esse docet *a*; Διόνυσον et νέον Διόνυσον esse eundem vocatum aliunde constat (Appian. Mithr. 10. Athen. V. p. 212. D. Cic. p. Flacc. 25. Plutarch. Qu. Symp. I, 6, 2.). Itaque non est quod in aliorum erroribus haeream, qui titulum hunc ad Dionysium Heracleae aut Syracusarum tyrannum rettulerunt.

## 2278.

Romae in Museo Capitolino extat crater magnus aheneus, forma pulcherrima elliptica, tres fere palmos altus, extrinsecus striatus, elegantissime factus, Winckelmanni aetate in portu Antii effossus, quum ille purgaretur; in cratere hoc intus haec circumcurrit inscriptio. Edidit Pocockius Descr. Or. Vol. II. P. II. p. 207. tab. 92. aeri incisum, ubi simul prodita est perita de hoc monumento sententia Io. Wardii, Professoris collegii Greshamensis, exposita ab hoc singulari commentatione: An attempt to explain an antient inscription, ingraven upon a curious bronze cup with two handles and published with a draught of the cup by Dr. Pococke in his description of the East Vol. II. P. II. p. 207. in Transactt. philos. Vol. XLVI. a. 1750. p. 488 sqq. Delineatio illa facta est ab Abbate Revillas. Vulgatis litteris epigraphicis repetiit Pocockius Inscr. ant. P. I. p. 74. a quo exemplo non multum discrepat illud, quod in Transactt. philos. T. X. P. IV. p. 1279. extat. Prius Pocockii exemplum minus accurate expressum exhibet Corsinus in Diss. de cratere aheneo reg. Mithr. (Gor. Symb. litter. Vol. VI. p. 51–79.) cum interpretatione, quae aliqua ex parte assensum tulit Villoisoni Anecd. T. II. p. 164. p. 123. Post illum nova id delineatione exhibet Barthelemius Act. Acad. Inscr. T. XXVIII. tab. 4. (ad p. 579.), et interpretatus est p. 604. dixitque de hoc titulo etiam in Itin. Ital. p. 376. (ed. German. p. 290.). Bottarium Musei Capitolini primo volumine (p. 48.) vasis figuram et inscriptionem edidisse disco ex Winckelmanno et Guasco: sed in Latina illius operis editione a. 1750. expressa eam non reperio; Italica vero a. 1748. publicata non mihi ad manus est. Inscriptionem repetiit Guascus Inscr. Mus. Capitol. T. III. p. 198. parte tantum litterarum diligentius expressa. De ultimo versu, quem exhibet etiam Winckelmannus Monumm. inedd. Tract. praelim. p. LXXXIV. (ed. Dresd. T. VII. p. 202.) et olim explicare conatus erat Hist. art. (ed. Dresd. T. VI. P. I. p. 166.), accuratiusque ut fertur delineavit Fea (ad Winck. T. VI. P. II. p. 253. ed. Dresd.), nuperrime egit Osannus in Böttig. Amalth. T. II. p. 266–270. cui merito obloquitur Iacobsius (Böttig. Amalth. T. III. Praef. p. XII.). Vide de hoc vase etiam interpretem Winckelmanni ed. Dresd. T. V. (Hist. art. T. III.) p. 441. ubi ansa et basis novicii operis esse notantur, et de palaeographicis Feam ad Winckelmann. Opp. T. II. p. 532. ed. Dresd. Non esse Italicum hoc vas neque a Mithradate Italis quibuscunque donatum, sed cum praeda belli Mithradatici Antium devectum a militibus, sponte patet: ne tamen id in titulis incertorum locorum relinquerem, posui in *Deliacis*, ad quos probabili admodum ratione referri potest; Delo enim id asportasse Romanos post discessum Mithradatis non dissimile est vero; nemoque non praetulerit titulum hunc legere praecedentibus compositum, quam inter incertorum locorum titulos coniectum.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΗΣ

ΜΩ ΝΑ

ΕΥΠΑΤΩΡΤΟΙΣΑΠΟΤΟΥ

ΓΥΜΝΑΣΙΟΥΕΥΠΑΤΟΡΙΣΤΑΙΣ

ΘΥΦΑΔΙΑΖΩΖΕ

Litterae per universum titulum punctis scriptae sunt; quod expressit Barthelemius, et notat Winckelmannus (Histor. art.); Osannus vs. 1–3. litteras ait margaritis ornatas esse, ut in nummis Seleucidarum et Ptolemaeorum, non item vs. 4. Quod minime verum ex male intellecto Winck. hausit. Vs. 4. litterae minores sunt. Winckelmannus litteras (in utraque parte) dicit cursivas esse, atque eas comparat cum versu Euripidis Herculanensi, quem hodie constat saeculo superiore scriptum esse: non tamen cursivae sunt, sed hinc inde tantum ad cursivae scripturae modum incurvatae sunt et aliquatenus coëunt. Equidem quum dubitarem, quodnam sequerer exemplum, Barthelemianum repraesentare tutissimum iudicavi, idque subinde ad ceterorum fidem refingere, variamque annotare lectionem, omissa tamen ea, quae est in Poc. Inscr. ant. et Transactt. philos. uno excepto loco. Forma tituli ap. Poc. alia est; sed hoc nihil ad rem. Vs. 1. litt. 5. Poc. Λ: ibidem litt. paenult. retinui formam litterae Η recentiorem ex Poc. (Barth. Η, fortasse rectius); de hac vide Villois. l. c. p. 123. Vs. 2. litt. 3. Poc. Π; inconditos deinde ductus habet, quos

operae pretium non est repraesentare. Guascus litteras ΤΟΙ ut Barth. repraesentat, sed tres sequentes colligatiores habet et Σ infra deficiens, fere sic: ΜΝΝ. Ex litteris super hoc versu scriptis prima ap. Barth. oblitterata est, quam addidi ex Poc. (Guasc. pro hac Λ Λ), ex quo simul hanc litteram propius in sinistram movi, contractis ad eiusdem ductum spatiis inferiorum litterarum. Vs. 3. init. Barth. Γ; rotundius dedi ex Poc. Mox Poc. Π. In fine Poc. Z pro Σ. Vs. 4. init. Transactt. philos. ΓΥΦΑ vel ΓΟΥΦΑ esse notant; Poc. Inscr. ant. ΓΥΦΑ; Poc. in aere CϒΦΑ, unde patet, quomodo O inesse putarit aliquis (C enim potuit pro Γ haberi); Barth. CΥΦΑ, Winck. ЄUΦΑ, Fea ΕVΦΑ: omnibus compositis Poc. arbitror fidissimum esse; C quomodo potuerit pro Є haberi nemo non videt. In fine quod habes, consensu aeris Pocockiani et Barthelemii nititur; Poc. Inscr. ant. et Transactt. philos. ΞΩΖΕ; Winck. CωΖЄ, Fea ЪωΖƐ, quod prorsus redit ad Pocockianum et Barthelemianum, nisi quod prima littera paulo est ad typographicam litterarum formam magis accommodata. Haec littera nihil potest aliud esse nisi inconditum Σ, quale in Sigeensi lapide n. 8. superiore extat in scriptura ad sinistram; quae forma in Sigeensi lapide, ut ibi dixi, festinanti scalptoris stilo tribuenda est, et hic videtur ex usu vulgari manasse; certe videtur haec forma admodum apta fuisse scripturae, quae ad cursivam accederet, potuitque facillime ex antiquo resedisse usu, rotundata illa ex Ʃ, quod ipsum pro Σ aliquot tituli paulo recentiores offerunt, exempli causa Laconicus, ut traditur, n. 1508. *(quem sine loci notatione extare iam apud Muratorium T. III. p. MDCCLXXII. 12. latuit me cum Osanno). Nihilominus simul potuit forma C usurpari, ut apud omnes populos plures unius litterae formae miscentur: quamquam hoc non fit in titulis Graecarum civitatum diligentius exaratis et tempore antiquiore. Est haec forma ʒ et ξ ea, quae *βοστρύχῳ εἰλιγμένῳ* et *Σκυθικῷ τόξῳ* comparatur, de quo iam monui T. I. p. 85. *a.* idque intellexit etiam Passowius Comm. de Hercule tripodem rapiente in Böttigeri libro, Archaeol. u. Kunst p. 149 sqq., cuius locis addendus unus insignis Strabonis II. p. 125. ubi sinistra, in qua exit Borysthenes, Ponti ora confertur Scythici arcus *τῷ κέρατι διττὴν ἔχοντι τὴν ἐπιστροφήν.* Quibus monitis ut reliqua palaeographica absolvam, vss. 1–3. nihil offerunt a vulgari Mithradaticae aetatis scriptura alienum, nisi quod litterae sunt curvatiores et ligatiores: id fortasse inde factum, quod rota, qualis in calcari est, litteras incidit scalptor: et quod H formam habet recentiorem; sed haec et incerta est et facile potuit inde oriri, quod superior ductus dexter casu non ita apparuit rota scalpenti, qualem voluit. Sed vs. 4. C, Є, ω (non dico de Scythico arcu, de quo satis dictum) differunt a formis vss. 1–3. et videntur Mithradate VI. Eupatore Ponti rege recentiores esse. Quare Knightius de Alphab. p. 19 sq. negat titulum hunc Mithradatis huius esse, sed eum refert ad Thraciae regulum et Traiani atque Hadriani aetatem, quum praesertim non probabile sit tam exiguum donum misisse Mithradatem Magnum magnificentia insignem, atque insuper nomen suum illi inscripsisse. At his argumentis nihil tribuo. Eupatoristarum enim mentio et Eupatoris cognomen satis docent de hoc rege agi; nec cogitarim de Eupatore Ponti rege satis ignoto. Deinde quidni Mithradates plura miserit et in his hoc vas, quod omnes dicunt elegantissimum esse? quidni memoriae causa nomen inscripserit? Et formas C et Є in Aegypto usque ad primos Ptolemaeos redire, et maxime in metallis reperiri, in quibus rotundatae litterae facilius exarantur, docui T. I. p. 85. *a.* ex Aegypto vero, Macedonicorum regnorum cultissimo, licet de ceteris Asiae barbaris regnis statuere. Neque hodie haerendum in forma ω, quam non quidem apud Atticos et vicinos Graecos, sed in Aegypto diu ante Mithradatem, Ptolemaei Euergetae I. aetate offert lamina aurea; hinc haec quoque forma in Asiam propagata est, ut reperitur Palmyrae a. p. Chr. 3. unde iam ad defendendam hanc formam non opus est nummo Syriaco, quo Winckelmannus usus erat a Knightio refutatus. Taceo de cursiva Aegyptiacorum papyrorum scriptura eandem formam offerente diu ante Mithradatem. Quae quum ita sint, nihili est Knightii argumentatio; nec melius Osannus, qui nulla idonea de causa inferiorem partem vs. 4. putat Christianae aetatis esse. Illud sane manet, vs. 4. aliis litteris ac vss. 1–3. scriptum esse, non tamen recentioribus; hinc siquid colligitur (ac profecto tantae per plures litteras discrepantiae aliquid tribuo), colligitur vs. 4. esse ex alio genere, et post priorem titulum, fortasse tamen non multo post, fortasse eodem mense, esse inscriptum singulari de causa, ut additamentum aliquod separatum.

Titulum sic lego:

Βασιλεὺς Μιθραδάτης Εὐπάτωρ (Μέγας, νέος Διόνυσος,)
*τοῖς ἀπὸ τοῦ γυμνασίου Εὐπατορισταῖς.*
*Σύφα, διάσωζε.*

Vas non praemii loco datum est, ut Corsino visum, sed usui gymnasii destinatum, quod vidit iam Winckelmannus; fortasse ex quo ungerentur. Eupatoristae, in quibus haeret Corsinus, sunt sodalitium, hoc loco gymnicum: talia passim memorantur (v. ad n. 2271. ubi in Delo Ἡρακλεϊσταί). Hi Eupatoristae cur Eupatoriae in Ponto quaerantur cum Corsino, nulla causa est: quam quum Mithradates semifactam reliquerit (Strab. XII. p. 556.), dubites num ibi iam gymnicum fuerit sodalitium rege Mithradate. Multo probabilius est, quod dixit Wardius, non recte a Cors. petitus; ille enim in Delo fuisse hos Eupatoristas censet. Certe patris Mithradatis Magni, mox ipsius donaria a gymnasiarchis dicata docent his addictos fuisse, qui Deli in gymnasiis exercebantur (n. 2276. 2277.). Superest difficultas in litteris ΜΝΔ, quae post vocem Εὐπάτωρ supra scriptae sunt. Corsinus emendabat ΤΒ ΝΔ, *τῆς βασιλείας νδ*, intelligens annum regni Mithradatis LIV: quod ferri non posse sponte patet: quis enim ΤΒ pro Μ reponet et credet id esse *τῆς βασιλείας*? Mihi ΜΝΔ est Μέγας, νέος Διό-

νυσος; Μέγαν esse Mithradaten iam olim dictum, non a solis novis scriptoribus, cur dubitemus? Ita Tigranes, ita Pharnaces Mithradatis filius. De epitheto νέος Διόνυσος vide ad n. 2277. His tamen cognominibus in nummis suis publice non usus est Mithradates, neque eum illis vocant Athenienses in superstite nummo: quare ipsi Eupatoristae haec ΜΝΔ videntur inter versus apposuisse adulandi causa. Barthelemium quidem, qui litteris ΝΔ mensuram, quam ceperit vas, significatam putabat, vix audiet quisquam.

De vs. 4. quae proposuerunt Corsinus, Winckelmannus, Barthelemius, ea recte reiecit Osannus. Corsinus quidem praeter absurdissimam sententiam p. 77. proditam, quam repetere taedet, aliam attulit et ab ipso spretam et ab Os. neglectam, ex qua nomen filii Mithradatis, circa a. u. c. 690. a patre necati, hic latere suspicabatur: sed nomen non convenit litteris; Ξιφάρης enim ille dictus est (Appian. Mithr. 107.). Winckelmannus explicabat εὐφά(λαρον) διάσωζε, poetica assumpta voce et decurtata: neutra res commoda, neque εὐφάλαρος, quod ex Hesychio petiit, potest crateri adiungi. Barthelemius: Εὐφα. (Εὐφάης, Εὔφαντος, Εὔφαμος) διάξωσε, pro διέξεσε: cur vero non potius ἐποίει dictum est? Postremo Osannus vas hoc ab aliquo diu post Eupatoristas nova donatione alii datum censens vult: Εὐφαμία, ζήσῃς (vel ζῆθι, ζήσειας), quod multo minus probabile est quam Barthelemianum. Διάσωζε est satis apertum: superest Σύφα, quod non video quid esse possit nisi vocativus, cui appositus ille imperativus. Σύφας videtur nomen barbarum Ponticum vel Bosporanum esse, qualia in Bosporano titulo n. 2130. multa habemus, ut Σαφάσας. Itaque Σύφα, διάσωζε, dixerim continere mandatum regis datum ministro: *Sypha, perfer tuto*: quod etsi inscriptum esse mireris, tamen quidni Mithradati barbaro regi in mentem venerit, tale quiddam iubere ut insculperetur, si praesertim belli tempestate perferendum hoc munusculum esset cum aliis fortasse pretiosioribus in hoc vase conditis?

## 2279.

*Deli* in basi cylindrica septendecim pollicum diametro; ed. ap. Tournefort. Itin. epist. VII. p. 298. (p. 355.) Transactt. philos. Vol. X. P. IV. p. 1283. (cf. Vol. XLVI. p. 497.), et Misc. Obss. T. VII. p. 52. sed hic non accurate.

ΒΑΣΙΛΕΩΣΝΙΚΟΜΗΔ. .
ΤΟΥΕΥΓΟΝΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΕΠΙΦΑΝΟΥ
. . . :ΚΟΥΡΙΔΗΣΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ
ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟ. .

Vs. 3. Tourn. ΝΙΚΟΜΕΔΟΥ.

Βασιλέως Νικομήδ[ου,
τοῦ ἐ[κ]γόνου βασιλέως
Νικομήδου Ἐπιφάνου,
[Διος]κουρίδης Διοσκο[υ]ρίδου
Ῥαμνούσιος γυμνασιαρχ[ῶν.

Vs. 2. non Ἐπιφάνους scribendum, ut nec Νικομήδους dictum est. Nicomedes II. Epiphanes circa a. u. c. 660. occisus est. Nicomedes vero vs. 1. commemoratus erit aut is, quem Appianus Philopatorem appellat, Nicomedis II. filius Nicomedes III. aut is, quem idem Philopatoris nepotem dicit, qui Romanis regnum reliquerit a. u. c. 679. (Appian. Mithrad. 7.). Prior si hic sumatur, ἔκγονος erit *proles*; alter vero, qui nonnullis Nicomedes IV. audit, Nicomedis II. Epiphanis pronepos, si intelligatur in hoc titulo, poterit ἐγγόνου scribi, hoc est *pronepotis* ex usu titulorum frequentissimo, aut retineri ἐκγόνου, quod hoc quoque *pronepotem* designat, ut n. 1074. Atque Υ in Κ quam Γ mutari tutius est. Sed hodie plerique Nicomedem III. (Philopatorem Appiani) eundem esse putant atque ultimum Nicomedem, qui in nummis est Epiphanes (Eckh. D. N. T. II. p. 445.): quem nummi demonstrant certe XIV annos regnasse, hoc est minimum ab a. u. c. 665. ad a. 679. Neque tamen ego audeo Appiani verbis vel fidem negare vel ea corrupta censere: et temporum ratio minime prohibet, quominus Philopatori successerit nepos. Nam Nicomedes II. Epiphanes, cui circa a. u. c. 660. occisus est, valde tum senex fuit, quum plus quam quinquaginta annos regnasset: itaque eius filius Philopator prope ipse iam senex esse potuit, quum illi succederet, potuitque nepoti iam puberi regnum relinquere. Quapropter praefero ἐκγόνου esse *pronepotis*, quam vagum istud *prolis*, et titulum refero ad *Nicomedem IV. Epiphanem.* Hic quum iam a. u. c. 665. a. Chr. 89. regnarit, titulus hic poni potuit inter a. Chr. 89–86. antequam Mithradatici Delum occuparent, florente etiamtum republica Atheniensium in Delo, ad quam pertinere hunc titulum docet gymnasiarchus Rhamnusius (cf. ad n. 2277.). De correctione γυμνασιαρχῶν cf. n. 2276. ubi simul de genitivi vs. 1. significatione dixi.

## 2280.

In *Delo*; aeri incisum dedit Stuartus Antt. Att. Vol. III. p. 57.

ᴗΔΗΜΟΣΟΑΘΗΝΑ
ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝΣΤΡΑΤΟΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΣΑΡΙΑΒΑ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΝ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ. . . ΟΙΑΤΟ

Ὁ δῆμος ὁ Ἀθηνα[ίων
βασίλισσαν Στρατον[ίκην
βασιλέως Ἀριαβα[ρζάνου,
ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας
τῆς εἰς ἑαυτὸν
Ἀρτέμιδι, [Λητ]οῖ, Ἀ[π]ό[λλωνι.

Stratonice Antiochi II. Seleucidae f. Ariarathi IV. Cappadociae regi nupta latere vs. 2. 3. videatur, omisso patris nomine: ita scripseris Ἀρια[ρ]ά[θου γυναῖκα: γυναῖκα enim omitti non poterat. Sed quum versus symmetrice positi sint, hoc repudio: nimium enim excurrit illud γυναῖκα: nec B in P libenter muto in aere Stuartiano; et video aliquid probabilius. Ariobarzanem III. Cappadociae regem ut sibi beneficum honoravit populus Atheniensium titulo n. 358. huius filiam videntur in Delo collocasse ut et ipsam de ipsis meritam. Sane formam Ἀριαβαρζ. demonstrare non possum; tituli, nummi, scriptores quantum scio, habent solum Ἀριοβαρζ. sed variari hoc nomen potuit, ut Ἀρτοξέρξης et Ἀρταξέρξης, Ἀρτοβαζάνης et Ἀρταβαζάνης, alia. Cf. Introd. Sarmat. II, 13. In fine nota Apollinem ultimo loco positum contra morem in ceteris his inscriptionibus observatum: credo quod virginis statua dedicata est.' Cf. etiam Osannum in Germanica editione operis Stuartiani T. II. p. 528. qui eundem quem nos ordinem agnoscit.

## 2281.

*Ibidem*; ed. idem l. c. aeri incisum.

ΒΑΣΙΛ
ΒΑΣΙΛΕΓ
ΟΡΕΣΤΑΙΑΡ
ΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΑΠΟΛΛ

\- - - - -
Βασιλ[έα - - - - -
βασιλέ[ως - - - - -
Ὀρέσται ἀρ[ετῆς ἕνεκεν κ-
αὶ εὐνοίας [τῆς εἰς ἑαυτοὺς
. . . . Ἀπόλλ[ωνι.

Titulum posuerunt *Orestae* gens Molossica vel Macedonica, vel *Orestae* Euboeae. Vidit Osannus in Germanica editione operis Stuartiani T. II. p. 527.

## 2282.

Olim in *Delo*, postea Venetiis in aedibus Franc. Mauroceni; a. 1657. Venetiis transcripsit Io. Pricaeus, cuius schedae postea ad Seldenum pervenerunt. Ex his petitum apographum a Ge. Harbin factum edidit Chishull. Antt. As. p. 200. Hinc Corsin. F. A. T. I. p. 378. Nos habemus etiam ex schedis Spanhemii, qui petiit ex iisdem Seldenianis chartis.

ΟΔΗΜΟΣΟΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΚΑΙΟΙΤΗΝΝΗΣΟΝΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑ
ΘΕΟΥΙΟΥΛΙΟΥΥΙΟΝ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΡΤΕΜΙΔΙΛΗΤΟΙ

Ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων καὶ οἱ τὴν νῆσον κατοικοῦντες Αὐτοκράτορα Καίσαρα θεοῦ Ἰουλίου υἱόν, Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ.

Vix ante Actiacam pugnam, Antonio Orientem et ipsas Athenas obtinente, Octaviano in Delo statua ab Atheniensibus posita fuerit: praeterea Αὐτοκράτωρ dicitur, quod refertur ad Imperatoris illud quasi praenomen, quo etsi Octavianus etiam prius aliquando usus est, tamen publice ornatus non est ante Aprilem a. u. c. 725. Neque vero in hoc titulo Augustus dicitur, quod factum ab initio a. u. c. 727. Itaque hic titulus ad a. u. c. 725—726. refertur. Athenienses tum Delum obtinuisse formula tituli satis docet, viditque etiam Corsinus.

## 2283.

In *Delo*; aeri incisum dedit Stuartus Antt. Att. Vol. III. p. 57. (cf. p. 58.).

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΘΕΟΥ
ΥΙΟΝΑΡΤΩΡΙΟΣ
ΛΗΤΟΝ

Αὐτοκράτορα Καίσαρα θεοῦ υἱὸν Ἀρτώριος Λητο[ῖ].

Titulus eiusdem aetatis est ac prior. De Artorio vide ad n. 367.

## 2284.

Olim *Deli*, nunc in oppido Halifax comitatus Eboracensis in domo Rawsoni. Ex amici schedis misit Rosius.

ΑΜΥΝΤΑΝΛΥΣΙΜΑΧΟΥΚΝΙΔΙΟΣ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣΑΜΥΝΤΟΥΣΟΛΕΥΣ
ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΥΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΡΤΕΜΙΔΙΛΗΤΟΙ

ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΜΥΡΩΝΟΣΑΘΗΝΑΙΟΣΕΠΟΙΕΙ

In plintho haud dubie nomen dedicati legebatur, quod non est in hoc lapide:

\- - - - -
Ἀμύντα[ς] Λυσιμάχου Κνίδιος,
Ἀφροδίσιος Ἀμύντου Σολεύς,
εὐεργεσίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτοὺς
Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ.
Ἡφαιστίων Μύρωνος Ἀθηναῖος ἐποίει.

Aphrodisius videtur prioris filius esse, Solensi civitate donatus. Hephaestion Myronis f. statuarius Atheniensis hucusque tantum ex nono versu tituli n. 2293. cognitus fuit, qui editus a Sponio erat omissis prioribus: et Sponius quidem hunc celebris Myronis filium esse putabat, ideoque illum circa Olymp. 100. ponendum censebat auctor Diss. de Delo Misc. Obss. T. VII. p. 30. Hanc rem iure in dubio reliquit Sillgius in catalogo artificum; nunc inscriptio n. 2293. a nobis edita docet, longe illum recentiorem esse; nam Olymp. 100. neque Melanephori in Delo erant, neque ibi Serapis, Isis, Anubis, Harpocrates colebantur, nec sacerdos horum deorum potuit Atheniensis esse, licet Athenienses tum templum Apollinis tenuerint. Vixit ille certe post Olymp. 152. quum Attica Delus esset, aut etiam post Actiacam pugnam. Cf. ad priores titulos et maxime ad n. 2270. 2277. Fuit tamen haud dubie ex posteris celebris Myronis.

## 2285.

Marmor *Delo* asportatum, Oxoniensium n. 26. Maitt. ubi p. 87. Prideausii interpretatio, p. 87 sqq. eiusdem prolixa annotatio, p. 565. Maittairii notulae extant. Hinc Chishull. Antt. As. p. 89. Repetiit Chandlerus Marm. Oxon. II, 42. quum lapis iam detritior esset; sed formam tituli ex hoc dedi, et quae apud eum desunt, uncis rotundis seclusi. Habet etiam Champollion-Figeac Annal. Lagid. T. II. p. 406. Non recte explicuit Dorvill. Misc. Obss. T. VII. p. 49 sqq. rectius Letronn. Rech. sur l'Ég. p. 276 sqq. cf. p. 321 sqq.

ΜΑΡΚ)ΟΝΣΥΝΓΕΝΗ
ΒΑΣΙΛΕ)ΩΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
Κ)ΑΙΒ(Α)ΣΙΛΙΣΣΗΣΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣΚΑΙ
ΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
Λ)ΥΚΙΟΣΚΑΙΓΑΙΟΣΠΕΔΙΟΙΓΑΙΟΥΥΙΟΙ
Ρ)ΩΜΑΙΟΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙ
ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΚΑΙΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΥΣ
ΕΥΝΟΙΑΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΑΡΤΕΜΙΔΙ

- - - *μαρ[χ]ον συγγενῆ βασιλέως* Πτολεμαίου Εὐεργέτου *καὶ βασιλίσσης* Κλεοπάτρας, *καὶ ἐπιστράτηγον*, Λ[ο]ύκιος καὶ Γάιος Πέδιοι Γαΐου υἱοί, Ῥωμαῖοι, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ καλοκἀγαθίας καὶ τῆς εἰς ἑαυτοὺς εὐνοίας, Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι.

Vs. 1. Μάρκον legunt interpretes, et Letr. Romanum hominem intelligit; Prid. Syrum vel Aegyptium fuisse censet. Si Romanus non fuerit, potuit simpliciter *Marcus* vocari, ut Marcus Evangelista, ut multos novimus Graecos, quibus unum nomen *Gaius* fuit. Romanus si fuerit, non abesse potest nomen et cognomen vel certe nomen; nec satisfacit, quod Letr. *Pedii* nomen ob seqq. omissum esse censet; quod in filiorum nominibus fit, si patris addita est designatio nomen et cognomen continens, non in tali exemplo quale hoc est: atque insuper cognatos fuisse eos, qui statuam posuerunt, et eum, cui collocatur, haud dubie significatum foret, si vera illa esset sententia. Nec male notat Prid. si iste Marcus, quem vocant, Romanus fuisset, addendum fuisse Ῥωμαῖον. Sed ipsa tituli forma docet mutilum ab initio nomen esse; latet Πολέμαρχον vel aliud longius nomen. Fuit ille epistrategus regionis alicuius Aegyptiacae, ornatus ex more titulo *regii cognati*; de quibus rebus eximie egit Letr. Ptolemaeus est Physco; Cleopatra utra ex eius uxoribus eodem nomine usis intelligatur, non constat. In fine cur Λητοῖ, quod addi solet, non compareat, nescio.

## 2285. *b*.

Lapis ex Asia, ut ferunt, allatus, crassus unciam, altus pedes duos, uncias quinque, latus pedes quattuor, uncias tres, serra ille resectus de basi quadrata, cui olim institerat statua. Hic saeculo decimo septimo conspiciebatur Amstelodami apud Cornelium Witzium; ibi transcripsit Io. Fr. Gronovius, et edidit nott. ad Senec. de ira III, 18. et ad Plin. H. N. XXXIV, 8. Ex priore loco petiit Villoisonus, et ex huius schedis Osannus Syll. p. 383. n. 10. ubi male Paro tribuitur cum Villoisono: qui numquam vidit lapidem, nedum in Paro. Ex altero Gronovii loco habet Sillig. Catal. artiff. p. 225. Praeterea dederunt Spon. Misc. erud. antiq. IV. p. 121. qui et ipse Amstelodami viderat, et Te Water in Narratione de rebus Academiae Lugduno-Batavae p. 151. Lapis est nunc in Museo publico Lugdunensi, estque manifesto ex *Delo* advectus.

ΓΑΙΟΝΒΙΛΛΙΗΝΟΝΓΑΙΟΥΥΙΟΝΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ
ΡΩΜΑΙΩΝΟΙΕΝΔΗΛΩΙΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΕΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΥΣΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΑΓΑΣΙΑΣΜΗΝΟΦΙΛΟΥΕΦΕΣΙΟΣΕΠΟΙΕΙ
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣΣΚΟΠΑΠΑΡΙΟΣΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕΝ

Formam tituli dedi ex Te Wat. Vitia Villoisoni et Silligii omitto, nisi quod ille falso tradit in lapide esse ΜΗΝΦΙΛΟΥ.

Γάϊον Βιλλιηνόν, Γαΐου υἱόν, πρεσβευτήν, Ῥωμαίων οἱ ἐν Δήλῳ ἐργαζόμενοι εὐεργεσίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. Ἀγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος ἐποίει, Ἀρίστανδρος Σκόπα Πάριος ἐπεσκεύασεν.

Billienus cuius Legatus fuerit, non constat; nec tamen verisimile est titulum antiquiorem esse quam Atticum in Delo imperium inde ab Olymp. 153. *C. Bilienus* vero *homo per se magnus*, ut Cicero ait Brut. 47. *consul factus esset, nisi in Marianos consulatus et in eas petitionis angustias incidisset:* igitur ille circa a. u. c. 650. (a. Chr. 104.) consulatui

capessendo videtur par fuisse, potuitque aliquando antea *Legatus* esse, decem fortasse annis ante (circa Olymp. 161.): quocirca quominus hunc intelligas, nihil impedit. Nomen ipsum scribitur *Bilienus*, *Billienus*, *Bellienus* (Cic. aliquoties, Senec. l. c. Reines. Synt. Inscr. I, 51. p. 98. VIII, 27. p. 516.). Οἱ ἐργαζόμενοι sunt *negotiatores*. *Agasiae Ephesii* artifices duo sunt, alter hic Menophili f. alter Dosithei f. qui Borghesianum gladiatorem fecit: illius aetatem ex hoc titulo coniicere licet. Hi Ephesii quomodo Dorico nomine Agasiae nominari potuerint, quaerit Silligius: difficultatem, quam expedire volebam, expediit iam Odofr. Müllerus, cui nunc assentitur Thierschius Epoch. art. Gr. ed. II. p. 132. Neque enim Ἀγασίας est Doricum, nec quidquam cum nomine Ἡγησίας commune habet, maleque Hegesias artifex et Agasias iidem habiti sunt. Ἡγησίας Dorice audit Ἁγησίας: sed Ἀγασίας est ex ἄγαμαι, ut Ἀγασικλῆς, Ἀγασισθένης, Ἀγάσιλλος (Corcyraeus hic est in titulo Attico, quem edidi in Annalibus Instituti archaeologici Romani Fasc. I. II. p. 157. ubi tamen typothetae vitio, ut alia, ita hoc nomen pessumdatum est). Nomen Ἀγασίας habetur etiam n. 2035. Attici opinor archontis. Haec pridem scripseram, quum viderem, Creuzerum in Annal. litt. Vindob. 1830. Vol. LII. p. 72. 73. denuo docere Ἀγασίας et Ἡγησίας esse idem: sed quae ille attulit, nihil demonstrant, nisi Ἡγησίας et Ἁγησίας idem esse. Qua occasione oblata simul moneo, in eadem commentatione falso Creuzerum me reprehendisse, quod Polycratis sigillum non iam in Museo Naniano servari dixerim: verum est quod dixi, estque illud sigillum nunc Parisiis apud Comitem *Pourtalès Gorgier*. Sed redeo ad nostrum titulum. Opus ab Agasia factum refecit *Aristander Scopae f. Parius*. *Aristandrum Parium* circa Olymp. 94. floruisse discimus ex Pausan. III, 18, 5. Huius opinor filius fuit *Scopas Parius* sculptor clarissimus. Ex eadem iam familia Romanae dominationis aetate vixit *Aristander Scopae f. Parius*, cuius hic titulus meminit.

## 2286.

Marmor *Deliacum* formam arae exhibens, quod basis statuae olim fuit, Oxoniensium n. 181. Maitt. ubi p. 97. Prideausii interpretatio, p. 505. eiusdem notula, p. 564. Maittairii nota extat. Primus transcripsit Patricius Iunius „in hortis Iacobaeis in Anglia", et inseruit notis in Clementis Romani epistolam ad Corinthios a. 1633. editis ad p. 1. post hunc et ex ipso dedit Seldenus de Synedriis II. p. 54. additis Iunii supplementis, repraesentata simul arae forma, quam Iunius non exhibet, et forma litterae Π rectius data, haud dubie ex ipso lapide. Postea iam magis laesum fuit in Albae Aulae horto prope Westmonasterium, ubi transcripsit Prideausius, cuius exemplum vitiatum est, nihilominus a Maitt. repraesentatum; sed Maitt. scriptis exemplis tribus A. B. C. usus ex A. C. veram eruit lectionem. Anno 1696. cum incendio consumeretur palatium Albae Aulae, videtur hoc marmor ad Car. Fountainum pervenisse, qui id Londini inter Syllogen antiquorum numismatum edidit. Huius exemplum tredecim annis post repraesentavit Theoph. Sigefr. Bayerus in calce libelli de nummis Romanis in agro Prussico repertis (Lips. 1722. 4.) tab. IX. addito commentario. Ex schedis Thomassini D. Mazaugues dedit Murat. T. II. p. DLXIX. 2. ut Londini extans: hoc exemplum non est aliud nisi quod Bayerus a Iunio suppletum proposuit, sed paululum vitiatum; itaque varietatem non annoto. De titulo cf. etiam Misc. Obss. T. II. p. 351. 352. T. VII. p. 5 sq. p. 48 sq.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΝΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥΑΧΑΡΝΕΑ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝΔΗΛΟΥΓΕΝΟΜΕΝΟΝΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΚΑΙΡΩΜΑΙΩΝΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝΞΕΝΩΝ
..ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣΚΑΙΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝΤΕΣΕΝΔΗΛΩΙ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΚΑΙΤΗΣΠΡΟΣΤΟΥΣ
ΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΕΙΑΣΑΝΕΘΗΚΑΝΑΠΟΛΛΩΝΙ

Forma tituli ap. Maitt. non recte reddita est; eam dedi ex consensu reliquorum exemplarium et maxime ex tabula Bayeri; ultima vox ap. Maitt. (ex Prid.) separatum versum constituit dextero margini admotum. Π diserte Seld. ex quo quae annoto, sunt etiam ap. Iun. hoc Π excepto. Quae in finibus versuum in uno et altero exemplo desunt, non opus est annotare omnia. Vs. 4. init. noto Bayerum habere tantum ΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ, Seld. ΑΤΟΙ etc. sed ita positum ut dedi, eatenus ut addito ex Maitt. Κ lacuna relinquatur ante hoc. Vs. 5. Maitt. init. ΤΗΣΕΥΝΟΙ ΑΣΚΑΙ, ceteri (excepto Mur.) ΕΤΗΣΚΑΙ, exempla A. C. ap. Maitt. quod dedi. Vs. 5. extr. Seld. Τ - - Extremae litterae aliquot versuum ex solo Maitt. additae sunt, et vereor ne quae vs. 4. extr. et vs. 5. extr. sunt ΩΙ et ΟΥΣ, potius vs. 5. et 6. init. scripta fuerint: quamquam Iunius supplementa sua prorsus iisdem addidit locis. Bayerus male punctis distinxit vocabula.

Θεόφραστον Ἡρακλείτου Ἀχαρνέα, ἐπιμελητὴν Δήλου γενόμενον, Ἀθηναίων καὶ Ῥωμαίων καὶ τῶν ἄλλων ξένων [οἱ] κατοικοῦντες καὶ παρεπιδημοῦντες ἐν Δήλῳ, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ καλοκἀγαθίας καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἀνέθηκαν Ἀπόλλωνι.

Taedet varia, quae in hoc titulo explicando errata sunt, vel afferre vel refellere: vera paucis apponam. Titulus est Deli Atticae post Olymp. 155, 1. (cf. ad n. 2270.), nec causa est, quare eum infra Mithradatis Magni aetatem depellamus. Ἐπιμελητὴς Δήλου est curator insulae et urbis Deli, ab Atheniensium republica Delum ut in civitatem suam missus; qua de re vide quae dixi Introd. Lacon. V, 5. (T. I. p. 611. *b.*) et ad n. 1338. non curator sacrorum aut emporii nec curator peregrinorum; nam genitivus Ἀθηναίων etc. pendet a sequenti nominativo (vide ad n. 1338.). Rem satis declarant n. 2287. 2288. 2293. 2298. 2306. ubi idem redit, atque adeo ἐπιμελητὴς τῆς νήσου audit. Τῶν ἄλλων ξένων refertur ad Romanos modo nominatos, non simul ad Athenienses, qui non peregrini sunt in Attica Delo, sed populum

Atheniensium in Delo constituunt; hi aeque ac peregrini dicuntur *κατοικοῦντες*, quo refer partem exemplorum collectorum in Misc. Obss. T. VII. p. 48. Vide etiam quae moneo ad n. 2555. Articulum *οἱ* addidit iam doctus Misc. Obss. T. II. (cf. n. 2287. ut omittam alia exempla quam plurima).

## 2287.

Marmor *Deliacum* n. 27. Maitt. (n. 132. Prid. n. 6. Seld.), ubi p. 87. Prideausii interpretatio, p. 190. Seldeni notula hodie supervacanea, p. 481. notae Prideausii, p. 514. Reinesii, p. 560. 565. Maittairii notata extant. Ex Seldeno dedit Reinesius Synt. I, 55. p. 103. Exhibent ex prioribus etiam Vandal. Diss. p. 746. Corsin. F. A. T. I. p. 374. et annotant quaedam ad textum doctus in Misc. Obss. T. II. p. 355. Dorvillius ibid. T. VII. p. 7. p. 9. p. 353. p. 48 sq. Denuo edidit ex lapide Chandlerus Marm. Oxon. II, 43. ubi cf. etiam Syllabum. Hunc maxime secutus sum.

ΑΘΗΝΑΙΩΝΚΑΙ ΑΙΩΝΟΙ
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣΕΝΔΗΛΩΙ
ΚΑΙΟΙΕΜΠΟΡΟΙΚΑΙΝΑΥΚΛΗΡΟΙ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΥΦΛΥΕΑ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ

ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝΔΗΛΟΥΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΕΝΤΩΙΕΠΙΖΗΝΩΝΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΙΑΥ
ΤΩΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ

Vs. 1. Chandl. ΚΑ ΑΙΩΝ, Seld. ΚΑ... ΜΙΩΝ, et hinc exemplum A. ap. Maitt. ΣΑΜΙΩΝ, aeque inepte ac Prid. ΚΑΙΔΗΛΙΩΝ, unde tamen prius Ι recepi. Vs. 2. Seld. ΔΗΗΛΩΙ, in quo eruditionem ostentat Rein. Vs. 4. Seld. ΧΛΥΕ, exemplum C. ap. Maitt. Αυτε. Inter vs. 5. et 6. nulla lacuna est, sed e vestigiis ductuum, qui supersunt, Chandl. intellexit ibi olim fuisse ΑΠΟΛΛΩΝΙ, quo delendo lapicida correxit errorem suum, nec tamen perfecte, sed quantum fieri potuit. Omiserat enim omnia, quae inde a vs. 6. usque ad vs. 8. scripta sunt, quae ante vs. 5. ponenda fuisse post nomen viri, intelliges ex n. 2286. 2288. 2293. Frustra igitur in illo versu explendo occupatus est doctus Misc. Obss. T. II. p. 353.

*Ἀθηναίων καὶ [Ῥωμ]αίων οἱ κατοικοῦντες ἐν Δήλῳ καὶ οἱ ἔμποροι καὶ ναύκληροι Ἀλέξανδρον Πολυκλείτου Φλυέα ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ δικαιοσύνης, ἐπιμελητὴν Δήλου γενόμενον ἐν τῷ ἐπὶ Ζήνωνος ἄρχοντος ἐνιαυτῷ, Ἀπόλλωνι.*

Vs. 1. *Ῥωμαίων* scribendum esse viderunt plures, idque evincunt reliqui huius generis tituli. De *ἐπιμελητῇ Δήλου* vide ad n. 2286. neque audiendus Valesius ad Harpocr. v. *ἐπιμεληταί*, qui de emporii curatore cogitabat. Zeno est archon Deliacus; vide ad n. 2270.

## 2288.

In *Delo*; aeri incisum dedit Stuartus Antt. Att. Vol. III. p. 57.

ΔΟΡΟΝΖΗΝΩΝΟ
ΜΟΝΕΑΕΠΙΜΕΛΗΤΗ
ΛΟΥΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΗΝΑΙΩΝΚΑΙΡΟΜΑΙΩ
ΩΝΑΛΛΩΝΞΕΝΩ
ΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣΚΑΙ
ΡΕΓΙΔΗΜΟΥΤΕΣ
ΕΝΔΗΛΩΙΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΕΝΚΑΙΔΙΚΑΙΟΣΥΝ
ΑΝΕΘΗΚΑΝ

*- - - δ[ω]ρον Ζήνωνο-*
*ς Ἀθμ]ονέα, ἐπιμελητὴ-*
*ν Δή]λου γενόμενον,*
*Ἀθ]ηναίων καὶ Ῥ[ω]μαίω-*
*ν καὶ τ]ῶν ἄλλων ξένω[ν*
*οἱ κα]τοικοῦντες καὶ*
*πα]ρεπιδημοῦ[ν]τες*
*ἐν Δήλῳ, ἀρετῆς*
*ἕνεκεν καὶ δικαιοσύν[ης*
*ἀνέθηκαν.*

Cf. ad n. 2286. De plurimis recte iudicavit Osannus in Germanica editione operis Stuartiani T. II. p. 529.

## 2289.

In *Delo*; ex schedis suis Murat. T. II. p. MLVI. 7.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΤΟΥΕΑΥΤΟΥ
ΠΑΤΕΡΑΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΑ

*Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου Μαραθώνιος τὸ[ν] ἑαυτοῦ πατέρα Ἀπολλώνιον Δημητρίου Ἀπόλλων[ι.*

## 2290.

In marmore candido non magno, in aedibus Comitis de Belmore, ubi plura sunt ex *Rhenea Delove* delata. Ex schedis Mülleri.

ΤΩΓΛΟΣΤΥΡΙΟΣ
ΛΠΟΛΛΩΝΙ
ΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ
ΕΠΙΚΩ.Ω

Τῶγλος Τύριος
Ἀ]πόλλωνι
χ]αριστήριον
ἐπ[η]κ[ό]ῳ.

Cf. ad n. 2270. Vs. 4. praefero ἐπηκόῳ corrigere quam ἐπὶ Κω.ω - - [ἱερέως vel simile. Solet enim ΕΠΗΚ. cum ΕΠΙΚ. confundi, ut n. 2300.

## 2291.

In *Delo*; Stuart. Antt. Att. Vol. III. p. 87. in aere.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΕΠΙ
Ψ
ΤΨΦ
Ν

Ἀπόλλωνι etc. Hic deinceps fuerit ἐπὶ [ἱερέως vel ἐπι[μελητοῦ τῆς νήσου etc.

## 2292.

Venetiis olim in domo Friderici Contareni Procuratoris D. Marci, tabula *Delo* allata; inest anaglypho expressa mulier mortua porrecta, passo capillo, infra ara, in quam thus imponit togatus: ab altera arae parte stat taurus: infra est inscriptio. Ed. Gruter. p. MLXXIII. 4. ex schedis Nicolai Fabricii et Catovici; hinc Brunckius Lectt. p. 287. in ed. Lips. T. IV. p. 149. Iacobs. Animadv. T. III. P. I. p. 378. et Paralip. II. p. 807. n. 55. Anthol. Palat. Append. n. 322.

ΣΟΙΠΑΙΗΟΝΑΝΑΞΑΣΚΛΗΠΙΕΤΗΝΔΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΕΥΞΑΜΕΝΟΣΕΤΗΛΛΗΝΛΑΙΝΕΗΝΟΒΑΛΗΣ
ΝΟΥΣΟΥΕΠΕΙΜΑΚΕΣΩΒΑΡΥΑΛΓΕΟΣΟΥΝΕΚΑΤΩΝΠΡΙΝ
ΩΝΠΑΘΟΝΕΙΑΘΕΙΣΕΞΣΕΘΕΝΟΙΔΑΧΑΡΙΝ
ΤΟΥΔΑΥΜΕΛΛΟΝΤΟΣΑΟΙΠΟΥΒΙΟΥΟΝ - - -
- - - - - - - - - - - - -

Σοί, Παιῆον ἄναξ Ἀσκληπιέ, τήνδ᾽ ἀνέθηκεν
εὐξάμενος [σ]τήλην λαϊνέην ὁ Βάλης,
νούσου ἐπεί μ᾽ ἀκέσω βαρυαλγέος· οὕνεκα, τῶν πρίν
ὧν πάθον εἱαθεὶς ἐξ σέθεν, οἶδα χάριν.
τοῦ δ᾽ αὖ μέλλοντος [λ]οιποῦ βίου, ὃν - - -
- - - - - - - -

De cultu Aesculapii in Delo cf. n. 2270. Βάλης, *Valens*. Transitus ex tertia persona in primam non offendit in tali epigrammate. Vs. 4. ΕΞΣΕΘΕΝ insolens est scriptura, non tamen emendatione tollenda. Sic ἐξ Ῥηνείας n. 158. §. 4. Alia, quae omitto, vide ap. Iac.

## 2293.

In *Deli* monte Cynthio in basi, litteris minutis (in muro templi Apollinis, ait Riedesel); ex schedis Köhlerianis. Vss. 9. 10. edidit Spon. Itin. T. III. P. I. p. 89. Misc. erud. ant. IV. p. 126. et una cum vs. 7. Riedesel, Bemerkungen auf einer Reise durch die Levante p. 60.

ΟΙΜΕΛΑΝΩ........
ΕΩΗΑΕ.ΜΟΚΡΑΤΟΥΔΕ....
.ΕΓ.ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ...
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΣΕ..
ΣΑΡΑΓΙΔΙΣΙ.ΑΝΟΥΒΙΔΙΑΡΓΟ....
ΕΓΗΕΡΕΩΣ
ΔΗΜΟΣΙΟΥ.ΟΥΓΟΛΥΚΛΕΤΟΥ
ΑΛΩΠΕΧΗΘΕΝ
ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΜΥΡΩΝΟΣΑΘΗΝΑΙΟΣ
..ΕΠΟΙΕΙ

Vs. 7. Köhl. ΔΗΜΟΣΙΟΥ·ΟΥΓΟΛΥΚΛΕ, Ried. ΕΡΟΙΠΟΛΥΚΛΕΤΟΥ, unde ΤΟΥ addidi. Vs. 9. Köhl. ΜΥΡΩΝΟΣ, Sp. quod dedi; Ried. ΑΙΣΣΙΟΧΙΜΗΡΩΝΟΣΑΘΗΝΑΙΟΣ - Ε -

Οἱ μελαν[ηφόροι καὶ οἱ θεραπευταὶ - - -
σ]ω[ν]α Ἑ[ρ]μοκράτου Δε - - -, [ἐπιμελητὴν
Δήλου] γενόμενον, - - - - - -
ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐσε[βείας ἀνέθηκαν
Σαράπιδι, [Ἴ]σι[δι], Ἀνούβιδι, Ἁρπο[κράτει,
ἐπ[ὶ ἱ]ερέως
Δημοσίου [τ]οῦ Πολυκλε[ί]του
Ἀλωπε[κ]ῆθεν.
Ἡφαιστίων Μύρωνος Ἀθηναῖος
ἐποίει.

Titulus est Deli Atticae post Olymp. 152. cf. ad n. 2284. 2286. ubi quas inscriptiones citavi, satis docent vs. 2. 3. latere ἐπιμελητὴν Δήλου: vs. 2. nomen pagi scriptum erat, Δε[κελέα vel Δε[ιραδιώτην, credo prius. Vs. 1. simul latitudine versus secundi spectata supplevi ex n. 2295. Melanephorum praeterea habes in Delo n. 2294. 2297. Extat de his epistola Stephani Le Moyne ad Gisb. Cuperum, in calce Harpocratis et monumentorum antiquorum a Cupero editorum p. 255-282. sed ille fastidiosa doctrina nihil effecit, nisi cui explicando pagina una sufficiebat, esse melanephoros (ut therapeutas) Aegyptiaco Isidis cultui addictos, et atras gestasse vestes, fortasse etiam peplum seu velum Isidis nigrum portasse in pompa; ego probo utrumque. Et haec praeceperat iam Seldenus de Synedr. II. p. 60. Cf. etiam Cuper. Harpocr. p. 128 sq. *Sacerdotem* intellige deorum illorum Aegyptiacorum, neque aliter infra aliquoties. Hephaestio hic Ἀθηναῖος dicitur, non ex demo denominatur, quod Athenis habitavit, nec civis Atticae in Delo reipublicae fuit. Cf. n. 2284. 2298. 2320. Alia ratione n. 2277. de eo iudicavi, quod gymnasiarchus Atheniensis dicitur; neque enim utrique accommodari eadem ratio potest.

## 2294.

In *Delo*; ex Cockerelli schedis dedit Walpolius Trav. p. 564. n. 29. cum notis.

| | |
|---|---|
| ΙΣΙ | Ἴσι |
| ΤΗΣΙΠΠΟΣ | Κ]τήσιππος |
| ΤΗΣΙΠΠΟΥ | Κ]τησίππου |
| ΧΙΟΣ | Χῖος, |
| ΞΛΑΝΗΦΟΡΟΣ | με]λανηφόρος. |

Nota melanephorum non necessario Atticum esse. Cave suppleas Ἴσι[δι.

## 2295.

Lapis, ut in nota demonstro, *Deliacus*, Venetiis in cimeliis olim Francisci Mauroceni. Ibi a. 1657. transcripsit Io. Pricaeus, a quo habet Seldenus de Synedr. II. p. 56. Ex Seldeno dedit Reinesius Synt. I, 135. p. 168. cum notis prorsus falsis. Ex his petitam inscriptionem multi aut dederunt integram aut attigerunt, Le Moyne de Melaneph. p. 256. Astorius de diis Cabiris p. 3. Vandal. Diss. p. 232. Cors. F. A. T. IV. p. 141. auctor Diss. de Delo Misc. Obss. T. VII. p. 8. Gutberleth de Cabir. p. 25. Rinck. l. c. ad n. 2296. p. 8 sq. Cf. etiam Fabrett. Col. Trai. p. 74. Nos damus et formam et lectionem ex schedis Spanhemii, qui habuit ex Seldenianis Pricaei chartis.

ΓΑΙΟΣΓΑΙΟΥΑΧΑΡΝΕΥΣΙΕΡΕΥΣΓΕΝΟΜΕΝΟΣ
ΕΝΤΩΙΕΠΙΝΑΥΣΙΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΙΑΥΤΩΙ
ΚΑΙΟΙΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙΚΑΙΟΙΘΕΡΑΠΕΥΤΑΙΥΠΕΡ
ΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΑΘΗΝΑΙΩΝΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥ
ΡΩΜΑΙΩΝΙΣΙΔΙΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΙΙΔΡΥΣΑΝΤΟ

Seldenus, ex quo reliqui solo hauserunt, vs. 2. bis omittit I subscr. quod male ab illo fieri docet vel n. 2296. qui eiusdem aetatis est. Vs. 3. omittit Λ (operarum vitio); vs. 4. habet ΔΗΜΟΥΤΩΝΑΘ. et pro ultimo ibidem ΤΟΥ vs. 5. init. habet ΤΩΝ. Mox habet ΔΙΚΑΙΟΣ..ΥΝΗΙΔ etc. Lacunam, quae nulla est, Pricaeus notaverat; Spanh. recte omisit. Reliqua discrepantia unde nata sit nescio: sed Spanhemii lectio omnibus numeris absoluta est, nec credibile illam ex ipsius coniectura profectam esse: certe ille non ΤΟΥ pro ΤΩΝ dedisset, quamquam illud elegantius et antiquius est, neque addidisset I subscr.

*Γάϊος Γαΐου Ἀχαρνεύς, ἱερεὺς γενόμενος ἐν τῷ ἐπὶ Ναυσίου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ, καὶ οἱ μελανηφόροι καὶ οἱ θεραπευταὶ ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ ἱδρύσαντο.*

Hic titulus et n. 2296. qui eiusdem loci est, male ab omnibus, etiam ab auctore Diss. de Delo, Athenis positi fuisse censebantur: quo mire perturbantur Athenarum religiones. Deliacam originem produnt omnia. Primum Venetias allata et alia Deliaca sunt, ut n. 2270. 2292. 2297. 2298. 2299. 2308. et nominatim lapis n. 2282. qui ut hic in aedibus Mauroceni fuit et eodem quo hic anno a Pricaeo ibi transcriptus est; immo Chishullus Antt. As. p. 200. diserte dicit Deliacam inscriptionem n. 2282. manu Pricaei exceptam esse *una cum alia Deliaca non ignobili*; quae nostra haec ipsa est. Accedit frequens Romanorum in Deliacis lapidibus mentio una cum Atheniensibus iniecta, Isidisque cultus in iisdem totidem commemoratus et melanephororum munus, quod in Delo aliquoties habemus (vide ad n. 2293.), Athenis numquam. Sacerdos idem homo redit n. 2296. ubi est τῶν μεγάλων θεῶν Διοσκόρων Καβείρων, quos in Delo sacerdotem habuisse docet n. 2270. hoc loco vero Isidis sacerdos intelligendus: annus etiam alius est ac n. 2296. Neque vero liquet θεοὺς μεγάλους Διοσκόρους Καβείρους esse eosdem ac Serapidem, Isidem, Anubidem, Harpocratem, quod ex n. 2302. collegit Fabrettus; potius Dioscuri Cabiri videntur tantum σύνναοι vel σύμβωμοι illis fuisse; quod unum ex illo colligas titulo. Vs. 1. Reines. pro Ναυσίου vult Παυσίου vel Παυσανίου: sed non confido. Archon est Deliacus; vide ad n. 2270. Hunc quasi Athenarum archontem Cors. ad Olymp. 188. revocabat sine ulla causa idonea; nihil constat nisi titulum hunc et n. 2296.

esse Deli Atticae post Olymp. 152. nec quidquam obstat, quominus ante Mithradaticam Deli occupationem ponatur; certe illud τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων suadet, ut nostram inscriptionem paulo post Delum a Romanis redditam Atheniensibus exaratam putemus; cf. potissimum n. 2270. vs. 20. et 21. c. nott. Vs. 5. varie tentatus est. Le Moyne volebat: Ἴσιδι καὶ Ὀσ(ίριδι) συνιδρύσαντο, satis inepte. Idem tamen probabat Astorius; nec differt Rinckius, qui praeterea ΣΥΝΗΙΔΡΥΣ. scriptum putat ex antiquo usu. Lectionem ἱδρύσαντο firmat n. 2296. et verum pridem viderat Seldenus. Plutarchus de Is. et Os. c. 3. διὸ καὶ τῶν ἐν Ἑρμουπόλει Μουσῶν τὴν προτέραν, Ἶσιν ἅμα καὶ Δικαιοσύνην, καλοῦσι Σοφίαν etc.

## 2296.

Columella haec (alta centimetr. 55, lata in capite centimetr. 20, in pede 23, in media parte 16), quam secundum ea, quae ad n. 2295. dixi, *Deliacam* esse sponte patet, licet cum illo pro Atheniensi habita sit, fuit olim Venetiis in episcopi Turricellani palatio; nunc extat in eiusdem urbis Seminario patriarchali. Primus ed. Gruter. p. CCCXIX. 2. ex schedis Velseri; dein versibus paulo aliter divisis Spon. de aris ignot. deor. p. 105. (Thes. Gronov. Antt. Gr. T. VII. p. 265.), ut extantem in Palatio Grimano. Ex his repetierunt multi, ut Meursius de Arch. Ath. IV, 10. IV, 20. Seldenus de Synedr. II. p. 57. ed. Amst. (p. 708.), Gutberleth de myster. Cabir. c. 3. p. 24. Dorvill. Diss. de Delo Misc. Obss. T. VII. p. 8. qui et ipse pro Atheniensi habuit, Corsin. F. A. T. IV. p. 142. Matthaeus Aegyptius S. C. de Bacchan. T. I. p. 766. (in Poleni Suppl. utr. Thes.); singulari dissertatione explicuit Astorius Venetus „de diis Cabiris" Venet. 1703. 8. (Poleni Suppl. utr. Thes. T. II. p. 873 sqq.): hic lapidem Aquileia allatum perhibet, nescio quam vere. Tractavit etiam Bendtsen Marm. myst. spec. I. p. 4. Nuperrime ex lapide perfectum apographum dedit et titulum illustravit Guil. Fr. Rinck: Sopra una inscrizione Greca nel Seminario patriarcale di Venezia, intorno agli dei grandi Cabiri, Ven. 1820. 8. qui vellem ne ex Attica putasset apportatum esse. Ceterum ex hoc dedi titulum.

ΓΑΙΟΣΓΑΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΥΣΙΕ
ΡΕΥΣΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΣΘΕΩΝΜΕ
ΓΑΛΩΝΔΙΟΣ
ΚΟΡΩΝΚΑΒΕΙΡΩΝ
ΕΝΤΩΙΕΠΙΔΙΟ
ΝΥΣΙΟΥΤΟΥΜΕ
ΤΑΛΥΚΙΣΚΟΝΑΡ
ΧΟΝΤΟΣΕΝΙΑΥ
ΤΩΙΙΔΡΥΣΑΤΟ

Γάϊος Γαΐου Ἀχαρνεύς, ἱερεὺς γενόμενος θεῶν μεγάλων Διοσκόρων Καβείρων ἐν τῷ ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Λυκίσκον ἄρχοντος ἐνιαυτῷ, ἱδρύσατο.

Titulus est Deli Atticae, non multo post Olymp. 152. (v. ad n. 2295.); Corsinus male ad Olymp. 188. rettulerat, archontemque Athenarum putabat Dionysium, qui potius Deliorum Atheniensium archon est (cf. ad n. 2270.); prorsus aberravit Bendtsen, qui titulum ad secundum vel tertium post Christum saeculum depellere conatus est. Ἱερεὺς τῶν μεγάλων θεῶν in Delo Attica habetur etiam n. 2270. De formula ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Λυκίσκον vide ad n. 113.

## 2297.

Marmor nigricans (non aerea tabula, ut ap. Grut. Pighius, qui male Patavii repertam dicit), altum centimetr. 56, latum centimetr. 59, olim apud M. Andr. Franceschi, mox apud Io. Bapt. Rhamnusium, et deinceps Ateste apud Contarenos, nunc in Museo Veronensi. Primus edidit Petrus Bembus Epist. Italic. T. II. 3. p. 122. in litteris ad Rhamnusium datis; ex Bembo Gruter. p. LXXXIV. 3. sed illius apographo non accurate reddito. Ex eodem Bembo habet Seldenus de Synedr. II. p. 58. sed ne hic quidem Bembi exemplum accurate referens; ex lapide vero Laur. Pignorius Expos. mensae Isiacae p. 32. cuius varietatem Gruteri editor annotavit (cf. etiam nott. ad Grut. p. CCCV. ubi quae afferuntur non repeto). Praeterea ex lapide dedit Sertorius Ursatus Monum. Patav. I, 5. p. 263. (cf. p. 273.), ex hoc Cuperus Harpocr. p. 126 sqq. tractavit vero Le Moyne in epistola de Melanephoris Cuperiano libro addita p. 256 sqq. Dedit etiam Spon. Itin. T. III. P. II. p. 291. qui inscriptionem videtur ex Ursato habere, quem citat, sed paululum correctam: neque eam omisit Vandal. Diss. p. 265. Corruptam exhibet Fleetwood Syllog. p. 32. 1. Accurate ex lapide dedit Maffeius Mus. Ver. p. XXXVII. post hunc aeri incisam Venturius, Guida al Mus. Ver. T. I. tab. 9. n. 22. Apposuit nuper ex prioribus Petrettinus Papyr. Gr. Aegypt. p. 72 sq. Nos usi sumus etiam schedis Pighii Berolinensibus, ubi extat fol. 25. sed neque locus notatur neque in tabula aerea scriptus titulus dicitur ut in Grut. ed. sec. Subditicium exemplum laminae plumbeae inscriptum ante tria fere lustra circumferebatur Venetiis (vide Petrett.). Lapis est *Deliacus* (vide not.).

ΘΕΟΦΙΛΟΣΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΕΥΣΜΕΛΑΝΗ
ΦΟΡΟΣΤΗΝΚΟΝΙΑΣΙΝ
ΤΟΥΠΑΣΤΟΦΟΡΙΟΥ
ΚΑΙΤΗΝΓΡΑΦΗΝΤΩΝ
ΤΕΤΟΙΧΩΝΚΑΙΤΗΣ
ΟΡΟΦΗΣΚΑΙΤΗΝΕ.
ΚΑΥΣΙΝΤΩΝΘΥΡΩΝ
ΚΑΙΤΟΥΣΠΡΟΜΟΧΘΟΥΣ
ΤΟΥΣΕΝΤΟΙΣΤΟΙΧΟΙΣ
ΚΑΙΤΑΣΕΠΑΥΤΟΙΣΣΑΝΙΔΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝΣΑΡΑΠΙΔΙΙΣΙΔΙ
ΑΝΟΥΒΙΔΙΑΡΠΟΧΡΑΤΕΙ
ΕΠΙΙΕΡΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΤΟΥΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ
ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΥ ❦

Formam tituli dedi ex aere Venturii. Fundus lectionis est Maffeianus; varietas haec est. Vs. 2. Bemb. ΑΝΤΟΙΧΤΣ (sec. Ventur. ΑΝΤΟΙΚΥΣ), Grut. ΑΝΤΙΧΕΤΥΣ. Pigh. secundum notam Gruteriano exemplo ed. sec. additam ΑΝΤΙΧΕΥΣ: sed schedae Berolinenses ΑΝΤΙΟΧΕΥΣ. Vs. 7. extr. una littera deest notante Maffeio; Sponius pro hoc habet Γ, quasi in lapide legatur, sed id ex coniectura esse additum docent omnes, etiam Ursatus: ἔγκαυσιν agnovit etiam Pign. et post Spon. et Pign. coniecit Le Moyne. Vs. 8. Bemb. Grut. ΛΑΥΣΙΝ, Pigh. ΚΛΥΣΙΝ; Urs. ΘΙΡΩΝ. Vs. 9. ultimum Σ ex Bemb. Grut. Pign. Urs. Spon. Pighius ibidem Θ ut incertum notat; plures coniecerunt προμόχλους. Vs. 10. Grut. ΤΙΧΟΙΣ: Σ a Maff. omissum addidi ex Bemb. Grut. Pign. Urs. Spon. Pigh. Vs. 11. ΔΑΣ ex iisdem. Vs. 12. ΣΙΔΙ

ex iisdem. Vs. 13. ultimum I Pigh. Pign. Seld. diserte habent (etiam Spon.); Bemb. Grut. Urs. etc. omittunt. Ibidem alii, ut Pigh. Pign. Spon. etiam Maff. ΚΡΑ; sed Ventur. diserte notat Χ esse in lapide, ut Bemb. Grut. Urs. Mitto quod apud nonnullos, ut Bemb. Grut. Urs. est ΑΝΟΥΒΙΔΥ. Vs. 14. plurimi ΙΕΡΕΟΣ: Seld. Spon. Maff. Ventur. ΙΕΡΕΩΣ. Vs. 16. Grut. Urs. ΡΑΜΝΟΣΙΟΥ. Pignorianam et Bembinam varietatem non ipse contuli, sed aliorum opera usus sum. Foliolum in fine addidi ex Pigh.

*Θεόφιλος Θεοφίλου Ἀντιοχεύς, μελανηφόρος, τὴν κονίασιν τοῦ παστοφορίου καὶ τὴν γραφὴν τῶν τε τοίχων καὶ τῆς ὀροφῆς καὶ τὴν ἔ[γ]καυσιν τῶν θυρῶν καὶ τοὺς προμόχθους τοὺς ἐν τοῖς τοίχοις, καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῖς σανίδας ἀνέθηκεν Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρπο[κ]ράτει, ἐπὶ ἱερέως Σελεύκου τοῦ Ἀνδρονίκου Ῥαμνουσίου.*

Titulum hunc esse *Deliacum* primo intellexi aspectu; rem evincit tum aliorum lapidum, qui apud Contarenos fuere, compar origo, ut n. 2292. 2299. 2308. tum omnium rerum cum Deliacis monumentis convenientia, melanephori, deorum Aegyptiacorum, sacerdotis Attici. Non magis igitur cum Athenis, ut putabatur, huic lapidi quidquam commune est quam cum Ptolemaide Aegypti, quo nos remittit Petrettinus. Titulus est Deli Atticae post Olymp. 152. De melanephoris vide ad n. 2293. Is Ἀντιοχεύς ex qua urbe sit, et hic et n. 2317. ignoramus; vide lemma ad n. 821. et ob Chium ibi commemoratum cf. n. 2294. et not. Ita intelliges, cur Antiochensem hunc non mihi persuadeam esse ex demo Attico ignoto Antiochia. Quid quod ne Miletum quidem demum Atticae probat, qui nuper non indocte de Atticis pagis scripsit, Car. Lud. Grotefendus? Sed tamen illam retineo cum Leakio iudice maxime sobrio; quas enim ipse de ea re difficultates movi, eae non tantae sunt, ut de mea me deiiciant sententia; nec multas novas addidit doctus adolescens. *Pastophorium*, de quo multa Seldenus de Synedr. II. p. 59 sqq. Cuperus Harpocr. p. 129 sqq. Le Moyne de Melaneph. p. 257 sqq. Salmasius et Hugo Grotius a Seldeno laudati mihi rectissime videntur interpretati esse „*mansionem pastophororum*", qui in conclavibus ad templum positis habitarent, ubi reposita simul instrumenta cultus, vela, vestes etc. Προμόχθους iam Io. Bapt. Rhamnusius *mutulos* interpretabatur, ut Schneider. Lex. Gr. recte. Προμόχλους alii voluerunt, praeter rem. Lectionem Ἁρποχρ. ex n. 2302. defendit Cuperus; scripserit ita lapicida et ibi et nostro loco; falsum est nihilominus. Sacerdos est Aegyptiacorum deorum, pago Rhamnusius Atticae. Scriptura ΡΑΜΝΟΣ. defendi antiquo usu potest, qui passim resedit etiam in recentioribus titulis; sed meliores testes habent ΟΥ. Quod vero Io. Bapt. Rhamnusius hunc titulum possedit, et illi cognominis sacerdos, ideo de eius fide dubitatum est (cf. Ventur. p. 87.): quasi non Io. Bapt. Rhamnusius de industria conquisivisset monumenta nomen ipsius offerentia. Ita iidem Rhamnusii Patavini habuerunt inscriptionem et ipsam immerito suspectam visam: *Ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ Νεμέσει Ῥαμνουντόθεν Νέαιρα Ἀθηναία χαριτοβλέφαρος ἀνέθηκεν.* Seleucus alius redit in Delo n. 2300. alius est n. 2276.

## 2298.

„Venetiis apud Nobiles Emos", Murat. T. I. p. CLXXX. 1. vitiose dedit, mittente P. Alexandro Berti Lucensi e congregatione Matris Dei: hinc particulam vss. 5. 6. deprompsit Paciaud. Monum. Pelop. Vol. I. p. 112. et magis etiam vitiavit. Rectius edidit, ad quem pervenerat, Maffeius Mus. Ver. p. XXXVII. et ex hoc Donatus p. 61. 3. Titulus manifesto *Deliacus* est, quod ipsum traditur. Ut Deliacum enim refert Georgius, qui inspexit Venetiis, et ante Maffeium edidit cum notis in Calogerae Opusc. scientif. T. XV. p. 205. quas notas corrigit Corsinus Nott. Gr. Diss. VI. p. CXIX sq. Fuit sub statua Isidis Deliaca, quod etiam Winckelmannus T. VI. P. I. p. 56. n. 224. ed. Dresd. vidit (cf. Zeunium ad Christii Commentarium „über d. Litt. u. Kunstw." p. 245.).

ΑΡΧΕΛΑΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΤΟΑΓΑΛΜΑ
ΑΝΕΘΗΚΕΝΥΠΕΡΤΕЄΑΥΤΟΥΚΑΙΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΚΑΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝΚΑΝΗΦΟΡΟΥΣΗΣΔΩΡΟΘΕΑΣ
ΤΗΣΕΑΥΤΟΥΘΥΓΑΤΡΟΣΙΣΙΔΙΕΠΙΙΕΡΕΩΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥΕΠΙ
ΜΕΛΗΤΟΥΔΕΤΗΣΝΗΣΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΥΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΥ

ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣΚΑΙΜΟΣΣΧΙΩΝ
ΚΑΙΑΔΑΜΑΣΟΙΑΔΑΜΑΝΤΟΣΑΘΗΝΑΙΟΙ
ΖΑΚΟΡΕΥΟΝΤΟΣΜΑΡΑΘΩΝΟΣΕΠΟΙΟΥΝ

Hoc est Maffeii exemplum. Mur. vs. 1. ΤΟΔΑΓ etc. Vs. 6. ΤΗΣΝΗΕΟΥ, unde Pac. ΤΗΣΝΕΟΥ, Osann. Syll. p. 156. licet sinceram Maffeii lectionem ante oculos haberet, coniecit *τοῦ νηοῦ*: tu confer n. 2306. et vide ad n. 2286. Vs. 8. Mur. ΔΙΟΝΥΣΕΟ etc. Vs. 9. Cal. ΛΑΔΑΜΑΣ. In fine Mur. ΕΠΟΛΟΥ.

*Ἀρχέλαος Διονυσίου Μαραθώνιος τὸ ἄγαλμα ἀνέθηκεν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων, κανηφορούσης Δωροθέας τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς Ἴσιδι, ἐπὶ ἱερέως Δημητρίου τοῦ Δημητρίου Ἀναφλυστίου, ἐπιμελητοῦ δὲ τῆς νήσου Διονυσίου τοῦ Δημητρίου Ἀναφλυστίου.*

*Διονυσόδωρος καὶ Μοσσχίων καὶ Ἀδάμας οἱ Ἀδάμαντος Ἀθηναῖοι, ζακορεύοντος Μαραθῶνος, ἐποίουν.*

Titulus est Deli Atticae post Olymp. 152. Pater simulacrum Isidis dedicavit, quod filia canephorus Isidis fuit. Dionysium Archelai patrem tenere videmur n. 481. Sacerdos vs. 4. est Isidis. De scriptura Μοσσχίων vide ad n. 25. Artifices non Deli habitant, sed Athenis: hinc ex nomine urbis, non demi,

denominantur; cf. ad n. 2293. *Marathon* vix hoc loco demi nomen est, sed viri, ut n. 481. *ζακορεύοντος ἁγιαφόρου Εὐκάρπου.* Est vero Isidis Athenis cultae *ζακόρος* intelligendus (cf. ad n. 481.): quare artifices, qui Athenis Isiaco cultui adhaerebant, ibique arti operam dabant, ab hoc epocham designant, quum Archelaus ipse Deliacum sacerdotem posuerit.

## 2299.

„In ara Venetiis apud Frid. Contarenum, eo translata *Delo*," Gruterus p. LXXXVI. 2. ex schedis Velseri. Fabricii schedae versus aliter distinguere dicuntur. Ex Grutero Fleetwood. Syllog. p. 46. 1. Nugatur Martorellius de thec. calam. p. 642. lapidem pro Neapolitano venditans, deceptus partim a Gruteriani operis editore; verum vidit Ignarra de phratr. p. 190.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ
ΝΕΑΠΟΛΙΤΗΣΑΝΟΥΒΙΔΙΥΠΕΡΕΑΥ
ΤΟΥΚΑΙΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣΚΑΙΤΩΝ
ΠΑΙΔΙΩΝΕΠΙΙΕΡΕΩΣΣΩΣΙΩΝΟΣ
ΤΟΥΕΥΜΕΝΟΥΣΟΙΝΑΙΟΥ

*Ἀπολλώνιος Διοσκουρίδου Νεαπολίτης Ἀνούβιδι ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παιδίων, ἐπὶ ἱερέως Σωσίωνος τοῦ Εὐμένους Οἰναίου.*

Titulus est Deli Atticae post Olymp. 152. De cultu Anubidis Deliaco vide n. 2293. 2297. 2302 sqq. Neapoli sunt *Oenonaei*; *Oenaei* sunt Attici ex noto demo, quorum plures in Delo ut cleruchi habitarunt; vide n. 2270. extr. n. 2306. praeter hos Marathonii, Rhamnusii etc.

## 2300.

In palatio Marchionis Riccardi Florentiae; ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 208. hinc Oliva Rhodiginus in Marm. Isiac. p. 74. et ex lapide Gorius Inscr. Hetrur. T. I. p. 81. ex Gorio Murat. T. I. p. LXXIII. 3. Habeo etiam ex schedis Batavi Van Vaassen, qui petierat ex codice Wittiano memorato in Catal. Biblioth. Witt. p. 48. n. 55. Nuperrime dedit Osann. Syll. p. 501. Lapidem esse *Deliacum* docet similitudo ceterorum.

Sub imaginibus viri et feminae in lectulo iacentium:

ΙΣΙΔΙΧΡΗΣΤΗΙΕΠΗΚΟΩΙΣΕΛΕΥΚΟΣΣΩΚΡΑΤΟΥ

Sub mensa tripode pomis referta, in dextro adstante puero, qui vas ministrat:

ΕΥΧΗΝ
ΕΠΙΙΕΡΕΩΣΔΙΟΚΛΕΟΥΣ
ΤΟΥΔΙΟΚΛΕΟΥΣΤΥΡΜΕΔΟΥ

Fundus lectionis est Gorianus, nec discrepant ceteri, nisi quod vs. 1. Spon. Os. ΧΡΗΣΤΗΙ, Gorius et ceteri ΧΡΗΤΗΙ, oblitterato aliquantulum Σ ut videtur, item Sp. ΕΠΙΚΟΩΙ, Witt. ΣΟΡΑΤΟΥ.

*Ἴσιδι χρηστῇ ἐπηκόῳ Σέλευκος Σωκράτου εὐχήν. ἐπὶ ἱερέως Διοκλέους τοῦ Διοκλέους Τυρμε[ί]δου.*

Tabula est votiva Deli Atticae, pro restituta valetudine Isiaca curatione. Seleucos in Delo vidimus plures (cf. ad n. 2297.).

## 2301.

Mantuae in Museo, in basi sub Fauno iuvene, termini formâ: ed. in Mus. Acad. Mantuan. p. 89. *Diocles* sacerdos *Deliacus* est n. 2300. cuius filius potest hic esse, tradito sacerdotio iure hereditario: utut est, hoc loco posui, ut compararetur cum priore.

ΕΦΙΕΡΕΩΣΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥΤΟΥΔΙΟΚΛΕΟΥΣ

*Ἐφ' ἱερέως Ἀθ[η]ναγόρου τοῦ Διοκλέους - - -*

## 2302.

In *Delo* sub monte *Cynthio*; dedit Gallandus in epistola ad Sponium, Ar. ignot. deor. T. VII. p. 261. Thes. Gronov. et hinc Cuper. Harpocr. p. 139 sqq. et Fabrett. Inscr. VI, 182. p. 493. non tamen accurate servato Gallandi apographo, et male illato rotundo Sigma. Gallandi apographum ex lapide a se lecto in Ar. ignot. deor. correxit Sponius, qui titulum ter praeterea edidit, Itin. T. III. P. I. p. 88. Misc. erud. ant. I, 5. p. 19. Recherches d'antiquité p. 134. (Rei antiquar. select. qu. p. 445. T. IV. Suppl. Polen. utr. Thes.). Ex Sponio Io. Oliva Rhodiginus in Marm. Isiac. p. 75. Ex lapide dedit Whelerus Itin. p. 59. Ex Whelero Dorvill. Misc. Obss. T. VII. p. 55. quem corrigit Corsinus Nott. Gr. Diss. VI. p. CXX. Habet etiam Vandal. Diss. p. 266. Cf. praeterea Fabrett. de col. Trai. p. 74.

ΠΟΠΛΙΟΣ . . . .
ΤΟΥΤΩΡΙΟΣ
ΥΠΕΡΕΑΥΤΟΥΚΑΙ
ΤΩΝΙΔΙΩΝΣΑΡΑΠΙΔΙ
ΙΣΙΔΙΑΝΟΥΒΙΔΙΑΡΠΟ
ΧΡΑΤΕΙΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ
ΕΠΙΙΕΡΕΩΣ
ΣΤΑΣΕΟΥΤΟΥΦΙΛΟ
ΚΛΕΟΥΣΚΟΛΩΝΗΘΕΝ

Fundus lectionis est Sponianus. Vs. 2. Spon. Misc. et Rech. ΤΟΥΤΩ - - - -, Itin. ΤΟΥΤΩΙ - - -, et sic Whel. Sed Gall. ΤΟΥΤΡΩΡΙΟΣ: hinc conflavi quod dedi, nec retinui lacunam, quam ne vs. 1. quidem agnoscit Gallandus. Vs. 3. Spon. ΕΑΥΤΩΝ, Wh. Ε et nihil praeterea, Gall. ΕΑΥΤΟΥΚΑΙ, quod dedi. Vs. 5. Gall. ΑΡΧΙΟ; ceteri ΑΡΠΟ, quod se in lapide legisse notat Spon. quoque ad Gallandi litteras. Vs. 6. ΚΡΑ Gall. et Spon. in Rech. sed Whelerus et Spon. Itin. ac Misc. ΧΡΑ, quod ob n. 2297. tollere

nolui. Vs. 9. Gall. ΦΙΛΟΚΛΕΟΥΚΟΛΩΝ (Fabr. Cup. ΚΟΛΟΝ) etc.

Πόπλιος [- - - ου] Τουτώριος ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἰδίων Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρπο[κ]ράτει, Διοσκούροις, ἐπὶ ἱερέως Στασέου τοῦ Φιλοκλέους Κολωνῆθεν.

ΤΟΥΤΡ. non est analogum. Deos hos non tantum aram, sed templum in Delo habuisse, apertum est; quod moneo propter Olivam. Dioscuros diversos videri a reliquis, monui ad n. 2295. adversus Fabrettum.

## 2303.

In ara triquetra exigua, quae Massiliae servatur, eaque elegantissime ornata; praeter alia ornamenta tres areae altaris pulchra offerunt anaglypha, alia Apollinem, alia Dianam, alia Latonam sceptrum tenentem, quae ab editore male Iuno vocatur. Ed. Millinus Itin. in merid. Gall. tab. 36, 3. (cf. Vol. III. p. 144.), qui monumentum hoc sine causa Hadriano recentius dicit. Immo potest ante Olymp. 152. factum esse, quum Atheniensibus nondum pareret Delus: deorum enim Aegyptiacorum cultus videtur in Delo iam antiquior esse, Ptolemaei fortasse Philadelphi aetate invectus (cf. ad n. 2267.). De origine arae huius *Deliaca* non dubito; Deliaca alia Massiliae habetur etiam n. 2310. eodem, ut videtur, tempore Delo allata, ne afferam n. 2309.

ΣΩΣΙΜΙΝΟΣΕΥΑΓΟΡΟΥ
ΣΑΡΑΠΙΙΣΙΑΝΟΥΒΙΕΥΧΗΝ

Σωσιμῖνος Εὐαγόρου Σάραπι, Ἴσι, Ἀνούβι εὐχήν.

Memorabile est Aegyptiacis diis dedicari imagines Deliacorum deorum indigenarum.

## 2304.

In *Delo*; ex Cockerelli schedis ed. Walpol. Trav. p. 564. n. 30.

ΣΑΡΑΠΙΔΙΙΣΙΔΙΑΝΟΥΒΙΔΙ
ΔΙΟΓΕΝΗΣΦΑΝΙΟΥΑΛΑΒΑΔΙΔΕΥΣ
ΚΑΤΑΠΡΟΣ - - - ΜΑ

Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι Διογένης Φανίου Ἀλαβα[ν]δεὺς κατὰ πρόσ[ταγ]μα, hoc est *ex imperio* horum deorum, ut in Latinis habetur titulis. Cf. n. 2305.

## 2305.

In ara *Deli*; ex schedis Köhlerianis.

ΣΑΡΑΠΙΔΗΣΙΔΑΝΟΥ . . .
ΘΕΑΝΟΑΠΕΛΛΟΥΑΛΑΡΥ
ΠΕΡΕΑΥΤΗΣΚΑΙΤΟΥΑΝΔΡ .
ΠΑΙΔΙΟΥΚΑΤΑΠΡΟΣΤΑ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΥ

Σαράπιδ[ι, Ἴ]σιδ[ι], Ἀνού[βιδι], Θεαν[ὼ] Ἀπελλοῦ Ἀλα[β.] ὑπὲρ ἑαυτῆς καὶ τοῦ ἀνδρ[ὸς καὶ τοῦ] παιδίου κατὰ πρόστα[γμα] χαριστήριο[ν.

Cf. n. 2304. Vs. 2. videtur Ἀλαβανδέως decurtatum latere, sc. θυγάτηρ.

## 2306.

In *Deli* monte Cynthio, in basi; ex schedis Köhlerianis.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΑΝΤΙΟΑΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣΔΙΩΥ . ΟΩΑΚΔΕΙΔΙΩΙΓΔΑΓΛΑ
ΑΠΟΛΛΟΝΙΑΑΓΑΙΟΣΜ . ΛΑ . . . . ΙΣΙΔΩΡΟΣ . . . . ΟΑ . ΡΑ -
ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟΣΑΡΚΑΔΗΜΟΣΗΜΙΘΕΟΓΕΙΤΩΝ – Α
ΕΠΙΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥΤΗΣΝΗΣΟΥΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥΤΟΥ
ΦΙΛΩΝΥΜΟΥΔΕΚΕΛΕΕΩΣΚΑΙΤΩΝΕΠΙΤΑΙΕΡΑ
ΦΑΕΝΝΟΥΤΟΥΔΙΩΝΟΣΟΙΝΑΙΟΥΚΑΙΔΗΜΗΤΡΗΟΥ
ΤΟΥΔΗΜΗΤΡΗΟΥΤΡΙΚΟΡΥΣΙΟΥ

Hoc quoque monumentum votivum videtur; sed initium videtur deesse, nec vs. 1–3. alia scripta erant nisi nomina: certe vs. 2. vix fuerit Ἀπόλλωνι, nec vs. 1. extr. ἄγαλμα.

Διονύσιος Ἀντίο[υ], Ἀφροδίσιος Διω - -, - - - - - - -,
Ἀπολλ[ω]νία, - - Γάϊος μ[ε]λα[νηφόρος?] Ἰσίδωρος - - -,
Ποσειδώνιος, Ἀρκάδημος? - -, Θεογείτων - -,
ἐπὶ ἐπιμελητοῦ τῆς νήσου Ἀπολλοδώρου τοῦ
Φιλωνύμου Δεκελεέως, καὶ τῶν ἐπὶ τὰ ἱερὰ
Φαέννου τοῦ Δίωνος Οἰναίου καὶ Δημητρ[ί]ου
τοῦ Δημητρ[ί]ου Τρικορυσίου.

Ad formam Δεκελεεύς cf. n. 224 sqq.

## 2307.

Venetiis ad Rotundam D. Aloysii, in Parii marmoris fragminibus arcuatis; ed. Maffeius Mus. Ver. p. CCCCLXXIV. 7. Multa *Venetiis Deliaca* sunt; et hoc quoque videtur Delium esse, quum praesertim Naxii et Marathonii Attici iuncti reperiantur.

. . . . . . . ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΝΑΞΙΟΣ
ΜΗΝΟΔΩΡΟΣΚΑΙΝΙΚΙΩΝΟ
ΝΙΚΙΩΝΟΣΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΓΕΝΗΣΝΙΚΙΩΝΟΣΜΑΡΑΘΟ
ΝΙΟΣΤΗΝΘΥΓΑΤΕΡΑΘΕΟΔΩΡΑΝΚΑΙΤΟΝΥΟΝ . . .

- - - Δημήτριος Νάξιος.

Μηνόδωρος καὶ Νικίων ο[ἱ
Νικίωνος Μαραθώνιο[ι.

Ἀριστογένης Νικίωνος Μαραθ[ώ-
νιος τὴν θυγατέρα Θεοδώραν καὶ τὸν υἱὸν
- - - - sc. ἀνέθηκεν.

## 2308.

„Ex *Delo* translatum Venetias in aedes Frid. Contareni", Gruter. p. MXCIX. 3. ex schedis Nic. Fabricii et Catovici. Hinc Fleetwood. Syllog. p. 146. 2. Brunck. Anal. III. p. 281. (cf. Iacobs. Anim. T. III. P. II. p. 204.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 149.

ΕΙΚΟΝΑΣΟΥΠΟΛΥΚΛΕΙΣΑΝΑΠΑΣΤΑΔΑΤΑΝΔΕΠΟΛΙΤΑΙ
ΘΗΚΑΝΟΜΥΡΙΕΤΗϹΔΟΥΜΑΡΑΝΕΙΣΕΧΡΟΝΟΣ
ΕΝΒΟΥΛΑΙΣΜΕΝΑΡΙΣΤΟΝΑΓΩΣΙΔΕΤΟΙΣΠΕΡΙΠΑΤΡΑΣ
ΑΛΚΙΜΟΝΕΝΔΕΒΙΩΙΣΟΦΡΟΝΑΔΕΡΚΟΜΕΝΟΙ

Εἰκόνα σοῦ, Πολύκλεις, ἀνὰ παστάδα τάνδε πολῖται
θῆκαν· ὁ μυριέτης δ' οὐ μαρανεῖ σε χρόνος·
ἐν βουλαῖς μὲν ἄριστον, ἀγῶσι δὲ τοῖς περὶ πάτρας
ἄλκιμον, ἐν δὲ βίῳ σ[ώ]φρονα δερκόμενοι.

## 2309.

Marmor Massiliae in collectione praesidis portorii servatum, nuper allatum ex *Delo*, altum pollices 16, quod videtur prismatis irregularis formam habuisse: latera I. II. leviter concava sunt; III. nunc planum est, et ipsum olim litteris consignatum: hodie in huius dextra parte in superiore angulo, qui solus politus est, quum reliquum planum nunc iam rude sit, tres tantum litterae supersunt: etiam latera I. II. mutila sunt superius, sed minus in inferiore parte, ut traditur, et illud praeterea ad sinistram, hoc ad dextram. Ed. Rochettus Journ. des Sav. a. 1820. p. 182. cum notis, a quibus hinc inde dissentio.

I.

ΙΛΝ
ΠΑΛΛΗΝΕΥΣ ΙΙ
ΪΛΑΡΟΣΑΣΚΛΗΠΙΑΔϹ
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑΚ̄Λ̄ΑΡΙ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΑΓΩΝΟΘΕ˥
ΝΟΕΙΩΝΕΝΕΛΕΥΣΙΝΙ
ΓΑΜΗΛΙΩΝΑΞΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ)
ΘΕΣΤΗΡΙΩΝΑΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ
ΩΝΟΣΠΕΙΡΑΙΕΥΣ
ϷΗΒΟΛΙΩΝΑΠ̄ΑΙΛΙΟΣ
ΝΥΣΙΟΣΞΠΑΛΛΗΝΕΥΣ
ΝΙΧΙΩΝΑΠ̄ΑΙΛΙΟΣΣΤΡΑ
ΠΑΛΛΗΝΕΥΣ
ΛΙΩΝΑΞΪΟΥΛΙΟΣᾹΡΙΣΤΟ
ΜΑΧΟΣ
ΣΓΕΡΜΑΝΙΚΙΩΝ
ΝΟΥΜΜΙΟΣ
ΓΕΥΣΑΓΩΝΟ
ΩΝ
ΛΙΟΣ

II.

ΝΙΔΟΣ
ΣΙΔΗΜΟΣ)Ε
ΥΣΙΟΣΜΕΙΛΙΧΙ
ΟΙ
ΤΩΝΙΩΣ)
\Λ̄ΑΣΙΑΤΙΚΟΣ
Κ̄Λ̄ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟ
ΑΝΤΙΟΧΟΣ) Φ
ΕΙΣΙΔΟΤΟΣΖΩΠΥ
ΑΤΤΑΛΟΣΟΡΕΝΤ
ΦΛΩΡΟΣΛΗΙ
Ο̄ΙΝΕΙΔΟΣ
ΟΚΤΑΙΟΣ
ΦΕΙΔΙΑΣ
ΑΛΕΞΑΝ
Ῡ̄Π
ΦΛΓ

III.

. . . . . ΡΟΣ

I.

- - - - - - - - - - - - - - - -
Μαιμ]α[κτηριῶνα - - - -
Παλληνεὺς [πρ.?]
Ἵλαρος Ἀσκληπιάδ[ου - - -
Ποσειδεῶνα Κλ. Ἀρι - - - -
Μαραθώνιος, ἀγωνοθέτ[ης Ἀντι-
νοείων ἐν Ἐλευσῖνι.
Γαμηλιῶνα Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου - -
Ἀν]θεστηριῶνα Πτολεμαῖος
. . . ωνος Πειραιεύς.
Ἐλα]φηβολιῶνα Πό. Αἴλιος
Διο]νύσιος Παλληνεύς.
Μου]ν[υ]χιῶνα Πό. Αἴλιος Στρα-
των?] Παλληνεύς.
Θαργη]λιῶνα Ἰούλιος Ἀριστόμαχος,
ἀγωνοθέτης?] Γερμανικίων.
Σκιροφοριῶνα Μ]ούμμιος
- - - - τεύς, ἀγωνο-
θέτης] - - - ων,
- - - - - - - λιος
- - - - - - - - -

II.

\- - - - - -
ʼΑδρια]νίδος
\- - σίδημος - - σιδήμου ʼΕ[λαιούσιος?
Διον]ύσιος Μειλιχί[ου] ʼΌ[αθεν?
ʼΑν]τώνι[ο]ς [ʼΑν]τωνίου - - -
Κλ. ʼΑσιατικός - -
Κλ. Ποσειδώνιο[ς]
ʼΑντίοχος ʼΑντιόχου Φ[ηγαιεύς?
Εἰσίδοτος Ζωπύ[ρου - -
ʼΆτταλος ʼΟρε[σ]τ - - -?
Φλῶρος Αη - - - -
Οἰνεῖδος
ʼΟκτάϊος - - -
Φειδίας - - -
ʼΑλέξαν[δρος τοῦ δεῖνα ʽΙ]π[ποταμάδης,
.. Φλ. ʽΡ - - - - - -

Lapis hic videtur in similitudinem *κύρβεων* comparatus fuisse. Inscriptus est post Hadrianum, a quo inde in Delo *Novae Athenae Hadrianeae* extitisse creditae sunt secundum Stephanum Byzantium v. ʼΟλυμπίειον. At neque Olympieum nec novas Athenas Hadrianeas in Delo fuisse, sed Athenis ipsis, recte monstravit Dorvill. Misc. Obss. T. VII. p. 74 sqq. Neque vero Hadriano Imp. hic titulus scriptus est, sed sub Caracalla, quo pertinent Γερμανίκια col. I. vs. 15. (vide ad n. 246. 282. 283.). Et discimus ex hoc titulo, ut sub Antoninis et Commodo, sic etiam tum Delum in Atheniensium potestate fuisse, qui templi causa ibi praesidium alebant, vacua ceterum Delo habitatoribus (cf. Dorvill. l. c. p. 81 sqq.). Unde simul patet, monumentum hoc ad Atticam non in Delo, sed Athenis rempublicam pertinere, et solius sanctitatis causa in Delo esse collocatum. Titulus fuit eodem modo comparatus ac n. 270. 276. unde iudicans intelliges, col. I. initio praeter *anni notationem* perisse nomina *cosmetae*, *hypocosmetae*, fortasse etiam *sophronistarum* et *hyposophronistarum*, et aliquot *gymnasiarchorum menstruorum*, non tamen initio ab Hecatombaeone facto, sed a Boedromione. Deficiunt igitur gymnasiarchi solorum mensium Boedromionis et Pyanepsionis; vs. 1. autem scriptum fuit Μαιμακτηριῶνα. Nam quod ibi superest . . . ΙΛΙΝ non potest, ut putatur, Πυα[νοψιῶνα fuisse, quod ΠΥΑ debebat ibi scriptum esse, ubi lacuna trium litterarum habetur: itaque hoc marmor non obest iusto mensium ordini pridem comprobato, ex quo Maemacterion Pyanepsione posterior est: id quod diversissimarum aetatum inscriptiones docent (n. 71. 270. 276. 523. c. nott.). Potius . . . ΙΛΙΝ superest ex ΜΑΙ]ΜΑΚΤ[ΗΡΙΩΝΑ. Vs. 2. quod in fine est ΙΙ, quid sit nescio; illud tamen ex ipsa nominum et versuum dispositione certum est, mensis nomen Π[υανεψιῶνα eo loco non fuisse scriptum. Fortasse fuit: Πό. - - - ʼΊλαρος; probabilius tamen ΙΙ superest ex ΠΡ, πρεσβύτερος, quod frequens in huiusmodi catalogis. Possunt etiam alia coniici, quae omitto de industria. Sane sic duo Maemacterione gymnasiarchi erunt; sed hoc pluribus ex causis accidere facile potuit. Vs. 5. 16. 18. notatur, gymnasiarchos hos fuisse simul agonothetas Antinoëorum Eleusine, Germaniciorum, et tertiorum quorundam sollemnium. Antinoëa *Eleusine* celebrata dicuntur, quod duplicia in Attica Antinoëa celebrata sunt, altera ἐν ʼΕλευσῖνι, altera ἐν ἄστει: vide n. 283. ʼΊακχος quod Antinous vocatus est (Eckhel. D. N. T. VI. p. 530. 535.), inde etiam magis intelligas, cur Eleusine illi ludi acti sint. Ceterum quibus mensibus munere functi gymnasiarchi illi sunt, qui simul agonothetae dicuntur, iisdem haud dubie ludi illi acti sunt; itaque *Antinoëa Eleusinia Posideoni*, *Germanicia Thargelioni* tribue. Siglum Ξ vs. 7. 8. 11. 14. 16. inservit interpunctioni aliis locis omissae, ut inconstantes in hac re Graeci sunt. In fine huius columnae perierunt gymnasiarchi Hecatombaeonis et Metagitnionis, et fortasse *magistri* (*παιδευταί*) cum *paedotriba* et *ministri*; cf. n. 270. Deinde alii fortasse lapidi inscripta incipiebant nomina *epheborum Atticorum* s. *protengraphorum*, secundum *tribuum ordinem constantem* descripta, quem a variabili distare notum est; constans autem ordo qui fuerit, satis scimus: quod propter interpretem repeto toties dictum. Itaque inter ea, quae col. I. extr. et col. II. init. supersunt, perierunt protengraphi *Erechtheidis*, *Aegeidis*, *Pandionidis*, *Leontidis*, *Ptolemaidis*, *Acamantidis*; sequuntur col. II. vs. 1-11. protengraphi *Hadrianidis*, vs. 12 sqq. *Oeneidis*: perierunt deinceps protengraphi *Cecropidis*, *Hippothontidis*, *Aeantidis*, *Antiochidis*, *Attalidis*; postremo *epengraphi*. Sub Hadrianide, cui inter Acamantidem et Oeneidem locum assignant n. 275. 276. 284. 286. demoticorum nominum initia supplevi ita, ut convenirent iis, quae huc usque novimus de pagis Hadrianidis: possunt tamen etiam alia ibi nomina scripta fuisse. Vs. 16. non potest Hippothontidis nomen latere, quae non succedit Oeneidi, nisi apud Pollucem VIII, 110. ubi ordo turbatus est. Ex constante tribuum ordine, qui per omnes aetates idem fuit, et inscriptionum potissimum fide certissima fulcitur, Oeneidi succedit Cecropis. Igitur ΥΠ vs. 16. in quo nomen viri inesse ob situm non potest, debet demum continere; et succurrit ʽΙπποταμάδης, qui Oeneidis tribulis.

## 2310.

„In ara *Deli*" schedae Fauvelii Köhlerianae ponunt, in quibus *a* bis extat, *b* semel; nunc est in Museo Massiliensi, ex quo aeri incisam aram dedit Millin. Itin. Gall. merid. tab. 24, 4. cf. T. III. p. 148. Ara est rotunda, ornata sertis et interpositis capitibus taurinis, ut n. 2311. 2312. Similem Deliacam, additis etiam uvis, sine inscriptione dedit Tournefort. Itin. T. I. epist. 7. p. 316. (376.), et comparem memorat p. 299. in qua superest vox ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ: simul observat has in Delo et Rhenea esse frequentes.

*a.*

ΦΙΛΥΤΩΙ
ΠΡΑΞΙΚΛΕΟΥΣ

*b.*

ΜΝΗΣΙΕΠΗΣ
ΝΕΟΜΗΔΟΥ

Formam tituli *a* adornavi ad ductum aeris Milliniani, in quo omissis reliquis VΤΟΥ est super ΕΟΥΣ. Etiam Fauv. semel ΦΙΛΥΤΟΥ; sed in al-

tero apographo habet idem quod ap. Mill. in textu est ΦΙΛΥΤΩΙ.

*a.* φιλυτῷ Πραξικλέους. *b.* Μνησιέπης Νεομήδου.

φιλυτῷ est mulier, ut Φιλητὼ n. 443. De Iota subscr. Herodianus ap. Bekker. Anecd. T. III. p. 1205. τὰ ἀρχαῖα τῶν ἀντιγράφων ἐν ταῖς εἰς ω̄ ληγούσαις εὐθείαις εἶχον τὸ ῑ προσγεγραμμένον, οἷον ἡ Λητῴ, ἡ Σαπφῴ. In titulis hoc aliquoties deprehendi, ut n. 696. n. 2151. ubi Iota non recte delendum dixi. Πραξικλῆς et Νεομήδης nomina sunt hominum Pariorum eiusdem familiae (vide n. 2376.); ex eadem esse Philyto et Mnesiepem, haud est ambiguum. Nomini Μνησιέπης simile Κτησιέπης est in Pario titulo n. 2386. Aras has esse sepulcrales clare docet n. 2311. sed quum in Delo neminem sepeliri fas fuerit, patet memoriae causa defunctis has aras dicatas esse non in loco, ubi corpus humatum erat. Noli vero arbitrari aram in monumentum sepulcrale versam esse: hoc enim nefas fuit, nec titulus est tam recens, ut antiquiori arae possit posthac insculptus videri.

## 2311.

*Delo* (ex templo, ut fertur, Apollinis) translatus lapis Aquas Sextias, ubi erat apud Saurinum ICtum. Ed. Murat. T. III. p. MDCLV. 10. cui miserat D. de Mazaugues. Possedit postea Choiseulius, in cuius marmoribus est n. 72. Catal. Dubois. Est ara rotunda marmoris candidi, quattuor capitibus taurinis ornata, quibus sustinentur serta ex variis frugibus composita. Ap. Mur. est *a*, *b*, ap. Dub. tantum *a*. Cf. ad n. 2310.

*a.*
ΧΑΡΙΤΙΟΝ
ΧΡΗΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ

*b.*
ΓΑΜΗΝΟΑΟΤΟ
ΣΙΤΤΑΧΙΣ

*a.* vs. 1. Mur. ΧΑΡΙΤΟΝ.
*a.* Χαρίτιον χρηστὴ χαῖρε.
*b.* Hoc non intelligo.

## 2312.

In ara simili *Deli* effossa, in oppido Halifax Britanniae, in aedibus Rawsoni. Misit Rosius ex schedis amici.

ΕΥΜΕ *Caput* ΤΟΥ
ΘΕΥC *taurinum* ΕΝΟΥ

Εὐμέ[νους] τοῦ Θευ[ξ]ένου?

## 2313.

In insula *Rhenea* olim, nunc in aedibus Comitis de Belmore, in anaglypho sepulcrali alto, eleganti; ex schedis Mülleri.

ΙΟΔΩΡΟΥ
ΡΗΣΤΕ
Η

\- - - -
Δ]ιοδώρου
χ]ρηστὲ
χα]ῖρ[ε.

## 2314.

Ex *Rhenea*, anaglyphum sepulcrale; asservatur Odessae, quo pervenit a. 1827. inter saburram nauticam; ed. in Ephem. Odess. Mart. 1827. p. 86. hinc in libro periodico: Bulletin des sciences historiques, antiq. philol. Mart. 1828. p. 250.

ΕΥΤΡΟΠΙΑΗΡΑΚΛΙΤΟΥΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Εὐτροπία Ἡρακλ[ε]ίτου χρηστὴ χαῖρε.

## 2315.

Ex *Rhenea*, in aedibus Comitis de Belmore, in anaglypho sepulcrali alto; ex schedis Mülleri.

Η.ΑΚΛΕΙΔ.ΣΝΙΚΟΣΣΙΓ
ΣΟΥΧΙΕΧΡΙΙΣΤΕΧΑΙΡΕ

Ἡ[ρ]ακλείδ[η]ς Νικο[στράτ]ου? Χῖε, χρηστὲ χαῖρε.

## 2316.

Venetiis in Museo Petri Marcelli; missum ab Apostolo Zeno dedit Murat. T. III. p. MDCLXXXIV. 11. et rectius Maffeius Mus. Ver. p. LXIII. Habent etiam Bonada T. II. p. 256. Brunck. Anal. T. III. p. 302. (cf. Iacobs. Anim. T. III. P. II. p. 277.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 300. Ubi repertus titulus sit, non constat; videtur tamen ex *Rhenea* esse, ubi Deliorum sepulcra; et quod vir est *Delius*, huc rettuli de industria.

ΠΛΕΙΣΤΗΝΔΗ
ΘΝΗΤΩΝΑΡΕΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΜΗΤΡΙΤΕΔΕΙ
ΞΑΣΚΕΙΘΗΡΑΚΛΕΙ
ΔΗΣΟΦΙΛΩΝΟΣ
ΔΗΛΙΟΣΩΔΕ

Formam tituli dedi ex Maff. item lectionem. Mur. vs. 1. ΔΕ; vs. 3. extr. omittit Ι.

Πλείστην δὴ θνητῶν ἀρετὴν πατρὶ μητρί τε δείξας
κεῖθ' Ἡρακλείδης ὁ Φίλωνος Δήλιος ὧδε.

## 2317.

Ex *Rhenea*; cetera ut n. 2314.

ΗΡΑΚΛΕΩΝ
ΝΕΙΚΙΟΥΑΝΤΙΟ
ΧΕΥΧΡΗΣΤΕ

Ἡρακλέων Νεικίου Ἀντιοχεῦ, χρηστὲ [χαῖρε.
De Antiochensi cf. ad n. 2297.

## 2318.

Ex *Rhenea*; cetera ut n. 2313. 2315.

ΘΕΟΦΙΛΑ ΑΝΔΡΩΝ
ΗΡΟΣΤΡΑΤΟΥ ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΩΡΟΥ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Θεοφίλα Ἄνδρων
Ἡροστράτου Ἀσκληπιοδώρου
χρηστὴ χαῖρε. χρηστὲ χαῖρε.

## 2319.

Ex *Delo* Myconum translatus lapis, olim haud dubie in *Rhenea*. Ex schedis Akerbladi misit Münterus.

ΟΛΥΜΠΙΑΣΚΑΙΒΑ
ΡΝΑΙΟΣΟΙΔΗΜΗΤ
ΡΙΟΥΤΥΡΙΟΙΧΡΗΣΤΟΙΧΙ
ΧΑΙΡΕΤΕ

Vs. 3. dele ΧΙ; id inde natum iudico, quod lapicida vocem ΧΑΙΡΕΤΕ vs. 3. addere coeperat.

Ὀλυμπιὰς καὶ Βαρναῖος οἱ Δημητρίου Τύριοι χρηστοὶ χαίρετε.

*Olympias* soror est Barnaei. De Tyriis in Delo cf. n. 2271.

## 2320.

*Rheneae*; ex schedis Köhlerianis.

ΓΡΩΤΟΓΕΝΟΣ
ΓΡΩΤΟΓΕΝΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ

Πρωτογέν[η]ς Πρωτογένου Ἀθηναῖο[ς].
Cf. ad n. 2293.

## 2321.

Olim in *Rhenea*, ut epigramma ipsum docet, tum in Museo Veronensi: subscriptum est anaglypho, in quo mulier sedens, adstante viro, iunctis dextris, sub fornice. Aeri incisum monumentum, sed tituli tantum septem priores litteras dedit Maffeius Mus. Ver. tab. 53, 10. epigramma edidit p. LXI. 5. Habent etiam Bonada T. II. p. 314. Maffeiana miracula repetens, Iacobs. Paralip. Anthol. P. II. n. 52. p. 805. Anthol. Palat. Append. n. 315.

ΣΗΜΑΜΕΝΕΝΣΤΗΛΗΓΛΥΠΤΗΘΕΣΑΝΗΝΙΚΕΠΩΜΕΝ
ΑΕΛΙΟΥΓΛΥΚΕΡΗΝΑΕΙΠΟΝΕΠΕΣΧΑΤΙΗΝ
ΡΗΝΕΙΗΣΔΕΜΕΔΕΚΤΟΜΥΧΟΣΚΑΙΑΛΑΜΠΕΤΟΝΟΥΔΑΣ
ΑΙΔΕΩΜΑΡ.......ΥΠΟΣΚΟΤΙΗΝ
ΠΑΤΡΟΣΜΕΝΔΗΜΟΣΘΕΝΕΟΣΕΤΕΩΝΔΥΟΚΕΙΚΟΣΙΜΟΥΣΑΝ
ΙΣΤΕΔΕΜΕΤΡΙΤΑΙΗΝΗΜΑΤΟΣΟΛΛΥΜΕΝΗΝ
ΩΜΗΤΡΟΣΤΥΓΕΡΗΣΚΑΙΑΔΕΛΦΕΟΥΕΙΝΕΚΕΜΕΙΟ
ΝΟΥΣΟΣΑΚΩΛΥΤΩΙΜΟΡΣΙΜΟΝΕΙΛΕΤΥΧΗ

Vs. 6. Maff. ΙΣΤΕ, non ut Iac. dicit, ΕΣΤΕ habet; et vs. 8. ΜΟΡΣΙΜΟΝ, non ut Iac. ait ΜΟΡΣΙΜΟΛ est ap. Maff.

Σῆμα μὲν ἐν στήλῃ γλυπτῇ θέσαν, ἡνίκ' ἐ[γ]ὼ μέν
 ἀελίου γλυκερὴν [λ]εῖπον ἐπεσχα[ρ]ίην·
Ῥηνείης δέ μ' ἔδεκτο μυχὸς καὶ ἀλάμπετον οὖδας
 Ἀΐδεω, μάρ[ψαν? γαῖαν] ὑπὸ σκοτίην,
πατρὸς μὲν Δημοσθένεος, ἐτέων δύο κείκοσι μ' οὖσαν.
 ἴστε δέ με τριτά[τ]ην ἤματος ὀλλυμένην.
ὢ μητρὸς [σ]τυγερῆς καὶ ἀδελφεοῦ εἵνεκ' ἐμεῖο·
 νοῦσος ἀκωλύτῳ μόρσιμο[ς] εἷλε τύχῃ.

Mira Maffeii figmenta omitto. Vs. 2. extr. Iac. dedit ἐπισκοπίην p. ἐπισκόπησιν, aliunde non notum hoc sensu. Quod ego posui ἐπεσχαρίην, et ipsum difficile est, sed videtur ferri posse. Ἐπεσχάριον dicitur quod in foco est: terra vero sole quasi incensa videtur quasi *planum foci esse solaris*, cui solis incumbat ardor, ut foco ignis. Vs. 3. Ῥηνείης cur mutetur in νηλειής, nullus video. Mulierem in Delo mortuam *recepisse Rheneae secessus* dicitur, quod in Rhenea sepeliebantur quicunque obierant in Delo. Vs. 5. est heptameter: in hexametrum quomodo cogi potuerit, docet Iac. Vs. 6. τριτάτην dedit idem, et intelligit ὥραν. Non novi aptius; sed hoc tamen parum aptum est. Vs. 7. prorsus obscurus est; cur enim, ne alia dicam, mater στυγερὴ audit? cur solus frater anaglypho expressus est? Vs. 8. etiam μόρσιμον ferri poterat. Iota subscr. adest in ΑΚΩΛΥΤΩΙ, deest in ΤΥΧΗ, ut vs. 1. bis. Sed taedet morari in his quisquiliis.

## 2322.

*Rheneae* in sepulcro; ed. Tournefort. Itin. T. I. epist. VII. p. 317. (p. 376.), hinc Dorvill. Misc. Obss. T. VII. p. 56.

ΠΛΩΤΙΑΑΥΛΟΥ
ΤΥΝΗΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Πλωτία Αὔλου [γ]υνή, χρηστὴ χαῖρε.

## 2323.

Ex *Delo* fragmentum, nunc in oppido Britanniae Halifax in aedibus Rawsoni; ex schedis amici misit Rosius.

ΓΟΛΟΣΣΑΝ
ΤΟΥΣΕ
ΦΟΙΝΙΞΝ
ΤΟΥΣΕΑΥΤΟ
ΚΑΙΟΜΟΝΟ

- - - - - - -
τοὺς ἑ[αυτοῦ -
Φοίνιξ Ν - - - -
- τοὺς ἑαυτο[ῦ - -
καὶ ὁμονο - - -

## 2324.

„In fragmento ad theatrum *Deli*", schedae Köhlerianae.

ΔΕΛΦΟΝ

---

## 2325.

„In *Cycladibus* tripus sculptus, circa quem epigramma", ex Apiano p. CCCCCIV. Gruterus p. CCXXVIII. 7. ex hoc Montfauc. Ant. expl. Suppl. T. II. p. 10.




Omisi puncta a Grut. vocibus interposita, quae non agnoscit Ap. ΠΟΠΙΛΛΙΟΥΑΥΤΟΥ Ap. ΠΟΠΙΛΛΙΟΥΑΥΛΟΥ Grut. Apianus praeterea ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΙ. Idem constanter Σ; Grut. C et Σ miscet.

Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεῷ Σεβαστῷ θεοῦ υἱῷ, Λευκίου Ποπιλλίου, Αὔλου υἱοῦ, Ἀπολλοδώρου ἱερέως τῶν Χαρίτων διὰ βίου.

Titulus Augusto defuncto positus, in Paro ut videtur, ubi Gratiae cultae.

## 2326.

„In *Cycladibus*" Apianus p. CCCCCIII. hinc Grut. p. LXXXIX. 7.

ΑΓΑΘΗΙ·ΤΥΧΗΙ

Hoc loco mulier sedens in solio, dextram mulieris adstantis prehendens: pone solium puella.

ΣΥΝΤΥΧΗ ΚΑΡΠΟΥ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ ΖΗ
ΛΕΥΚΙΟΣ ΦΕΛΛΙΕ ΖΩΣΑ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Sic Ap. sed Grut. vs. 1. ΑΓΑΘΗΙ: idem vs. 4. post ζῶσα, quod illi integrum versum constituit, habet lacunam. Formas litterarum ex Ap. dedi.

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Συντύχη Κάρπου χρηστ[ή] χαῖρε, ζή[σασα ἔτη - -?
Λεύκιος [Ὀ]φέλλιε? χρηστὲ χαῖρε?
[ἡ δεῖνα] ζῶσα?

Valde obscurus hic titulus, nec fortasse recte a me restitutus.

## 2327.

In cippo sepulcrali sine anaglypho; locus non notatus est, sed ex nexu orationis patet ex *Cycladibus* eum esse. Edidit Aemilius Wolff, sculptor Berolinensis, in Annal. instituti archaeol. Rom. 1829. Fasc. I. II. p. 143.

ΙΕΡΟΔΟΥΛΕ
ΑΥΔΕ
ΚΑΣΤΡΙ
ΚΙΕΧΡΗΣ
ΤΕΧΑΙΡΕ

Ἱερόδουλε Αὖ[λ]ε Καστρίκιε, χρηστὲ χαῖρε.

## 2328.

„Ex *Cycladum* monumentis" in vasculo; Apianus p. CCCCCII. hinc Grut. p. DCCCCXXVIII. 7.

ΠΑΝΤΑ
ΒΑΙΑ
ΒΙΟΥ

Πάντα βαιὰ βίου.

---

Sero vidi titulum n. 2046. quem ex Grutero Lazium, ut videtur, secuto *Hadrianopoli* posui, apud Apianum p. CCCCCII. in *Cycladum* monumentis haberi. Apud hunc est in tabula utrinque ornata, et lectio, si a prima littera discesseris, est emendatior haec:

ΣΩΣΙΜΟΣΟΝΗΣΙΦΩΝ
ΤΟΣΚΑΙΤΡΕΙΤΩΝΙΣ
ΥΠΕΡΤΟΥΥΟΥΟΝΗ
ΣΙΦΩΝΤΟΣΑΣΚΛΗΠΙ
ΩΙΚΑΙΥΓΕΙΑΙ

Hoc sane loco intelligas, quam difficile sit cavere, ne bis ponatur unus idemque titulus, si variis is locis tributus ab auctoribus sit. Et repetitionem eiusmodi etsi rarius in nostro opere reperies, quam apud Gruterum et Muratorium, tamen ea irrepsit n. 757. et 1504. quod confisus auctoribus meis non dubitavi in Spartanis reponere inscriptionem, quam Atticam indicassem, nisi mihi alius locus indicatus esset.

---

## 2328. *b.*

In anaglypho sepulcrali, in *Mycono* servato, alto palmos circiter tres, negligenter facto et artis cadentis signa ostendente; insunt iuvenis et femina sedentes, adstante alia figura, virili ut videtur, cum plurimis praeterea ornamentis architectonicis Dorici ordinis. Accuratiorem descriptionem vide in Annal. instituti archaeol. Rom. 1829. Fasc. I. II. p. 142. 145 sq.

ΑΜΜΙΑΝΔΡΟΜΑΧΙΔΟΥ. . . . ΜΟ
ΑΡΕΘΟΥΣΙΑΧΡΗΣΤΗΚΑΓΑΛΥ. . C
ΠΕΧΑΙΡΕ

Ἀμμί[α] Ἀνδρομαχίδου. - - - - - -
Ἀρεθουσία χρηστὴ καὶ ἄλυπε χαῖρε. - - - - - -

---

## 2329.

Etsi hic titulus immane quantum corruptus est, plurima tamen perspici possunt. Continetur *lex* (νόμος) de instituendis numinis alicuius sollemnibus, coenaque in iis celebranda et ludis gymnicis ac militaribus. Vs. 3. 4. etiam tempus sollemnium notatum est, ni fallor Maemacterionis d. xx. et xxi. quinti mensis Attici, quem Atheniensium in Ceo colonos attulisse patet. Ex voce εἰκὰς ΜΚΗΑΣ superesse videtur, vacante littera Η, ut multae in hoc apographo vacant. Pro δεκάτη scripseris etiam ἐνάτη, prout Maemacterionem xxix vel xxx dies habuisse censeas: ne alio quodam argumento tueare illud δεκάτη, vide ad n. 148. p. 226. In transcursu moneo, Ceos in temporibus computandis negligentes fuisse (Hesych. v. Ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα et Append. Proverb. Vatic. I, 66.). Mox ἀποδιδόναι incertum est; sed ἄρχοντι vs. 4. 5. vix dubium, quum statim redeat archon. Vs. 6. primum *probuli* comparent, quibus universa res mandatur; sunt haud dubie praesides βουλῆς, Athenis prytanes, id quod etiam de Corcyraeis conieci. Sed archonti ἑστιαρχία mandatur: qui quod pecuniam accipit publicam, debet praedem sistere sese pro ea re obligantem, ut secundum legem agat archon; *legem* intellige *hanc ipsam*. Vs. 7 sqq. victimae enumerantur, *solitaurilibus* destinatae. Βεβληκότα et βεβληκυῖαν refer *ad dentes*, de quibus hoc verbum imprimis usitatum (vide de dentibus boum Aristot. Hist. anim. VI, 21.); τοὺς ὀδόντας tamen magnopere recedit a litteris traditis; at nimium corruptum esse hoc apographum alia exempla docent: et designari ἱερεῖα τέλεια, hoc est *quae dentes iam omnes, qui abiiciuntur, abiecerint,* non est dubium. Vs. 8. τριμήνου dedi

exempli causa; poteris et ἐξαμήνου etc. Vs. 10. 11. incerta licet vox κατακολουθοῦσιν sit, tamen est probabilis; intellige *inquilinos et libertinos, qui in pompa ministri adducuntur.* Festum vero *Coressiae* celebrari vides, haud dubie ab Iulietis eo proficiscentibus, postquam Coressia cum Iulide in unam est civitatem coniuncta. Coressus enim s. Coressia mature intercidit, nec nisi navale Iulietarum, ad quos transierant Coressii, remansit cum Sminthei Apollinis templo (Plin. H. N. IV, 12. 5. 20. Strab. IX. p. 286.). Oppidum solet *Coressus* dici, et in nummo apud Bröndst. lib. I. p. 36. duplici Sigma scribitur ut vulgo: Κορησσίαν vocat Strabo, marmor nostrum Κορησίαν; fortasse abolito oppido regio est Κορησσία dicta, quippe χώρα. Certe titulus non tam antiquus est, ut possit scriptus videri, dum vetus florebat Coressus. Retentae tamen, ut solebat, pristinae religiones sunt; quare, quemadmodum Athenienses in Piraeeum, ita Coressiam proficiscuntur Iulietae, ut haec celebrarent sollemnia, quae haud dubie numini alicui instituta sunt pridem Coressi culto, sed minore apparatu quam qui nunc constituitur. Non tamen Smintheo Apollini dicata haec sollemnia putem: certe *lampas* et *militares ludi Minervae* potissimum conveniunt, quam constat etiam in vicinia cultam esse: Poeeessae enim templum fuit Minervae Nedusiae. Vs. 14. ὅσα ἂν ἔχῃ etc. incertum videtur. Ut nunc legitur, sensus est: *Et ex visceribus iis, quae habeat, archon praebeat sacra.* Alia pars cremabatur a sacrificulo aut huic ipsi cedebat: quare dictum ὅσα ἂν ἔχῃ. Possis tamen ἐξῇ coniicere. Sed ἱερὰ ἐγκοίλια quae sint nescio. Vs. 16. δέκα ποδῶν designat tempus incipientis convivii, ut mox finis compotationis designatur: genitivum δωδεκάποδος (σκιᾶς) in eadem re habes in Menandreo fragmento apud Athen. VI. p. 242. F. et δεκάπουν στοιχεῖον de coena ap. Aristoph. Eccles. 684. Quae praeterea conferri possunt, vide ap. Casaub. ad Athen. l. c. intt. Polluc. VI, 44. et Ideler. Enchir. Chronol. T. I. p. 235 sq. Vs. 19. ἐκλαβῇ etsi ex correctione est, tamen est certum; vox aliunde mihi non cognita. Alias p. ἐκλαβεῖν dicitur ἐξελεῖν de hac re; vide n. 1570. *a.* p. 750. *a.* 5. Sententia est: *Post actum sacrificium et coenam peractam et probatam quaestor reddito quod superfuerit pecuniae eius, quam ex aerario sumptuum faciendorum causa exemerit; sin minus, multator quinta parte eius, quam exemerat, pecuniae.* Vs. 28 sqq. numeri drachmas significant drachmaeque partes, ut vs. 30. ⊢IIII sunt drachma et quattuor oboli; haec autem sunt pretia praemiorum (τιμὴ vs. 35.). Vs. 31. nota λαμπαδάρχους diversos esse a gymnasiarcho. Nam gymnasiarchus unus est (vs. 21.) isque magistratus; lampadarchi sunt plures, qui funguntur liturgia. Aliter olim Athenis (non tamen Imperatorum aetate): Athenis enim antiquitus gymnasiarchi non magistratus fuerunt, sed et ipsi liturgi, curaruntque hi ipsi lampadem, si in sollemnibus, ad quae celebranda instituti erant, edebatur lampas (vide Oec. civ. Ath. T. I. p. 497.). Vs. 39. non audeo retinere lectionem ἐξοπλασίᾳ. Haec hactenus: cetera peritioribus aperta erunt.

## 2361 – 2363.

Inter rudera templi Apollinis *Carthaeae*, in marmore, quod Bröndstedio est XI. reperto prope antam sinistram (vide Bröndsted. lib. I. p. 24.), 1′ 11″ alto, 10″ $\frac{9}{10}$ lato, litteris elegantibus in tribus lateribus hi tituli incisi sunt, 2361. in antico, 2362. in altero plano latiori, 2362. in angustiori plano, sex pollices lato. Ed. in Ἑρμ. λογ. 1819. p. 53 sq. et in aere ap. Bröndsted. tab. XXIV. n. 15–17.

### 2361.

ΘΕΟΙ. . . . . . . . . . . . . . . . .
ΟΙΔΕΑΠΕΔΟΝΤΟΤΑ. . . .
ΞΕΝΙΑΙΤΟΕΠΙΔΕΚΑΤ. . .

ΑΡΙΣΤΙΑΣΤΕΜΠΟ. . . . .
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΤΑ. . . .
ΑΡΙΣΤΗΚΑΙ . . . ΑΕΝ.
- - - - - -
- - - - - -
- - - - - -
. . . ΡΧΕΛ - - - -
. . . ΛΕΞ - - - - -
. . . ΙΣ - - - - -
- - - - - -
. Π - - - -
. . . . ΟΠΕ. . . . . . . . . . . .
. . . . ΑΓΕ. . . . . . . . ΟΥΣ
. . . . . ΣΑΡΕ. . . . . . . . . . Η

### 2362.

ΣΙΜΦ. . . . . . . ΝΕΙΣΘ. .
. . ΑΛ. . . . . . . . ΙΤΩΙ. . .
- - - - - -
- - - - - ΓΗ⊢ -
. . . . ΝΤ. ΑΝΩ𐅄𐅄
. . . . ΙΝ. . . . . . . . . . . . .
. . . . . ΩΚΡΩΙΗ𐅄
- - - - - -
- - - - - -
. . . . ΓΗΥ. . Η
. . . . ΥΝΩ. . Η
- - - - - -
- - - - - -
- - - - - -
ΛΥΔΗΥΣ:ΗΗ𐅄
- - - - - -
- - - - - -

### 2363.

ΠΑΡΑΧΟΡΗΓΟΥΘΕΟΚΛΕ
. ΟΥΤΟΥΝΙΚΗΡΑΤΟΥ
ΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝΕΛΑΒΟ
ΜΕΝ:Η
ΠΑΡΑΧΟΡΗΓΟΥΘΕΟ
ΚΛΕΟΥΣΤΟΝΣΤΕΦΑ
ΝΟΝΕΛΑΒΟΜΕΝ:Η
ΠΑΡΑΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΔΕΙΝΟΚΛΕΟΥΣ
ΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝ
ΕΛΑΒΟΜΕΝ:Η
ΠΑΡΑΑΡΧΟΝΤΟΣ
. . ΗΣΙΑΤΟΥΝΙΚΗΡΑΤΟΥ
ΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝ Η
ΠΑΡΑΣΤΡΑΤΗΓΩΝ
ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ
ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΝΙΚΙΑΤΟΝΣΤΕΦΑ. . .
ΕΛΑΒΟΜ - - -
ΠΑΡΑ - - - -
. . ΤΗ - - - -

2361. vs. 3. Bröndst. tab. Ɪ; dedi Ξ ex schedis (Herm. log. Ξ). Vs. 11. Herm. log. ΑΕΞ, et vs. 14. ΓΓ. 2363. vs. 5. Bröndst. tab. ΧΟΓΗΓΟΥ; Ρ dedi ex schedis et Herm. log. Vitia apographi in Herm. log. manifesta omitto. Tournefortus T. II. p. 16. ep. 8. in ruderibus Carthaeae (ταῖς Πόλαις), quae male Iulidi tribuit, in templo Graeco ait sese vidisse inscriptionem, in qua legatur Ἰουλίδα et bis Στέφανος: quae nonne in hoc lapide fuerit? Certe n. 2363. plus quam bis comparet στέφανον; Ἰουλίδα vero fortasse n. 2362. vs. 15. legere sibi videbatur.

N. 2361. vix quidquam intelligitur. Οἵδε ἀπέδοντο est: *hi vendiderunt*, sed quid? ξενίᾳ prorsus obscurum. Τὸ ἐπιδέκατον rettulerim ad *decimam* deo solutam, in cuius templo exarata inscriptio fuit. Deinde nomina scripta fuerunt:

4. Ἀριστίας - - -
5. Ἀπολλόδωρος - - -
6. Ἀρίστη καὶ - - -
10. Ἀ]ρχέλ[ας - - -
etc.

N. 2362. dativi scripti erant, ut videtur, vs. 5. 7. 11. Et vs. 7. coniecerim Λο]κρῷ: Locri certe Ceis coniuncti sunt, ut supra vidimus. Praeterea numeri exarati sunt vs. 5. [𐅅]𐅅ΓΗΗ, drachmae 557, vs. 7. Η𐅄, drachmae 150, vs. 10. et 11. Η, drachmae centum, vs. 15. ΗΗ𐅄, drachmae 250. 𐅄 compositum est ex Γ et inverso ▷ (δέκα).

N. 2363. haec habes:

Παρὰ χορηγοῦ Θεοκλε[ίτ]ου? τοῦ Νικηράτου τὸν στέφανον ἐλάβομεν : Η
5 Παρὰ χορηγοῦ Θεοκλέους τὸν στέφανον ἐλάβομεν : Η
10 Παρὰ ἄρχοντος Δεινοκλέους τὸν στέφανον ἐλάβομεν : Η
Παρὰ ἄρχοντος . . ησία τοῦ Νικηράτου τὸν στέφανον [:] Η
15 Παρὰ στρατηγῶν Σωκράτους, Ἀρίστωνος, Νικία, τὸν στέφα[νον] ἐλάβομ[εν : Η?
20 Παρὰ etc.

Recensum habes coronarum, quas aerarii Apollinei quaestores receperant ab iis, qui dedicarant, choregis, archontibus, praetoribus, qui coronati adesse ludis solebant; exempli causa cf. n. 159. vs. 7 sqq. et n. 150 sqq. Carthaeae autem *Pythia* celebrabantur (Antonin. Liberal. Metam. in *Ctesylla*) eaque choris. His igitur Pythiis esse choregos constitutos iudica: hinc χορηγεῖον Carthaeae prope Apollinis iam Simonidis aetate fuit (Athen. X. p. 456. F. ex Chamaeleonte), ubi exercebantur choreutae. Et huic instituto Ceae poesis lyricae celebritas deberi videtur, quam eiusdem familiae Apollinis sacris addictae viri plures propagarunt, Simonides celebris Simonidis avus (Marm. Par. vs. 64.), dein Simonides Leoprepis f. qui in illo χορηγείῳ chorum docuit, et Bacchylides: quod pluribus persecutus sum in Annal. litt. Berol. 1827. p. 28 sq. ubi tamen Simonidem clari Simonidis avum non debebam Simonidis filium dicere. Sed Simonidem genealogum, Leoprepidae nepotem, sine causa poetam perhibent. Apollinem autem Carthaeensem a Locris ortum habuisse et ab Atheniensibus colonis esse in Pythium mutatum ibidem conieci p. 14.: addo nunc aliud quod suspicor. Locri enim Epizephyrii musicis illustres fuerunt; quam laudem, ut reliqua instituta, ab Opuntiis vel Ozolis parentibus traditam habuerint, etiamsi, quod Polybio (Exc. Vatic. XII. p. 17 sqq.) non improbabile visum, ex servis Ozolarum orti fuerint. Certe memorabile est, quod Plato Comicus Opuntii tibicinis Bacchylidis meminit (Schol. Aristoph. Nub. 330.). Quod consideranti probabile fit huius Opuntii Bacchylidis et Bacchylidis Cei familias fuisse cognatas, easque et apud Opuntios et apud Ceos eorum colonos cum sacris fuisse coniunctas: constat enim ius in sacris musicen excercendi fuisse hinc inde hereditarium. Hactenus de choregis et choregio. De singulis moneo paucissima. Vs. 13. suppleas Ἡγ]ησία: sed praestat fortasse Κτ]ησία, nomen Ceis frequentatum (n. 2364. 2366.). Ex vs. 15 sqq. colligas praetores tres fuisse; sed hi unamne coronam dicarint an plures? Quum dictum sit τὸν στέφανον, videtur sane in una consistendum, ac proinde vs. 19. unum tantum Η supplendum. Nam coronae hae singulae fuerunt centenarum drachmarum pondo, auri haud dubie.

## 2363. *b*.

In saxo *Carthaeensi* VI. (vide ad n. 2350. 2351.) praeter ceteros titulos prius relatos hic esse dicitur, quem accepimus ex schedis Lebenii pictoris Germanici, a quo in Ceo transcriptus est. Habeo etiam ex schedis Prokeschii a Zellio missis.

| | |
|---|---|
| *A.* ΔΙΟΔΟΡΑΣ | *B.* ΕΗΝΙΤΗΣ |
| ΝΟΦΩΝ | ΗΜΑΣΦΙΛΟΣ |
| ΛΕΟΝΙΔΗΣ | ΑΝΕΣΗΓΕΑΣ |
| ΛΕΟΝΗΣ | Η ΛΕΩΣ |
| ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ | ΘΕΟΤΡΕΙΔΗΣ |
| ΦΙΤΤΩΝ | ΣΟΚΡΑΤΗΣ |
| ΚΡΑΤΙΟΣ | ΜΙΚΛΙΩΝ |
| ΑΙΣΧΥΛΟΣ | ΕΥΚΤΙΤΗΣ |
| ΠΙΘΕΙΔΗΣ | ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΣ |
| ΚΑΕΝΟΦΑΝΗΣ | ΑΡΙΜΝΗΣΤΟΣ |
| ΙΥΦΑΙΝΕΤΟΙΣ | ΔΙΟΤΡΕΦΕΣ |
| ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ | ΑΙΣΧΥΛΙΟΣ |
| ΘΙΣΙΗΣ | ΧΟΡΥΣΟΣ |
| | ΓΕΣΙΚΛΕΥΣ |
| | ΕΠΕΑΣ |
| | ΚΡΙΤΟΣΘΕΝΕΙΣ |
| | ΑΝΔ.ΟΚΛΕΙΣ |
| | ΕΥΤΗΜΟΝ |

*A.* vs. 2. Leb. ΝΟΦΟΝ, Prok. quod dedi. *B.* vs. 1. Leb. ΕΝΙΤΗΣ, Prok. quod dedi. Vs. 2. extr. Leb. ΛΩΣ, Prok. ΛΟΣ. Vs. 3. ille ΑΝΕΗ, hic ΑΝΕΣΗ. Vs. 8. Leb. omittit Υ. Vs. 11. Leb. ΔΕΙΤΡΕΦΕΣ, Prok. quod dedi. Vs. 14. Leb. omittit Υ.

*A.* Διόδ[ω]ρ[ο]ς? [Ξε]νοφῶν, Λε[ω]νίδης, - - - - Ξενοκράτης, Φίττων, Κράτιος? Αἰσχύλος, Πιθείδης, Κ[λ]ε[ι]νοφάνης, [Κρ]υφαίνετος? Ἀρίσταρχος, - - -

*B.* inde a vs. 4. Ἡ[γέ]λεως, Θεο[κλ]είδης? Σ[ω]κράτης, Μικ[κ]ίων, Εὐκτίτης, Κλεόμβροτος, Ἀρίμνηστος, Διοτρέφ[η]ς, Αἰσχύλιος, Χόρυσος? Πε[ρ]ικλ[ῆς]? Ἐπέας? Κριτοσθέν[η]ς, Ἀνδ[ρ]οκλ[ῆ]ς, Εὐ[κ]τήμ[ω]ν.

## 2364.

In ruderibus templi Apollinis *Carthaeae*, in marmore 4′ 1″ lato, 2′ 4″⅗ alto; minusculis ed. Ἑρμ. λογ. 1818. p. 236. maiusculis ibid. 1819. p. 48. et accuratissime in aere ap. Bröndsted. tab. XVI. n. 1.

ΚΤΗΣΙΑΣΕΥΚΤΗΜΟΝΟΣΑΝΕΘΗ . . .
ΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝ . ΑΡΙΣΤ/Ι . .

Herm. log. Ἀπολλωνι αριαντην et ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ ΕΙΑΤΗΝ.

Κτησίας Εὐκτήμονος ἀνέθη[κεν] τῷ Ἀπόλλων[ι] Ἀρι-σταί[ῳ].

Cei (non Chii) Aristaeum et Apollinem et Iovem habuerunt secundum Athenagoram Legat. p. Christ. c. 14. Qua de re multa disseruit Bröndstedius; pauca et ipse dixi Annal. litt. Heidelb. 1827. p. 11 sqq. *Euctemon* aut idem aut eiusdem familiae habetur n. 2365. (cf. etiam n. 2363.) item *Ctesias* n. 2366.

## 2365.

*Ibidem* in basi marmorea candida pedem et prope pollicem alta, paulo plus quam pedem lata, in qua donarium olim collocatum erat, fortasse tripus. Ed. Ἑρμ. λογ. 1819. p. 48. et in aere ap. Bröndst. tab. XXV. n. 18. quem cf. p. 24. Habeo etiam ex schedis Prokeschii a Zellio missis.

ΤΕΛΛΙΑΣ
ΕΥΚΤΗΜΟΝΟΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Vs. 3. magnis litteris. Vs. 1. Herm. log. ΤΕΛΙΑΣ, Prok. ΕΛΙΑΣ.

Τελλίας Εὐκτήμονος Ἀπόλλωνι ἀνέθηκεν.

## 2366.

*Ibidem* in marmore quod Zophori partem constituebat, 4′ 8″⅕ longo, 9″½ alto; ed. Ἑρμ. λογ. 1818. p. 236. minusculis, 1819. p. 48. maiusculis, et in aere ap. Bröndst. tab. XVI. n. 2. Olim vidit Riedesel „Bemerkungen auf einer Reise durch die Levante" p. 78. qui prope Iulidem ponit falso, quod eam cum Carthaea confundit. Habeo etiam ex schedis Prokeschii a Zellio missis.

ΕΡΑΤΟΣΚΤΗΣΙ/ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΝΕΘΗΚΕΝ

Herm. log. ΚΤΗΣΙΝ, Ried. Πηρατος ετησα Ἀπ. etc. Prok. ΗΤΗΣΙΑ.

Ἔρατος Κτησία Ἀπόλλωνι ἀνέθηκεν.

Nomen Κτησίας habes n. 2364.

## 2367.

Prope Zeam, quae olim *Iulis*, in ἁγίας Σοφίας, in ara Parii marmoris. Tribus usi apographis sumus, primo ex schedis Köhlerianis, Fauveliano opinor, altero ex schedis Villoisoni Bekkerianis, quod nuper ex Villoisoni schedis dedit Osannus Syll. p. 399. tertio Bröndstedii, quod ipse edidit Itin. lib. I. p. 29.

ΛΑΚΙΟΣΤΟΝΒΩΜΟΝΕΣΑΤΟ
ΧΑΡΙΛΑΣΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΣΤΕΛΕΣΤΡΑΤΟΠΑΙΔΟΣ
ΤΟΝΒΩΜΟΝΑΠΟΛΛΩΝΙ

Formam litterarum ex Köhl. dedi, versuum situm ex Köhl. et Vill. quem immutavit Bröndst. Vs. 1. solus Bröndst. ΕΙΣΑΤΟ. Vs. 2. idem solus ΧΑΡΙΛΛΑΣ. Ibidem Köhl. quod dedi habet ΤΕΛΕ etc. sed Vill. ΤΕΛΕ . . ΤΡΑΤΟΠ . ., Bröndst. ΤΕΛΕ . . ΙΑ ΤΟ . Μ . Λ . Σ . . . notans postremas has litteras de industria a recentiore manu oblitteratas esse.

Λάκιος τὸν βωμὸν εἵσατο.
Χαρίλας, Μενέστρατος, Τελεστράτου παῖδ[ε]ς,
τὸν βωμὸν Ἀπόλλωνι.

Vs. 1. Ε est pro ΕΙ, ut vs. 2. Ο pro ΟΥ, antiquo usu. Εἵσατο est *ponendum curavit.* Sed mirum est alium ponendam aram curasse, alios dicasse Apollini. Videtur igitur Lacius quidem posuisse aram, sed ante dedicationem defunctus esse, ita ut eius propinqui eam dedicarint Apollini. Aliter censebat Bröndst. sed eius sententia non convenit verbis tituli. Vs. 2. nota formam Χαρίλας Ceis esse usitatam: sic n. 2355. Ἀρχέλας. Scripturam Χαρίλλας ex hoc titulo nolim defendi, quod fecit Ebertus Σικελ. συναγωγ. T. I. P. I. p. 93.

## 2368.

In ruderibus templi Apollinis *Carthaeae*, titulus rescriptus. Ed. Ἑρμ. λογ. 1818. p. 236. minusculis, et maiusculis 1819. p. 56. et in aere ap. Bröndsted. tab. XVII. n. 3. qui schedas quoque iam antea miserat. Denuo in Ceo transcripsit et plenius edidit Vidua Inscr. ant. tab. 48. 2. (coll. p. 47.) qui hanc solam paulo integriorem in Ceo relictam inscriptionem repperit. Cf. etiam Letronn. Journ. des Sav. 1827. Aug. p. 480. Habent hunc titulum etiam schedae Prokeschii a Zellio missae, sed prorsus perturbatum.

ΟΔΗΜΟΣΟΚΑΡΘΑΙΕΩΝΓΑΙΟΝΙΟΥΛΙΟΝ
ΓΑΙΟΥΥΙΟΝΚΑΙΣΑΡΑΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΓΕΓΟΝΟΤΑΑΕΣΟΤΗΡΑ[ΚΑΙ]
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝΚΑΙΤΗΣΗΜΕΤΕΡΑΣΠΟΛΕΩΣ

Male Vid. ω pro Ω. Formam tituli dedi ex Bröndst. discrepante paululum Vidua. Herm. log. in lectione consentit cum Bröndst. nisi quod in exemplo minusculis edito vs. 3. abest Α post γεγονοτα. Hoc vero loco Bröndst. ΓΕΓΟΝΟΤΑΑ...., Vid. ΓΕΓΟΝΟΤΑΧΕΣΟΤΗΡΑ[ΚΑΙ], quod recepi solo Α pro Χ retento. Vs. 4. Vid. ΗΜΕΤΡΑ[Σ].

Ὁ δῆμος ὁ Καρθαιέων Γάϊον Ἰούλιον Γαΐου υἱὸν Καίσαρα τὸν ἀρχιερέα καὶ αὐτοκράτορα, γεγονότα [δ]ὲ σ[ω]τῆρα [καὶ] εὐεργέτην καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως.

C. Iulio Caesari superstiti hunc titulum sub statua posuerant Carthaeenses; non enim additum θεόν. Vs. 2. vocant eum ἀρχιερέα; hoc est pro ἀρχιερέα μέγιστον, ut in Ephesio titulo de eodem: τὸν ἀρχιερέα καὶ αὐτοκράτορα καὶ τὸ δεύτερον ὕπατον, et in Chio n. 2215. τὸν ἀρχιερέα καὶ αὐτοκράτορα καὶ ὕπατον τὸ δεύτερον. Quibus locis spectatis patet simul αὐτοκράτορα in huiusmodi formula non praenomen Imperatoris significare, sed vetusto more acclamatum Imperatoris cognomentum: nam quum *Consul secundum* esset C. Iulius Caesar, nondum illi Imperatoris praenomen tributum erat; cf. Eckhel. D. N. T. VI. p. 16. qui non haesisset in titulo Ephesio, nisi pravo esset Pocockii exemplo deceptus. Ceterum C. Iulio Caesari quoties imperatorium cognomentum acclamatum sit, nescimus: non ultra binarium numerum progreditur Eckhelius, neque demonstrari potest, ante a. u. c. 709. iterum illi imperatorium cognomentum esse acclamatum. Utut est, in Ceo hoc titulo et illo Ephesio ac Chio non arbitror diligentem huius acclamationis enumerationem exspectari posse hac praesertim aetate, qua nondum pervulgata accuratior dignitatum notatio: ut in Ceo titulo ne consulatus quidem scriptus est: nec n. 2369. quidquam nisi αὐτοκράτορα dictum est. Quare quamquam de hac re non constet, nihil videtur impedire, quominus titulum hunc ad a. u. c. 706–707. referamus; ut positus sit post pugnam Pharsaliam aut captam Alexandriam. Et Pontifex Maximus quidem C. Iulius Caesar a. u. c. 708. etiam in nummis vocatur, item in titulis Ephesio et Chio, qui anno 706. priores esse non possunt neque anno 707. posteriores, quod *Consulatus secundus* additus est. Sic igitur Ceus hic titulus et Chius Ephesiusque eodem fere tempore positi fuerint.

## 2369.

*Ibidem*; ed. Ἑρμ. λογ. 1818. p. 236. minusculis, et 1819. p. 56. maiusculis; in aere ap. Bröndsted. tab. XVIII. n. 4. Lapis longus 3′ 8″½, altus 2′. Cf. Letronn. l. c. ad n. 2368. Titulus est etiam in schedis Prokeschii, sed nimium corruptus.

ΟΔΗΜΟΣΟΚΑΡΘΑΙΕΩΝ
ΤΟΝΘΕΟΝΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΚΑΙΣΩΤΗΡΑΤΗΣΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
ΓΑΙΟΝΙΟΥΛΙΟΝΚΑΙΣΑΡΑΓΑΙΟΥ
5 ΚΑΙΣΑΡΟΣΥΙΟΝΑΝΕΘΗΚΕΝ

Vs. 1. maioribus et elegantioribus litteris scriptus est et retentus ex antiquiore inscriptione, cuius reliqui versus deleti erant; pro quibus incisi deinde vss. 2–5. Vs. 5. Herm. log. 1819. ΥΟΝ, Prok. ΥΟΙΝ. Titulus ad C. Iulium Caesarem, postquam *Divus* appellatus est, referri debet.

Ὁ δῆμος ὁ Καρθαιέων τὸν θεὸν καὶ αὐτοκράτορα καὶ σωτῆρα τῆς οἰκουμένης Γάϊον Ἰούλιον Καίσαρα Γαΐου Καίσαρος υἱὸν ἀνέθηκεν.

## 2370.

In insula Zea ponit Murat. T. IV. Append. p. MML. 1. cui miserat Bricherius Columbus: hic a Fröhlichio, Fröhlichius a P. Etschlagero S. I. acceperat. Prope Zeam oppidum, hoc est *Iulidem*, in D. Georgii vidit Bröndsted. Itin. lib. I. p. 29.

- - - - - ΟΔΗΜΟΣ
- - ΒΕΙΝΑΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
- - - ΚΑΙΣΑΡΟΣΓΥΝΑΙΚΑ

Formam tituli dedi ex Bröndst. potissimum, notatis tamen ex Mur. lacunis. Vs. 1. Ο abest a Mur. Vs. 2. Mur. quod dedi; Bröndst. ΛΕΙΒΙΑΝ; sed diligentius enotata videtur mutila illa lectio ΒΕΙΝΑΝ.

Ἡ βουλὴ καὶ] ὁ δῆμος
Σα]βεῖναν, Αὐτοκράτορος
Ἀδριανοῦ] Καίσαρος γυναῖκα.

Cf. n. 1073. In postposito Καίσαρος nemo haerebit qui similes titulos contulerit, ut n. 321. 331. 343. etc.

## 2371.

*Indidem*; Muratorio (T. IV. Append. p. MML. 2.) misit idem.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Ἡ πόλις Ἰουλιητῶν Τι(βέριον) Κλ. Ἀττικὸν Ἡρωδιανόν, Τι(βερίου) Κλ. Ἀττικοῦ καὶ Βιβουλλίας Ἀλκίας υἱόν, ἀρετῆς ἕνεκεν· ἐπιμελητεύοντος Δεξικ[ρ]άτους τοῦ Τειμοκλείδου Παλλην[έω]ς.

ΗΠΟΛΙΣΙΟΥΛΙΗΤΩΝΤΙ
ΚΛΑΤΤΙΚΟΝΗΡΩΔΙΑΝΟΝ
ΤΙΚΛΑΤΤΙΚΟΥΚΑΙΒΙΒΟΥΛ
ΛΙΑΣΑΛΚΙΑΣΥΙΟΝΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΕΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΔΕΞΙΚΑΤΕΟΥΣΤΟΥΤΕΙ
ΜΟΚΛΕΙΔΟΥΠΑΛΛΑΗΝΙ
ΟΣ

Cf. Add. T. I. ad n. 993. Filius hic est Herodis Attici consulis, florens sub Septimio Severo. Vide ad n. 353. Dexicrates est civis Atticus, pago Pallenensis; qui in aliena civitate potius Ἀθηναῖος quam Παλληνεὺς dicendus erat. Itaque vox Παλληνέως eo deducit, ut tum Ceos paruerit Atheniensibus, quibus eam dederat Antonius Triumvir (Appian. B. C. V, 7.). Ad rem cf. n. 2153. 2151. 2156. Neque ἐπιμελητεύοντος est de curatore operis, de quo ἐπιμεληθέντος dicendum erat, sed de magistratu s. curatore ab Atheniensibus insulae imposito.

## 2372.

Inter *Carthaeenses* inscriptiones edita haec est in Ἑρμ. λογ. 1819. p. 56. Aliud apographum a Graeco factum misit Niebuhrius.

ΕΙΜΕΘΕ....ΛΙϹ...ΑΝΑΜΝΕΟ....
ΧΕΡΕΙΟϹΤΕΑ.ΤΑΜΑΤΑΡΑΞΛ
ΕΤΗΘΙ.ΘΥΡΗϹΕΞѠ.ΕΝΔΟΝ
ΠΟΔΑΜΗΠΟΤΕΙϹΑΞΗϹ
ΟΥΓΑΡϹΟΙΘΕΜΙϹΕϹΤΙΝ.ΔΟ
ΜѠΝΜΕΜѠΝ.ΕΞΑΠΕΛΑΥΝΥ....

Formam tituli et litterarum dedi ex schedis. Vs. 1. Herm. log. primam et secundam lacunam non habet: et neutra quidem vera videtur; sed tamen eas retinui, quod lapidis vitio deberi videntur. Vs. 2. post ΟϹΤΕΑ pro puncto Herm. log. habet Ν, et post ΤΑΡΑΞ quattuor puncta. Idem vs. 3. ΕΞΗΘΙ, et deinceps puncta omnia omittit. Titulus sola barbarie insignis est, consarcinatus iste ex versuum membris mutilatis et perturbatis. Ut certe docerem, quomodo potuerit scribi ab eo, qui hos versus posuit, haec composui retentis, quae retineri possunt, litteris:

Εἴ μ᾽ ἐθέλ[ε]ις ἅ[μ] μν[ήματι τῷδε σέβειν, παροδῖτα],
[μήθ᾽ ἅψας] χερ[σ]ί[ν, μήτ᾽] ὀστέα τἀμὰ ταράξ[ας],
[σ]τῆθι θύρης ἔξω· ἔνδον πόδα μή ποτ᾽ ἐσάξῃς·
οὐ γάρ σοι θέμις ἐστὶν ἐμῶν με δόμων ἀπελαύν[ειν.

## 2373.

Anaglyphum sepulcrale negligenter factum, in *Cythno* insula effossum; inest iuvenis nudus scopulo insidens. Vide descriptionem accuratiorem in Annal. instituti archaeol. Rom. 1829. Fasc. I. II. p. 143. 146 sq. De Cythni omissione in indice Sectionis sextae p. 218. monui ad n. 2347. c.

ΖΗΝΩΜΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ
ΣΙΔΩΝΙΟΣΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Ζήνω[ν] Ἀρτεμιδώρου Σιδώνιος, χρηστὲ χαῖρε. Cf. n. 894.

## 2374.

In *Pari* insulae monumentis primum locum obtinet, quod *marmor* et *chronicon Parium* vocatur. Lapidis ea pars, quam primus editor tractavit, lata fuit 2′ 7″, crassa 5″, alta ad dextram 2′ 11″, ad sinistram 3′ 7″; inferior pars iam tum oblique abrupta deerat: litterae fere $\frac{3}{10}$″ altae. Hoc marmor Sampso quidam, cui Peirescius mandarat, ut ipsi Smyrnae mercaretur priscos lapides, quinquaginta aureis una cum aliis marmoribus emisse dicitur: nec tamen id in Peirescii manus pervenit, quod Sampso interim Turcarum fraude in carcerem coniectus erat, sed cum reliquis, quae Arundelliana vocantur, marmoribus per Guil. Pettaeum, qui et ipse monumentorum coëmendorum causa missus in Asiam aliquot annis ante erat, a. 1627. ad Thomam Howardum, Comitem Arundelliae et Surriae, Marescallum Angliae, delatum est; et illae antiquitatis reliquiae huius aedes hortosque Londinenses ad ripam Thamesis ornabant, donec pulsis inter civiles turbas dominis dimidia fere ex parte diriperentur et hinc inde ad sarcienda aedificia absumerentur: quae hanc effugerant stragem, diu neglectae a. 1667. ab Henrico Howardo Universitati litterariae Oxoniensi donatae sunt. Sed Parium marmor et ceterorum partem transcripserat Io. Seldenus, sociis adscitis Patricio Iunio et Richardo Jamesio, in elementorum detritorum et fugientium lectione opera plurium dierum collocata, perspicillorum etiam usu adiutus, primumque edidit Londini 1628. 4. in libro, cui index „Marmora Arundelliana", impresso typis et impensis Guil. Stanesbeii; alia exempla Io. Billium typographum et a. 1629. praeferunt, quali ego usus sum; repetitus est liber in Seldeni Operibus a Dav. Wilkinsio collectis, et per Maittairianam Marmorum Oxoniensium editionem a. 1732. excusam sparsus, in qua inscriptio Paria habetur n. 1. cum repetitione minusculis characteribus impressa et Seldeni Latina translatione p. 65-69. tum libri Seldeniani praefatio p. 102-107. et p. 108-153. eiusdem viri commentarius tripartitus, apparatum chronologicum, notas

historicas, canonem chronicum complectens. Post Seldenum Palmerius observationes in marmor Parium scripsit easque a. 1654. magno illi viro mittere constituit; hic vero quum obisset, antequam redditae litterae essent, Palmerius notas suas a. 1668. edidit Exercitt. p. 677 sqq. quae sunt ap. Maitt. p. 200-221. Praeterea habes apud eundem p. 222-294. Thomae Lydiati annotationes ex Prideauxii editione repetitas, in qua primum editae sunt, licet iam a. 1629. conscriptae, dum Lydiatus ob aes alienum pro fratre contractum in custodia habetur; p. 295-308. excerpta ex Io. Marshami Canone chronico huc pertinentia, qui liber a. 1672. Londini editus, a. 1696. Franequerae repetitus est; deinde p. 323-453. Humphridi Prideauxii commentarios, qui Marmora Oxoniensia a. 1676. fol. Oxonii edidit. In his lapidis scriptura n. 121. ex solo Seldeno, nec satis accurate, repraesentatur; marmor ipsum enim Prideauxius, licet Oxonii scriberet, non consuluit, quod superior pars (vs. 1-45.) interim perierat, ad reficiendum Palatii Arundelliani focum consumpta, inferior autem Prideauxio tota adeo erasa videbatur, ut vix una legi littera posset: addidit textum communi charactere repetitum et suppletum cum Latina translatione et notis historicis, in quibus musica Henr. Aldrichio debentur, et interposito Seldeni apparatu chronologico, canonem chronicum nova ratione a se contextum. Ceterum hi commentarii famam Prideauxii non aequant praestantia ulla, sed docti quidem et laboriosi sunt, neque tamen sagacitatis laudem in emendando nec iudicii in deligenda et tractanda materia, quam congessit, prope immensa et ab interpretis instituto aliena merentur: neque illum immerito magnopere reprehendit Freretus in commentatione, quam infra memorabo, p. 199. Post haec Maittairius p. 533-540. ea dedit excerpta, quae ad chronicon hoc Bentleius Millii aliquot locorum collatione adiutus in Dissertatt. Phalarid. annotavit; item p. 540 sqq. Scip. Maffeii translationem Italicam et notas pauculas, petitas ex Maffeii opere „Traduttori Italiani" p. 148. 153. unde hoc solum refero, viro harum rerum studiosissimo hanc inscriptionem Graecarum esse reginam visam, quae tamen regnum hoc hodie non iam obtinet: ceterum ante Maffeium Franc. Bianchinius Italice hoc marmor dederat in Historia universali. Sequitur ap. Maitt. p. 549-552. excerptum ex Dodwelli de cyclis opere p. 693-696.; postremo Maitt. p. 553 sq. pauculas ipse notas adiecit. Et haec quidem, quae Maitt. coniunxit, potissima interpretationis subsidia sunt. Interim Henr. Mascampius, Professor Tuiscoburgensis, epochas marmoris priores XXXV in Institutionibus historicis (Amstel. 1711. 4.) illustrare conatus erat p. 66-85. 124-148. 203-218. et post Maittairium accessere translatio Gallica Latinae coniuncta in Nicolai Lenglet du Fresnoy tabulis chronologicis (a. 1744. 8.), et Germanica a Sig. Iac. Baumgartenio in vernacula eiusdem libri repetitione edita, item eiusdem Baumgartenii Additamenta ad Historiam universalem ex Anglico sermone in Germanicum translatam (T. I. p. 161 sq. a. 1747.), ubi textus et maiusculis et minusculis expressus, atque insuper vernacula lingua a Semlero redditus est, adspersis huius notulis et prolixo Baumgartenii commentario. Proxime Corsinus in Fastis Atticis multos huius marmoris locos, qui tempora inde ab Olymp. 1. spectant, attigit magis quam tractavit; observationes in id scripserunt Gibertus Mem. Acad. Inscr. T. XXIII. p. 61-81. (a. 1756.) et Freretus ib. T. XXVI. p. 157-218. (a. 1759.). Sed partem superstitem inde a vs. 46. denuo examinavit Chandlerus et a. 1763. cum priore, quam ex Seldeno solo habuit, edidit Marm. Oxon. II, 23. addito p. 104. specimine scripturae aeri inciso (tab. VIII. d.): qui etsi ex lapide nonnulla correxit et explevit, tamen haud pauca Seldeniani apographi vitia etiam in superstite parte retinuit; ut facile intelligas, eum multa legere non potuisse: superiorem certe partem ad sinistram potissimum magnopere detritam esse ipse fatetur in Syllabo, sed inferiorem affirmat non tantum evanuisse, quantum Prideauxio visum: ceterum quamquam plus sibi tribuit in Syllabo, tamen perpauca ad perficienda coniectando supplementa contulit, sagacitatis laude, quam illi Wagnerus tribuit, neutiquam dignus. Quantum illi, quantum prioribus debeatur, docent notae nostrae, in quibus raram Chandleri mentionem reperies, rariorem laudem. Nos in superstitis partis lectione constituenda praeter Chandlerum usi sumus manuscripto bibliothecae regiae Berolinensis, quod in fronte exteriore Forsteri nomen inscriptum habet, manu admodum iuvenili exarato: id inter a. 1751. et 1756. a Reinholdo Forstero, qui a. 1798. obiit, scriptum esse didici ex certis indiciis, quae, quum res levis sit, exponere supersedeo. Insunt explicationes variae paucissima nova afferentes, in quibus auctor Baumgartenium potissimum secutus est, textusque ex prioribus petitus editionibus, lacunis neutiquam recte demensis, isque multifarie correctus et interpolatus, appositis etiam superius emendationibus partim manifesto ex Chandlero ductis, quem diu post primitivam scripturam inspexerat Forsterus. Verum alia aut in textu ipso a secunda manu correcta sunt aut inter lineas et ad marginem adscripta, quae ex nova lapidis superstitis (vs. 46 sqq.) collatione profecta sunt: quippe Forsteri apographum nescio quis primum contulit cum lapide, Anglico is sermone semel atque iterum usus; deinde quum Forsterus quid certis locis esset in marmore scriptum, quaesivisset denuo, ad haec ex secunda inspectione responsum est in margine. Postea Ios. Robertsonus edito libro, cui index „The Parian Chronicle, or the Chronicle of the Arundelian Marbles, with a Dissertation concerning its Authenticity (Lond. 1788. 8.)" marmor hoc subditicium esse non sine pravo acumine et eruditione male collocata, argumentis futilibus, haud raro etiam imperitis et subabsurdis, conatus est demonstrare. Cui adversarii extiterunt Porsonus (Monthly Review Oct. 1788. Ian. 1789. quae repetita sunt in Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 229 sqq. et in auctoris Tracts and Miscell. critic. p. 57-83.), Io. Hewlettus (a Vindication of the Authenticity of the Parian Chronicle in Answer to a Dissertation on that subject, lately published, Lond. 1789. 8. et in altero libro, Answer to some critical strictures relative to the controversy on the authenticity of the Parian Chronicle, Lond. 1789. 8.), Rich. Gough (Observations in Vindication of the Authenticity of the Parian Chronicle, Archaeol. Britann. T. IX. p. 157-186. a. 1789.), Car. Franc. Christian. Wagner (Die Parische Chronik, Griechisch, übersetzt und erläutert, nebst Bemerkungen, nach dem Englischen, Götting. 1790. 8.), qui in textu repraesentando Chandlerum secutus est. Postremo Guil. Roberts Marmorum Oxoniensium inscriptiones Graecas ad Chandleri exemplar recudendas curavit Oxon. 1791. 8. in his etiam chronicon Parium, nullis novis subsidiis allatis. Etiam Halesium Britannum, chronologici operis auctorem, marmoris editionem dedisse vidi ex Clintono. Nos textum ex fontibus constitutum damus iis, qui soli in censum veniunt, Seldeno, Bentleio, Chandlero, notatis Forsterianis; et universa tituli interpretatione denuo suscepta novum addimus commentarium a prioribus haud uno nomine discedentem, eumque ei, qua nunc fruimur, antiquarum litterarum cognitioni accommodatum.

. . . . . οΥ. . . . . . . . . . . . . . ΝΠΑΝ. . . ωΝ. . . . . . . . . . . ΝωΝΑΝΕΓΡΑΨΑΤοΥΣΑΝ. . . .
. . . . . ΑΡΞΑΜ. . . . οΣΑΠοΚΕΚΡοΠοΣΤοΥΠΡωΤοΥΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤοΣΑθΗΝωΝΕΙωΣΑΡΧοΝΤοΣΕΜΠΑΡωΙ. . .
. . . ΥΑΝΑΚΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΔΕΔΙοΓΝΗΤοΥ ΑΦοΥΚΕΚΡοΨΑθΗΝωΝΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΚΑΙΗΧωΡΑΚΕΚΡοΠΙΑΕΚΛΗθΗΤοΠΡοΤΕΡοΝΚΑΛοΥ
ΜΕΝΗΑΚΤΙΚΗΑΠοΑΚΤΑΙοΥΤοΥΑΥΤοΧθοΝοΣΕΤΗΧΗΗΗΔΠΙΙΙΑΦοΥΔΕΥΚΑΛΙωΝΠΑΡΑΤοΝΠΑΡΝΑΣΣοΝΕΝΛΥΚωΡΕΙΑΙΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕ. . ΣΙΛΕ. .
. . ΝΤοΣΑθΗΝωΝΚΕΚΡοΠοΣΕΤΗΧΗΗΗΔΑΦοΥΔΙΚΗΑθΗΝΗΣΙ. . . ΝΕΤοΑΡΕΙΚΑΙΠοΣΕΙΔωΝΙΥΠΕΡΑΛΙΡΡοθΙοΥΤοΥΠοΣΕΙΔωΝοΣΚΑΙοΤοΠοΣΕΚΛΗθΗ
ΑΡΕΙοΣΠΑΓοΣΕΤΗΧΗΗ𐅅ΔΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΚΡ. . . οΥΑΦοΥΚΑΤΑΚΛΥΣΜοΣΕΠΙΔΕΥΚΑΛΙωΝοΣΕΓΕΝΕΤοΚΑΙΔΕΥΚΑΛΙωΝΤοΥΣ
οΜΒΡοΥΣΕΦΥΓΕΝΕΓΛΥΚωΡΕΙΑΣΕΙΣΑθΗΝΑΣΠΡο. . . οΝΚΑΙΤοΥΔΙο. . Υο. . . Δ. . . ΜΤοΥΤοΙΡ. . οΝΙΔ. . . . . . ο. . ΤΑΣωΤΗΡΙΑΕθΥΣΕΝ
. . ΤΗΧΗΗ𐅅ΔΠΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΚΡ. . Ν. . οΥΑ. . . . . ΚΤΥωΝΔΕΥΚΑΛΙωΝοΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝΕΝθΕΡΜοΠΥΛΑΙΣΚΑΙΣΥΝΗΓΕ
. . . οΥΣΠΕΡΙΤοΝοΡοΝοΙΚοΥΝΤΑΣΚΑΙω. . ΜΑΣΕΝΑΜΦΙΚΤΥοΝΑΣΚΑΙΠ. . . . . . ΝοΥ. . ΚΑΙΝΥΝΕΤΙθΥοΥΣΙΝΑΜΦΙΚΤΥοΝΕΣ
. . ΤΗΧΗΗ𐅅ΠΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΑΜΦΙΚΤΥοΝοΣΑΦοΥΕΛΛΗΝοΔΕΥΚ. . . . . . . . . . ωΤΙΔοΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΚΑΙΕΛΛΗΝΕΣ
. . . οΜΑΣθΗΣΑΝΤοΠΡοΤΕΡοΝΓΡΑΙΚοΙΚΑΛοΥΜΕΝοΙΚΑΙΤοΝΑΓωΝΑΠΑΝΑθ. . ΝΑΙ. . . . . . . . ωΙΧΗΗ𐅅ΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣ
ΑθΗΝωΝΑΜΦΙΚΤΥοΝοΣΑΦοΥΚΑΔΜοΣοΑΓΗΝοΡοΣΕΙΣθΗΒΑΣΑΦΙΚΕΤο. . . . . . . . . . . . ΕΚΤΙΣΕΝΤΗΝΚΑΔΜΕΙ
ΑΝΕΤΗΧΗΗ𐅅ΠΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΑΜΦΙΚΤΥθΝοΣΑΦοΥ. . . . . . . . . . . . . . . ΝΙΚΗΣΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ
ΕΤΗΧΗΗ𐅅ΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΑΜΦΙΚΤΥοΝοΣΑΦοΥΝΑΥ. . . . . . . . . Η. . . . . . . . ωΝΕΞΑΙΓΥΠΤοΥ
. . ΙΣΤΗΝΕΛΛΑΔΑΕΠΛΕΥΣΕΚΑΙωΝοΜΑΣθΗΠΕΝΤΗΚοΝΤοΡοΣΚΑΙΑΙΔΑΝΑοΥθΥΓΑΤΕΡΕΣ. . . . . . . . . . ωΝΗΚΑΙΒΑ. .
. . ΛΑΡΕΥωΚΑΙΕΛΙΚΗΚΑΙΑΡΧΕΔΙΚΗΑΠοΚΛΗΡωθΕΙΣΑΙΥΠοΤωΝΛοΙΠωΝ. . . . . . . . . . . . . ΑΝΤ. .
ΚΑΙΕθΥΣΑΝΕΠΙΤΗΣΑΚΤΗΣΕΜΠΑΡΑΡΑΔΙΕΝΛΙΝΔωΙΤΗΣΡοΔΙΑΣΕΤΗΧΗΗΔΔΔΔΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥο. . . . . . . . . . . . . . .
θοΝΙοΣΠΑΝΑθΗΝΑΙοΙΣΤοΙΣΠΡωΤοΙΣΓΕΝοΜΕΝοΙΣΑΡΜΑΕΞΕΥΞΕΚΑΙΤοΝΑΓωΝΑΕΔΕΙΚΝΥΕΚΑΙΑθΗΝΑΙοΥΣ. . . οΝ. . . . ΑΙ. . .
. . ΕωΝΜΗΤΡοΣΕΦΑΝΗΕΓΚΥΒΕΛοΙΣΚΑΙΥΑΓΝΙΣοΦΡΥΞΑΥΛοΥΣΠΡωΤοΣΗΥΡΕΝΕΓΚ. . ΑΝΝΑΙ. . . . . . . ΣΦΡ. . . . . . . . .
οΥΜΕΝΗΝΦΡΥΓΙΣΤΙΠΡωΤοΣΗΥΛΗΣΕΚΑΙΑΛΛοΥΣΝοΜοΥΣΜΗΤΡοΣΔΙοΝΥΣοΥΠΑΝοΣΚΑΙΤοΝΕΠ. . . . . . . . . . . .
. . . . . . ΕΤΗΧΗΗΔΔΔΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΕΡΙΧθοΝΙοΥΤοΥΤοΑΡΜΑΞΕΥΞΑΝΤοΣΑΦοΥΜΙΝωΣ. . ΠΡ. . . . ΒΑ. . . . . . .
Δ. . . ΑοΝΙΑΝωΙΚΙΣΕΚΑΙΣΙΔΗΡοΣΗΥΡΕθΗΕΝΤΗΙΙΔΗΙΕΥΡοΝΤωΝΤωΝΙΔΑΙωΝΔΑΚΤΥΛωΝΚΕΛΜΙοΣΚ. . . . . .
. . ΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΠΑΝΔΙοΝοΣΑΦοΥΔΗΜΗΤΗΡΑΦΙΚοΜΕΝΗΕΙΣΑθΗΝΑΣΚΑΡΠοΝΕΦΥ. . . ΥΕΝΚΑΙΠΡ. . . . ΠΡΑ. . . . . ωΤΗΔ. . . . .
. . ΡΙΠΤοΛΕΜοΥΤοΥΚΕΛΕοΥΚΑΙΝΕΑΙΡΑΣΕΤΗΧΗΔΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΕΡΙΧθΕωΣΑΦοΥΤΡΙΠΤο. . . . . . . . . .
. . . . . ΕΣΠΕΙΡΕΝΕΝΤΗΙΡΑΡΙΑΙΚΑΛοΥΜΕΝΗΙΕΛΕΥΣΙΝΙΕΤΗΧ. . ΔΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝ. . . . . .
ΥΙο. . . Ν. . . ΑΥΤοΥΠοΗΣΙΝΕΞ. . θΗΚΕΚοΡΗΣΤΕΑΡΠΑΓΗΝΚΑΙΔΗΜΗΤΡοΣΖΗΤΗΣΙΝΚΑΙΤοΝΑΥΤοΥ. . . . . .
. . . . . . . θοΣΤωΝΥΠοΔΕΞΑΜΕΝωΝΤοΝΚΑΡΠοΝΕΤΗΧΗΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΕΡΙΧθΕωΣ. . . . . . . . . .
. . . . ΝοΥΤΑΜΥΣΤΗΡΙΑΑΝΕΦΗΝΕΝΕΝΕΛΕΥΣΙΝΙΚΑΙΤΑΣΤοΥ. . . . . . . οΥΣΑΙοΥΠοΙΗΣ. . ΣΕΞΕθΗΚ. . . . . . . .
. . . . . . ωΣΤοΥΠΑΝΔΙοΝοΣΑΦοΥΚΑθΑΡΜοΣΠΡωΤοΝΕΓΕΝΕΤο. . . . . οΥΠΡωΤωΙΑοΝ. . . ΕΑΝΤ. . . . . .
. . . . . . ΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΠΑΝΔΙοΝοΣΤοΥΚΕΚΡοΠοΣΑΦοΥ. . ΝΕΛΕΥΣΙΝΙοΓΥΜΝΙΚοΣ. . . . . . . . . . . . . ΑΦοΥ. . . . . . .
. . . . ΑΙ. . ΤΑΛΥΚΑΙΑΕΝΑΡΚΑΔΙΑΙΕΓΕΝΕΤοΚΑΙΛ:. ΚΚΕ. . . . . ΛΥΚΑοΝοΣΕΔοθΗΣΑΝ. . ΤοΙΣΕΛΛ. . ΣΙ. . . . Η. . Ν. . ΒΑΣΙΛΕΥοΝ
ΤοΣΑθΗΝωΝΠΑΝΔΙοΝοΣΤοΥΚΕΚΡοΠοΣΑΦοΥΚΑ. . . . Γ. . . . . . . ΗΣΙΑΙΗΡΑΚΛΗΣ. . . . . Ν. . . . . . . ω. . . . . ΔοΣΤ. . .
ΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΑΙΓΕωΣΑΦοΥΑθΗΝΗΣΙ. . . . . ΣΤωΝΚΑΡΠωΝΕΓΕΝΕΤοΚΑΙΜΑΝΤΕΥοΜΕΝοΣ. . ΑθΗΝ. . . . ΑΛωΝΕΝΗ. .
. . . . . . . ΣΥΠοΣΧΕΝ. . Α. . ΑΜΜΙΝωΣΑΞΙωΣΕΙΕΤΗΧΔΔΔΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΑΙΓ. . . ΑΦοΥθΗΣ. . . . . .
ΑθΗΝωΝΤΑΣΔωΔΕΚΑΠοΛΕΙΣΕΙΣΤοΑΥΤοΣΥΝωΙΚΙΣΕΝΚΑΙΠοΛΙΤΕΙΑΝΚΑΙΤΗΝΔΗΜοΚΡΑΤΙΑΝΑΠΡΕω. . . . .
. . . . οΣΑθΗΝωΝΤοΝΤωΝΙΣθΜΙωΝΑΓωΝΑΕθΗΚΕΣΙΝΙΝΑΠοΚΤΕΙΝΑΣΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔΠΑΠοΤΗΣΑΜΜοΝ. . . ΤΗ. . . . . . . . .
. . . . ΔΔΔΔΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝθΗΣΕωΣΑΦοΥΑΡΓΕΙοΙΝΕΥΑΔΡΑΣ. . . . . ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΚΑΙΤοΝΑΓωΝΑ. Ν. . Α. . . Ηθ. . ΑΝ. . .

....ΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗ𐅅ΔΔΔΠΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝθΗΣΕωΣΑΦοΥοΙ.....ΝΕΣΕΙΣΤΡοΙΑΝΕ....ΡΑΤΕΥΣ..ΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗ𐅅ΙΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗ
...ΕΣοΕωΣΤΡΕΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤοΥΕΤοΥΣΑΦοΥΤΡοΙΑΗΛωΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΔΠΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝ.......ωΣΔΕΥΤΕΡοΥΕΤοΥΣΜΗΝοΣθ..
.....ΝοΣΕΒΔοΜΗΙΦθΙΝοΝΤοΣ ΑΦοΥοΡΕΣΤΗ..ΙοΙΑΙΤωΝΑΥΤο........ΙΓΙΣθοΥθΥΓΑΤΡΙ....οΝ.....ΓΙΣθοΥΚΑΙΑΥ....
.....ΑθΕΝΑΡΕΙοΥΠΑΓωΙΗΝοΡΕΣΤΗΣΕΝΙΚΗΣΕΝ........ωΝ....ΕΤΗ...ΗΗΗΗΔΔΔ..ΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΔΗΜοΦωΝΤοΣΑΦοΥ..
.....ΚΥΠΡωΙΤΕΥΚΡοΣωΙΚΙΣΕΝΕΤΗ𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΠΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΔΗΜοΦωΝΤοΣΑΦοΥΝΕ..ΕΥΣωΙΚΙΣ......Γ....ΑΛΑΗΧΑΡ...ΣΙ..
......ΑΝΕΦΕΣοΝΕΡΥθΡΑΣΚΛΑΣοΜΕΝΑΣΤ..ΗΝΚΑΤΑΓΡοΝοΝΥΠοΚοΛοΦωΝΑ..ΙΥοΥΝΤΑ....Α....ΣΑΜοΝ......ΤΑ...ΙωΝΙ..ΕΓΕΝΕΤοΕΤ.
.....ΔΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝΜΕΝΕΣθωΣΤΡΕΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤοΥ...ΥΣΑΦοΥ..ΙοΔοΣοΠοΙΗΤΗΣ.....ΗΕΤΗ𐅅Η𐅅ΔΔ..ΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝ..
.....ΑΦοΥοΜΗΡοΣοΠοΙΗΤΗΣΕΦΑΝΗΕΤΗ𐅅ΗΔΔΔΔΙΙΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝω.....ΙοΓΝΗΤοΥΑΦοΥΦ...ΔωΝοΑΡΓΕΙοΣΕΔΗΜΕΥΣ...ΝΕΥ..
.....ΝΕΣΚΕΥΑΣΕΚΑΙΝοΜΙΣΜΑΑΡΓΥΡοΥΝΕΝΑΙΓΙΝΗΙΕΠοΙΗΣΕΝΕΝΔΕΚΑΤοΣωΝΑΦΗΡΑΚΛΕοΥΣΕΤΗ𐅅ΗΔΔΔΙΒΑΣΙΛΕΥοΝΤοΣΑθΗΝωΝ..
.....οΥΣΑΦοΥΑΡΧΙΑΣΕΥΑΓΗΤοΥΔΕΚΑΤοΣωΝΑΠοΤΗΜΕΝοΥΕΚΚοΡΙΝθοΥΗΓΑΓΕΤΗΝΑΠοΙΚΙΑΝ........ΣΥΡΑΚοΥ......
.........ΤοΣΑθΗΝωΝΑΙΣΧΥΛοΥΕΤοΥΣΕΙΚοΣΤοΥΚΑΙΕΝοΣΑΦοΥΚΑΤΕΝΙΑΥΤοΝΗΡ..ΕΝ..Ρ..ωΝΕΤ..ΗΗΗΗΔΔΑΦοΥ.......ο..Υ
........ΕΤΗΗΗΗΗΔΠΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΛΥΣΙΑΑΦοΥΤΕΡΠΑΝΔΡοΣοΔΕΡΔΕΝΕοΣοΛΕΣΒΙοΣΤοΥΣΝοΜοΥΣΤοΥ....Α...ωΝ...Δ..οΥΣθΑΙΑΥΛΗΤ..
...ΛΗΣΕΚΑΙΤΗΝΕΜΠΡοΣθΕΜοΥΣΙΚΗΝΜΕΤΕΣΤΗΣΕΝΕΤ..ΗΗΗ𐅅ΔΔΔΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΔΡωΠΙΛοΥΑΦοΥΑ....ΣΑΥΔο......ΣΙΛΕΥΣ.......
.....ΔΔΔΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤοΚΛΕοΥΣΑΦοΥΣΑΠΦωΕΓΜΙΤΥΛΗΝΗΣΕΙΣΣΙΚΕΛΙΑΝΕΠΛΕΥΣΕΦΥΓοΥΣΑ.........οΛ.....θ....
......ΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΜΕΝΚΡΙΤΙοΥΤοΥΠΡοΤΕΡοΥΕΝΣΥΡΑΚοΥΣΑΙΣΔΕΤωΝοΜοΡωΝΚΑΤΕΧοΝΤωΝΤΗΝΑΡΧΗΝ........Το......
.....οΝΤΕΣΚΥΡΡΑΝΚΑΙοΑΓωΝοΓΥΜΝΙΚοΣΕΤΕθΗΧΡΗΜΑΤΙΤΗΣΑΠοΤωΝΛΑΦΥΡωΝΕΤΗΗΗ..ΔΔΠΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΣΙΜω..οΣΑΦοΥ...
........ΑΝΙΤΗΣΑΓωΝΠΑΛΙΝΕΤΕθΗΕΤΗΗΗΗΔΠΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΔΑΜΑΣΙοΥΤοΥΔΕΥΤΕΡοΥΑΦοΥΕΝΑθ...ΑΙΣΚωΜω....Ρ...ΕθΗ.....ΣΑΝΙ
...ΤωΝΙΚΑΡΙΕωΝΕΥΡοΝΤοΣΣοΥΣΑΡΙωΝοΣΚΑΙΑθΛοΝΕΤΕθΗΠΡωΤοΝΙΣΧΑΔω..ΑΡΣΙΧο..ΚΑΙοΙΝοΥ....ΕΡ....οΣ.....
..ΑΦοΥΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤοΣΑθΗΝωΝΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΗΗ𐅅ΔΔΔΔΠΙΙΑΡΧοΝΤοΣ.ΙΚ...οΥΑΦοΥΚΡοΙΣοΣ..ΑΣΙΑΣ....ΔΕΛΦοΣΑ..
......ΔΔΔΔΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΤοΥΔΗΜοΥΑΦοΥΚΥΡοΣοΠΕΡΣωΝΒΑΣΙΛΕΥΣΣΑΡΔΕΙΣΕΛΑΒΕΚΑΙΚΡοΙΣοΝΥΠο......ΗΣΣΦΑΛ....
...ΚΑΙΙΠΠωΝΑΞΚΑΤΑΤοΥΤοΝοΙΑΜΒοΠοΙοΣΑΦοΥθΕΣΠΙΣοΠοΙΗΤΗΣ......ΠΡωΤοΣοΣΕΔΙΔΑΞΕΝΑΛ...ΣΤΙΝ.....ΤΕθΗο..ΡΑΓοΣ.....Χ...ΕΤΗΗΗ𐅅...
ΑΡΧοΝΤοΣΑθ.....
....ΝΑΙοΥΤοΥΠΡοΤΕΡοΥΑΦοΥΔΑΡΕΙοΣΠΕΡΣωΝΕΒΑΣΙΛΕΥΕΜΑΓοΥΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤοΣΕΤΗ....𐅅ΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗ..........ΑΦοΥΑΡΜοΔΙοΣΚΑΙ.........
ΙΤωΝΑΠΕΚΤΕ...
..ΡΧοΝΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤοΥΑ........οΝΚΑΙΑθΗΝΑΙοΙΣ..Ρ..ΗΣΑΝΤοΥΣΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΙΔΑΣΕΚΙ....ΚΛΑΣ..ΙοΥΤΕΙΧοΥΣΕΤΗΗΗΔΔΔΔΠΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙ
....ΑΦοΥΧοΡοΙΠΡωΤοΝΗΓωΝΙΣΑΝΤοΑΝΔΡωΝοΝΔΙΔΑΞΑΣΥΠο..ΚοΣοΧΑΛΚΙΔΕ...ΕΝΙΚ.....ΕΤΗΗΗΔΔΔ/..ΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΛΥΣΑΓοΡοΥΑΦοΥΝΕ
......ΙΠΠΙΑ.......
....ΕΝΑθΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΗΔΔΔΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΠΥθοΚΡΙΤοΥΑΦοΥΗΕΜΜΑΡΑθωΝΙΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤοΑθΗΝΑΙοΙΣΠΡοΣΤοΥΣΠΕΡΣΑΣ...ΑΡΙΕΝΤΕΑΣ.....ωΝ
ΔΑΡΕΙοΥΑΔΕΛ
.....ΝΤοΝΣΤΡΑΤΗΓοΝΗΝΕΝΙΚωΝΑθΗΝΑΙοΙΕΤΗΗΗΔΔΠΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝ......ΔΕΥΤΕΡοΥ..Φ...Ν..ΕΝΜΑΧΗΙΣΥΝΗΓωΝΙΣΑΤοΑΙΣΧΥΛοΣοΠοΙΗΤΗΣ
...ω.ωΝΔΔΔΠΑΦοΥΣΙΜωΝΙΔΗΣοΣΙΜωΝΙΔοΥΠΑΠΠοΣΤοΥΠοΙΗΤοΥΠοΙΗΤΗΣωΝΚΑΙ........ΝΗΣΙΚΑΙΔΑΡΕΙοΣΤΕΛΕΥΤΑΙΞΕΡΞΗΣΔΕοΥΙοΣΒΑΣΙΛΕΥΕΙ....
......ΔΠΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤΕΙΔοΥΑΦοΥΑΙΣΧΥΛοΣοΠοΙΗΤΗΣΤΡΑΓωΙΔΙΑΙΠΡωΤοΝΕΝΙΚΗΣΕΚΑΙΕΥΡΙΠΙΔΗΣοΠοΙΗΤΗΣΕΓΕΝΕΤοΚΑΙΣΤΗΣΙΧοΡοΣ
ΠοΙΗΤΗΣΕΙ.
ΤΗΝΕΛΛΑΔΑΑ....οΕΤΗΗΗΔΔΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΦΙΛοΚΡΑΤοΥΣΑΦοΥΞΕΡΞΗΣΤΗΝΣΧΕΔΙΑΝΕΖΕΥΞΕΝΕΝΕΛΛΗΣΠοΝΤωΙΚΑΙΤοΝΑθωΔΙωΡΥΞΕΚΑΙΗ
ΕΝθΕΡΜο
..ΛΑΙΣΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤοΚΑΙΝΑΥΜΑΧΙΑΤοΙΣΕΛΛΗΣΙΠΕΡΙΣΑΛΑΜΙΝΑΠΡοΣΤοΥΣΠΕΡΣΑΣΗΝΕΝΙΚωΝοΙΕΛΛΗΝΕΣΕΤΗΗΗΔΠΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙΑ
ΔοΥΑΦοΥΗΕΝ

ΠΛΑΤΑΙΑΙΣΜΑΧΗΕΓΕΝΕΤοΑοΗΝΑΙοΙΣΠΡοΣΜΑΡΔοΝΙοΝΤοΝΞΕΡΞοΥΣΤΡΑΤΗΓοΝΗΝΕΝΙΚωΝΑοΗΝΑΙοΙΚΑΙΜΑΡΔοΝΙοΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕΝΤΗΙΜΑΧΗΙΚΑΙ ΤοΠΥΡΕΡΡΥΗΚ..
.....ΕΛΙΑΙΠΕΡΙΤΗΝΑΙΤΝΙΑΝΕΤΗΗΗΔΠΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΞΑΝΤΙΠΠοΥΑΦοΥ..ΛωΝοΔΕΙΝοΜΕΝοΥΣ.........ΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΗΔΠΑΡΧοΝΤοΣΑοΗ ΝΗΣΙΤΙΜοΣθΕΝ.
...ΦοΥΣΙΜωΝΙΔΗΣοΛΕωΠΡΕΠοΥΣοΚΕΙοΣοΤοΜΝΗΜοΝΙΚοΝΕΥΡωΝΕΝΙΚΗΣΕΝΑθΗΝΗΣΙΝΔΙΔΑΣΚωΝΚΑΙΑΙΕΙΚοΝΕΣΕΣΤΑθΗΣΑΝΑΡΜοΔΙοΥΚΑΙΑΡΙΣΤο ΓΕΙΤοΝοΣΕΤΗΗΗΛ''.
ΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙ.ΔΕΙΜΑΝΤοΥΑΦοΥΙΕΡωΝΣΥΡΑΚοΥΣωΝΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΗΠΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΧ..ΗΤοΣΗΝΔΕΚΑΙΕΠΙΧΑΡΜοΣοΠοΙΗ ΤΗΣΚΑΤΑΤοΥ
ΤοΝΑΦοΥΣοΦοΚΛΗΣοΣοΦΙΛΛοΥοΕΚΚοΛωΝοΥΕΝΙΚΗΣΕΤΡΑΓωΙΔΙΑΙΕΤωΝωΝΔΔΠΙΙΙΕΤΗΗΗΠΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΑΨΗΦΙοΝοΣΑΦοΥΕΝΑΙΓοΣΠοΤΑΜοΙΣο ΛΙθοΣΕΠΕΣΕ
ΚΑΙΣΙΜωΝΙΔΗΣοΠοΙΗΤΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΒΙοΥΣΕΤΗ𐅄ΔΔΔΔΕΤΗΗΗΠΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙθΕΑΓΕΝΙΔοΥΑΦοΥΑΛΕΞΑΝΔΡοΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝο ΔΕΥΙοΣΠΕΡΔΙΚ
ΚΑΣΜΑΚΕΔοΝωΝΒΑΣΙΛΕΥΕΙΕΤΗΗ𐅄ΔΔΔΔΠΙΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΝΕΥοΙΠΠοΥΑΦοΥΑΙΣΧΥΛοΣοΠοΙΗΤΗΣΒΙωΣΑΣΕΤΗ𐅄ΔΠΙΙΙΙΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕΝ..
...ΑΙΤΗΣ...ΚΕΛΙΑΣΕΤΗΗΠΔΔΔΔΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΚΑΛΛ.οΥΤοΥΠΡοΤΕΡοΥΑΦοΥΕΥΡΙΠΙΔΗΣΕΤωΝωΝΔΔΔΔΙΙΙΤΡΑΓωΙΔΙΑΙΠΡωΤοΝΕΝΙΚΗΣΕΝ ΕΤΗΗ𐅄Δ.....
...οΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΔΙΦΙ.....ΣΑΝΔΕΚΑΤΕΥΡΙΠΙΔΗΝΣωΚΡΑΤΗΣΚΑΙ...ΞΑΓοΡΑΣΑΦοΥΑΡΧΕΛΑοΣΜΑΚΕΔοΝωΝΒΑΣΙΛΕΥΕΙΠΕΡΔΙΚΚοΥΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤοΣ ΕΤΗΗ.....
...οΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΝΑΣΤΥΦΙΛοΥΑΦοΥΔΙοΝΥΣΙοΣΣΥΡΑΚοΥΣωΝΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΕΤΗΗΔΔΔΔΠΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΝΕΥΚΤΗΜοΝοΣΑΦοΥΕΥΡΙΠΙΔΗΣΒΙ ..............
...ΛΕΥΤΗΣΕΝΕΤΗΗΔΔΔΔΠΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΑΝΤΙΓΕΝοΥΣΑ.οΥΣο.οΚΛΗΣοΠοΙΗΤΗΣΒΙωΣΑΣΕΤΗ𐅄ΔΔΔΔΙΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΚΑΙΚΥΡοΣΑΝΕΒ .......
...οΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙοΥΤοΥΠΡοΤΕΡοΥΑΦοΥΤΕΛΕΣΤΗΣΣΕΛΙΝοΥΝΤΙοΣ.ΝΙΚΗΣΕΝΑοΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΔΔΔΠΙΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΜΙΚω ΝοΣΑΦοΥ........
..ΑΚΥΡοΥΑΝΑΒΑΝΤΕΣΚΑΙΣωΚΡΑΤΗΣοΦΙΛοΣοΦ.ΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΒΙοΥΣΕΤΗ𐅄ΔΔΕΤΗΗΔΔΔΠΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΝΛΑΧΗΤοΣΑΦοΥΑΠ....
ΑθΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗΔΔΔΠΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΝΑΡΙΣΤοΚΡΑΤοΥΣΑΦοΥΞ.ΛοΣ......ΜΕΚΥΡΡΙΑΝοΣΔΙθΥΡΑΜΒωΙΕΝΙΚΗΣΕΝΑοΗΝΗΣΙΝΕΤΗΗ..
...οΥΦΙΛοΞΕΝοΣΔΙθΥΡΑΜΒοΠοΙοΣΤΕΛΕΥΤΑΙΒΙοΥΣΕΤΗ𐅄ΠΕΤΗΗΔΠΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΝΠΥθΕοΥΑΦοΥΑΝΑΞΑΝΔΡΙΔΗΣοΚωΜ........
ΑοΗΝΗΣΙΚΑΛΛΕοΥΑΦοΥΑΣΤΥΔΑΜΑΣΑθΗΝΗΣΙΝΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗΗΠΙΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΝΑΣΤΕΙοΥΚΑΤΕΚΑΗΔΕΤοΤΕΚΑ.....
.....ΓΕΝΕΤοθΗΒΑΙωΝΚΑΙΛΑΚΕΔΑΙΜοΝΙωΝΗΝΕΝΙΚωΝοΗΒΑΙοΙΕΤΗΗΠΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΝΦΡΑΣΙΚΛΕΙΔοΥΚΑΙοΑΛ'..Λ
ΒΑΣΙΛΕΥΕΙΑΦοΥΣΤΗΣΙΧοΡοΣοΙΜΕΡΑΙοΣοΔΕΥΤΕΡοΣΕΝΙΚΗΣΕΝΑθΗΝΗΣΙΝΚΑΙωΙΚΙΣθΗΜΕΓΑΛΗΠοΛΙ..........
ΑΦοΥΔΙοΝΥΣΙοΣΣΙΚΕΛΙωΤΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝοΔΕΥΙοΣΔΙοΝΥΣΙοΣΕΤΥΡΑΝΝΕΥΣΕΝΚΑΙΑΛΕ‾ΛΝΛΡ.
ΣΙΛΕΥΕΙΕΤΗΗΙΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΝΑΥΣΙΓΕΝοΥΣΑΦοΥΦωΚΕΙΣΤοΕΝΔΕΛΦοΙΣΙΡοΝ........
ΝΗΣΙΚΗΦΙΣοΔωΡοΥΑΦοΥΤΙΜοθΕοΣΒΙωΣΑΣΕΤΗ𐅄ΔΔΔΔΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝΕΤ..
ΚΕΔοΝωΝΒΑΣΙΛΕΥΕΙΚΑΙΑΡΤοΞΕΡΞΗΣΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝωΧοΣΔΕοΥΙοΣΒ........
..ΕΝΙΚΗΣΕΝΕΤΗ𐅄ΔΔΔΔΙΙΙΑΡΧοΝΤοΣΑθΗΝΗΣΙΝΑΓΑθοΚΛΕ.....
..ΕΝΕΤοΕΤΗ𐅄ΔΔΔΔΙΑΡΧοΝΤοΣΑοΗΝΗΣΙΚΑΛΛΙΣΤ..........
.....ΣοΦοΣ...........Τ...ΤοΥΤοΥΑΦοΥΚΛΛΛΙ.......ΓΤ
.....Η𐅄....ΑΡΧοΝΤοΣ..............

*Varietas lectionis.* Litterarum formas dedi ex specimine Chandleri, nisi quod ille neglexit formam Ɪ (Z), quam inesse notat Seldenus. Vs. 1–45. quae in textu maiusculis expresso operae Seldeni peccarant, ea ubi correctio non coniecturae debetur, ex indice erratorum et ex minusculis statim reposui, et hinc quaedam exempli causa annoto: in altera parte addidi quae Chandl. ex lapide petiit, neque, ubi nihil interesse visum, annotavi ea non esse apud Seldenum. Lacunarum spatia in variis exemplis valde differunt; ea vs. 1–45. ex ipsius Seldeni editione, consulto simul erratorum indice, vs. 46 sqq. ex Seldeno et Chandlero dedi: nam ceteri editores lapidem non inspexerunt. Vs. 2. extr. Maitt. non signat lacunam. Vs. 3. init. pro quattuor punctis ex indice erratorum Seldeni dedi tria. Vs. 6. Seld. ΔΕΥΥΚΑΛΙΩΝΟΣ. Vs. 10. idem ΑΚΦΙΚΤΥΟΝΟΣ. Vs. 16. Seld. ΚΛΗΡΟ, quod correxit Chandl. Vs. 17. vulgo ΠΑΡ..ΑΔΙ; Seldeno notante aliquis ΠΑΡΑΡΑΔΙ vel ΠΑΡΑΓΑΔΙ ex elementorum elicuerit vestigiis; hinc dedi prius, ut vero proximum. Vs. 19. receptam lectionem quasi errori typothetae debitam Seld. in erratis sic corrigit: ΓΚ..... ΝΑΙΩΝ ΤΟΥΣΦΡΥΓΑΣ: sed haec coniectura potius est. Vs. 22. ΛΩΝΙΑΝ in erratorum indice corrigit Seld. de coniectura manifesto; in textu habetur ΑΟΝΙΑΝ. Puncta ante hoc in textu habet quattuor, in erratis tria. Vs. 24. init. Maitt. ΡΙΡΤ etc. operarum vitio. Vs. 33. primo loco Seld. ΑΘΗΗΝΗΣΙΝ, sed in communi charactere Ἀθήνησιν. Vs. 37. quattuor puncta initio posita dedi ex Seldeno: quae omiserunt posteriores. Vs. 38. Seld. in textu ΔΔΔΔ, in erratis ΔΔΔ. Vs. 40. Seld. ΙΟΙΑΙ, ut Chandl. dedit; ap. Maitt. est ΙΟΙΛΙ, sed operarum vitio. Vs. 41. ΑΡΕΙΟΥ esse in marmore testatur Seld. Vs. 42. Seld. in erratis ΑΦΟΥΝΗ...ΕΥΣ, ex coniectura. Vs. 44. Seld. in minusculis et notis Μενεσθέως. Vs. 45. ante ΝΕΥ tria puncta habet Seld. non duo ut Maitt. Vs. 46. primum Ν ex Forstero addidi, apud quem est a manu secunda. Vs. 47. Seld. ΤΕΜΕΝΟΥ, Forst. Chandl. quod dedi. Vs. 49. ultimum Θ obscurum esse inde colligas, quod id in Forsteri apographo a secunda manu adrasum videtur (quae prima manus scripsit, ex prioribus editoribus deprompta sunt): sed illa littera adrasa a Forstero est, ut Palmerii emendationi succurreretur: talia enim is aliquoties fecit. Vs. 50. Seld. ΜΟΥΔΙΚΗΝ, Chandl. ΜΟΥΣΙΚΗΝ, consentiente Forst. apud quem Σ ex lapide, ut patet, annotatum. Vs. 52. ΤΩΝΟΜΟΡΩΝ etiam Chandlerus; Forst. super ΤΩΝ adscripsit ΓΕΩ: ex coniectura pridem facta, non ex lapide, ut saepe fecit etiam in ea parte marmoris, quae pridem perierat. Sic deinceps multa ex coniecturis doctorum vel editis fontibus adscripsit, ut vs. 55. post ΙΣΧΑΔ supra adscripsit Ω, ex Chandlero petitum, quod id, etsi a Bentleio iam allatum, neglectum tamen a manu prima erat. Idem vs. 52. pro ΤΟ in textu ΥΟ habet, sed a secunda manu supra scriptum ΤΟ, ut habent ceteri. ΥΟ, etsi bonum, nihil est nisi emendatio ex prioribus a manu prima immissa. Vs. 53. Seld. in textu ΣΙΜΟ, reliqui cum Seldeno in erratis ΣΙΜΩ (etiam Maitt.). Vs. 54. ex litteris ΕΝΑΘ duas posteriores Millius ap. Bentl. Opusc. p. 263. ed. Lips. ita docet evanuisse, ut ΑΘ fuerit nec ne, non constet: etiam ultima ΣΑΝΙ evanuisse idem annotat. Vs. 55. Seld. ΗΥΡΟΝΤΟΣ, Chandl. quod dedi. Etiam seqq. ex Chandl. petii, quocum consentit Millius l. c. Seldenus legerat ΚΑΙΔΟΛΟΝ..ΤΕΘ..ΠΠΩΤΟΝΙΣΧΑΔ ....... ΑΡΣΙΧΟ..... ΝΟΙΝΟΥ. Vs. 56. post ΑΡΧΟΝΤΟΣ unius litterae lacuna est ap. Seld. et Chandl. quam retinui; sed maiorem merito statuunt ceteri, et ipse Chandl. in sua restitutione. Vs. 58. ex Bentleio p. 282. dedi ΠΡΩΤΟΣΟΣ; Seld. Chandl. ΑΧΙ...ΟΣ: sed illud in marmore conspici auctore valde idoneo comperit Bentl. Post hoc καὶ inserit Bentl. p. 286. 289. per incuriam ut videtur. Mox ΑΛ...ΣΤΙΝ non iam apparebat Millio (ap. Bentl. p. 282.); idem notat, si coniecturae de prima littera locus sit, illam ductui Ο quam Α similiorem videri. Sed hoc incertum iudico. Quae inter ΡΑΓΟΣ et ΕΤΗ sunt, omisit Chandl. quod Seld. in erratorum indice legendum dixit ΡΑΓΟΣΕΤΗ. At nihilominus Seld. in minusculis retinuit quae dedimus: nec videtur illa inter ΡΑΓΟΣ et ΕΤΗ lacuna de nihilo esse, sed potius in erratis ipsis indicandis aliquid peccatum esse. Pro Χ singulari Forst. a prima manu habet Ν. Vs. 59. Seld. in maiusculis et Chandl. ΕΒΑΣΙΛΕΥΕ; sed in minusculis Seld. ἐβασίλευσε; et hoc habet Maitt. Vs. 61. post ΔΔΔ addidi / ex nota ap. Forst. marginali quamvis obscura, et ex eodem dedi ΑΘΗΝΗΣΙΝ (vulgo ΑΘΗΝΗΣΙ). Vs. 63. ante ΕΝΙΚΩΝ Forsterus in margine ΗΝ habet, manifesto erutum e lapide. Id ego addidi. Vs. 64. initio Ω.ΩΝ ap. Seld. in maiusculis operarum vitio deest, ut ipse notavit; idem in minusculis habet ε. ων ων. Vs. 65. incertum esse utrum Γ an ΓΙ sit in lapide, notat Seldenus: Chandl. retinuit Γ, sed correxit Γ[Ι], credo quod nihil iam legere ibi potuit. Ibidem vulgo ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ: in lapide est ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΙ notante Forsteriana collatione. Ibidem extr. Chandl. addidit Ε.., Forst. ΕΙ: vulgo haec desunt. Vs. 66. post Ἑλλάδα Forst. addit Ν (pro ΑΦ); Seld. habet in textu ΕΛΛΑΔΑΑ, Chandl. ΕΛΛΑΔΑ ex indice typographicorum mendorum Seldeniano: sed haud dubie ΕΛΛΑΔΑΑ in marmore lectum a Seld. erat, et posthac illi vitiosum visum est. Ibidem vulgo ΑΘΗΝΗΣΙ: Ν addidi ex Forsterianis. In fine Seld. ΚΑΙ.... ΕΝΑΙΝΕΝ, Chandl. ΚΑΙΤΟΝΑΘΩΔΙΩΡΥΞΕΚΑΙΗΕΝ, quae verba ex lapide ipso aeri incisa praebet l. c.; idem ap. Forst. suprascriptum est. Mireris vero quod Seld. pro duodecim litteris tantum quattuor puncta habet. Vs. 67. prima ΛΑΙ pro Seldeni tribus punctis, mox ΤΟΙΣ, et ΛΙΑ vocis Καλλιάδου, pro quo Seld. quattuor puncta habet, ex Chandl. addidi: Forst. eadem a manu secunda habet. Vs. 68. prima ΛΑ ex Chandl. ante quae Γ addidi ex Forsteriana manu secunda; in cuius apographo quum Γ, non Π hoc loco sit, patet id ex lapide esse additum diligentius inspecto. In fine Seld. ΕΡΥΗΚ..; Chandl. omittit Κ. Forsterianae collationis auctor in margine plumbo adscri-

psit quod dedi; qui etsi posthac atramento addidit „ΕΡΥΗΚ recte", tamen patet quod antea plumbo allitum erat, ex lapide petitum esse, nempe duo Ρ iusto arctius scripta. Vs. 69. numerus prior Seldeno est Η....ΓΙ, Chandlero Η...ΔΓΙ; Forst. ex lapide quod dedi. Mox Seldenus ..ΛΩΝΟΔΕΙΝΟ ΜΕΝΟΣ, Chandl. quod dedi. Ultimum punctum addidi ex Chandl. Vs. 70. prima ΦΟΥ ex Chandl. Ibid. Seld. ΗΥΡΩΝ, Chandl. ΕΥΡΩΝ; in fine Λ'' addidi ex nota Forsteri. Vs. 71. Chandl. ΑΘΗΝΗΣΙ. ΔΕΙ ΜΑΝΤΟΥ, Seld. ΑΘΗΝΗΣΙ...... ΜΑΝΤΟΥ; mox Chandl. Χ.. ΗΤΟΣ, Seld. Χ.. Η.. ΟΣ. In fine Seld. duo puncta habet. Vs. 72. Ο ante Σοφίλλου ex Forsteriana nota addidi, quae id ex lapide ipso affert; ibidem Seld. ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ, Chandl. et Forst. ex lapide quod dedi. Vox ΑΘΗΝΗΣΙ Forsteriana collatione teste non habet Ν paragogicum, quod praebebant Seld. Chandl. nec pro eo est lacuna. In fine Ε est ex Chandl. (Forst. habet a manu secunda). Vs. 73. Seld. ΘΕΑ...ΝΙΔΟΥ habet et alias lacunas, quas ex Chandl. explevi, ut posthac aliquoties, ubi id notare supervacaneum. Vs. 74. Ι vocis ΠΟΙΗΤΗΣ pro lacuna est ex Forst. Ibidem ΒΑΣΙΛΕΥΕΙ cum Chandl. habet Seldenus in maiusculis, sed in minusculis ἐβασίλευε, Prideauxius vero contra. Collatio Forst. praebebat ΒΑΣΙΛΕΥΕ. Vs. 75. Ι vocis Ἀθήνησι ex Forst. Tum Seld. ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ; Chandl. Forst. ut dedi. Vs. 76. Seld. in textu, ΔΙΟΝ, sed in erratis ut Chandl. ΔΙΦΙ (ΔΙΟΝ lectum pro ΔΙΦΙΛ). Seld. in maiusculis ΕΒΑΣΙΛΕΥΕ, in communi charactere ἐβασίλευσε, Chandl. Forst. quod dedi. In fine Seld. quinque, Chandl. quattuor litterarum lacunam signat. Vs. 77. init. Seld. septem, Chandl. tria puncta notat. Seld. Chandl. ΑΘΗΝΗΣΙ, Forst. docet in lapide esse Ν paragogicum. Tum Chandl. pro Seldeni lectione ΓΙΙ habet ΙΙΙΙ; at Seldenianum ΓΙΙ in lapide esse Forst. affirmat. Dicas igitur Chandlerum coniecturae indulsisse; sed ille tamen nihil solet de coniectura in textum immittere. Itaque Chandleri lectionem aliquis dederit, ad quam corrigendus epochae insequentis numerus sit; sic certe tolletur difficultas, in qua haeserunt priores: nec credibile est archontum catalogos illis annis perturbatos fuisse, quae fere Giberti sententia est p. 76. Attamen, quum Forsteriana collatio diserte doceat in lapide esse ΓΙΙ, et cum hac lectione magis certe quam cum altera conspiret insequens epocha, nihil omnino mutandum. Ceterum, ut hoc praecipiam, etiam vs. 78. in numero primo Γ est certum, nec potest in ΙΙ et multo minus cum Lyd. p. 226. et aliis in ΙΙΙ mutari: optarat prius illud iam Seldenus p. 148. „quod mihi non permittit marmor" addens. Quapropter utroque loco retinendum vitium, quod in ipso esse marmore merito censuit iam Freretus p. 168. In fine vs. 77. Seld. ΕΥΡΙΓΙΔΗΣΡ...., Chandl. ΕΥΡΙΓΙΔΗΣΒΙ...... .......: post ΒΙ utrum ο an ᴝ sit non liquere annotat Forst. Vs. 78. init. in eiusdem schedis notatur trium tantum litterarum lacunam esse: ex eiusdem fide inserui in priorum lacuna ᴘ. In fine Seld. Ρ......, sed ipse in erratis et Chandl. Β....... habent. Vs. 79. ΠΡΟΤΕΡΟΥ diserte habet Seldenus: Chandl. ΠΡ. Τ.. ΟΥ; ac sane Ο et ΕΡ obscura esse Forst. docet: retinui tamen Seldenianum. Plenum ΣΕΛΙΝΟΥΝΤΙΟΣ ex Forst. coll. auctore dedi, qui dicit sibi hoc videri in lapide apparere. In fine Seld. quattuor, Chandl. octo puncta praebet. Vs. 80. initio ex collatione priore a manu secunda Ν ante Κύρου praefixum est apud Forst. idque esse in lapide secunda affirmat collatio. At Seld. Chandl. recte Α. Articulum Ο ante φιλόσ. omittunt editores; ex priore collatione habet Forst.; eumque in lapide esse vel certe spatium pro eo docet secunda collatio. Tum ΒΙΟΥΣ esse in lapide docet Forst. Seldenus post ΕΛΕΥΤ habet ...... Ο -- ΕΤΗ, Chandl. habet ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ, sed ΩΝ pro ΒΙΟΥΣ. Seld. deficit in ΛΑΧΗ: Chandl. et Forst. habent quod dedimus, nisi quod ille ΑΓ, hic ΑΙ praebet. Vs. 81. Seld. ΑΦ............ ΜΕ... ΡΙΑΝΟΣ; Chandl. ΑΦΟΥΞ .ΛΟΣ...... ΜΕ... ΡΙΑΝΟΣ; Forsteriana prior collatio pro littera Ξ praebet Ο, altera docet non liquere sitne Ο an Ξ; tum in illa dicuntur oblitteratae septem vel octo litterae esse, et dein habetur ΚΥΡΡ. Composui haec omnia, retento Ξ. Vs. 82. numerus annorum Philoxeni in Seldeni maiusculis est ᴘΓ, et sic etiam Chandl. et ex correctione Forsterus, quae facta est, quantum coniicio, ex priore qua usus est collatione: in communi charactere Seld. ᴘΔ, credo calami vitio etiam in canonem propagato: quamquam hoc edidit Maitt. In altero deinceps numero Δ est ex Chandl. Forst. in voce ΑΘΗ ΝΗΣΙΝ ultima littera ex iisdem. In fine Seld. quattuor tantum puncta habet. Vs. 84. extr. Seld. sex, Chandl. quinque puncta habet statim post Φρασικλείδου: ex Forsterianis collationibus binis ego addidi quae post hanc vocem sunt. Vs. 85. ultimum Ι ex Forsterianis, punctorum numerum ex Chandl. dedi. Vs. 86. extr. Seld. ΑΛΕ... Ν..., Chandl. ΑΛΕ.. Ν..., Forsterianae collationes quod dedi, nisi quod altera Α pro Λ. Vs. 87. prima ΣΙ dedi ex Forsterianis; indidem in fine ΙΡοΝ, et punctorum numerum ex Chandl. Vs. 88. extr. ΕΤ prorsus obscurum esse vel fractura lapidis perisse ex Forsteri exemplo colligo: sed olim videtur de eo constitisse. Vs. 89. ΩΧΟ ex Chandl. et Forst. (sed Ω hic notat obscurum esse). Vs. 90. Seld. Chandl. ΙΙΙ, utraque Forsteriana collatio consensu ΙΙ in lapide esse notat. Verum in Seldeni et Chandleri consensu non audeo ΙΙΙ loco movere; evanuisse paulatim tertium Ι est etiam credibile. Vs. 91. primum Ε ex Forsterianis, ultimum Τ cum punctorum numero ex Chandl. Vs. 92. spatia lacunarum ex Chandl. designavi; Seld. post ΣΟΦΟΣ tantum quattuor puncta habet; Forst. collatio ante vestigia litterarum οΥΤοΥ tantum novem circiter litterarum spatium esse dicit; ex eadem dedi quae post ΚΛ sunt. Vs. 93. nunc est in imo margine. Addo iam titulum cum emendationibus et supplementis aliorum nec paucis meis, de quibus infra singillatim dicam. Quadratarius ubi peccavit, emendationem asterisco signavi et minoribus characteribus imprimendam curavi. Epochas interpositis notavi numerorum siglis: eas vero epo-

chas nota inde a duodevigesima differre uno numero ab iis, quas priores constituerunt, quod septima decima nostra vulgo pro duabus numerata est. Ep. 1. praefixi numerum I. et ep. 25. numerum II. Spatio enim ante ep. 25. relicto auctor signat a Troia capta novi aevi principium, atque ab hac epocha certior rerum gestarum notitia esse vulgo creditur. Textui minusculis repetito addidi commentarium tribus partibus divisum, quarum prima continet *introductionem*, altera *notas criticas et historicas*, tertia *canonem chronicum*.

(1) . . . . . ου . . . . [ἐξ ἀναγραφῶ]ν παν[τοί]ων [περὶ τῶν προγεγενημέ]νων ἀνέγραψα τοὺς ἄν[ωθεν χρό-

(2) νους?] ἀρξάμ[εν]ος ἀπὸ Κέκροπος τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Ἀθηνῶν εἵως ἄρχοντος ἐμ Πάρῳ [μὲν]

I. (3) . . . υάνακτος, Ἀθήνησιν δὲ Διογνήτου. 1) Ἀφ᾽ οὗ Κέκροψ Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε καὶ ἡ χώρα Κεκροπία ἐκλήθη, τὸ πρότερον καλου-

(4) μένη Ἀκτικὴ ἀπὸ Ἀκταίου τοῦ αὐτόχθονος, ἔτη ΧΗΗΗΔΓΙΙΙ. 2) Ἀφ᾽ οὗ Δευκαλίων παρὰ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε, [βα]σιλε[ύ-

(5) ο]ντος Ἀθηνῶν Κέκροπος, ἔτη ΧΗΗΗΔ. 3) Ἀφ᾽ οὗ δίκη Ἀθήνησι[ν ἐγέ]νετο Ἄρει καὶ Ποσειδῶνι ὑπὲρ Ἁλιρ-ροθίου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη

(6) Ἄρειος πάγος, ἔτη ΧΗΗ𐅄ΔΓΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κρ[ανα]οῦ. 4) Ἀφ᾽ οὗ κατακλυσμὸς ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐγένετο, καὶ Δευκαλίων τοὺς

(7) ὄμβρους ἔφυγεν ἐγ Λυκωρείας εἰς Ἀθήνας πρὸ[ς Κρανα]όν, καὶ τοῦ Διὸ[ς το]ῦ Ὀ[μβρίου Ἀπη]μ[ί]ου τὸ ἱρὸν ἱδ[ρύσατ]ο [καὶ] τὰ σωτήρια ἔθυσεν,

(8) [ἔ]τη ΧΗΗ𐅄ΔΓ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κρ[α]ν[α]οῦ. 5) Ἀ[φ᾽ οὗ Ἀμφι]κτύων Δευκαλίωνος ἐβασίλευσεν ἐν Θερμοπύλαις, καὶ συνῆγε

(9) [τ]οὺς περὶ τὸν ὅρον οἰκοῦντας καὶ ὠ[νό]μασεν Ἀμφικτύονας καὶ Π[υλαία]ν οὗ[περ] καὶ νῦν ἔτι θύουσιν Ἀμφι-κτύονες,

(10) [ἔ]τη ΧΗΗ𐅄ΓΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. 6) Ἀφ᾽ οὗ Ἕλλην ὁ Δευκ[αλίωνος Φθι]ώτιδος ἐβασί-λευσε, καὶ Ἕλληνες

(11) [ὠν]ομάσθησαν, τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι, καὶ τὸν ἀγῶνα Παν[ελλήν]ι[α ἔθεσαν, ἔτη] ΧΗΗ𐅄ΓΙΙ, βα-σιλεύοντος

(12) Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. 7) Ἀφ᾽ οὗ Κάδμος ὁ Ἀγήνορος εἰς Θήβας ἀφίκετο [ἐκ Φοινίκης, καὶ] ἔκτισεν τὴν Καδμεί-

(13) αν, ἔτη ΧΗΗ𐅄Γ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. 8) Ἀφ᾽ οὗ [Εὐρώτας καὶ Λακεδαίμων Λακω]νικῆς ἐβα-σίλευσαν,

(14) ἔτη ΧΗΗ𐅄ΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος. 9) Ἀφ᾽ οὗ ναῦ[ς μετὰ Δαναοῦ καὶ τῶν πεντ]ή[κοντα Δαναΐδ]ων ἐξ Αἰγύπτου

(15) [ε]ἰς τὴν Ἑλλάδα ἔπλευσε, καὶ ὠνομάσθη πεντηκόντορος, καὶ αἱ Δαναοῦ θυγατέρες, . . . [καὶ Ἀμυμ]ώνη? καὶ Β[ρύ-

(16) κη κ]α[ὶ Ἡρ]ὼ? καὶ Ἑλίκη καὶ Ἀρχεδίκη ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν [ἱρὸν ἱδρύσ]αντ[ο Ἀθηνᾶς]

(17) καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐμ παρα[πλῳ] ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας, ἔτη ΧΗΗΔΔΔΓΙΙ, βασιλεύο[ντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου. 10) Ἀφ᾽ οὗ Ἐριχ]-

(18) θόνιος Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις ἅρμα ἔζευξε καὶ τὸν ἀγῶνα ἐδείκνυε, καὶ Ἀθηναίους [ὠν]ό[μασε, κ]αὶ [βρέτας

(19) θ]εῶν μητρὸς ἐφάνη ἐγ Κυβέλοις, καὶ Ὕαγνις ὁ Φρὺξ αὐλοὺς πρῶτος ηὗρεν ἐγ Κ[ελ]α[ι]ναῖ[ς πόλει τῆ]ς Φρ[υ-γίας, καὶ ἁρμονίαν τὴν καλ]-

(20) ουμένην Φρυγιστὶ πρῶτος ηὔλησε καὶ ἄλλους νόμους Μητρός, Διονύσου, Πανός, καὶ τὸν ἐπ - - - - - -

(21) - - -, ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου τοῦ τὸ ἅρμα ζεύξαντος. 11) Ἀφ᾽ οὗ Μίνως [ὁ] πρ[ότερος ἐ]βα[σίλευσε Κρήτης

(22) καὶ Κυδω]νίαν ᾤκισε, καὶ σίδηρος ηὑρέθη ἐν τῇ Ἴδῃ, εὑρόντων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων Κέλμιος κ[αὶ Δαμναμε-νέως καὶ Ἄκμονος, ἔτη ΧΗ𐅄ΔΓΙΙΙ, βα-

(23) σι]λεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος. 12) Ἀφ᾽ οὗ Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Ἀθήνας καρπὸν ἐφύ[τε]υεν καὶ πρ[όπειρα ἐ]πρά[χθη πρ]ώτη δ[ειξάντων

(24) Τ]ριπτολέμου τοῦ Κελεοῦ καὶ Νεαίρας, ἔτη ΧΗΔΔΔΔΓ, βασιλεύοντος Ἀθήνησιν Ἐριχθέως. 13) Ἀφ᾽ οὗ Τρι-πτό[λεμος ὁ Κελεοῦ καρ-

(25) πὸν] ἔσπειρεν ἐν τῇ Ῥαρίᾳ καλουμένῃ Ἐλευσῖνι, ἔτη Χ[Η]ΔΔΔΔ[ΙΙ], βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Ἐριχθέως. 14) Ἀφ᾽ οὗ Ὀρφεὺς Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης]

(26) υἱὸ[ς τὴ]ν αὐτοῦ πόησιν ἐξ[έ]θηκε, Κόρης τε ἁρπαγὴν καὶ Δήμητρος ζήτησιν καὶ τὸν αὐτοῦ [ἐς ᾅδου κατα-βαθμὸν

(27) καὶ τὸ γῆ]θος τῶν ὑποδεξαμένων τὸν καρπόν, ἔτη ΧΗΔΔΔΓ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθέως. 15) [Ἀφ᾽ οὗ Εὔμολπος ὁ

(28) Μουσαί]ου τὰ μυστήρια ἀνέφηνεν ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰς τοῦ [πατρὸς Μ]ουσαίου ποιήσ[ει]ς ἐξέθηκ[εν, ἔτη ΧΗΔ - βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐ-

(29) ριχθέ]ως τοῦ Πανδίονος. 16) Ἀφ᾽ οὗ καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο [φόν]ου, πρώτω[ν] Ἀ[θηναίων καθηρ]άντ[ων Ἡρακλέα, ἔτη

(30) Χ𐅄]ΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. 17) Ἀφ᾽ οὗ [ἐ]ν Ἐλευσῖνι ὁ γυμνικὸς [ἀγὼν ἐτέθη, κ]α[ὶ θ]υ[σία βρέφους ἀν-

(31) θρώπου κ]αὶ τὰ Λύκαια ἐν Ἀρκαδίᾳ ἐγένετο, καὶ [αἱ ἐ]κκ[ηρύξεις τοῦ] Λυκάονος ἐδόθησαν [ἐν] τοῖς Ἕλλ[η]σι[ν, ἔτ]η [Χ].[Δ].., βασιλεύον-
(32) τος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. [18]) Ἀφ' οὗ κα[τερ]γ[ασάμενος τὰ ἐν] Ἤ[λ]ι[δ]ι Ἡρακλῆς [τὸ τέμε]ν[ος καθιέρ]ω[σε τοῦ] Δ[ι]ός, [ἔ]τ[η ΧΔΔΔ] - -
(33) βασιλεύοντος Ἀθήνησιν Αἰγέως. [19]) Ἀφ' οὗ Ἀθήνησι [σπάνι]ς τῶν καρπῶν ἐγένετο, καὶ μαντευομένο[ι]ς [τοῖς] Ἀθην[αίοις Ἀπόλ]λων ἔ[χρ]η[σε
(34) δίκα]ς ὑποσχε[ῖν] ἅ[ς] ἂμ Μίνως ἀξιώσῃ, ἔτη ΧΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Αἰγ[έως]. [20]) Ἀφ' οὗ Θησ[εὺς βασιλεύων]
(35) Ἀθηνῶν τὰς δώδεκα πόλεις εἰς τὸ αὐτὸ συνῴκισεν, καὶ πολιτείαν καὶ τὴν δημοκρατίαν ἀπ[έδ]ω[κε, καὶ ἀπογε-
(36) νόμεν]ος Ἀθηνῶν τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἔθηκε Σίνιν ἀποκτείνας, ἔτη 𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΓ. [21]) Ἀπὸ τῆς Ἀμ[αζ]όν[ων εἰς] τὴ[ν Ἀττικὴν στρατείας, ἔτη 𐅅Η
(37) ΗΗΗ𐅄]ΔΔΔΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως. [22]) Ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι [μ]ε[τ'] Ἀδράσ[του ἐπὶ Θή]βας [ἐστράτ]ευσαν, καὶ τὸν ἀγῶνα [ἔ]ν [Νεμέ]ᾳ [ἔ]θ[εσ]αν [τῷ
(38) Διΐ], ἔτη 𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΓΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως. [23]) Ἀφ' οὗ οἱ [Ἕλλη]νες εἰς Τροίαν ἐ[στ]ράτευσ[αν], ἔτη 𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΙΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθη[νῶν
(39) Μεν]εσθέως τρεισκαιδεκάτου ἔτους. [24]) Ἀφ' οὗ Τροία ἥλω, ἔτη 𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΔΓ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Μενεσθέ]ως δευτέρου *[καὶ εἰκοστοῦ] ἔτους, μηνὸς Θ[αρ-
II. (40) γηλιῶ]νος ἑβδόμῃ φθίνοντος. [25]) Ἀφ' οὗ Ὀρέστη[ς πρ]ο[ς]αιτῶν αὐτὸ[ς δίκην ὑπέσχεν Α]ἰγίσθου θυγατρὶ [Ἠριγ]όν[ῃ ὑπὲρ Αἰ]γίσθου, καὶ αὐ[τοῖς ἡ δί-
(41) κη ἐδικ]ά[σθη] ἐν *Ἀρεί[ῳ] πάγῳ, ἣν Ὀρέστης ἐνίκησεν [ἰσωθεισῶν τ]ῶν [ψήφων], ἔτη [𐅅]ΗΗΗΗΔΔ[ΓΙΙ]ΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος. [26]) Ἀφ' οὗ [Σαλα-
(42) μῖνα ἐν] Κύπρῳ Τεῦκρος ᾤκισεν, ἔτη 𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΓΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Δημοφῶντος. [27]) Ἀφ' οὗ Νε[ιλ]εὺς ᾤκισ[ε Μίλητον καὶ τὴν] ἄλ[λ]η[ν] ἅ[πα]σ[αν
(43) Ἰωνί]αν, Ἔφεσον, Ἐρυθράς, Κλαζομενάς, [Πρι]ήν[ην, Λέβεδ]ον, [Τέω], Κολοφῶνα, [Μ]υοῦντα, [Φώκ]α[ιαν], Σάμον, [Χίον, καὶ] τὰ [Παν]ιώνι[α] ἐγένετο, ἔτ[η
(44) 𐅅ΗΗΗ]ΔΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν *Με[δοντο]ς τρεισκαιδεκάτου [ἔτ]ους. [28]) Ἀφ' οὗ [Ἡσ]ίοδος ὁ ποιητὴς [ἐφάν]η, ἔτη 𐅅Η𐅄ΔΔ[ΙΙΙ], βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Μεγα-
(45) κλέους]. [29]) Ἀφ' οὗ Ὅμηρος ὁ ποιητὴς ἐφάνη, ἔτη 𐅅ΗΔΔΔΔΙΙΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶ[ν Δ]ιογνήτου. [30]) Ἀφ' οὗ Φ[εί]δων ὁ Ἀργεῖος ἐδήμευσ[ε τὰ μ]έ[τρα
(46) καὶ ἀ]νεσκεύασε, καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν, ἑνδέκατος ὢν ἀφ' Ἡρακλέους, ἔτη 𐅅ΗΔΔΔΙ, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν [Φε-
(47) ρεκλέ]ους. [31]) Ἀφ' οὗ Ἀρχίας Εὐαγήτου, δέκατος ὢν ἀπὸ Τημένου, ἐκ Κορίνθου ἤγαγε τὴν ἀποικίαν [εἰς τὰς] Συρακού[σας, ἔτη ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔΙΙΙ,
(48) βασιλεύον]τος Ἀθηνῶν Αἰσχύλου ἔτους εἰκοστοῦ καὶ ἑνός. [32]) Ἀφ' οὗ κατ' ἐνιαυτὸν ἦρ[χ]εν [ὁ ἄ]ρ[χ]ων, ἔτ[η] ΗΗΗΗΔΔ. [33]) Ἀφ' οὗ .......ο..υ
(49) ......., ἔτη ΗΗΗΗΔΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι [Τλη]σία. [34]) Ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τού[ς κιθ]α[ρῳδ]ῶν [ἐδί]δ[αξεν], οὓς [κ]αὶ αὐλητ[ὴς συν-
(50) ηύ]λησε, καὶ τὴν ἔμπροσθε μουσικὴν μετέστησεν, ἔτ[η] ΗΗΗ𐅄ΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δρωπί[δ]ου. [35]) Ἀφ' οὗ Ἀ[λυάττη]ς Λυδ[ῶν ἐβα]σίλευσ[εν, ἔτη
(51) ΗΗΗΔ]ΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκλέους. [36]) Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐγ Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα - - - ολ - - - θ - - [ἔτη ΗΗΗΔΔ - -,
(52) ἄρχον]τος Ἀθήνησιν μὲν Κριτίου τοῦ προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν [γεω]μόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν. [37]) [Ἀφ' οὗ Ἀμφικτύ]ο[νες ἐνίκη-
(53) σαν ἑλ]όντες Κύῤῥαν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων, ἔτη ΗΗ[Η]ΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Σίμω[ν]ος. [38]) Ἀφ' οὗ [ἐν Δελ-
(54) φοῖς στεφ]ανίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη, ἔτη ΗΗΗΔΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου. [39]) Ἀφ' οὗ ἐν Ἀθ[ήν]αις κωμῳ[δῶν χο]ρ[ὸς ηὑρ]έθη, [στη]σάν[των αὐ-
(55) τὸν] τῶν Ἰκαριέων, εὑρόντος Σουσαρίωνος, καὶ ἆθλον ἐτέθη πρῶτον ἰσχάδω[ν] ἄρσιχο[ς] καὶ οἴνου [ἀμφορ]ε[ύς? ἔτη ΗΗ... ἄρχοντ]ος [Ἀθήνησι] - -
(56) .. [40]) Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος Ἀθηνῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗ𐅄ΔΔΔΔΓΙΙ, ἄρχοντος [Ἀθήνησ]ι Κ[ωμί]ου. [41]) Ἀφ' οὗ Κροῖσος [ἐξ] Ἀσίας [εἰς] Δελφο[ὺ]ς ἀ[πέστειλεν - - - -
(57) ἔτη ΗΗ𐅄]ΔΔΔΔΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι[ν Εὐθ]υδήμου. [42]) Ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε καὶ Κροῖσον ὑπὸ [Πυθία]ς σφαλ[έντα ἐζώγρησεν, ἔτη ΗΗ𐅄ΔΔΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι - - - ἦν
(58) δὲ] καὶ Ἱππῶναξ κατὰ τοῦτον ὁ ἰαμβοποιός. [43]) Ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς [ἐφάνη], πρῶτος ὃς ἐδίδαξε [δρ]ᾶ[μα ἐν ἄ]στ[ει, καὶ ἐ]τέθη ὁ [τ]ράγος [ἆθλον], ἔτη ΗΗ𐅄[ΔΔ] - - ἄρχοντος Ἀθ[ήνησι]
(59) ....ναίου τοῦ προτέρου. [44]) Ἀφ' οὗ Δαρεῖος Περσῶν ἐβασίλευε Μάγου τελευτήσαντος, ἔτη [ΗΗ]𐅄[Γ]Ι, ἄρχοντος Ἀθή[νησι] ...... [45]) Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ [Ἀριστογε]ίτων ἀπέκτε[ιναν Ἵπ-
(60) πα]ρχον Πεισιστράτου Ἀ[θηνῶν τύρανν]ον, καὶ Ἀθηναῖοι [ἐξανέστ]ησαν τοὺς Πεισιστρατίδας ἐκ [τοῦ Πε]λασ[γικ]οῦ τείχους, ἔτη ΗΗΔΔΔΔΓΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι - -

(61) ... 46) Ἀφ᾽ οὗ χοροὶ πρῶτον ἠγωνίσαντο ἀνδρῶν· ὃν διδάξας Ὑπό[δι]κος ὁ Χαλκιδε[ὺς] ἐνίκ[ησεν], ἔτη ΗΗ ΔΔΔΔ[ΙΙΙΙ], ἄρχοντος Ἀθήνησιν [Ἰ]σαγόρου. 47) Ἀφ᾽ οὗ Νε...... Ἱππία [υἱὸς? ἐτελεύ-

(62) τησ]εν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΗΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυθοκρίτου. 48) Ἀφ᾽ οὗ ἡ ἐμ Μαραθῶνι μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Πέρσας [καὶ] Ἀρ[ταφέρνεα τὸ]ν Δαρείου ἀδελ-

(63) [φιδοῦ]ν τὸν στρατηγόν, ἣν ἐνίκων Ἀθηναῖοι, ἔτη ΗΗΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήν[ησι τοῦ] δευτέρου Φ[αι]ν[ίππου· ᾗ] ἐν μάχῃ συνηγωνίσατο Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς

(64) [ἐτ]ῶ[ν] ὢν ΔΔΔΠ. 49) Ἀφ᾽ οὗ Σιμωνίδης, ὁ Σιμωνίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ, ποιητὴς ὢν καὶ [αὐτός, νικᾷ Ἀθή]νησι, καὶ Δαρεῖος τελευτᾷ, Ξέρξης δὲ ὁ υἱὸς βασιλεύει [Περσῶν, ἔτη

(65) ΗΗΔ]ΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστείδου. 50) Ἀφ᾽ οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο, καὶ Στησίχορος ποιητὴς εἰ[ς]

(66) τὴν Ἑλλάδα ἀ[φίκετ]ο, ἔτη ΗΗΔΔΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Φιλοκράτους. 51) Ἀφ᾽ οὗ Ξέρξης τὴν σχεδίαν ἔζευξεν ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τὸν Ἄθω διώρυξε, καὶ ἡ ἐν Θερμο-

(67) [πύ]λαις μάχη ἐγένετο, καὶ ναυμαχία τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα πρὸς τοὺς Πέρσας, ἣν ἐνίκων οἱ Ἕλληνες, ἔτη ΗΗΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιάδου. 52) Ἀφ᾽ οὗ ἡ ἐν

(68) Πλαταιαῖς μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Μαρδόνιον τὸν Ξέρξου στρατηγόν, ἣν ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ Μαρδόνιος ἐτελεύτησεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ πῦρ ἐῤῥύη κ[ᾶον

(69) ἐν Σικ]ελίᾳ περὶ τὴν Αἴτν[η]ν, ἔτη ΗΗΔΠΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξαντίππου. 53) Ἀφ᾽ οὗ [Γέ]λων ὁ Δεινομένους [Συρακουσῶν] ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Τιμοσθέν[ο-

(70) υς. 54) Ἀ]φ᾽ οὗ Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους ὁ Κεῖος, ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρών, ἐνίκησεν Ἀθήνησιν διδάσκων, καὶ αἱ εἰκόνες ἐστάθησαν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ἔτη ΗΗΔΙΙ[Ι],

(71) ἄρχοντος Ἀθήνησι[ν Ἀ]δειμάντου. 55) Ἀφ᾽ οὗ Ἱέρων Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΠΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χ[άρ]ητος. ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς κατὰ τοῦ-

(72) τον. 56) Ἀφ᾽ οὗ Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλλου ὁ ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησε τραγῳδίᾳ ἐτῶν ὢν ΔΔΠΙΙΙ, ἔτη ΗΗΠΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἀψηφίονος. 57) Ἀφ᾽ οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε,

(73) καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη 𐅄ΔΔΔΔ, ἔτη ΗΗΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεαγενίδου. 58) Ἀφ᾽ οὗ Ἀλέξανδρος ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Περδίκ-

(74) κας Μακεδόνων βασιλεύει, ἔτη Η𐅄ΔΔΔΔΠΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθίππου. 59) Ἀφ᾽ οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη 𐅄ΔΠΙΙΙΙ ἐτελεύτησεν ἐν [Γέ-

(75) λ]ᾳ τῆς [Σι]κελίας, ἔτη Η𐅄ΔΔΔΔΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλ[ί]ου τοῦ προτέρου. 60) Ἀφ᾽ οὗ Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔΙΙΙ τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν, ἔτη Η𐅄Δ[ΔΠΙΙΙ,

(76) ἄρχ]οντος Ἀθήνησι Διφί[λου. ἦ]σαν δὲ κατ᾽ Εὐριπίδην Σωκράτης καὶ [Ἀνα]ξαγόρας. 61) Ἀφ᾽ οὗ Ἀρχέλαος Μακεδόνων βασιλεύει Περδίκκου τελευτήσαντος, ἔτη Η[𐅄ΠΙ,

(77) ἄρχ]οντος Ἀθήνησιν Ἀστυφίλου. 62) Ἀφ᾽ οὗ Διονύσιος Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκτήμονος. 63) Ἀφ᾽ οὗ Εὐριπίδης βι[ώσας ἔτη 𐅄ΔΔΠΙΙΙ

(78) ἐτε]λεύτησεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιγένους. 64) Ἀ[φ᾽] οὗ Σο[φ]οκλῆς ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη 𐅄ΔΔΔΔΙ ἐτελεύτησεν, καὶ Κῦρος ἀνέβ[η, ἔτη ΗΔΔΔΔΙΙ,

(79) ἄρχ]οντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ *[δευ]τέρου. 65) Ἀφ᾽ οὗ Τελέστης Σελινούντιος [ἐ]νίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΠΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Μίκωνος. 66) Ἀφ᾽ οὗ [ἐπανῆλθον οἱ με-

(80) τ]ὰ Κύρου ἀναβάντες, καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφ[ο]ς ἐτελεύτησεν βιοὺς ἔτη 𐅄ΔΔ, ἔτη ΗΔΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Λάχητος. 67) Ἀφ᾽ οὗ Ἀ[στυδάμας πρῶτον ἐδίδαξεν?]

(81) Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκράτους. 68) Ἀφ᾽ οὗ ..λοσ..... [ὁ Σηλ]υβριανὸς διθυράμβῳ ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη Η[Δ - - ἄρχοντος Ἀθήνησιν - - -

(82) 69) Ἀφ᾽] οὗ Φιλόξενος διθυραμβοποιὸς τελευτᾷ βιοὺς ἔτη 𐅄Π, ἔτη ΗΔΠΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Πυθέου. 70) Ἀφ᾽ οὗ Ἀναξανδρίδης ὁ κωμ[ῳδοποιὸς - - - - εν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΙΙΙ, ἄρχοντος]

(83) Ἀθήνησι Καλλέου. 71) Ἀφ᾽ οὗ Ἀστυδάμας Ἀθήνησιν ἐνίκησεν, ἔτη ΗΠΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀστείου. κατεκάη δὲ τότε κα[τὰ τὸν οὐρανὸν ἡ πυρίνη δοκίς. 72) Ἀφ᾽ οὗ ἡ ἐν Λεύκτροις

(84) μάχη ἐ]γένετο Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων, ἣν ἐνίκων Θηβαῖοι, ἔτη ΗΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Φρασικλείδου. καὶ ὁ Ἀλ[έξανδρος δὲ ὁ Ἀμύντου κατὰ τοῦτον Μακεδόνων]

(85) βασιλεύει. 73) Ἀφ᾽ οὗ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος ὁ δεύτερος ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, καὶ ᾠκίσθη Μεγάλη πόλι[ς ἐν Ἀρκαδίᾳ, ἔτη ΗΠΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δυσνικήτου.]

(86) 74) Ἀφ᾽ οὗ Διονύσιος Σικελιώτης ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Διονύσιος ἐτυράννευσεν, καὶ Ἀλε[ξά]ν[δρου τελευτήσαντος Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης Μακεδόνων βα]-

(87) σιλεύει, ἔτη ΗΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ναυσιγένους. 75) Ἀφ᾽ οὗ Φωκεῖς τὸ ἐν Δελφοῖς ἱρὸν [κατέλαβον, ἔτη 𐅄ΔΔΔΔΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθή]-

(88) νησι Κηφισοδώρου. 76) Ἀφ᾽ οὗ Τιμόθεος βιώσας ἔτη 𐅄ΔΔΔΔ ἐτελεύτησεν, ἐτ[ελεύτησεν δὲ καὶ Περδίκκας, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Μα]-

(89) κεδόνων βασιλεύει, καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν, Ὦχος δὲ ὁ υἱὸς β[ασιλεύει Περσῶν, καὶ] - - - - - - - - - - - - - -

(90) ἐνίκησεν, ἔτη 𐅄ΔΔΔΔΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέ[ους. 77) Ἀφ᾽ οὗ] - - - - - - - - - - - [καὶ ὁ πρὸς τοὺς Φωκεῖς πόλεμος

(91) ἐγ]ένετο, ἔτη ΠΔΔΔΔΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιστ[ράτου. ἦσαν δὲ τότε καὶ - - - - - - - - - - - - - Πλάτων?

(92) ὁ φιλό]σοφος [καὶ Ἀριστοτέλης μαθη]τ[ὴς]? τούτου. 78) Ἀφ' οὗ Κ[αλλ]ι - - - - - - - - - - - - - - - - -

(93) . . . [ἔτ]η Π. . . . ἄρχοντος [Ἀθήνησιν - - - - -

## COMMENTARIUS IN CHRONICON PARIUM.

### I.

#### INTRODUCTIO.

1. *Parii* archontis nomen quum initio huius monumenti scriptum atque adeo Attico praemissum sit; cuius annus, ut ceterorum archontum Atticorum anni, temporibus definiendis in hoc recensu inservit; dubium non est, quin ex Paro insula ablatus lapis sit (cf. Weston. Archaeol. Brit. T. XIV. p. 34.): nec Lydiati commentum, qui Pharum Adriae insulam, Pariorum coloniam, vaga argumentatione huius tituli rebus immiscet, maiorem habet auctoritatem quam Ceorum fabula sibi eum vindicantium (Clark. Itin. P. II. S. II. p. 440. Bröndsted. über den Aufsatz im Hermes, Villoison und Bröndsted, p. 18.). Hinc etiam aliquid resedit *Ionismi*, ut vs. 2. εἵως, vs. 7. 87. ἱρόν; nec vs. 49. [Τλη]σία, vs. 61. Ἱππία ut videtur, a Pariorum sermone alienum iudicandum, licet vulgaris terminatio in lapide frequentior sit; certe in vicinae Cei titulis habetur Νικία, Πλειστία et talia. Auctor, quem privatim marmor inscribendum curasse liquet, cur hoc fecerit quaerere supervacaneum est; placuit, libuit; voluit ille domi, opinor, tabulam habere eiusmodi, qualis fere fuit Sicyonia ἀναγραφὴ de poetis et musicis et eorum certaminibus, cuius ex Heraclide aliquoties meminit Plutarchus in libello de musica; eaque exiguo sane sumptu, vix quinquaginta drachmis parari potuit (cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 131.), non, ut putabat Robertsonius, magna constitit pecunia. Scripturae genus et litterarum formae saeculo, quod monumentum prae se fert, congruae sunt; dictio ut plurimum apta neque inelegans. In rebus deligendis quod *consilium* secutus auctor sit, haud facile dixerim. Patrias quidem res prorsus neglexit; nec tamen ideo monumentum cum Robertsono in fraudis suspicionem vocandum esse, non est quod exponam: Frereto iudice ea ex ordine annorum disposita sunt, quae poetis intelligendis potissimum et temporibus eorum cognoscendis inservirent; quare etiam priscos Atticae reges tanta esse cura perscriptos: Peloponnesia esse devitata, quod illa occupasset Sicyonius recensus. At haec non accurate dicta esse facile videas. Sane auctor poetas et musicos ludosque, in quibus illi certabant, maxime spectavit, ac rursum Athenas eruditionis prope universae parentes; sed idem et alias litteras respexit, et cultus humani universi initia apud Graecos iacta, Peloponneso minime exclusa, certaminum aliquot musicorum et gymnicorum institutionem, Amphictyonum et Hellenici nominis ortum, originem iudiciorum de caede, inventionem frugum, curruum, pentecontori, mysteriorum, lustrationis, ferri, monetae, artis memoriae: tamen admiscuit etiam civilia et bellica, neque ea sola, quae fortasse litterarum causa inde vel auctarum vel imminutarum afferenda fuisse censueris, sed quae per se epochas constituerent. Neque vero in ullo genere satis cum iudicio delectum instituit. Nam etsi in fabulosae aetatis rebus diligens usque ad superstitionem est, tamen omisit Argonautas; Heraclidarum reditum, Lycurgum, Olympiades Iphiti et Coroebi, bella Messeniaca, Draconem, Solonem et septem sapientes tantopere celebratos, Clisthenem Atheniensium legislatorem, Periclem, Areopagi imminutionem, bellum Peloponnesiacum, expeditionem Siciliensem, proelium ad Aegospotamos, Trigintaviros, et tot alia frustra quaeres: sed quando Mars, quando Orestes in Areopago iudicati sint, quando lapis ad Aegos flumen deciderit, cometa in caelo arserit, sedulo refertur: quae quamquam memoratu non indigna, videtur tamen aliqua potius superstitione quam rerum naturalium studio ductus perscripsisse auctor, caerimoniarum is praeterea imprimis curiosus, et quae cum sacris coniuncta sunt maxime sectatus. Regum et tyrannorum initia et fines diligenter annotat; sed haec quoque minus constanter. Ne in poetis quidem delectum laudes. Tragicorum principes attigit; Eupolidem, Cratinum, Aristophanem neglexit; praeter Terpandrum ex clarioribus lyricis Sappho et Simonidem celebrem annotavit; Simonidem addidit alium, duosque Stesichoros attulit; Alcmanem, Alcaeum, Pindarum, alios tacuit; dithyrambicos etiam ignobiles nominat, non Arionem, non Lasum artis statores praestantissimos. Huic igitur homini mediocriter docto, licet Eratosthene et Apollodoro, probatissimis temporum auctoribus, paulo sit vetustior, non ego tantum tribuerim, quantum qui primo novae rei gaudio elati sunt priores editores et interpretes, in his maxime Lydiatus huic marmori unice addictus, quantum etiam summus Bentleius et Corsinus: quodsi quae ille praestitit cum iis confero, quae illa aetate praestare poterat, atque omnis generis errores et vitia ab eo commissa reputo, quamquam quidquid immensam antiquorum monumentorum stragem superavit, religiose colendum arbitror, tamen multum abest, ut hoc marmor inter pretiosissimas Graecae eruditionis reliquias referendum cum aliis censeam.

2. Sed Parius hic dux quum plurima auxiliaribus copiis, non proprio Marte gessisse videatur, nosse eius *subsidia et fontes* pretium fuerit (cf. Lydiat. p. 231 sq.). Qui quum recensum suum usque ad Olymp. 129, 1. deduxerit, ubi substitit Timaeus et coepit Polybius (I, 5.); dicas Parium usum esse *Timaeo Siculo*, atque inde etiam frequentem rerum Sicularum mentionem derives. Verum quae de poe-

tis et musicis ludisque dicta sunt, vix omnia apud Timaeum reperire potuit; et Noster sequitur solos Atticos reges et archontes, non usquam Olympiades, quae tamen praeter Philochorum Timaei chronico opere, quod inscriptum Ὀλυμπιονῖκαι, maxime celebratae sunt, etsi Timaeus cum his etiam Atticos archontes comparavit (Polyb. XII, 12.); Coroebi Olympiadem, a qua ordiuntur Olympiadum numeri, Noster ne memorat quidem; in Troiani belli epocha vero non consentit cum Timaeo. Etiam *Philochori* Atthis adversus Demonem edita, eaque magna ex parte secundum reges et archontes Atticos, ut Parium monumentum, digesta ad eam fere aetatem pertinebat; ab initio enim rerum Atticarum usque ad Olymp. 129, 3. sive Antiochi Dei regnum coeptum res gestas descripserat Philochorus (Siebel. Fragm. Philoch. p. 3.); itaque etiamsi Parius suam descriptionem duobus annis ante confecit, partibus illius operis eum usum putes, quas iam prius edidisse Philochorum, neque integrum opus publicandum prope in finem longae vitae distulisse probabile est. Sed ut in nonnullis rebus consentiat cum Philochoro, in aliis prorsus dissentit. Actaeum regem habet Parius, non agnoscebat Philochorus (Nott. ep. 1.); Philochorus arcem, Parius Atticam ex Cecrope Cecropiam appellatam perhibet; Philochorus Homerum Hesiodo antiquiorem statuit (Gell. III, 11.), Parius contra; Philochorus a Troicis ad Homerum florentem annos CLXXX, ab Ionica colonia deducta ad eundem annos XL, ac proinde a Troia eversa ad Ionicam coloniam annos CXL computat, et Homerum archonte Archippo ponit (Fragm. p. 35.): Parius Homerum post Troica anno plus quam trecentesimo assignat, archonte Diogneto, post Ionicam coloniam deductam annis CLXX; et Ionicam coloniam annis post Troica CXXXII vel CXXXI deductam statuit. Et Eratosthenis canon, a quo in Troiae eversae epocha distat Parius, potissimis in partibus, ut in intervallo a Troia capta ad Ionicam coloniam deductam, convenit cum calculis Philochori (vide Canon. ep. 24.); itaque etiam de Troiae eversae epocha Philochorum aliter ac Nostrum statuisse putem: Eusebiique canon regum et archontum perpetuorum Atticorum, a quo Parius magnopere discedit, vix fuerit aliunde petitus nisi ex celeberrima Philochori Atthide. Postremo Perdiccae Macedonum regi Parius ep. 48. 61. imperii annos XLI, Philochorus annos XXIII tribuit. Archontes annuos non necesse est ut ex Philochoro petitos censeas; eundem usum praestare poterant *Clitodemi* et *Demonis* aliorumque *Atthides*, et maxime *Demetrii Phalerei* ἀναγραφὴ ἀρχόντων, pro qua Parium marmor, post Demetrii demum fata compositum, ineptissime venditavit editor Danielis secundum Septuaginta ex Tetraplis Origenis (Rom. 1772. fol.) Diss. IV. satis refutatus a Robertsono. Mitto *Pherecydem Atheniensem, Hellanici Atthidem; Istri Callimachii* scripta vero ante Marmor Parium vix fuerint edita; a *Marsya Pellaeo*, cuius cum illis mentionem iniecit Lydiatus, Noster in Perdicca ita discrepat ut a Philochoro. Ab *Herodoto, Thucydide, Xenophonte* desciscit haud raro; *Ctesiam Cnidium* ep. 49. in calculis prorsus singularibus consentientem habet. *Ephorum* in hoc secutus fuerit, quod Hesiodum Homero antiquiorem statuit (ep. 28.); neque in Homeri aetate definienda multum dissentire videntur (vide Canon. ep. 29.): sed de Troiae captae anno non convenire utrique coniicio (vide Canon. ep. 24.); in die cum Ephoro et aliis, etiam Damaste, Noster consentit. Sed Ephoro, quem tempora constat secundum aetates computasse, Phido, de quo similia ac Parius tradidit, decimus a Temeno est, Nostro undecimus ab Hercule sive septimus a Temeno (vide Canon. ep. 30.). Ceterum liber Ephori περὶ εὑρημάτων potuit Nostro aliquot res ministrare. A *Theopompo* differt Parius in annis regni Perdiccae; *Anaximenes* uno anno brevius eiusdem imperium tradidit quam Noster; *Callisthenes* diem Troiae captae Thargelionis octavum, Noster septimum prodidit, discrimine prope nullo; ex eodem potest sumptum esse, quod de cometa refertur, quamquam idem tradiderat Aristoteles, fortasse etiam Phanias. Ad quem priusquam transeam, *Nicomedem Acanthium* nomino, quocum uno Noster in Perdiccae annis consentit (Athen. V. p. 217. E.): id quod in tanto auctorum dissidio maxime memorabile: quem quum Athenaeus in Perdiccae rebus cum Theopompo, Anaximene, Hieronymo, Marsya Pellaeo, Philochoro, atque alio loco, ubi eius de Orpheo librum affert (XIV. p. 637. A.), itidem cum antiquis composuerit, videtur is ea aetate vixisse, ut ex illo Parius aliqua, et imprimis res Macedonicas haurire potuerit. De *Phania Eresio* Aristotelis discipulo post alios dixere Plehn. Lesb. p. 215 sq. I. F. Ebert. Diss. Sic. T. I. p. 76 sqq. et singulari libello Voisinus. Vir γραμμάτων οὐκ ἄπειρος ἱστορικῶν, ut ait Plutarchus (Themistocl. c. 13.), scripsit praeter alia περὶ ποιητῶν; quo opere tractavit etiam musica (Athen. VIII. p. 352. C.), eademque vel in libro adversus sophistas attigit: eiusdem affertur liber, Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας, unde aliquid de Heracleae Italicae tyranno promit Parthenius (Erot. c. 7.), item liber de Siciliae tyrannis (Athen. VI. p. 231. E. p. 232. C.), in quo nominatim de Gelone et Hierone dixerat; aliquid de rebus Himerensibus ex Phania profert Plutarchus (de orac. def. c. 32.). Postremo eius de Eresi prytanibus liber (Athen. VIII. p. 333. A.) manifesto fuit chronicus, quod iam Ebertus monuit. Profecto non novi commodiorem hominem, quo uti Noster potuerit, etiamsi fortasse ea, quae Phanias rettulit, depravarit. Phanias definierat epocham Troiae captae: qua de re quae tradiderat, ea fortasse convenirent Nostro, nisi corruptus a librariis Phaniae numerus esset (vide Canon. ep. 24.); Terpandri constituerat aetatem (vide ad ep. 34.), cuius νόμων meminerat etiam in libro adversus sophistas (Athen. XIV. p. 638. C.): quidni ex illo haec habuerit Parius? Tum ep. 36. Sapphonis Lesbiae in Siciliam fuga ex Attico archonte et Geomororum Syracusis imperio definitur; hanc nemo disertius tradere hac ratione poterat quam Phanias Eresius, qui de prytanibus Eresiorum scripserat, compositis haud dubie etiam Atticis archontibus ipsi notissimis, et Sicularum rerum erat peritissimus. Idem

ut Noster de Gelone et Hierone dixerat, idem ut Noster de Dionysio maiore et Philoxeno dithyramborum poeta (Athen. I. p. 6. E.); maxime Noster ad poetas et tyrannos attendit, de quibus scripsit Phanias: Himerensium rerum gnarus Phanias; et Himerenses poetas duos rettulit Parius. Nec Phanias Attica non attigit: de Solone egit (Plutarch. Solon. c. 14. Etym. M. et Gud. v. *κύρβεις*); cuius obitum ex Attici archontis anno definiit: Ἐπεβίωσε δ' οὖν ὁ Σόλων ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ συχνὸν χρόνον, ὡς δὲ Φανίας ὁ Ἐρέσιος ἐλάττονα δυοῖν ἐτῶν. ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος, ἐφ' Ἡγεστράτου δὲ Σόλωνά φησιν ὁ Φανίας ἀποθανεῖν τοῦ μετὰ Κωμίαν ἄρξαντος (Plutarch. Solon. extr.): quo loco quae de Pisistrato dicta sunt, et ipsa videntur Phaniae esse; atque eadem epocha a Nostro redditur (ep. 40.). Nonne vero probabile, etiam reliqua, quae Parius de Pisistratidis et praesertim de Hipparcho et aliquo, ut coniicio, Hippiae filio interemptis habet, esse ex Phania sumpta, qui de tyrannorum caedibus egerat ultione adductis, item quae in Chronico hoc de repositis Harmodii et Aristogitonis statuis dicuntur? Etiam de proeliis ad Artemisium et Salaminem exposuerat Phanias (Plutarch. Them. c. 7. 13.): et Noster Salaminii non oblitus est. Denique Phanias in libro de prytanibus Eresiorum etiam mirabilia narravit, non solum quae in Lesbo accidissent, sed etiam peregrina (Athen. VIII. p. 333. A. et hinc Eustath. ad Il. α. p. 35. 17. Rom. ubi de tridua piscium in Chersoneso pluvia): qui certe non omiserit lapidem ad Aegos flumen caelo delapsum et insignem illum cometam, quos probe norat ab Aristotele magistro: quas res apud Nostrum perscriptas reperimus. Ac nescio an eodem fonte usus sit is, quem Eusebius compilavit; Eusebii enim aliquot notata ad chronici Parii verba proxime accedunt, ut illud ipsum de lapide caelitus delapso, et de Thespide; neque in Terpandri aetate, quam Noster videtur ex Phania constituisse, Eusebius a Nostro discedit magis quam pro turbatissimis Eusebiani canonis numeris exspectes. Quod superest, potuerunt Pario praesto esse et *Sicyonia* illa ἀναγραφή, et *Glauci Regini* ἀναγραφὴ ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ μουσικῶν ab aliis Antiphonti Rhamnusio tributa (Vit. X Orr.), a qua licet discrepet in Terpandri aetate definienda (vide Canon. ep. 34.), possunt tamen inde epochae 10. 15. de Hyagnide et Musaeo depromptae esse; certe illa meminerat Olympi et Musaei (Plutarch. Mus. c. 7. Harpocr. v. Μουσαῖος), et videtur omnino uberrima fuisse, quantum ex Plutarcho potissimum coniicere licet. Denique suppetebant *Aristotelis* didascaliae, nisi etiam tum latuerint, et *Aristoxeni* multiplices de musica libri, in his de Teleste, cuius Noster ep. 65. meminit, et scripta de poetis vel musicis aut ludis *Demetrii Phalerei, Theophrasti, Dicaearchi, Heraclidis Pontici.*

3. Transeo iam ad explicandam *temporum computandorum rationem*, qua Parius chronographus usus est, de re impedita satis simpliciter disputaturus, missoque obsoleto et magna ex parte ab re alieno magni viri apparatu chronologico ea potissimum recensiturus, quae postea demum huc collata sunt. *Anni* quod ex archontibus Atticis designantur, *civiles* sunt *Attici* habendi: Atticus autem annus civilis saltem inde a Marathonii proelii aetate Olymp. 72, 3. circa solstitium aestivum incipiebat; quod paucis docui in Commentatione de Sophoclis Antigona priore (c. 3. Act. Acad. Boruss. a. 1824.), et ex mea sententia uberius rettulit Idelerus noster (Enchir. Chronol. T. I. p. 288 sqq.). Horum igitur annorum numerum Parius computat a certis epochis usque ad Atticum archontem *Diognetum* aliunde non notum: cuius annus ut inveniatur, comparanda intervalla sunt ab archontibus annuis aliunde notis ad Diognetum; archontum enim anni certi sunt, nec potuit Parius in ea re dissidere a reliquis auctoribus nisi in remotiorum aetatum archontibus nondum annuis. Consistemus autem primum in archontibus, qui inde a pugna Marathonia fuerunt, quod Fasti ab illo tempore pleniores sunt, et horum archontum ii fere omnes, qui in nostro Marmore nominantur, aut testimoniorum auctoritate aut ratiocinando certis possunt annis tribui; ubi vero finis numeri, ex quo fine pendet potissimum comparatio, aut universus numerus oblitteratus est, locum vacuum relinquemus in componendo laterculo. Sed comparatis his intervallis quadruplicem reperies rationem computandi, unam sub finem Marmoris frequentissimam, ubi apposui litteram *A*, alteram non minus frequentem inde ab Olymp. 95, 1. retro, quam signo littera *B*, tertiam et quartam, alteram bis, alteram semel, *C* et *D*. Ecce laterculum; in quo contexendo nulli archonti ex Pario marmore Olympicum annum dedi, nisi quod ep. 50. Philocratem tribui anno Olymp. 73, 4. non 73, 3. ob rationem ex hoc lapide ductam, non tamen ex intervallo a Diogneto, sed ex alia quadam computatione (vide Canon.).

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ep. 48. | Φαινίππου β̄ | Olymp. 72, 3. | anni 227 *B* |
| 49. | Ἀριστείδου | 72, 4. | 225 (6) *A* (*B*) |
| 50. | Φιλοκράτους | 73, 4. | 222 *B* |
| 51. | Καλλιάδου | 75, 1. | 217 *B* |
| 52. | Ξαντίππου | 75, 2. | 216 *B* |
| 53. | Τιμοσθένους | 75, 3. | 215 *B* |
| 54. | Ἀδειμάντου | 75, 4. | |
| 55. | Χάρητος | 77, 1. | 208 *A* |
| 56. | Ἀψηφίονος | 77, 4. | 206 *B* |
| 57. | Θεαγενίδου | 78, 1. | 205 *B* |
| 58. | Εὐθίππου | 79, 4. | 199 *C* |
| 59. | Καλλίου ᾱ | 81, 1. | 193 *B* |
| 60. | Διφίλου | 84, 3. | |
| 61. | Ἀστυφίλου | 90, 1. | |
| 62. | Εὐκτήμονος | 93, 1. | 147 *D* |
| 63. | Ἀντιγένους | 93, 2. | 145 *C* |
| 64. | Καλλίου β̄ | 93, 3. | |
| 65. | Μίκωνος | 94, 3. | 139 *B* |
| 66. | Λάχητος | 95, 1. | 137 *B* |
| 67. | Ἀριστοκράτους | 95, 2. | 135 *A* |
| 68. | | | |
| 69. | Πυθέου | 100, 1. | 116 *A* |
| 70. | Καλλέου | 100, 4. | |
| 71. | Ἀστείου | 101, 4. | 109 *A* |
| 72. | Φρασικλείδου | 102, 2. | 107 *A* |
| 73. | | | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ep. 74. | Ναυσιγένους | Olymp. 103, 1. | anni 104 *A* |
| 75. | Κηφισοδώρου | 105, 3. | |
| 76. | Ἀγαθοκλέους | 105, 4. | 93 *A* |
| 77. | Καλλιστράτου | 106, 2. | 91 *A* |
| 78. | | | |

Ex his datis ea, quae litteram *B* adscriptam habent, uno anno auctiora sunt ab eodem termino ad quem computanti quam data *A*; *C* et *D* autem duobus et tribus annis auctiora quam *A*. Iam ut data *C* et *D*, quae rara sunt, missa faciamus, quum data *A* termino ad quem proxima sint magna ex parte, haec potissimum in termino ad quem, Diogneti anno constituendo, sequenda sunt. Sumamus annos datis *A* definitos esse eos, qui inter annum epochae cuiusque et annum Diogneti utroque excluso interiecti sunt, erit Diogneti annus Olymp. 129, 2. quem fuerunt qui eligerent. At sic ab Olymp. 129, 1. hoc est ab anno ante terminum ad quem, ad hunc ipsum esset annus nullus; et tamen debebat unus esse. Itaque terminus ad quem, Diogneti annus, est potius Olymp. 129, 1. ut statuebat iam Seldenus, et data *A* exhibent differentiam annorum certae cuiusdam seriei repertam ita, ut annus epochae dati *A* detractus sit ab anno Diogneti. Olymp. 129, 1. incipit anno Periodi Iulianae 4450, anno a. Chr. 264. estque secundum Ideleri descriptionem (Enchir. Chronol. T. I. p. 344 sqq.) annus 47. primae periodi Callippeae incipiens a. d. 30. Iun. anni Iuliani. Rursum Olymp. 106, 2. incipit anno P. I. 4359: quo numero dempto de numero anni Diogneti 4450 reperitur illa quam dixi differentia 91, quae ep. 77. scripta est. Data *B* autem, nisi quid aliud iis subsit, de quo inquiremus deinceps, non hanc referunt differentiam, sed addunt illi unitatem, quod solere veteres, sciunt qui harum rerum periti sunt; unde τριετηρίδες et πεντετηρίδες dicuntur periodi duorum et quattuor annorum. Ignorare id Hermannum (Antigon. ed. III. p. LXXXXIV.) facile ferimus, qui quod dicit festa ita nominata esse, quod affecto iam tertio quintoque anno agerentur, sensu cassum est; patet enim ea altero et quarto quoque anno agi, sed annumerari annum redeuntis festi, qui rectiore ratione non annumerandus erat. Nec verum est, haec nomina festis propria esse; etiam aliae periodi duorum et quattuor annorum vocantur τριετηρίδες et πεντετηρίδες. Sed ille vir, quam gnarus temporum doctrinae sit, invitus prodit alio loco (p. LXXXXVII.), ubi annos apud Athenienses intercalares quadruplo pauciores fuisse significat quam vulgares, ignorans quippe ex octonis annis ternos esse intercalares.

4. Quam in annis inde a Marathonia pugna examinandis secuti sumus rationem, eadem nunc examinabimus etiam priores, qui sunt ab initio annuorum Athenis magistratuum. Ecce laterculum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ep. 32. | (Κρέων) | Olymp. 24, 2. | anni 420 *B* |
| 33. | Τ]λ[η]σία | 24, 4. | 418 *B* |
| 34. | Δρωπίδου | | 381 |
| 35. | Ἀριστοκλέους | 43, 4. | 341 *A* |
| 36. | Κριτίου ᾱ | | |
| 37. | Σίμωνος | 47, 3. | 327 *B* |
| Ep. 38. | Δαμασίου β̄ | Olymp. 49, 3. | anni 318 *A* |
| 39. | | | |
| 40. | Κωμίου | | 297 |
| 41. | Εὐθυδήμου | 56, 1. | 292 *A* |
| 42. | | | |
| 43. | | | |
| 44. | | | |
| 45. | | 67, 2. | 248 *B* |
| 46. | Ἰ]σαγόρου | 68, 1. | |
| 47. | Πυθοκρίτου | 71, 3. | 231 *B* |

Sunt tamen in hoc laterculo quaedam incertiora, de quibus dicam ex ordine. Primum de *Creontis* anno magnopere dubitatur, quamquam eum primum annuum archontem fuisse constat. Pausaniae extant quidam calculi, ex quibus Creontis annus sit Olymp. 23, 2. (Corsin. F. A. T. I. p. 8.): idem Tlesiam tribuit anno Olymp. 23, 4. Sed quum constet Pausaniam in his calculis subducendis errasse, quippe qui, quod statim docebitur, alibi alios dederit et ceteris scriptoribus convenientiores; ista prorsus mittenda sunt. Dionysius Halicarnassensis autem Creontem fertur in Olymp. 24, 3. posuisse, quod illi Charopis decennalis archontis primus annus in Olymp. 7, 1. incidit; a quo septem decenniis computatis, decimus Eryxiae annus, decennalium archontum ultimi, erit Olymp. 24, 2. (Corsin. F. A. T. I. p. 6.): Dionysio vero, qui de archontibus peculiarem instituerat disquisitionem, durum fuerit fidem derogare. At illum omnibus decennalibus archontibus denos tribuisse annos non constat; probabilemque Larcherus (Act. Acad. Inscr. T. XLVI. p. 61.) rationem attulit, quare Hippomeni post Charopem tertio potuerint pauciores tribui; cui si Dionysius novem tantum annos tribuit, Creon archon erit Olymp. 24, 2. Fortasse etiam Dionysius Charopis primum annum ex contiguis annorum Olymp. 6, 4. et 7, 1. semestribus compositum statuebat, ita ut tum Atticus annus a solstitio hiberno coeperit: idque eo dixeris probabilius, quod primo Charopio anno licet cum Olymp. 7, 1. comparato Romam conditam dicit Dionysius, quam secundo semestri Olymp. 6, 4. conditam eum iudicare constat. Illud igitur ubi sumas, et mutato deinceps anni cardine uni ex archontibus decennalibus detractum semestre censeas, eodem redibit res. Utut est, ea ratio, ex qua Creon anno Olymp. 24, 2. tribuetur, sola Fastorum videtur fide nixa esse. Nam ut mittam varias quae traduntur auctoritates a Larchero collatas, et ipsius Eusebiani operis data minus definita vel manifesto falsa, Canon Eusebii, nullo fere erroris periculo, ab Olymp. 24, 2. archontes annuos computat, hoc est ab anno P. I. 4031. eamque epocham ex ipsis Fastis ductam esse insignis docet Africani locus (Euseb. Chron. p. 47.): Ἀφ᾽ οὗ (Κρέοντος) ἐπὶ τὴν διακοσιοστὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα ἄρχοντες ἐννακόσιοι καὶ τρεῖς μέχρι Φιλίνου, καθ᾽ ὃν ὑπάτευον Ῥωμαίων Γρᾶτος Σαβινιανὸς καὶ Σέλευκος. Manifesto numerus archontum DCCCCIII complectitur omnes archontes, qui usque ad id tempus fuerunt, annumeratis Creonte et Philino, quorum alteruter cur ex numero excluderetur, nulla Africano potuit causa idonea esse: Consules autem illi fuerunt a. u. c.

974. P. I. 4934. a. Chr. 221. cuius priori semestri respondet Olymp. 249, 4. posteriori Olymp. 250, 1. Consentaneum verbis Africani, ut excludatur annus Olymp. 250, 1. Philinique annus sit Atticus is, quo Consules illi inierint magistratum, non quo magistratu decesserint: quamquam contrarium statuit Corsinus F. A. T. IV. p. 187. Nam ἐπὶ τὴν Ὀλυμπιάδα est *usque ad celebratam Olympiadem* initio anni accidentem, qui proinde non annumerandus est, et illud καθ' ὃν ὑπάτευον omnino rectius ad initium quam finem Consulum refertur. Itaque Philini annus est Olymp. 249, 4. qui si a Creonte fuit archon DCCCCIII. Creonti assignandus annus Olymp. 24, 2. Quodsi Corsinus eum Olymp. 24, ½. ponit, satis habeo notasse, ficticiam esse universam hanc rationem, ex qua annus Atheniensium archonticus ea aetate fertur a Gamelione, circa Iuliani anni initium, coepisse; neque immoror Larcheri commentationi de Creontis anno (Act. Acad. Inscr. l. c.), qui eum annum esse Olymp. 24, 1. a. Chr. 684. statuit et cum Iuliano et ipse fere congruere iudicat, Pario quoque is marmore usus, ex quo ob computi varietates iudicare non licet, et aliis argumentis, quae anno Olymp. 24, 2. aeque atque illi alteri accommodare licet. Equidem annum Olymp. 24, 2. Fastis unice convenire mihi persuasi, ex quibus quum etiam Noster hausisse censendus sit, annus Creontis debet ex computo *B* sumptus iudicari, et pro 420 annis sunt 419 intelligendi. Secunda quaestio est de archonte *Tlesia*. Hunc Pausanias Olymp. 23, 4. archontem ponit (Cors. F. A. T. I. p. 9.); sed ab Olymp. 28, 1. archonte Autosthene ad defectionem Messeniorum quattuordecim retro annos computat, quam tamen defectionem assignat Tlesiae anno: patet igitur Tlesiam per errorem anno Olymp. 23, 4. tribui, et esse anno circiter Olymp. 24, 3. tribuendum. Antegressum quidem annum elegit Larcherus (p. 57.), Olymp. 24, 2. sed eum occupat Creon; et ab Olymp. 28, 1. quattuordecim anni sunt potius ad Olymp. 24, 3. ut computat Corsinus T. III. p. 37 sqq. Cui anno quum idem Corsinus assignaverit Tlesiam, notam ep. 33. scriptam ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσία rettulit ad Olymp. 24, 4. cui annus 418 competit ex computo *B*: in quam rem quae de Tyrtaeo et bello Messeniaco disputavit, ea sunt supervacanea, quum de illis in Marmore nec vola sit nec vestigium. Probabilius opinor est in hac nominum similitudine, Λυσία Seldenum male legisse pro Τλησία, ut coniecit iam Palmerius; itaque dedi Τλησία. Iam in numero 418 ex computo *A* sumpto intelligas annum Olymp. 24, 3. Sed ne hoc quidem verum videtur. Nam quum ex falsis Pausaniae calculis Creontis annus debeat Olymp. 23, 2. esse, erroreque solius computi quadriennio aberraverit Pausanias a vero anno, consentaneum est etiam in Tlesia annum Olympiadis verum ab eo datum esse, sed eodem calculi errore Olympiadem eum 23. pro 24. scripsisse. Quare non dubito, quin Tlesiae annus sit 418 *B*, hoc est 417, Olymp. 24, 4. Et sic quoque illi quattuordecim anni recte computati sunt; primus ipsius est Tlesiae, ultimus Autosthenis. Porro ep. 35. et 41. ex computo *A* sumptae a me sunt. Nam *Euthydemus* Olymp. 56. ponitur a Diog. L. I, 68. qui Olympiade sola nominata primum annum designare consuevit (Cors. F. A. T. III. p. 79.); Olymp. 56, 1. autem est annus 292 *A*. Iam si Noster, quod vix dubium, Alyattis regno annos XLIX tribuit cum Eusebio et Excerptis barbaris, quum sub Euthydemo meminerit iam Croesi regnantis, Alyattis autem initium ep. 35. ponat anno 341, a quo ad annum 292 sunt anni XLIX, patet etiam ep. 35. et annum *Aristoclis* ex computo *A* sumendum esse. Ep. 37. *Simone* archonte Pythia primum acta dicuntur, quae constat tertio Olympiadum anno acta esse (Corsin. Diss. agon.); itaque is annus est Olymp. 47, 3. qui annus 327 est ex computo *B*. Pythia vero initio ennaëterica fuerunt, hoc est redierunt post *octo annos* completos, ut diserte ait Censorinus (Müller. Orchom. p. 218 sqq. collata Appendice nostra ad Comm. de Dem. Mid. in Act. Acad. Boruss. a. 1818.); proxima igitur Pythia fuerunt Olymp. 49, 3. qui annus ex computo *A* respondet anno 318 ep. 38. et *Damasiae* tribuendus est: cui calculo non obest, quod Pythiades ab Olymp. 48, 3. computantur (vide Canon. ep. 37.); retracto vero id, quod in Appendice ad Comm. de Dem. Mid. Parii Marmoris calculos dixi non componendos esse cum prisca ennaëteride Pythia. Ceterum fallitur Scholiastes Pindari, ubi sex annis distare Simonem et Damasiam archontes dicit. Postremo de ep. 45. ex computo *B* sumenda vide Canonem cum nott. critt. ad hanc epocham. Quibus ita constitutis liquet ante pugnam Marathoniam usque ad Creontem computo *A* aeque ac *B* usum esse Parium chronographum.

5. Hanc igitur utriusque computi coniunctionem singulari ratione explicare et utrumque conciliare studuit Gibertus. Hunc si audis, non usque ad Diognetum Atticum archontem, sed ad Parium usque, qui primo idcirco loco nominatus sit, auctor computavit annos, Pariusque annus non ab aestivo, ut Atticus, sed ab hiberno solstitio, ut Iulianus, coeptus est. Nam ep. 66. eodem anno comprehendi reditum Graecorum Cyri auxiliarium, qui verna contigerit tempestate, et Socratis obitum, qui deinceps auctumno circa Delia sollemnia acciderit; haec igitur non eidem Attico, sed eidem Iuliano anno competere: et ep. 51. similiter Xerxis super Hellespontum profectionem vernam, et insequentes pugnas Thermopylensem ac Salaminiam, quae succedentis Attici anni initio, aestivo tempore pugnatae sint, uno coniungi anno. Itaque computo *B* verum censet Parium annum significari, retro computanti inventum ab anno P. I. 4451. integro, Olymp. 129, ½. quantum repperi ratiocinando, et utriusque rationis *A* et *B* coniunctionem explicat ex Parii Atticique anni differentia. Etenim quae duobus Atticis annis geminatis acciderint, ea sic posse in tres dirimi Parios, atque ita inter duos continuos Olympicos Atticosque annos intercedere tertium annum: quod exemplo illustrabo ex ipsius petito dissertatione. Ep. 66. et 67. annos habent Olympicos continuos, sed epocha prior est ex com-

puto *B*, posterior ex computo *A* sumpta, ac proinde inter eorum annos 137 et 135 intercedit annus. Nempe Lachetis annus Atticus sive Olympicus Olymp. 95, 1. comprehendit secundum semestre Parii 137, et prius semestre Parii 136, Aristocratis vero annus Olymp. 95, 2. complectitur secundum semestre Parii 136 et prius Parii 135 et sic deinceps; igitur, ut prius semestre *a*, secundum *b* vocem, quae Olymp. 95, 1. *a*. et Olymp. 95, 2. *b*. gesta sunt, incidunt in annos Parios 137. *b*. et 135. *a*. Ecce laterculum.

| *Parii anni.* | *Attici anni.* |
|---|---|
| 137. *a* | Olymp. 94, 4. *b* |
| 137. *b* | 95, 1. *a* |
| 136. *a* | 95, 1. *b* |
| 136. *b* | 95, 2. *a* |
| 135. *a* | 95, 2. *b* |
| 135. *b* | 95, 3. *a* |

His vide iam accommodatas res gestas. Socrates necatus est Lachete archonte auctumno, Olymp. 95, 1. *a*. itaque Pario anno 137. *b*. Xerxes Hellespontum transgressus est Olymp. 74, 4. *b*. Pario anno 217. *a*. sed ad Thermopylas et Salaminem pugnatum Olymp. 75, 1. *a*. anno Pario 217. *b*. et annum 217 refert epocha illa (51.). Ep. 71. cometes arsisse dicitur Olymp. 101, 4. *b*. quippe hieme (vide nott.); Parius est annus 109. *a*. nobis sumptus ex computo *A*. Ubicunque enim Parius *a* a Giberto sumitur, noster computus est ex *A* sumptus; et similiter Pario anno *b* respondet noster computus *B*. Ep. 72. pugna Leuctrica memoratur; hanc putat pugnatam Olymp. 102, 2. *b*. quare annus Parius est 107. *a*. Sic ep. 74. Dionysii mors incidit in Olymp. 103, 1. *b*. (vide Canon.), itaque Pario anno 104. *a*. Atque ita omnes epochas explicandas censet, ubi Noster computo *A* usus est. Quae doctrina, quamquam adversarium habuit Freretum, qui peculiari commentatione (l. c. p. 200 sqq.) vulgarem Chronico Atticum annum vindicat, nacta tamen sectatores est semidoctos: quare eam paucis refello. Et primum Parium archontem quod Chronographus initio tituli priore loco posuit, id fecit quod in Paro scripsit; ceterum non ex Pariis annis computat, sed ex Atticis archontibus: igitur anni sunt Attici. Mitto quod Freretus idem ex mense Attico Thargelione (ep. 24.) collegit; Thargelio enim ut Ceis, ut Deliis, ita etiam Pariis potuit communis esse. Sed Parium annum differre ab Attico sumpsit Gibertus, non demonstravit; neque id verisimile. Ceteris vero ex rebus, quas Gibertus attulit, aut nihil demonstrari potest, quod eae Nostro computo *A* aeque conveniunt, aut eae insuper falsissimae sunt docentque potius contrarium. Delia enim sollemnia et Socratis obitus non auctumno tribuenda, sed veri: quod de Thargeliis sive Deliis post alios docui Oec. civ. Ath. T. II. p. 218. Corp. Inscr. T. I. p. 255. *b*. Itaque eae res incidunt in Olymp. 95, 1. *b*. ficticiumque Parium annum 136. *a*. non 137. *b*. Et reditus Graecorum Cyri auxiliarium incidit in annum Olymp. 95, 1. incipientem, sub auctumnum (notavit iam Frer. p. 161. 205 sqq.), hoc est in Olymp. 95, 1. *a*. qui sane Parius ficticius est 137. *b*. Igitur contra, quam Gibertus statuit, duorum Pariorum annorum res unâ epochâ 66. comprehendisset auctor, idque eo deterius, quod illae nullo interiore nexu inter sese coniunctae sunt; sin Atticam rationem secutus est, recte illas res eidem tribuit anno. Nec Leuctrica pugna Olymp. 102, 2. *b*. sed *a*. pugnata (vide Canon. ep. 72.): igitur Parius annus foret 108. *b*. contra quam in Marmore scriptum. De epocha autem 51. quae dicuntur, ea vera sunt; sed Noster, quem nulla Parii anni afflasset notitia, sub anno Attico Calliadis Olymp. 75, 1. coniunxit res, quae illo anno ad finem perductae sunt, ne separaret, quae inter se essent coniunctissima. Quod Hellespontum superavit Xerxes, id viam paravit ad Thermopylensem pugnam, quod Atho superavit classis, ad Salaminiam. Sic ep. 45. res prope quadriennio dissitas coniunxit sub anno finem imponente Olymp. 67, 2. Haec quidem satis docent, quare diversis Atticis annis gestae res sub eodem coniunctae Attico anno sint, neque est ad Parium confugiendum, quem non admittunt Attici archontes. Quo deducta re simul docebo, ex reliquis epochis, de quibus aliquid dici potest, quae conveniant Giberto, quae non conveniant. Conveniunt autem haec. Ep. 32. Creontis magistratus, qui coepit secundum nos Olymp. 24, 2. *a*. incidet in annum Parium 420. *b*. Ep. 48. Marathonia pugna Olymp. 72, 3. *a*. pugnata convenit anno Pario 227. *b*. itemque ep. 52. Plataica pugnata Olymp. 75, 2. *a*. anno Pario 216. *b*. Epochae 67. 71. si ad scenicas commissiones insigniores referuntur, assignandae sunt Olymp. 95, 2. *b*. 101, 4. *b*. quod Lenaea Gamelione acta et urbana Dionysia in secundum Olympici anni semestre incidunt, ruralia autem Dionysia minus fuerunt insignia, quam ut in iis novas fabulas commissas censeas: erunt anni Parii 135. *a*. 109. *a*. Sed ex duabus epochis 37. 38. ubi de Pythiis actis dicitur, si mecum statues Pythia verna tempestate acta esse, prior epocha erit Olymp. 47, 3. *b*. et Parius debebit ex lapidis fide annus haberi 327. *b*. quod Giberto non congruit (nam Parius annus 327. *b*. respondet anno Olymp. 47, 3. *a*.); altera epocha erit Olymp. 49, 3. *b*. et Parius annus 318. *a*. secundum scripturam lapidis haberi debebit, quod congruit Giberto: sin cum Clintono Pythia non vere, sed priori anni Olympici semestri acta putes, inversis calculis Giberto congruet prior epocha, non congruet posterior. Porro ep. 45. nullo modo Gibertianis attemperari potest; pertinet enim ad Olymp. 67, 2. *b*. et annum marmoris 248 *B*. qui debebat Parius 248. *b*. haberi: sed Olymp. 67, 2. *b*. respondet Pario 247. *a*. Et ep. 56. Sophoclis prima victoria, quam constat urbanis Dionysiis partam (vide nott.), incidit in Olymp. 77, 4. *b*. Parium istum annum 205. *a*. sed in Marmore ex computo *B* est annus 206, non 205. Quodsi etiam Aeschyli et Telestae victorias ep. 50. 65. vel Lenaeis Gamelione actis vel urbanis Dionysiis partas esse probabile, immo tantum non certum est, hae quoque incident in Olymp. 73, 4. *b*. et 94, 3. *b*. hoc est Parios annos 221. *a*. et 138. *a*. sed Marmor habet annos 222 et 139. Igitur permulta obsunt Giberto; neque eius ratio rei, quam

explicare eius ope vult, expediendae apta ullo modo est.

6. Aliam viam ingressus est Corsinus F. A. T. II. p. 33 sqq. et maxime p. 40 sqq. Nam postquam recte docuit chronologicas Parii marmoris difficultates non posse ex cyclorum condicione vel perturbatione explicari, quibus hinc inde abusi erant Seldenus Ios. Scaligeri rationibus falsissimis addictus, et postea Lydiatus (hic maxime p. 289 sq.) eidem Scaligero valde infensus; constitit in hoc, ut computorum *A* et *B* originem ex mutato Attici anni civilis initio repeteret. Nam ante Olymp. 87, 1. ut cycli Metonei epocham, Atticum annum, qui deinceps ab Hecatombaeone et aestivo solstitio initium habuit, a Gamelione circa solstitium hibernum esse coeptum statuit Dodwellus, Apseudi Olymp. 86, 4. archonti sex tantum menses tribuens; hunc mutationis huius cardinem retinet Corsinus, sed minus etiam probabiliter Apseudi menses octodecim assignans (vide quae dixi Comm. de Sophocl. Antig. I. cap. 3.). Iudicat autem, ante Olymp. 87, 1. computum *B*, ab Olymp. 87, 1. vero deinceps computum *A* obtinere, quod etiam Larcherus Chronol. Herod. p. 543 sq. et Clintonus Fast. Hell. Introd. p. x. perhibent: atque iam numerum annorum ex computo *B* ante Olymp. 87, 1. designatum refert ad eos annos Iulianos integros, qui sex mensibus ante Olympicum annum archonti Attico cuique ex vulgari ratione tributum incipiunt. Sic Calliades archon ep. 51. adscriptum habet numerum 217: Calliades ex vulgari ratione archon est Olymp. 75, 1. igitur numerus 217 refertur ad a. P. I. 4234. integrum, qui secundum semestre Olymp. 74, 4. et prius Olymp. 75, 1. complectitur. Huius anni et uniuscuiusque eodem modo inventi prius semestre convenit omnino numeris computi *B*, si eam rem ita fere spectaveris ut Gibertus: estque hic vetustus Corsini annus Atticus nulla re diversus a Giberti Pario; quare etiam computus *A* ante Olymp. 87, 1. ferri a Corsino potuit, numero annorum ad secundum Iuliani anni, qui vetusto Attico respondeat, semestre relato. Sed post Olymp. 87, 1. solus computus *A* ferri potuit; a quo quae discedunt, ea Corsinus (T. II. p. 40 sqq.) emendatione removenda censet, quod ex parte fecerant etiam priores: nec tamen sub singulis annis sibi constat; nam anno Olymp. 93, 3. tribuit numerum 143 ex computo *B* (ep. 64. F. A. T. III. p. 260.), et anno Olymp. 94, 3. concedit ex eodem computo numerum 139 (ep. 65. T. III. p. 279.), neque ep. 66. Olymp. 95, 1. in falso numero 137 haeret (ib. p. 281.). Mitto quod ep. 45. pro Marmoris scriptura numerum 248 praebente sumit annum 247, quem nos quoque sumimus, ex computo *B* quippe numerum 248 pro 247 positum statuentes, illumque annum nihilominus aequat anno P. I. 4202. integro, Olymp. $\frac{66,4}{67,1}$ (T. III. p. 126.): qua de re quum nesciam quid aliud dicendum sit, videtur calculorum ea perturbationi tribuenda esse vel alii negligentiae vitio; quod, etiamsi Corsinum credas annum 248, non 247 voluisse, non prorsus tolletur. Sed haec res quomodo spectanda sit, suo loco in Canone doceo: nunc redeo ad ea, quae de mutato anni initio dicta sunt. Enimvero fallacia ista omnia sunt. Primum enim anni Attici initium iam Olymp. 72, 3. fuit ab Hecatombaeone, ut monui supra; ac quum tot retro archontes usque ad Creontem certis simpliciter Olympicis annis tribuantur a veteribus, neque quisquam usquam archontem ex his ullum duobus tribuat Olympicis annis, noli dubitari, quin inde a Creonte idem iam Attici anni cardo fuerit. Scio Freretum quoque (p. 164.) eatenus assensisse Dodwello, ut tamen non Olymp. 87, 1. sed paulo prius, Metonis quidem aetate, mutatum anni initium putarit: sed nullum huius rei idoneum extat argumentum; nisi ex ipso hoc marmore putes argumentum peti posse. Et hoc ipsum quidem negat Freretus; Clintonus vero (l. c. p. XXII.) remotis reliquis illius placiti causis marmor Parium pro eo militare concedit. Ego hoc quoque nego. Nimirum si ante Olymp. 87, 1. vel ante Olymp. 72, 3. constans esset computus *B*, et ab illarum epocharum alterutra deinceps constans computus *A*, ea sententia, ex qua Olymp. 87, 1. mutatum anni Attici initium sit, vel alia similis, ex qua id circa Olymp. 72. factum esse aliquis dixerit, haberet quo niteretur: nunc et ante illas epochas videmus computum *A* reperiri, et post illas computum *B*. Nollem dixisset Idelerus noster (Enchir. Chronol. T. I. p. 382.), inde ab epocha 60. (vulgo 61.), quae prima est ante Olymp. 87, 1. superiores epochas omnes unum annum plus putare quam inferiores, sive, ut nostris terminis utar, illas ex computo *B*, has ex computo *A* sumptas esse: contrarium docent latercula supra posita. Neque vero, quod ep. 51. archonte Calliade res Olymp. 74, 4. *b.* et 75, 1. *a.* gestae coniunguntur, id quidquam momenti Corsinianis calculis addere, satis patet ex iis, quae cap. 5. adversus Gibertum monui; licet illi rei etiam Corsinus permultum tribuat. Postremo si computum *A*, ubi ante Olymp. 87. comparet, inde explicare velis, quod res illo anno gestae secundo anni semestri tribuendae sint, redibunt eae difficultates, quas in Giberti calculis vidimus, manebitque insuper computus *B* bis post Olymp. 87. comparens, qui nullo modo neque ulla arte chronologica explicari potest, nisi ita, ut, quod supra sumpsimus, duplices omnino rationes sine discrimine rerum sibi indulserit auctor. Computi *C* et *D* autem non possunt nisi errori vel auctoris vel quadratarii tribui. Nec nimium succensendum Pario chronographo, quum simile acciderit summo chronologo, Dionysio Petavio, quem reperio in Successione archontum Atticorum Rationario Temporum inserta inde ab Olymp. 52, 4. fortuito errore commisso usque ad finem annum Periodi Iulianae, qui cuique archonti respondeat, uno priorem quam debebat sumpsisse.

7. Quare in *Canone* conficiendo operam dedi, ut quos Noster vere significarit annos, ad eos referrentur res gestae. Firmi haud dubie certique Attici Fasti inde a Creonte erant, nec poterat Noster in archontum Atticorum annuorum temporibus facile errare aut ab aliis differre; itaque ex archontibus

designavi annum Olympicum, ubi fieri poterat, ita quidem, ut archonticus et civilis Atticus annus idem esset atque Olympicus, ab eodem quippe deductus initio, solstitio fere aestivo. Hinc definivi, quo computo sumendus esset numerus in Marmore scriptus; aut si archon quidem nos deficeret, ex aliis vero rebus annus Olympicus colligi posset, etiam his usus sum. Iam ubi Marmoris annus Olympiadis certo, cui debet, anno comparatus referebat computum *A*, illum in Canone numerum dedi simpliciter, quem referret Marmor. Sic ep. 74. Nausigenis archontis annus est Olymp. 103, 1. cui ex computo *A* respondet numerus Marmoris 104, quem solum dedi. Sin numerus Marmoris cum Olympiadis anno collatus alium computum referebat, adscripsi nihilominus Marmoris numerum, sed inclusum parenthetice addidi verum numerum. Sic ep. 66. Lachetis anno Olymp. 95, 1. annus 137 in Marmore adscriptus, ex computo ille *B* sumendus; itaque in Canone scripsi: 137 (136). Ubi numerus supplendus vel corrigendus erat, non feci hoc nisi ad computum *A* constituto numero; suppleta vel correcta uncis inclusa sunt, ubi quidem certum annum supplementum vel correctio referat. Ubi vero annus Olympicus, cui respondeat epocha, certo definiri nequit, spatium apposui annorum, in quod is incidere debeat. Hoc etiam tum locum habet, ubi numerus Marmoris et archon servati sunt, sed utro computo, *A* an *B*, sumendus numerus sit, non constat, quod archontis annus aliunde non notus est. Ut ep. 34. Dropides est archon, et numerus remanet 381: qui prout ex computo *A* vel *B* sumetur, Dropides aut Olymp. 33, 4. aut Olymp. 34, 1. erit archon statuendus. Talibus in epochis numerum Marmoris traditum non adscripto altero parenthetico in Canone dedi, sed Olympicum annum duplicem. At ante annuos archontes subsidia, ex quibus de computi genere iudices, nos deficiunt prope omnia: posset enim de eo tum tantum iudicari, si canonem Atticorum regum et archontum perpetuorum ac decennalium, quem Noster secutus est, teneremus. Sed eum non tenemus integrum. Nam primum archontum decennalium in aetatem nulla incidit Marmoris epocha, atque insuper inter Olympiadum initium et Creontem archontem annuum primum una tantum notata epochà est 31. Aeschyli archontis perpetui a. 21. sed numerus intercidit. Quum tamen nulla causa sit, quare canonem Nostri hac aetate censeas distulisse a canone aliunde noto, ex hoc constituimus annum epochae [493] ad computum *A*. Canonem aliunde notum dico Eusebianum, una correctione ex mente Dionysii Halicarnassensis emendatum: quem dedi ad ep. 27. una cum canone nostro archontum perpetuorum inde ab Acasto. Apposui ep. 31. etiam annum Olympicum ex eodem canone constitutum. Deinde vero ea aetate, quae inter Troiam captam et Olympiadum initium interiecta est, canon Eusebianus manifesto distat a Nostri canone: nam Menesthei annus 22. Nostro est numerus 945, qui ex computo *A* est a. P. I. 3505. quum Eusebio ille annus sit P. I. 3531. Itaque alius pro Nostri calculo huius aetatis magistratuum Atticorum canon conficiendus fuit, quem in duas partes divisum dedi in nostro Canone ad ep. 27. In quo ludicro opere construendo accidit, ut certos numeros commodius esset distincte ex computo *A* et *B* sumere; quippe ep. 27. ex computo *A* sumpta est, et ep. 24. ad illam comparata ex computo *B* (vide Canon. ad ep. 27.); singularem vero ob causam etiam epocham 29. ex computo *B* sumpsi, de quo vide ib. Canon. Ante epocham 27. autem epochae 25. 26. ex computo *B* sumendae, si ep. 27. ex computo *A* sumitur, quod alias sibi canon non constat; idemque dicendum de reliquis ante ep. 24. quae est Troiae captae, usque ad initium omnibus, in quibus canones Eusebii et Nostri prorsus conspirant, nisi quod Nostri auctoris numeri cum Periodo Iuliana comparati remotiores sunt annis 26 ex computo *A*, vel 25 ex computo *B*. Quapropter si mihi confidere voluissem, ep. 1–26. debuissem omnia ex computo *B* ponere, et annos ante Olympiades, quos in hac parte eorum loco posui, qui posthac a prima Olympiade computati sunt, ex solo computo *B* definire. Sed quod universa res ex nostro de ep. 27. iudicio pendet, ut in prima Canonis columna utriusque computi numeros habes, ita etiam in tertia ex utroque computo annos ante Olymp. 1. dedi. Numeros suppletos vel correctos in hac parte Canonis et ex computo *A* et ex computo *B* designavi; in textu Graeco numeros dedi eos, qui epochae primae consentanei sunt, sive ex *A* sive ex *B* sumetur. Ceterum haec omnia ita composui, quasi fides his numeris historica esset: tamen ne me quis credulum vel superstitiosum esse arbitretur, me haec omnia cum ipsis Cecropis et primorum, qui illi succedunt, regum nominibus pro confictis habere ultro moneo. Denique per universum Canonem annos Periodi Iulianae eos dedi, quibus mediis inciperent anni Olympici annique ante Olymp. 1. prout hi a me in tertia columna designati sunt.

8. *Chronologicas disquisitiones* plurimas Canoni reservavi; si tamen textus constitutioni et interpretationi arctius coniunctae erant, etiam *Notis criticis et historicis* eas inserui, ne fila bis contexenda essent: et sunt, quae utroque loco poni potuerint; haec igitur parum fortasse de loco anxius, huc vel illuc conieci, nec tamen neglexi ad alterum remittere locum, ubicunque videretur opus esse. Has notas autem, quo plures de hoc marmore uberius egerunt, eo minus volui mole rerum congerenda onerare. Supplementorum et emendationnm rationem reddidi ita, ut suum cuique tribuerem, nimis absona magna ex parte non dignatus referre: quae mea sint, facile videas. Restitutionis autem difficultates, quas lacunarum multitudo obiicit, auget non una res. Male fidum mendisque manifestis vitiatum Seldeni apographum; hoc partim unicum, partim reliquorum, Chandleriani et notatorum Forsterianorum, fundamentum est; etiam quadratarium errasse docent loci stellati. Quam incerta vero lacunarum spatia sint, monet iam Palmerius: quarum iustam proportionem a se redditam esse, ut facilior de sup-

plendis coniectura esset, Seldenus quidem affirmat, sed res ipsa cogit ut negemus. Sic vs. 66. pro duodecim, quas Chandlerus ex lapide dedit, litteris tantum quattuor puncta Seldenus exhibuerat; vs. 33. sub finem, ubi quattuor puncta notata sunt, octo manifesto litterae perierunt; vs. 56. pro certo vocabulo 'Αθήνησ]ι habetur .ι, uno puncto pro sex litteris posito; vs. 45. pro litteris ΝΔ quinque puncta notantur; pro singulis litteris haud raro bina habes puncta. Nec multas lacunas in superstite lapidis parte aliter ac Seldenus exhibuit Chandlerus, sed repetiit Seldeniana, quod certius iam nihil in lapide agnoscere potuit. Incertissima autem in finibus versuum supplementa sunt, quod quousque versus excurrerint, non liquet: aliquot apud Seldenum ita breves sunt, ut is lacunas intermedias multo minores iusto repraesentasse videatur. Sed praeterea litterae videntur in aliis versibus arctius, in aliis distractius scriptae fuisse: vs. 68. duo Ρ ita coarctata sunt, ut prope ligata sint. Neque in eo Marmoris statu, qui nunc est, speres fore, ut ex nova lapidis collatione affulgeat lux. Dispulimus igitur tenebras, ut potuimus, ,,quando, ut volumus, non licet."

## II.

### NOTAE CRITICAE ET HISTORICAE.

Vs. 1–3. *praescripta* continentur, quae coniicio maioribus et diductioribus litteris (certe vs. 1. 2.) exarata fuisse, ut solet. Haec ita constitui, ut rei rationi convenire visum; posthac, similiter atque ego Parium scripsisse iudicaram, vidi locutum Eusebium Can. p. 87. χρόνων ἀναγραφὰς συνελεξάμην παντοίας. In verbis περὶ τῶν προγεγενημέ]νων maiorem lacunam statui quam quae tradita est. Ἄν[ωθεν χρόνους] ἀρξάμ[ε-ν]ος debetur Seldeno. Archontem Parium inde ab eodem 'Αστ]υάνακτα vocant: quidni fuerit Εὐρ]υάναξ vel Πολ]υάναξ? Posterius est nomen Melii regis.

Ep. 1. vs. 3–5. Actaeum numquam fuisse recte vidit Philochorus (Fragm. Siebel. p. 16.): alii fabulis etiam magis quam ille confisi Actaeum dixere primum Atticae regem, cuius filia nupserit Cecropi (Pausan. I, 2. 5.), Agraulos illa dicta (Apollod. III, 14, 2.). Terram Atticam 'Ακταίαν vocatam primum esse, Pausanias refert (cf. Hesych. v. 'Ακταία); tradunt et alii, ut Tatianus adv. gent. ex quo habent Clemens et Eusebius Praep. evang. (cf. Canon.): Κατὰ δὲ Φόρβαντα 'Ακταῖος, ἀφ' οὗ 'Ακταία ἡ 'Αττική. Noster utitur forma 'Ακτική, ut ex aliorum usu Strabo IX. p. 397. (cf. p. 391.): 'Ακτικὴν μὲν γὰρ ἀπὸ 'Ακταίωνός φασιν, et complures. Rursum alii, et rectius, 'Ακτὴν dixerunt, ut praeter alios ap. Euseb. Chron. p. 28. Cecrops dicitur rex fuisse τῆς τότε 'Ακτῆς: et ex loci natura nomina haec 'Ακτῆς vel 'Ακτικῆς recte derivarunt Apollodorus ap. Steph. Byz. v. 'Ακτή, et Strabo IX. p. 391. Κεκροπίαν fuisse arcem vocatam, tradiderat Philochorus (Fragm. p. 16.): Nostro similia habet Apollodorus III, 14, 1. Κέκροψ αὐτόχθων συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος τῆς 'Αττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος, καὶ τὴν πρότερον λεγομένην 'Ακτὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν: ex quibus verbis hanc epocham petitam esse somniat Robertsonus.

Ep. 3. vs. 5–6. De re consentiunt Philochorus Fragm. p. 19. Hellanici Atthis ap. Etym. M. et Suid. v. Ἄρειος πάγος, Demosthenes in Timocr. p. 641. 26. Pausanias I, 21. et 28. Apollodorus, alii, de quibus vide Prid. et Meurs. Areop. Fabulam aliter narrat Servius ad Virg. Georg. I, 18. Causam iudicarunt *duodecim dii* (Apollod. III, 14, 2. ex quo Marmoris verba petita esse censebat Roberts.): totidem iudices Oresteae causae tribuit Aeschylus Eumen. vs. 700 sqq. ed. Schütz. quod numeratis Apollinis et Eumenidum dictis cognoscitur; dum enim singula illa dicta pronuntiantur, singuli iudices sententiam ferunt, damnantem vel absolventem, prout Eumenidum vel Apollinis dictum comitatur sententiam. Et hos quoque Orestis iudices *duodecim deos* fuisse narrat Demosthenes.

Ep. 4. vs. 6–8. De Iove Phyxio quum cogitasset Seldenus, Prid. missis Palmerii mirificis commentis dedit: πρὸς Κραναόν, καὶ τοῦ Διὸ[ς Φυξίου καὶ 'Ολυ]μ-[πί]ου τὸ ἱ[ε]ρὸν ἱδ[ρύσατ]ο, [καί]: in quo certe τοῦ Διὸς τοῦ etc. esse debebat. Chandl. eatenus correxit Prideauxiana, ut misso Phyxio daret τοῦ Διὸς τοῦ 'Ολυμπίου. Iovi Phyxio in Parnasso immolarat Deucalion (Apollod. I, 7, 2.); Athenis, de quibus agitur, Olympieum, quo loco id postea Pisistratus exstruxit, fertur condidisse, quod ibi aqua defluxerat (Pausan. I, 18, 7 sq.): igitur 'Ολυμπίου est commodissimum. Tamen litteris ΔΙΟ..ΥΟ...Δ...ΜΤΟΥ inesse Διὸ[ς το]ῦ 'Ο[λυ]μ[πί]ου, non satis est probabile; certius est ἱερὸν vel potius ἱρόν, ut vs. 87. nam inter Ρ et Ο non esse lacunam eo magis sumi potest, quod pro una littera deficiente haud raro Seld. duo puncta posuit, et ubi Ρ et Ο paulo diductius scripta erant, potuit sane aliquid intercedere spatii. Ἱερὸν vero non necessario templum est, sed locus sacer cum ara; nihilominus ἱδρύσατο dici potest, ob aram nempe. Fuerunt autem in Hymetto arae 'Ομβρίου Διός: quo memorato addit Pausanias I, 32, 2.: ἔστι δὲ ἐν τῇ Πάρνηθι καὶ ἄλλος βωμός, θύουσι δὲ ἐπ' αὐτοῦ, τοτὲ μὲν Ὄμβριον, τοτὲ δὲ 'Απήμιον καλοῦντες Δία. Ex 'Ομβρίου opinor superest Ο..., lacuna angustiore a Seldeno notata; ad ΑΠΗΜΙΟΥ manu ducit lectio Δ...ΜΤΟΥ. Deucalion igitur primum hanc aram condidisse dictus fuerit ibique immolasse σωτήρια, et condidisse posthac etiam Olympieum; vel si malis, auctor noster Olympieum putarit primum 'Ομβρίῳ 'Απημίῳ dicatum fuisse.

Ep. 5. vs. 8–10. Τ]οὺς et ὠ[νό]μασεν explevit Seld. (Prid. male λαούς); Π[υλαία]ν οὔ[περ] est Palmerii. De Amphictyonum concilio ab Amphictyone Deucalionis f. instituto vide Tittmann. Amphict. p. 12 sqq. qui fere ut Noster haec vera esse credit: Deucalionis vero filium Amphictyonem ab Attico rege cognomini distinxerunt alii veterum, alii non distinxerunt: Noster illos discernit manifesto, et sequitur

eum Tittmannus. Ceterum Amphictyon Deucalionis f. fictus est ex Amphictyonibus Pylaeis, quod non latuit Androtionem et Anaximenem, docuique pridem Nott. critt. ad Pind. Nem. VI, 40. Cf. Müller. Aegin. p. 30 sq. Fuerunt enim Amphictyones *circumhabitantes*, οἱ περὶ τὸν ὅρον (Pylaeas angustias) οἰκοῦντες, qua formula usurpanda Noster verum profitetur imprudens. Similiter debet Atticus Amphictyon natus censeri, licet agnitus etiam a Philochoro (Fragm. p. 20 sqq.); ille vero eo alienior a priscis Atticis fabulis videtur, quod nec prolem reliquisse dicitur nec regis filius fuisse, sed Cranai regis gener regno ab eo privati (Pausan. I, 2, 5.). Suspicor autem Calauriaticae illum Amphictyoniae originem debere, cuius pars fuerunt Athenae (Strab.).

Ep. 6. vs. 10–12. Qui Hellenes nominati ex Hellene feruntur, eos antea esse Γραικοὺς dictos, nec solum Epiroticos, sed etiam Thessalicos ceterosque, tradiderunt Aristoteles Meteor. I. extr. Apollodorus I, 7, 3. Plinius H. N. IV, 7. Euseb. Chron. p. 28. Can. Hieron. p. 76. ut mittam alios locos Γραικῶν mentionem facientes. Sed Ἑλλήνων nomen sero et paullatim latius propagatum esse satis constat. Nostrum vero locum Roberts. male fingit ex Apollodori eo, quem dixi, loco et eiusdem alio III, 14, 6. compositum esse. De lectione ut dicam, Palm. scripsit Παναθ[ή]ναι[α ἔθεσαν, ἔτη], Prid. Παναθ[η]ναϊ[κὸν συνεστήσατο, ἔτη]: prius Παναθήναια probabat Porsonus. Sed ep. 10. prima Panathenaea Erichthonio tribuuntur; et is fertur ea festa, olim Ἀθήναια dicta, primus nominasse Παναθήναια. Panathenaea egisse Erichthonius traditur ab Hellanico et Androtione, ab utroque in Atthide ap. Harpocr. v. Παναθήναια: antea esse Ἀθήναια dicta produntur ex Atthide Istri ap. Harpocr. ibid. Cum prioribus fere facit Apollodorus III, 14, 6. item Eratosthenes personatus et Hyginus ll. cc. ad ep. 10. adde Meurs. Panathen. c. 3. Anne igitur sexta haec epocha de Athenaeis agit? Sic scribendum foret τὸν ἀγῶνα [τὸ]ν Ἀθηναίων. Alii quod altero loco de magnis, altero de parvis Panathenaeis dictum putant, id admitti nequit; nihil enim neque de *magnis* nec de *parvis* in lapide dictum. At qui sunt qui hac epocha ludos instituisse feruntur? nonne Hellenes? Quodnam enim aliud subiectum sumas ad verbum ἔθεσαν? Nec falsum hoc supplementum videtur: neque indefinitum subiectum ferri potest. Num vero Hellenes potuerunt aut Ἀθήναια aut Παναθήναια instituere? Vidit hanc difficultatem Lyd. p. 243. et rem ad Hellenem referens excogitavit aliquid, quod nemini arridebit magnopere: scilicet Erichthonium, priusquam rex esset factus, esse in Scythiam profectum; hinc reducem esse ab Hellene et Amphictyone fratribus hospitio exceptum, eique ab Hellene consilium datum Panathenaeorum instituendorum. Immo Hellenes, quum primum hoc universi reciperent nomen, dicti fuerint Πανελλήνια instituisse, ut Παναθήναια instituta sunt, quando Cecropii prisci Ἀθηναῖοι vocari coepti sunt (ep. 10.). Itaque sive lapicidae error sive Seldeni est, corrige Παν[ελλήν]ι[α. Πανέλληνας novit iam Homerus, eosque Phthiotidem habitantes, ubi Hellenis regnum; igitur in promptu erat Πανελλήνια sollemnia et certamina tribuere remotissimis temporibus. Alias Panhellenia ab Aeaco primum in Aegina Iovi Panhellenio instituta feruntur, ubi haud dubie ab initio Hellenia dicta erant, ut Iuppiter passim Hellenius audiit antiquitus (Müller. Aegin. p. 18 sqq. p. 155 sqq.): id Noster fonte usus nescio quo transtulerit ad Hellenem et eam aetatem, qua Graeci coeperint Hellenes ex illo vocari. Et nescio an Hadrianus Attica Panhellenia Iovi Panhellenio in principe Graeciae urbe ideo instituerit, quod et ipse ex vetustiore fama accepisset, ab universis Graecis olim haec sollemnia celebrata esse, neque ea Aeginae putaret propria esse et peculiaria.

Ep. 7. vs. 12–13. Dedi [ἐκ Φοινίκης] ut ep. 9. est ἐξ Αἰγύπτου. Illius loco Palm. [κατὰ χρησμόν]: cui obsecuti reliqui.

Ep. 8. vs. 13–14. Seldenum de Phoenice cogitantem secutus Palm. supplevit: Ἀφ' οὗ [Ἀγηνορίδαι Φοι]νίκης. Sed cur Agenoridarum regnum post Cadmeam conditam memoraverit? Marshami et Lydiati supplementum Λακωνικῆς multo videtur accommodatius, quum praesertim verisimile non sit, Phoenicum regnum Nostro esse memorabile visum. Εὐρώτας καὶ Λακεδαίμων est a Lydiato: Lacedaemon vulgo Eurotae gener est; utrumque simul imperasse quidni nonnulli tradiderint? Lacunae vs. 13. spatium amplius sumptum est quam quod Seld. posuit: id quod concedit versuum mensura.

Ep. 9. vs. 14–17. Vs. 14. lacunas sumpsi etiam maiores esse quam quae notatae sunt. Seld. solum explevit ναῦ[ς: Chandl. ναῦ[ς πεντ]ή[κοντα κωπ]ῶν; reliqua non digna quae referantur. Equidem ut certe aliquid commodum haberes, scripsi: ναῦ[ς μετὰ Δαναοῦ et cetera, quae in textu minusculis expressa habes vs. 14. Prima haec, ut fertur, fuit navis δίπρωρος et πεντηκόντορος, inventumque tum posterius nomen. Apollod. II, 1, 4. Δαναὸς τοὺς Αἰγύπτου παῖδας δεδοικὼς ὑποθεμένης Ἀθηνᾶς αὐτῷ ναῦν κατεσκεύασε πρῶτος πεντηκόντορον. Eustath. ad Il. α, 42. p. 37. 25. Rom. (cf. Schol. ubi similia): πρῶτος (Δαναὸς) ναῦν κατασκευάσας Ἀθηνᾶς ὑποθήκῃ, κληθεῖσαν πεντηκόντορον κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν αὐτοῦ θυγατέρων. Adde Hygin. Fab. 277. 168. Plin. H. N. VII, 56. Nonni συναγωγ. ad Gregor. Naz. Invect. I. n. 67. quos attulit Seld. Alia praebet Muncker. ad Hygin. Fab. 277. Vs. 15–16. plurium exciderunt Danaidum nomina. Ἀμυμ]ώνη notissima certatim restituitur; sed res dubia; potuit etiam Δαμ]ώνη, Φικομ]ώνη scribi. Vide recensus Danaidum valde discrepantes apud Apollod. II, 1, 4. Hygin. Fab. 170. Βρύκην et Ἡρώ, quas insuper addidi, per me licet rursum eiicias. Archedice aliunde non nota. Post τῶν λοιπῶν Palm. [ἱδρύσ]αντ[ο Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, vel Λινδίαν Ἀθηνᾶν]; ex usu Nostri cum Prid. scripsi ἱερὸν vel potius ἱρὸν ἱδρύσ. De Ionismo vide Introd. 1. In fine addidi Ἀθηνᾶς; etsi versus paulo brevior est, insuper addi τῆς Λινδίας nolim; Lindi enim posthac adiecta mentio. Heynius ad Apollod. II, 1, 4. vult

[βρέτας ἱδρύσ]αντ[ο. Lindiae Minervae simulacrum ab Apollodoro II, 1, 4. templum ab Herodoto II, 182. et Strabone XIV. p. 655. ad Danaum vel Danaides refertur, utrumque ut par est a Diodoro V, 58. Hoc vero delubrum cum signo fuit in colle et arce Lindi, et Danaides posthac dicuntur in littorali tractu sacra fecisse: nihilominus, etsi haec inter se non bene conveniunt, de Lindio delubro agi certum est. Vs. 17. pro infaustis aliorum conatibus certam dedi emendationem ἐμ παράπλῳ; ΓΑΔΙ (vide var. lect.) fuit ΠΛΩΙ. Male etiam Heyn. volebat ἐμ παραλίᾳ πεδιάδι. Ἐριχθονίου est a Palm. et Lyd. (cf. Canon.)

Ep. 10. vs. 17–21. De Panathenaeis ab Erichthonio institutis vide ad ep. 6. de reliquo Erichthonii invento insignis locus Eratosthenis personati Catast. 13. ex quo simul discimus apobatae illum certamen docuisse, minus memorabiles Virgilii Ge. III, 113. Plinii H. N. VII, 55. Hygini P. A. II, 13. Aelian. V. H. III, 38. Aristid. Or. in Minerv. p. 12. Panath. p. 107. ed. Iebb. Themist. Or. XXVII. p. 337. Ab aliis curruum instructio Trochilo tribuitur, cuius nomen sane ad hanc rem apte excogitatum. Rectius, quantum in his priscis et fabulosis rebus alterum altero rectius, alii, in quibus Pausanias VIII, 2. Panathenaea instituta ad Theseum referunt. Ὠν]ό[μασε scripsi, non cum aliis μετωνόμασε, quod de alio nomine nihil dixit Noster; Ἀθηναίους ὠνόμασεν est: *Atheniensibus hoc, quod habent, nomen dedit,* ut ep. 6. καὶ Ἕλληνες ὠνομάσθησαν. Herodoto VIII, 44. auctore Erechtheo rege Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν, qui antea Κεκροπίδαι; nisi Berkelius verum vidit, Ἐρεχθεΐδας Athenienses ex hoc nominatos esse: Herodoto quod tribui, ex eo tradiderunt recentiorum plures. Pessime Chandl. ex Prid. in Marmore scripsit καὶ Ἀθήναια μετωνόμασε, licet hoc fabulae Istri consentaneum sit (vide ad ep. 6.): debebat autem potius dici καὶ Παναθήναια μετωνόμασε τὰ Ἀθήναια (vel ἀντὶ Ἀθηναίων). In fine vs. 18. Palm. κ]αὶ [ἕδος: praetuli βρέτας, vocabulum signo informi et divinitus haud dubie oblato aptissimum. Hoc esse notissimum illud Pessinuntium in Galatia, quasi ex Cybelis montibus eo translatum, sumit Prid. Sed etsi Strabo XII. p. 567. Cybelen a Cybelis montibus dictam perhibet, non video quidni nostro loco Κύβελα s. Κύβελον oppidum intelligendum sit, de quo vide Steph. Byz. v. Κυβέλεια et intt. atque ibi tale simulacrum fuerit. Hoc signum quum repertum est, Hyagnis invenit Phrygias tibias. De Hyagnide nota omnia; appono tamen eum, qui ad Nostrum proxime accedit, Aristoxeni locum apud Athen. XIV. p. 624. B. ὁ δὲ Ἀριστόξενος τὴν εὕρεσιν αὐτῆς (τῆς Φρυγιστὶ ἁρμονίας) Ὑάγνιδι τῷ Φρυγὶ ἀνατίθησιν, et quod Alexander, qui de Phrygiis rebus scripsit, Hyagnidem primum dixit tibicinem (Plutarch. Mus. c. 5.). Similia alii. In lacuna vs. 19. Seld. τὴν ἁρμονίαν τὴν καλ]ουμ. ego vs. 19. Palmerium secutus sum, qui omnia explevit; sed spatii causa inserui πόλει. Vs. 20. extr. Palm. καὶ τὸν ἐπ[ιχώριον ἡρώων, vel ἐπ[ιχωρίων θεῶν καὶ ἡρώων voluit. Ego tentem: καὶ τὸν ἐπ[ὶ Πυθῶνι ἐπικήδειον Λυδιστί, aut simile. Ὁ ἐπὶ Πυθῶνι ἐπικήδειος ab Aristoxeno tribuitur Marsyae discipulo Olympo, Marsyasque est Hyagnidis filius. Vide ne multa Fabric. B. Gr. T. I. p. 135. et maxime Plutarch. Mus. c. 15.

Ep. 11. vs. 21–23. Vulgo suppletur πρ[ῶτος, quod in πρ[ότερος mutavi; duo enim Minoes ficti sunt, ut fabularum temporibus succurreretur. Κρήτης additum a Palm. Vs. 22. sitne Ἀπολλω]νίαν an Κυδω]νίαν supplendum, dubitavit iam Seld. Nam Cydonia olim fertur Apollonia nominata esse (Steph. Byz. v. Κυδωνία, ubi cf. intt.), dein Cydonia dicta ex Cydone filio Apollinis et Acacallidis filiae Minois. Ceterum Cydonum meminit iam Odyssea (τ, 176.), et ad Minoem a nonnullis Cydoniae origo refertur (vide Höck. Cret. T. I. p. 23.); sed historiae fide prima nititur colonia Samiorum circa Olymp. 64. Cydoniam condentium. De Idaeis Dactylis, quorum tertium ipse addidi, vide Höck. Cret. T. I. p. 319 sqq. Lobeck. Aglaoph. T. II. p. 1156 sqq. Iis ferrum inventum tribuitur inde ab auctore Phoronidis: atque id Noster manifesto in Ida Cretae factum vult; quod utrum probabile necne, de eo vide dubitationes Höckii Cret. T. I. p. 279. Quod vero a Nostro Minoi coniunguntur Dactyli, id ne ex Ephoro petitum putes, vide Lobeck. p. 1161 sq. Illorum nomina vim et robur designant, ut fortium fabrorum ferrum subigentium: Δαμναμενεὺς est ὁ δαμάζων, Ἄκμων non incus, etsi haec quoque eadem voce vocatur, sed ἀκάμας s. ἀπαθής (Höck. T. I. p. 309. 313.); Κέλμις παρὰ τὸ κέλλειν, *movere* (ut Ψαῦμις παρὰ τὸ ψαύειν): qui quod nulla vi frangi posset, in *adamantem* mutatus est (Ovid. Met. IV, 281.). De numeri restitutione paulo incertiore vide Canon.

Ep. 12. vs. 23–24. Prideauxii supplementum καὶ πρ[ὸς ἄλλους ἔπεμψε πρ]ώτη δ[ιὰ Τ]ριπτ. etc. litteris superstitibus parum convenit; nec probabiliter Triptolemus dicetur fruges prius ad alios transmisisse, quam eas in Rario seminasset campo (ep. 13.). Quod de meo dedi, consentaneum rei; verbum ἐπράχθη ne fortius quam pro rerum ratione esse censeas, insigne nota molimen cum successu effectum; in quo commodum est ἐπράχθη, ut si dicitur: ἐπράχθη τοῦτο τὸ ἔργον. Constans in Marmore est scriptura Ἐριχθεύς, ut Ἐριχθόνιος.

Ep. 13. vs. 24–25. Spatii causa addidi ὁ Κελεοῦ: καρπὸν dedit Palm. Dein cum Prid. Γ in II mutavi; nusquam enim duae epochae ad eundem annum referuntur.

Ep. 14. vs. 25–27. Initio alii aliud nomen restituunt, Musaei vel Eumolpi, de quibus tamen ep. 15. demum dicitur; Pamphon inter alia attulit Palm. Orpheum adiicit Prid. et alienum a sacris Atticis Melampum Amythaonis f. Baumgartenius. Dubites tantum inter Pamphon et Orpheum; sed hunc cum Chandl. praetuli, quod descensus ad inferos memorari videtur; aetas quomodo conveniat, vide in Canone. Chandl. dedit: [Ἀφ᾽ ο]ὗ [Ὀρφεὺς τὴ]ν etc. sed hoc non convenit traditis litteris; et vs. 25. extr. videntur plura perisse: versus enim apud Seld. valde brevis est. Quod ego dedi, sequitur litterarum vestigia. Κόρης ἁρπαγὴ et Δήμητρος ζήτησις conveniunt Orpheo; vide Lobeck. Aglaoph. p. 546. 827 sqq. 818

sqq. et nota Orphei carmen circumlatum esse Δήμητρος πλάνας. Mox Chandl. καὶ τ[ὴ]ν αὐτοῦ [κατάβασιν καὶ μύ]θο[υ]ς τῶν etc. hoc μύθους Prideauxio acceptum referens. Orphicus liber fuit Κατάβασις ἐς ᾅδου (Lobeck. Aglaoph. p. 373.): sed τόν, non τήν lapis habet: igitur dedi καὶ τὸν αὐτοῦ [καταβαθμὸν ἐς ᾅδου. Μύθους vero ferri non potest: nam in lapide est ΘΟΣΤΩΝ; debebatque certe μύθους τοὺς περὶ τῶν etc. dici; nec μύθων mentio auctoris videtur ingenio convenire, qui satis credulus. Primum conieceram πά]θος, condicionem, quasi τὸ θεῖον πάθος eorum qui apud inferos sunt; postea praetuli γῆ]θος, quo verbo in soluta oratione utitur Plutarchus Agesil. c. 29. Viderat Orpheus apud inferos ex illis, qui Cereris fruges acceperant, unum et alterum iam defunctum, iisque fruentem deliciis, quae ex istius sectae disciplina initiatorum propriae sunt (Plat. Rep. II. p. 363. C. cf. Lobeck. p. 806.).

Ep. 15. vs. 27–29. Reiecto Palmerii commento restitutionem perfecit Prid. Addidi Δ collatis Erechthei temporibus (vide Canon.). Voci Ἐρεχθέως praeter necessitatem auctor addidit patris nomen, τοῦ Πανδίονος. De Musaeo cf. Passow. Introd. in Musaeum.

Ep. 16. vs. 29–30. Seld. putabat de lustratione urbis agi ob Androgei caedem instituta, quae res notante Palm. potius ad ep. 19. pertinet. Nihilominus Prid., quem Chandl. sequitur, scripsit: καθαρμὸς πρῶτον ἐγένετο [διὰ φόν]ου, urbis lustratio *caede piacularium hominum* (καθαρμάτων) perfecta. Reliqua intacta reliquere priores. Melius Palm. coniecit: ἐγένετο [φόν]ου, quod dedimus. Agitur de prima *homicidae* lustratione. Tum ΠΡΩΤΩΙΑΟΝ manu ducit ad πρώτω[ν] Ἀ[θηναίων, et ΕΑΝΤ ad καθηρ]άντ[ων: quae quum mihi viderer recte invenisse, addidi insuper Ἡρακλέα. Deferimur enim iam in Herculis aetatem; Herculisque in gratiam instituta minora Eleusinia, quibus initiatus est et simul ob Centaurorum caedem lustratus. Diod. IV, 14. (ubi vide Wess.) Δημήτηρ πρὸς τὸν καθαρμὸν τοῦ Κενταύρων φόνου τὰ μικρὰ μυστήρια συνεστήσατο τὸν Ἡρακλέα τιμῶσα. Apollod. II, 5, 12. μὴ δυνάμενος δὲ ἰδεῖν (ὁ Ἡρακλῆς) τὰ μυστήρια, ἐπείπερ οὐκ ἦν ἡγνισμένος τὸν Κενταύρου φόνον, ἁγνισθεὶς ὑπὸ Εὐμόλπου τότε ἐμυήθη. De tempore et expleto numero vide Canon.

Ep. 17. vs. 30–32. In unam contraxi epocham, quae duae visae; nam vs. 30. extr. ante ΑΦΟΥ, utcunque de lacunae spatio iudicabimus, certe non id suppleri potest, quo opus esset, si ibi finiretur epocha: ἔτη X – – – βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Πανδίονος τοῦ Κέκροπος. Verba ἀγὼν ἐτέθη dedit Palm. dein ΑΦΟΥ debet corruptum censeri, et in promptu est Κ]ΑΙΘΥ[ΣΙΑ. Lycaon, qui deinceps Lycaea dicitur instituisse, infamis est scelesto infantis immolandi instituto, diu isto retento: utraque res eidem Lycaoni diserte tribuitur a Pausania VIII, 2. At is, quem Pausanias intelligit, Cecropi I. aequalis fertur; Noster Lycaeorum auctorem ad ep. 17. rettulit: consentaneum est, quum in Lycaeis immolatus infans sit, eidem Lycaoni eidemque aetati a Nostro etiam huius sacrificii originem tribui. Ad hanc sententiam Palm. quoque direxit suum supplementum: ἀφ' οὗ [ἀνθρωποθυσί]αι [καὶ] etc. Sed nos, quod non agnoscimus illud ἀφ' οὗ, ad vocem θυσία, quam posuimus, ex Pausaniae loco addimus βρέφους ἀνθρώπου, et deinceps supplemus κ]αί. Post ΑΙ nulla videtur lacuna esse, cuius speciem Seldeno obtulerit diductior scriptura. *Lycaea* sunt notissima; quod Olympia non reperiri in hoc marmore visa sunt, quae tamen nos restituimus ep. 18. Baumgartenii imperitia somniat, Lycaea illis fuisse coniuncta, et eorum haec quasi locum sustinere. Mox quod dedi αἱ ἐκκηρύξεις τοῦ Λυκάονος, id certum iudico; dicitur de *praeconibus novos ludos per Graeciam nuntiantibus*. Ἐν ante τοῖς, et ἔτη praebuit Palm. Pro Ν in loco numeri temporum computus postulabat Δ; et cave id in ΔΙ dissolvas: nisi enim ante Ν maiorem lacunam statuas, fieri illud non potest. De tempore vide Canon.

Ep. 18. vs. 32–33. Hanc epocham quum Marshamus ad Herculis initiationem a nobis ep. 16. quodammodo praeceptam retulisset, Prid. mire scripsit: ἀφ' οὗ κα[θάρσια ἐγένετο Ἀθήν]ησι, [κ]αὶ Ἡρακλῆς [ἐμυήθη ἐν Ἄγραις πρ]ῶ[τος, καὶ ἕ]δος [ἐποιήθη, ἔτη Χ – – – Brevius, non probabilius, eandem sententiam exhibuit Chandl. Baumgartenii barbara supplementa caedem Androgei et quaedam de Hercule minus insignia inferunt. Potius hoc loco Olympiorum relata institutio erat, quam Baumg. (ad ep. 17.) recte desideravit, quum Isthmiorum, Nemeorum, Pythiorum non oblitus esset Parius. Huc igitur direxi restitutionem; ΗΣΙΑΙ mutavi in ΗΛΙΔΙ, ΔΟΣΤ in ΔΙΟΣΕΤ: nam litteras intermedias Seldenum aliquoties omisisse, docet statim ep. 19.

Ep. 19. vs. 33–34. Σπάνι]ς et τοῖς] Ἀθην[αίοις Ἀπόλ]λων debetur Palmerio. In fine vs. 33. idem supplet ἐν[ῆκεν, cetera vero ut dedi, nisi quod ἀξιώσῃ pro indicativo futuri scripsi; ΕΙ tamen in lapide fuisse non dubito, quod ex antiquo usu pro ΗΙ scriptum in huiusmodi formis persaepe est. Pro ἐν[ῆκεν Chandl. ἤ]ν[άγκασεν. Sed locus aliter restituendus. Primum μαντευόμενος etsi ferri potest, tamen usus dicendi et orationis tenor postulant μαντευομένο[ι]ς; dein scribendum ἔ[χρησε. Apollod. III, 7, 2. καὶ μαντευομένοις αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐθέσπισε. Herodot. IV, 151. χρεωμένοισι προέφερε ἡ Πυθίη, item VII, 20. χρεωμένοισι περὶ τοῦ πολέμου χρᾷ ἡ Πυθίη, et saepius. De re praeter minores vide Plutarch. Thes. 15. Pausan. I, 27, 10. Euseb. Praep. evang. V, 19. et simillimos locos Diodori IV, 61. εἶθ' ὁ μὲν θεὸς ἔχρησεν, ἐὰν τοῦ Ἀνδρόγεω φόνου τῷ Μίνωϊ δίκας δῶσιν, ἃς ἂν ἐκεῖνος δικάσῃ, Apollodori III, 15, 8. ὁ δὲ θεὸς ἀνεῖπεν αὐτοῖς Μίνωϊ διδόναι δίκας, ἃς ἂν αὐτὸς αἱρῆται.

Ep. 20. vs. 34–36. Prid. litteras ΑΠΡΕΩ in καθέστηκεν mutavit et supplevit, pro quo κατέστησεν esse debebat: dedi ΑΠΕΔΩ[ΚΕ, vocem propriam. Vs. 36. manifesto dictum erat, Theseum Isthmia instituisse *relictis Athenis*, sive is sponte excessisse Nostro visus, sive ostracismo eiectus, ut fabulantur. Igitur scripsi ἀπογενόμεν]ος Ἀθηνῶν. Palm. volebat νομογράφ]ος vel πολέμαρχ]ος Ἀθ. Prid. post καθέστηκεν inepte addidit ἑαυτοῦ βασιλεύοντ]ος Ἀθηνῶν; Chandl. δημοκρα-

τείαν [πρῶτος καθεστηκὼ]ς Ἀθ. Post annorum numerum non additur nota βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως, quod hoc iam inest prioribus verbis.

Ep. 21. vs. 36–37. Haec epocha non a formula ἀφ' οὗ incipiebat, quam temere inseruit Prid. ubi nulla lacuna. De Ammone aliquid dictum esse suspicabatur Palm. Absona sunt et incondita quae Baumg. excogitavit, ἀπὸ τῆς Ἀμμωνίδος καὶ τῆς θεωρίδος πρὸς Δῆλον ἀποπομπῆς πρώτης, et alia huius generis: volebat quippe dici vel de festo Ammonis Attico vel de navi Attica Ammonide et Deliaca theoride. Chandl. scripsit ἀπὸ τῆς Ἀμμον[ίας] τῆ[ς πρώτης; debebat certe Ἀμμωνιάδος esse. Sed quamquam mature in Graecia, etiam Athenis, cultus Ammon (vide Oecon. civ. Ath. T. II. p. 257 sqq. coll. p. 411.), tamen nemo novit Ἀμμωνιάδα τὴν πρώτην, ut novimus Ὀλυμπιάδα; nec dubito quin Seldenum fefellerint oculi. ΑΜΜΟΝ ubi legit, scriptum erat ΑΜ[ΑΞ]ΟΝ. Sub Theseo enim Amazones in Atticam irrupisse ferebantur; et in promptu est supplere: ἀπὸ τῆς Ἀμ[αζ]όν[ων εἰς] τὴ[ν Ἀττικὴν στρατείας, ut ex Thrasylli chronico dixit Clemens Strom. I. p. 336. εἴς τε τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν, vel si mavis ἐπὶ τὴν Ἀττικήν, ut de eadem re fabulis celebratissima dixit Plato Menex. p. 239. B. Ceterum cum emendatione certissima congruunt etiam tempora, de quibus vide Canon.

Ep. 22. vs. 37–38. Mire Seld. et Lyd. de Olympiis, Marsh. de Sicyoniis Pythiis agi suspicabantur; Palm. volebat: Ἀργεί[ω]ν εὖ Ἄδρασ[τος καὶ Ἀμφιάραος ἐ]βασίλευσεν, incommodum istud εὖ ipse iudicans: nec credibile Adrasto alium fuisse additum. Haec tamen retinuit Prid. nisi quod εὖ ab illo prorsus temere in Ἐτέοκλος mutatur, ut tres pro uno reges habeas. Chandl. ἀφ' οὗ Ἀργείοι[σιν] Ἄδρασ[τος ἐ]βασίλευσ[ε]ν, et in fine ἔ]θ[εσ]αν [οἱ ἑπτά. At ΝΕΥ non probabile est fuisse ΣΙΝ; et cur productior forma Ἀργείοισιν hoc loco posita fuerit? Locum certa via restitui. Subiectum est Ἀργεῖοι: ΝΕΥ fuit ΜΕΤ, [μ]ε[τ'] Ἀδράσ[του. Ludorum vero Nemeaeorum institutio, de qua in fine agitur, ex nota fabula tributa est Septem ducibus, qui in itinere erant Nemeam delati. Manifesto igitur scribendum: ἀφ' οὗ Ἀργεῖοι [μ]ε[τ'] Ἀδράσ[του ἐπὶ Θή]βας [ἐστράτ]ευσαν. Quum Seld. agnosceret litteras ΒΑΣ et ΕΥΣΑΝ, nata ei species, quasi ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ legeretur: ac videtur ex ΒΑΣ aberrasse ad ΕΣ, quod ideo omiserit, ΙΛ autem sumpsisse ex oblitterato ΤΡΑΤ, quod arctius scriptum fuerit. Nam etiam quae incredibilia esse putes, credibilia reddet var. lect. vs. 66. De formula cf. ep. 23. ἀφ' οὗ οἱ Ἕλληνες εἰς Τροίαν ἐστράτευσαν. Eusebius: οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσαν, et ubivis omnes. [Ἐ]ν [Νεμέ]ᾳ dedit Palm. Idem συν]ή[θλευσ]αν; sed Chandl. ἔ]θ[εσ]αν. Apollod. III, 6, 4. οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ (τῷ Ἀρχεμόρῳ) τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα. Spatii causa addidi τῷ Διΐ; possit et ἐπ' Ἀρχεμόρῳ.

Ep. 23. vs. 38–39. expleta a Seld.

Ep. 24. vs. 39–40. Supplementum et emendationem praeiit Seld. Καὶ εἰκοστοῦ, quod lapicida per incuriam omisit, post δευτέρου addidi cum Prid. quod sic intelligitur, quomodo a δευτέρου ad εἰκοστοῦ aberrante oculo posterius omissum sit. Chandl. dedit [εἰκοστοῦ καὶ] δευτέρου.

Ep. 25. vs. 40–41. Palm. non bene scripsit: Ὀρέστη[ς ἐν Σκυθ]ίᾳ τῶν αὐτο[ῦ μανιῶν ἰάθη, καὶ Α]ἰγίσθου θυγατρὶ [Ἠριγ]όν[ῃ τῇ Αἰ]γίσθου καὶ αὐ[τῷ δίκη ἐγένετ]ο, et in fine [ἴσων ψήφ]ων [οὐσῶν]. Aegisthi filia quum memorata sit, sane etiam eius nomen videtur appositum fuisse; est vero Erigone Clytaemnestrâ nata ut Helena, peperitque ex Oreste Penthilum nothum (Pausan. II, 18, 5.). Haec egisse in Orestem Athenis dicitur (Hygin. Fab. 122. Dictys VI, 4. Tzetz. ad Lycophr. 1374. Etym. M. p. 42. v. αἰώρα). Prid. pro Palmerii isto τῇ Αἰγίσθου dedit ὑπὲρ Αἰγίσθου. Equidem plurima aliter constitui coniectura licet incerta, quam non commendabo multis. Quod dedi προσαιτῶν αὐτός, est *ipse supplicans*, αἴδεσιν postulans ab Erigona. Δίκην ὑπέσχεν petii e vs. 34. Ἴσων ψήφων οὐσῶν ferri non poterat; debebat esse ἴσων τῶν ψήφων γενομένων, ut dicit Aristides Orat. in Minervam p. 13. Iebb. et mutato verborum ordine Tzetzes (l. c.). De scriptura Ἀρείου vide var. lect. de numero Canonem.

Ep. 26. vs. 41–42. Τὴν Σαλαμῖνα dederat Seld. articulum recte abiecit Prid.

Ep. 27. vs. 42–44. Editores correxere Ν[ηλ]εύς: sed nota scriptura Νε[ιλ]εύς, quam restituendam esse vidit Wessel. ad Herod. IX, 97. adversus Perizonium ad Aelian. V. H. VIII, 5. disputans. Dein Palmerius: ᾤκισ[ε Μίλητον ἐ]γ [Καρί]ᾳ λ[αὸν] ἀ[γείρα]ς [Ἰώνων, οἱ ἔκτισ]αν Ἔφεσον, Ἐρυθράς, Κλαζομενάς, Τ[έων] κα[ὶ Λέβεδ]ον ὑπὸ Κολοφῶνα, [Κολοφῶνα, Μ]υοῦντα, [Φώκαι]α[ν, Πριήνην], Σάμον, [Χίον, et reliqua quae dedi, excepto numero. Eadem illa retinuit Prid. nisi quod scripsit: καὶ Λέβεδον, καὶ Κολοφῶνα, Μυοῦντα etc. Chandl. eatenus a Palm. discessit, ut scriberet ᾤκισ[εν ἐγ Καρίᾳ Μίλητον ἀγείρας Ἴωνας, οἳ || ᾤκισ]αν Ἔφεσον, et post Κλαζομενὰς adderet [Πριήνην καὶ Λέβεδον, Τήω], Κολοφῶνα, [Μ]υοῦντα, [Φώκαιαν], Σάμον etc. Quae omnia non expono quot laborent nominibus, sed meam explico rationem. Miletus primo loco nominanda erat ut Nelei urbs, tum Ephesus inter reliquas potissima, quae vs. 43. initio comparet. Dedi igitur ᾤκισε Μίλητον; Γ vs. 42. superest ex ΜίληΤον. Addidi καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν Ἰωνίαν; ΑΛΛΗΧ fuit ΑΛΛΗΝ, ΑΡ... Σ.. autem ΑΠΑΣΑΝ; ...... ΑΝ est ΙΩΝΙΑΝ. Sequuntur Ephesus, Erythrae, Clazomenae. Τ.. ΗΝΚΑΤ muto in ΠΡΙΗΝΗΝ; Κ fuit Η, ΑΤ fuit Ν. Nam καί, quod Chandl. habet, nequit ferri. Post haec est ΑΓΡΟΝΟΝ ΥΠΟ, pro ΛΕΒΕΔΟΝΤΕΩ. Facile commutantur ΑΓΡ et ΛΕΒ, ΝΟΝ et ΔΟΝ, Υ et Τ, ΠΟ et ΕΩ. Ceterarum civitatum ordinem recte dedit Chandl. eundem ex eodem, ex quo Noster, fonte habet Aelianus V. H. VIII, 5. quae res Robertsono calumniandi praebuit materiam. Vs. 44. Palm. verba Μενεσθ[έ]ως τρεισκαιδεκάτου ἔτους e vs. 39. male esse repetita censet; Ε in hac voce Seldeni operae omisisse videntur, qui id habet in minusculis et in notis; non enim defendi forma Μενεσθῶς potest exemplis Πειραιῶς, Παιανιῶς, ἀγυιῶς etc. quae ex alio sunt genere. Medontem desiderabat iam Seld. quo magis verisimile, Μενεσθ[έ]ως vere in lapide fuisse. Quare etsi Palmerii

coniectura nimium audax vix admittenda est, tamen in eo videtur lapicida peccasse, quod Με[νεσθέω]ς scripsit pro Μέ[δοντο]ς, quod probat etiam Dodwellus. Lydiati coniecturam μὲν Νηλέως refuto in Canone, ubi simul vide de numero. Hunc mutavit Lydiatus; Prid. coniecturam quidem μὲν Νηλέως a Lyd. accepit, sed non numeri mutationem. Ceterum Medon primus est archon perpetuus: Noster archontes perpetuos dixit *reges*; et fuerunt quodammodo reges, sed iam ὑπεύθυνοι, quum priores fuerint ἀνυπεύθυνοι (Pausan. IV, 5.). Eusebius quoque perpetuos archontes reges vocat, et in decennalibus utroque nomine utitur (cf. Perizon. ad Aelian. V. H. V, 13.). Etiam Pausanias (I, 3, 2. coll. VII, 2, 1.) perpetuos archontes atque insuper decennales Melanthi posteros ad Clidicum usque vocat βασιλεύσαντας: qui cur ad Clidicum usque progressus sit, neque ante Charopem primum decennalem archontem constiterit in eo, quod pronuntiat, vel si eo usque progressus erat, non sit usque ad ultimum insuper decennalem progressus, aliis explicandum relinquo.

Ep. 28. vs. 44–45. Ἐφάνη recte dedit Seld. Numero addidi III; Seld. Δ, Lyd. II. Μεγακλέους voluit iam Prid. Ceterum vide Canon.

Ep. 30. vs. 45–47. Φ[εί]δων est a Seld. Vs. 46. prioribus non tentatis Palm. coniecit: καὶ μέτρα] ἐσκεύασε; Prid. ἐδημ[οσί]ευσ[εν ἐν Ἄργει, καὶ μέτρα καὶ σταθμὰ] ἐσκεύασε. Inepte Chandl. ἐδημεύ[θη καὶ μέτρα καὶ σταθμὰ] ἐσκ. Quod Müllerus Aeginet. p. 57. dederat, posthac p. 199. posthabuit meae coniecturae ἐδήμευσ[ε τὰ μ]έ[τρα καὶ μετ]εσκεύασε: sustulit Phido pristinas mensuras et in publicum redegit, et alia refecta ac probata dedit possessoribus. NEY fuit MET, ut ep. 22. unde prodit μέτρα. Sed μετεσκεύασε iam non probo; lege ἀ]νεσκεύασε. De Phidone eiusque nummis et mensuris optime egit Müller. Aeginet. p. 51–63. Dor. T. I. p. 155 sqq. Cf. Larcher. Act. Acad. Inscr. T. XLVI. p. 27–50. Φερεκλέ]ους scribendum vidit Palm. (male Prid. Διογνήτου); archon hic etiam Φέρεκλος vocatur, diversâ eiusdem nominis formâ.

Ep. 31. vs. 47–48. Archias Corinthius Nostro est Heraclides Temenides; exspectes eum esse Heraclidem Aletidem s. Bacchiadem, ut dixi Explicatt. in Pind. p. 153. quod argumento confirmat Müller. Dor. T. I. p. 115. Ab altera parte cf. eundem Aeginet. p. 58. In lacuna dedi εἰς τάς, articulo spatii causa assumpto. De numero vide Canon.

Ep. 32. vs. 48. Seld. ἠρέθη ὁ ἄρχων: sed ἠρέθη non convenit traditis litteris. Palm. ἦρξεν Κρέων: nominatum enim omnibus in epochis archontem esse. Hinc Prid. ἦρξεν ὁ Κρέων. Sed ἦρξε Κρέων κατ' ἐνιαυτὸν non recte dictum: debebat esse Κρέων τὴν ἐνιαυσίαν vel τὸν ἐνιαυτόν. Concedendum est archontis nomen esse omissum; scribendum ἦρ[χ]εν [ὁ ἄ]ρ[χ]ων: imperfecto autem opus est, ut Euseb. Chron. p. 28. μεθ' ὃν (Κρέοντα) καθ' ἕκαστον ἔτος εἷς τις παρ' αὐτοῖς ἦρχεν, et ubivis. Wagner. p. 37. ἦρξεν ὁ ἄρχων.

Ep. 33. vs. 48–49. De forma genitivi vide Introd. 1. et de correctione nominis archontis Introd. 4. Lacunam non posse expleri sponte patet. Tyrtaeum intulit Prid. cui obtemperarunt Cors. et Chandl. Archilochum Baumg. quem sequitur Wagnerus p. 158. et certe alterum hoc probabilius, quum Archilochus sit Parius et celebrior etiam quam Hipponax iambographus, cuius tamen meminit ep. 42. atque etiam de musicis, quae Noster imprimis respicit, ille meritus sit magnopere.

Ep. 34. vs. 49–50. De Terpandro uberrime dixerunt Plehn. Lesb. p. 138–165. Höck. Cret. T. III. p. 367 sqq. Pater eius aliis alius; Nostro vocatur ὁ Δερδένεος, non a recto Δερδενεύς, ut dicunt, sed a Δερδένης, retenta genitivi forma soluta ex patria Terpandri dialecto. Nomen Δέρδας, Macedonibus usurpatum, ex Aristotelis Politicis et Thucydide contulit Lyd. Dicam nunc de restitutione, omissis nimium absonis commentis. Μουσικήν, quod in Marmore est, ex coniectura sibi repertum multis commendat doctus Misc. Obss. Vol. II. p. 341 sqq. Supersunt integranda, quae sunt post τοὺς νόμους et ante καὶ τὴν ἔμπροσθε μουσικήν. Clarissimi vero quum fuerint Terpandri νόμοι κιθαρῳδικοί (cf. Plehn. p. 157 sqq.), scribe lacunis rite expletis τοὺ[ς κιθ]α[ρῳδ]ῶν: olim dedi τοὺς τῶν κιθ. (Plehn. p. 161.); sed articulo τῶν non opus. Αὐλῳδικοὺς Terpander non fecit neque αὐλητικούς: quo magis reiiciendum Palmerianum: τοὺς νόμους τοὺς λύρας καὶ αὐλῶν ἐδίδαξεν, pro quo debebat certe dici τοὺς νόμους τοὺς αὐλητικοὺς καὶ κιθαριστηρίους, vel αὐλῳδικοὺς καὶ κιθαρῳδικούς: non enim audiendus Suidas λυρικοὺς νόμους afferens in Terpandro. Secuti tamen Palmerium Burettus Act. Acad. Inscr. T. X. p. 215. Corsinus F. A. T. III. p. 55. Sed bonum ἐδίδαξεν, unde Δ superest: nullaque de causa doctus in Misc. Obss. proposuit ἤλλαξεν et μετήλλαξεν. Non enim nomos, qui prius fuerunt, mutavit Terpander, sed novos modos et proprios ipse fecit. Tum Palm. οὓς [κ]αὶ αὐλητ[αῖς συνηύ]λησε, quasi Terpander fuerit tibicen: et qualis haec est sententia, ut Terpander tibicen tibicinibus accinuerit nomos? Coniecturam docti Misc. Obss. l. c. p. 350. τοὺς νόμους τοὺς Λακεδαιμονίων διορθοῦσθαι αὐλητὰς ἤσκησε et per se malam esse patet nec confirmatam Clementis loco, ad quem provocatur: vide Plehn. l. c. Etiam perversius Chandl. τοὺς νόμους τοὺς παλαιῶν καινοῦσθαι αὐλητὰς ἐθέλησε. Servo, quod olim cum Plehnio communicavi: οὓς [κ]αὶ αὐλητ[ὴς συνηύ]λησε. Nomi fuere citharoedici; sed ut citharisteriis nomis accinebant aliquando tibicines (νόμοι κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσηύλουν, ait Pollux X, 83.), quippe αὐλοῖς κιθαριστηρίοις (id. X, 81.), ita consentaneum est etiam citharoedicis simul cum cithara accinuisse aliquando tibias. Novimus etiam ἔναυλον κιθάρισιν, et mistas vocibus canentium tibias simul citharasque (Metr. Pind. III, 258.). Atque aliquid Terpandro cum tibiis commercii fuisse, colligas inde, quod Glaucus Reginus (ap. Plutarch. Mus. 4.) dixerat eum δεύτερον γενέσθαι μετὰ τοὺς πρώτους ποιήσαντας αὐλῳδίαν. In accusativo οὓς συνηύλησε nemo peritior haerebit; neutiquam opus dativo οἷς, neque ob accusativum scribendum ηὔλησε, quo disertius est quod dedi. Sententia est enim haec: *Terpander citharoedicos docuit nomos, quos tibicen tibia simul modulatus est.* Δρωπίλου mutavi in Δρωπίδου, quod Lyd. p. 290. ta-

cite fecit. Nomen hoc in Solonis, hoc est Codridarum gente invenimus; et ex Codridis etiam tum haud raro lectus archon. Neve credas, quod Olymp. 46, 4. alius archon est Dropides, ideo, si archon huius epochae esset Dropides vocatus, addere auctorem debuisse τοῦ προτέρου, quod aliquoties talem addidit notam (ep. 36. 38. 43. 48. 59. 64.); saepius idem neglectum esse moneo. Omitto quod ep. 70. nihil addidit ad Καλλέου; quamquam si, ut ad ep. 64. nott. critt. conieci, archontem Olymp. 92, 1. Καλλέαν dictum fuisse putabat, ibi addendum δευτέρου fuit: omitto etiam Diphilum et Euctemonem ep. 60. 62. quod secundi eius nominis (Olymp. 123, 1. et 120, 2.) non archontes vocati sed ἱερεῖς τῶν Σωτήρων: at certe ep. 41. 55. 72. 75. debebat eiusmodi addere notam, si sibi constare voluisset.

Ep. 35. vs. 50–51. Supplevit Seld. Minus ex usu Nostri Palm. Λυδο[ῖς]; possis et Λυδό[ς]. De numero vide Canon.

Ep. 36. vs. 51–52. Lacuna vs. 51. expleri nequit, nisi forte cui persuadeat sua Baumg. Fortasse aliquid de Phaone dictum erat. Γεωμόρων dedere Palm. et Marsh. notique illi ex Herodoto potissimum ac Dionysio. De numero vide Canon.

Ep. 37. vs. 52–53. Supplementa debentur Palmerio. Κύῤῥαν scriptum p. Κίῤῥαν, ut *Anticyra*.

Ep. 38. vs. 53–54. Et sententiae et spatii causa addidi ἐν Δελφοῖς. Στεφανίτης debetur Seldeno. Chandl. ὁ στεφανίτης, quod ferri potest: sed ob additum πάλιν praestat omittere articulum. Hoc enim πάλιν non ideo addidit, quod vellet, hunc esse *secundum* στεφανίτην: cur enim secundum annotasset, non primum? Potius sententia haec est: *Ex quo rursum Pythium certamen aliquod institutum est, idque iam coronarium, mutata ludorum ratione*: in qua sententia melius abest articulus.

Ep. 39. vs. 54–55. Palm. scripsit ἐν Ἀθ[ήν]αις; hoc improbat Bentleius Opusc. p. 263. Lips. quod auctor alias constanter dixerit Ἀθήνησιν, et Icariae, non Athenis, inventa comoedia sit. Verum hoc alterum non videtur obesse lectioni Ἀθήναις: nam Ἀθῆναι est universa civitas, cuius pars Icaria pagus; et nisi praecessisset Athenarum designatio, desiderarem certe Ἰκαριέων τῆς Ἀττικῆς; denique etsi alias Ἀθήνησιν a Nostro dicitur, tamen imprudens et invitus variare hoc loco dictionem potuit. Retinui igitur Ἀθήναις; sed Palmerii alterum, κωμῳ[δία π]ρ[ῶτον ἐπ]έθη [ἐπὶ] σανί[σι, quod mutato ἐπὶ in ἐν reddidit Prid. displicuit merito Piersono Vindic. Ignat. II, 11. ac Bentleio; hic igitur dedit: ἐν ἀ[πήν]αις κωμῳ[δίαι ἐφορ]έθησαν [ὑπὸ] τῶν Ἰκαριέων, barbarismo admisso, ⊙ mutato in Γ, neglecto mox P, et posthabita, quae post E⊙H est, magna lacuna. Ego retinui tradita omnia, solo ultimo I in T mutato. Dedi vero κωμῳδῶν χορός; hic enim pro ipsa est comoedia, ut in formula κωμῳδοῖς ἀγωνίζεσθαι. Reliqua usque ad ἀμφορεὺς absolvit Bentleius. Numerum Prid. in textu HHP, in notis HHH dedit, relicta lacuna. Ego cum Chandl. tantum HH addidi, quod de tertio siglo nihil definire licet (vide Canon.).

Ep. 40. vs. 56. Restituere Palm. et Lyd. Nomen archontis habes ap. Plutarch. Solon. extr.

Ep. 41. vs. 56–57. Supplevit Palm. ut dedi; Chandl. pro ἀπέστ. dedit ἀπέπεμψεν, deterius. Tamen quum versus valde brevis sit, post ἀπέστ. aliquid amplius addendum iudico; fortasse fuit ἀπέστειλεν Αἴσωπον μαντευσόμενον; talium enim rerum Noster curiosus. Prid. dedit: [τῆς] Ἀσίας [ἐβασίλευσε καὶ εἰς] Δελφο[ὺ]ς ἀπέστειλεν. Exspectem potius Λυδῶν ἐβασίλευσε: nec sine causa intermediae lacunae spatium mutandum. Sane Noster regum quas notat epochas ab initio regnorum sumit; et Croesi initium hic significari statuendum omnino est: sed potuit hoc Noster ita facere, ut aliquid annotaret, quod initio regni fecisset Croesus. Nomen archontis correxere Palm. Lyd. Marsh. ex Diog. L. I, 68. unde habet Scalig. Olymp. descr. Numerum recte explevit Seld.

Ep. 42. vs. 57–58. Palm. ὑπὸ [Πυθί]ης σφαλ[λόμενον ἐζώγρησεν: quae correxi scribens Πυθίας σφαλέντα. Ἐζώγρησεν est ex Herodoto I, 85. Numerum constitui secundum ea, quae in Canone ep. 41. dixi; Seldenus dedit 282, Lyd. 279, Prid. 278 ut nos, Chandl. 285 addito archontis nomine Ἐρξικλείδου (Olymp. 58, 1.).

Ep. 43. vs. 58–59. Seldenus scripsit: ἐδίδαξεν Ἄλ[κη]στιν: sed neque haec fabula Thespidis fuisse usquam dicitur, neque is usus est muliebri persona (Bentl. Opusc. p. 282.). Prid. ὁ ποιητὴς [ἐξ ἁμάξης] πρῶτος ἐδίδαξεν [Ἄλκηστιν, καὶ ἐ]τέθη ὁ [τ]ράγος [ἆθλον νενικηκότι], ἔτη etc. Debebat certe τῷ νικῶντι dici. Ego post lectionem Marmoris rectius constitutam dedi cum Chandl. ὁ ποιητὴς [ἐφάνη] ex usu auctoris. Tum Chandl. assumpto καί, quod Bentl. per errorem immiscuit (vide var. lect.): πρῶτος ὃς [καὶ] ἐδίδαξε [τραγῳδίαν, ἧς ἆθλον ἐ]τέθη [τ]ράγος, ἔτη etc. Desidero propiorem cum litteris traditis concentum, quem fere praestant nostra. N distraho in ΔP (ΔP); AΛ fuit AM, ΣTIN muto in ΣTEI. Cetera aperta: X videtur Λ fuisse. Ad formulam cf. Euseb. Chron. p. 50. et Canon. Olymp. 47, 2. τοῖς ἀγωνιζομένοις παρ' Ἕλλησι τράγος ἐδίδοτο. Nomen archontis aliis Ἀθή]ναιος, aliis Ἀλκ]αῖος; sed nihil decernere licet. De numero vide Canon.

Ep. 44. vs. 59. De correctione numeri et vero anno vide Canon.

Ep. 45. vs. 59–61. Primo versu supplementa significavit Seld. Vs. 60. Palm. Πεισιστράτου ἀ[πόγου]ον vel ἀμφίγονον vel Ἀθηναῖον: quod ego secutus sum, praebuit Prid. Dein Palm. σ[υμπα]ρ[έστ]ησαν τοὺς Πεισιστρατίδας ἐκ[χωρεῖν τοῦ Πε]λασ[γικ]οῦ τείχους, ex Herodoto V, 64 sq. ubi tamen est ἐκχωρῆσαι, et παρέστησαν (sc. οἱ Πεισιστρατίδαι, *deditionem fecerunt*), non istud συμπαρέστ. quod omnino ferri nequit. Palm. etiam ἐκβαίνειν coniecit. Sensu caret Chandleri hoc: σ[υνανέστ]ησαν τοὺς Πεισ. ἐκ[βάλλειν τοῦ Πε]λ. etc. Muto Σ in E; pro P assumo N, et scribo ἐξανέστησαν τ. Π. ἐκ τοῦ Πελ. etc. Ceterum Hipparchus plus quam tribus annis ante eiectos Pisistratidas caesus erat, in magnis Panathenaeis (Thucyd. VI, 56. cf. Herodot. V, 56.), quae mense primo Hecatombaeone acta sunt,

tertio quoque Olympiadum anno; itaque caedes Hipparchi accidit Olymp. 66, 3. ut statuit iam Corsinus F. A. T. III. p. 123. (male Dodwellus Annal. Thuc. ad Olymp. 66, 4. refert). Post hanc Hippias ab Herodoto (V, 55.) dicitur quattuor regnasse annos, vel tres ab auctore vetusto dialogi Platonici de lucro (p. 229. B.); tres vel quattuor refert Schol. Aristoph. Lysistr. 619. Nimirum quarto eiectus est, ut diserte ait Thucydidis (VI, 59.). Neque est cur id exacto prope quarto hoc anno, Hecatombaeone Olymp. 67, 3. factum statuamus; probabilius multo accidit Olymp. 67, 2. (et sic Corsinus l. c. p. 125.); extremo prope anno, uno certe mense ante exactum quartum annum. Vicesimo anno post, ut ait Thucydides, Hippias Marathonem petens militavit cum Persis; sume *coeptam* expeditionem Olymp. 72, 2. paulo post veris initium; habebis annum illum vicesimum: non enim de ipsius pugnae mense vel die intelligenda verba scriptoris sunt. Prorsus etiam congruit, quod ab exactis tyrannis Quadringenti instituti dicuntur ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα (Thucyd. VIII, 68.): nam si Olymp. 67, 2. qui vel annumerari vel omitti potuit, numeratur primus, Olymp. 92, 1. est centesimus. De quo computo quae falsissima protulit Dodwellus, non refero, sed de universis Pisistratidarum temporibus remitto ad Clintonum Fast. Hell. p. 201 sqq. Cf. etiam Canon. ad ep. 40. Postremo Palm. et qui eum sequuntur archontem Clisthenem anno huius epochae 45. (nobis Olymp. 67, 2.) inferunt; sed si Clisthenes tum, quum instaurabat rempublicam, eponymum magistratum gesserit, qua de re tamen non constat, archon fuerit certe non ante Olymp. 67, 3. (ex Corsini falsis rationibus assignatur anno Olymp. 67, $\frac{3}{4}$.)

Ep. 46. vs. 61. Universam rem ad Athenas refer. Supplementa verborum significavit iam Seld. Hypodicus aliunde non notus. Eusebiana ad Olymp. 60. habent: *Hippicus carminum scriptor agnoscitur*: ubi vel hic vel Hipponax, licet iam ad Olymp. 23. annotatus, intelligi potest. *Isagoram* archontem Olymp. 68, 1. reponendum pro Lysagora esse videre Palm. et Lyd. cf. Corsin. F. A. T. III. p. 129. Igitur pro computi diversitate numerus potuit 244 vel 245 esse; ego pro meo numeros suppletos ex computo *A* sumendi instituto dedi priorem.

Ep. 47. vs. 61–62. Mitto quae Semlerus et Baumgartenius dedere mentione indigna. Corsinus F. A. T. III. p. 142. vel de uxore Hippiae tyranni vel de Minerva equestri agi censet: posterius Chandl. neglectis vs. 62. litteris **EN** exornavit hoc supplemento: Ἀφ᾽ οὗ νε[ὼς Ἀθηνᾶς τῆς] Ἱππία[ς ἱδρύσθη] Ἀθήνησιν. At aras novimus huius Minervae, cultae Acharnis et Coloni (cf. ad n. 474.): Coloni certe aram habuit; et Acharnis eius aram fuisse colligas ex Pausania, quamvis minus aperte locuto: sed de templo Athenis nemo quidquam prodidit. Nostro loco Ἱππία statuo genitivum esse (vide Introd. 1.). Hippias quinque filios habuit (Thucyd. VI, 55.): sicuti vero ipse ut Nelides ex Nelei filio est Pisistratus vocatus (Herodot. V, 65.), et Codri filius Neleus; ita coniecerim Hippiae filiorum unum fuisse Νέ[στορα vel Νε[ιλέα. Sed Hippias post exactionem usque ad Marathonium proelium non sedit ignavus: reditum eum interim tentasse docet Herodotus V, 91. ubi quae referuntur, pertinent ad annum hac epocha superiorem. Similiter quum Darius legatos in Graeciam mitteret terram et aquam poscentes (Olymp. 71, 4.), et paulo ante talia agitare Hippias potuit, maxime post primam Mardonii expeditionem Olymp. 71. ineunte susceptam: quidni eo annorum intervallo unus ex Hippiae filiis patris adiutor captus ab Atheniensibus et supplicio affectus fuerit? Tale quiddam hoc loco scriptum fuisse coniicio, sumptum fortasse ex Phaniae libro de tyrannorum interitu (vide Introd. 2.): et huc direxi supplementum.

Ep. 48. vs. 62–64. Καὶ debetur Palmerio. Idem deinceps: Ἀριέντεα σ[ατράπη]ν Δαρείου ἀδελ[φιδέο]ν; vel Ἀρ. σατράπην τῶν Δαρ. ἀδελφιδῶν. Prid. vero pro Ἀριέντεα bene dedit Ἀρταφέρνεα (Herodot. VI, 94. Pausan. I, 32, 6. Nep. Milt. 4.). Vocem σατράπην recte abiecit Chandl. et substituit articulum [τό]ν. Hunc in hac re sequor; sed restitui vulgarem formam ἀδελφιδοῦν. Inserui mox ἣν a prioribus omissum (vide var. lect. et cf. ep. 51.). Tum recte Palm. Ἀθή-ν[ησι τοῦ] δευτέρου Φ[αι]ν[ίππου: turbatum nota in lacunis signandis esse. Idem statim addidit ἐν μάχῃ: Prid. καὶ] ἐν μάχῃ. Nexus postulat ἧ] ἐν μάχῃ. Postremo ἐτ]ῶ[ν praebuit iam Seld. Aeschylum Noster secundum epochas 48. et 59. statuit Olymp. 63, 4. natum: Suidas eum annos xxv natum docuisse dicit ἐν τῇ $\bar{\vartheta}$ Ὀλυμπιάδι, ubi cum Meursio et Petito Θ mutandum in O, Olymp. 70, 1. quae notitia eodem redit. Alios Aeschyli natales in Olymp. 64, 4. rettulisse probabiliter docet Hermannus Opusc. T. II. p. 161.

Ep. 49. vs. 64–65. In duobus, quos Noster affert, Ceis Simonidis multa turbant interpretes, quos notavit iam Bentleius, nec refutamus singillatim; turbat aliquid, ni fallor, Parius et ipse. Manifesto huc non pertinet Simonides iambographus multo vetustior, Amorginus. Ep. 54. autem Simonides Leoprepis f. poeta et mnemonici inventor memoratur, Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους ὁ Κεῖος, ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρών. Hic sine controversia Simonides est celeber; et hunc etiam ep. 57. dicit τὸν ποιητήν. Noster vero antequam illum referret, hac ep. 49. nominavit *Simonidem*, τὸν Σιμωνίδου πάππον τοῦ ποιητοῦ (nam ὁ Σιμωνίδου coniungendum cum voce πάππος, non cum praegresso Σιμωνίδης), *et ipsum poetam*: patet, priorem hunc Simonidem distingui a celebri ep. 54. 57. nominato, et Simonidem minus celebrem ep. 49. haberi avum clarissimi Leoprepidae, sive maternum sive paternum: alter avorum Leoprepidae fuit Hyllichus (Callimach. ap. Schol. Pind. Isthm. II, 9.). Sed ille Simonides Leoprepidae avus aliunde non notus: notum vero, Simonidem Leoprepis f. fuisse avum maternum minori Simonidi, qui dicitur Genealogus (Suid. v. Σιμωνίδης ὁ Κεῖος). Num igitur Noster omnia perturbans Genealogum putavit esse celebrem Simonidem, Leoprepis filium, mnemonici auctorem, eiusque avum

habuit pro alio vetustiore? Haec vero tanta foret hallucinatio, quantam viro in poetarum historia versato et Ceorum vicino vix imputes. Accedit quod ne constat quidem, Genealogum poetam fuisse; qui si ap. Suid. l. c. ob dulcedinem, quae poetarum fere est, dicitur Μελικέρτης (est qui velit Μελίγηρυς) vocatus esse, hoc potius ad Leoprepis filium a Genealogo distinguendum, non ad Genealogum referri debere duo qui praecedunt Suidae articuli docent. Itaque potius iis, quos Beckii collectanea in Fabricii B. Gr. T. II. p. 143. ed. Harl. nominant, in his Bentleio Opusc. p. 170 sqq. concedendum, Parium auctorem duos ante Genealogum ab ipso non nominatum statuisse poetas Simonidas, ex quibus vetustior fuerit avus Leoprepidae, et Leoprepidam ab illo per eminentiam vocari τὸν ποιητήν: ut hereditaria in eorum familiâ poesis fuerit, Ceo Apollinis cultui adhaerente (cf. ad n. 2363.). Bentleius vero quum Simonidem ep. 49. scriptum clarissimi Leoprepidae intelligeret avum dici, merito noluit vel de flore vel de victoria eius ibi agi; quamquam Palm. voluerat supplere καὶ [αὐτός, ἐφάνη Ἀθή]νησι, et Seld. victoriam eius memoratam putarat. Nam quum eius nepos Olymp. 78, 1. fuerit nonagenarius secundum Marmor (ep. 57.), ac proinde anno epochae 49. Olymp. 72, 4. undeseptuagenarius, vel secundum ipsius Leoprepidae verba in epigrammate posita Olymp. 75, 4. Adimanto archonte octogenarius, ac proinde Olymp. 72, 4. duodeseptuagenarius: constat avum tum debuisse iam in limine senectae positum esse. Ut enim minimum annorum numerum et minorem quam Bentleius ipse statuamus, sume avum anno aetatis duodevigesimo uxorem duxisse, quod non inauditum apud Graecos, eique mox natam esse filiam, quae sedecim annis post ei pepererit nepotem Leoprepidam, tamen Olymp. 72, 4. avus iam erat CII–CIII annos natus. Quare Bentl. scripsit: καὶ [αὐτός, τελευτᾷ Ἀθή]νησι. Chandlerum quid afferam? Qui omisit hoc τελευτᾷ, credo lacunae angustiam reveritus, aliud vero non apposuit verbum, locumque imperite vertit. Sed ut ad Bentleium redeam, num verisimile Athenis dici obisse Ceum poetam, non nobilem admodum? Et est aliquid aliud, quod moveat, ut victoriam hoc loco significari et confusos ab auctore in hac epocha Leoprepidam et eius avum censeam, ita ut avo, quem aliunde nosset, tribueret hanc victoriam, quae esset ipsius Leoprepidae. Aeschylum post Marathoniam pugnam, quum elegis poetarum laudarentur et lugerentur, qui ea occubuerant, vicisse Simonides fertur in vita Aeschyli; is non potest alius esse nisi Leoprepis filius, qui ut notissimus simpliciter Simonides vocatur, et flebili sono praestitit. Sollemnia vero illa, quibus decorabantur Marathonii heroes, consentaneum est anno post proelium acta esse Olymp. 72, 4. archonte Aristide. Quis dubitet, quin eadem res commemoretur in Marmore hoc, ei ipsi anno hic adscripta? Quare pro Bentleiano τελευτᾷ dedi νικᾷ, praeferens hoc ei, quod statim paulo post habetur, ἐνίκησεν, propterea quod τελευτᾷ et βασιλεύει in hac epocha dixit: ceterum dicitur νικᾷ et ἐνίκα et ἐνίκησεν, et posse etiam diversa tempora composita ferri docet vs. 89. Statuo igitur, ut dixi, Simonidi avo Leoprepidae Nostrum tribuisse, quod competeret Leoprepidae: quod non est tanti, quanti Genealogi et Leoprepidae personas miscere; id quod Pario imputare nolui. Cui si in nott. critt. ep. 50. id probrum inuro, ut Stesichorum priscum Olymp. 73. collocet, hoc quoque minus est quam id quod nolui illi tribui, propterea quod priscus ille poeta incertioris sane aetatis fuit quam Cei illi Leoprepides et Genealogus, et quod hi Pario quasi vicini, Stesichori patria longe remota. Corollarii loco addo, plures qui Simonidis vitam vel explicuerunt vel attigerunt, inde a Boissyo (Hist. Simonid. p. 132 sqq.) et ipsos victoriam illam Leoprepidae tribuere et anno Olymp. 72, 4. idque ex hoc Marmoris loco; sed Nostrum quoque putant hac epocha Leoprepidem intelligere, quod docui non posse statui. Van Goens autem in libro de Simonide et eidem de Parii marmoris sententia errori implicitus est, et victoriam hanc quasi Olympicam pessime rettulit in Olymp. 73, 1. quem annum re non perpensa retinuit Hermannus Opusc. T. II. p. 145. 153. Postremo de Darii obitu vide Canon. item de numero. Post βασιλεύει addidi vocem Περσῶν ex ep. 44.

Ep. 50. vs. 65–66. Ἀ[φίκετ]ο est Palmerii. Euripidis natales, in quibus Noster sibi constat (vide ep. 60.), rectius plurimi Olymp. 75, 1. ponunt. Stesichoros Parius duos habet, eumque, qui ep. 73. Olymp. 102, 3. vicisse dicitur, τὸν δεύτερον vocat: itaque hic ep. 50. scriptus illi est ὁ πρότερος, neque antiquiorem agnoscit Parius. Magnus sane hic error est, quod priscum Stesichorum circa Olymp. 75, 1. collocat; manifesto enim hunc habuit pro prisco illo, qui Olymp. 33–37. natus et Olymp. 55–56. defunctus videtur. Causa erroris haud dubie ea est, quam significat Kleinius de Stesichoro p. 5 sqq. Propagata quippe in Stesichori prisci familia poesis est; quodsi aetates triginta annorum computamus, qui ep. 50. comparet, a noto illo prisco erit quintus, et qui ep. 73. scriptus est, nonus, ita ut avorum avis cognomines nepotes fuerint. Hoc reperies subductis ad Kleinii rationes calculis, quamquam ille aliquot aberravit annis. Et quod Aristoteles Rhet. II, 20. ad priscum illum Stesichorum et Phalarin tyrannum refert, id quum Conon ap. Phot. cod. 186. 42. de Stesichoro Gelonis aequali prodiderit, intelligitur etiam Cononem Stesichorum aliquem circa Olymp. 75. viventem nosse. Ceterum malim Στησίχορος [ὁ] ποιητής.

Ep. 51. vs. 66–67. Egregie Chandl. ex lapide dedit καὶ τὸν Ἄθω διώρυξε, quam rem cum ponte Hellesponto iniecto coniungere solent veteres (vide mea in Plat. Min. et Legg. p. 193.). Archontis verum nomen est Καλλιάδης, quem primus nominat Herodotus VIII, 51. male aliis dicitur Καλλίας. Cf. Clinton. Fast. Hell. p. 28. Reliqua vide in Canon.

Ep. 52. p. 67–69. *Athenienses* dicuntur Plataeis vicisse, quum tamen adversus Persicum exercitum *Lacedaemonii* potissimum dimicarint. De scriptura ΕΡΡΥΗ vide var. lect. Palm. ἐῤῥύηκ[εν ἐν Σικ]ελίᾳ; sed

perfecto locus non est. Mitto Prideauxiana, quorum alterum ἔῤῥευκεν eodem laborat vitio, alterum ἠρύχϑη barbarum est, neutrum vero litteris traditis congruum. Neque his accommodatum Chandleri ἐῤύη[σε. Ἐῤῥύη certum. Thucyd. III, 116. ἐῤῥύη δὲ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης. Quod addidi κ[αον s. κ[αῖον, non videtur absonum; fortasse insuper addendum τὰ ante ἐν Σικ. Tum Αἰτνίαν barbarum mutavi in Αἴτνην, IA in H. Περὶ τὴν Αἰτν[α]ίαν coniicias; sed nihili est haec dictio.

Ep. 53. vs. 69–70. Vox Συρακουσῶν a Lyd. suppeditata prorsus explet lacunam; de Syracusiis rebus Noster etiam ep. 31. 55. 62. 74. nusquam de Gelensium rebus: quo minus probabile est Palmerianum ἐν Γέλᾳ, a veritate historica insuper magis etiam recedens quam illud. Vide Canon.

Ep. 54. vs. 70–71. Simonidis victoria, quae archonte Adimanto illi contigerit Athenis, ab ipso memoratur in epigrammate notissimo, quo se tum octogenarium fuisse docet. Est vero Leoprepis f. poeta clarissimus, non iste Genealogus. Cf. ad ep. 49. Statuae Harmodii et Aristogitonis aheneae iam collocatae sunt mox post pulsum Hippiam, quo anno Romae exacti reges (Plin. H. N. XXXIV, 9.), Olymp, 67, 4. Has fecerat Antenor (Pausan. I, 8, 5.); Susa translatas a Medis restituit vel Alexander (Arrian. Exp. Alex. III, 16. VII, 19.) vel Antiochus (Pausan.), videruntque eas Athenis Arrianus et Pausanias. Interim novae repositae erant, quas Critias fecit, et has quoque vidit Pausanias. De novis his dicit Noster. Cf. Thiersch. Epoch. hist. art. p. 128 sqq.

Ep. 55. vs. 71–72. Vide Canon.

Ep. 56. vs. 72. Recte scribitur Σοφίλλου, ut in noto de Sophocle epigrammate Anthol. Palat. VII, 21. παῖδα Σοφίλλου, ubi metrum scripturam evincit. Σοφίλος s. Σόφιλλος est a primitivo σοφός; aliud prorsus nomen Σώφιλος. Sophocles Nostro Olymp. 77, 4. dicitur annos XXVIII natus esse; igitur lucem vidit Olymp. 70, 4. a quo anno etiam in Sophoclis Vitae loco quodam eius aetatem computari docuit Hermannus Opusc. T. II. p. 161. Suidas eiusdem natales falso in Olymp. 73. refert; sed unice sequendum id in Vit. Soph. testimonium, quod addita diserte *archontis Philippi* nota Sophoclem natum docet Olymp. 71, 2. quod fortasse ex Philochoro fluxit. Hoc iam olim probavi Gr. trag. pr. p. 49. 102. et in Comm. I. de Soph. Antig. c. 7. (Act. Acad. Boruss. 1824.), probat etiam Clintonus Fast. Hell. p. 23. Sibi tamen constat Noster, ep. 64. Sophoclem dicens obisse Olymp. 93, 3. annos natum XCI. Sed Diodorus XIII, 103. Sophoclem eodem hoc anno nonagenarium obisse scribit, quod annumerato, ut subinde fit, et natalium et mortis anno refertur ad Olymp. 71, 2. archonte Philippo. Ceterum non illo anno, sed Olymp. 92, 2. me Sophoclem obisse censere singulari de causa, noto in Canone ep. 64. De victoria hac Sophoclis vide collectanea nostra Gr. trag. pr. p. 101. et Clintoni Fast. Hell. p. 37 sq. Iudices dedit archon, quem vocant, eponymus (Plutarch. Cim. 8.), qui solis magnis Dionysiis praeest, ceteris non item; igitur victoria magnis Dionysiis parta. De archontis nomine vide Canon.

Ep. 57. vs. 72–73. De *Simonide* vide ad ep. 49. 54. qui quum ipse testatus sit, se Olymp. 75, 4. fuisse octogenarium, Olymp. 78, 1. habuit annos LXXXIX. ad quam aetatem eum pervenisse Olymp. 78. defunctum tradit Suidas. Tamen si Olymp. 75, 4. incipiente habuerit iam octoginta annos, et extremo anno Olymp. 78, 1. defunctus sit, potuit hoc anno nonagenarius vocari; id quod facit Noster. De *lapide isto caelo sive ex aëre delapso* loquuntur plurimi; nec res est dubia. Noster mihi videtur superstitione ductus rem cetera veram annotasse; quamquam contraria Robertsonus ratione auctorem, quippe falsarium, putat saeculo vixisse fabellis et superstitionibus non iam delectato, ideoque non addidisse, lapidem esse caelo delapsum. Unde vero delapsum putaverit nisi ex caelo vel aëre? Aliunde enim nisi illinc nihil delabi in tellurem potest. Nota vero ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς esse *ad Aegos flumen*; non enim flumini illapsus lapis, sed iacuit in solo: sic Plinius H. N. II, 59. eum dicit fuisse *ad Aegos flumen*, magnitudine vehis, Diog. L. II, 10. περὶ Αἰγὸς ποταμόν, et similiter Philostratus Vit. Apollon. I, 2. Primus inter superstites scriptores huius lapidis meminit Aristoteles Meteor. I, 7. ὅτε ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίϑος ἐκ τοῦ ἀέρος: sed memorarat iam qui tum ipsum vixit, Diogenes Apolloniates; vide Stob. Ecl. phys. I, 25. p. 508. ed. Heeren. Theodoret. Gr. aff. cur. IV. p. 797. ed. Hal. Rem Anaxagoram fabulantur praedixisse (Diog. L. Plin. ll. cc. Ammian. Marcellin. XXII, 8, 5. coll. XXII, 16, 22. et Tzetz. Chil.). Nempe consequens fuit Anaxagorae placitis, ex sole aliisque caelestibus corporibus violentiore motu posse aliquid abruptum delabi; unde nata fabula, quasi ad Aegos flumen casurum lapidem Anaxagoras dixerit. Vide Silenum ap. Diog. L. II, 11. Plutarch. Lysandr. 12. ubi de eo saxo agitur uberrime. Archon oblitteratus ap. Diog. L. ubi viderunt intt. scribendum: ἐπὶ ἄρχοντος – – – δίμυλον λίϑον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν. Plinius refert ad Olymp. 78, 2. unius anni discrimine; Eusebius in Graeco et Latino Canonis exemplo ad Olymp. 78, 4. verbis prope iisdem quibus Marmor, sed addito ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; cf. etiam Chron. Gr. p. 54. Chron. Hieron. p. 32. Apud Maium p. 389. locus depravatus est.

Ep. 59. vs. 74–75. Γέλ]ᾳ debetur Palmerio. De archonte, quo obierit Aeschylus, consentit Schol. Aristoph. Ach. 10. Quot annos eius vita expleverit secundum varias rationes, vide ap. Hermann. Opusc. T. II. p. 161.

Ep. 60. vs. 75–76. De Euripidis natalibus vide ad ep. 50. de numeri supplemento cf. Canon. Ἦ]σαν recte dedit Chandl. ut ep. 55. est ἦν; Palm. ἐβίω]σαν.

Ep. 61. vs. 76–77. De nomine archontis vide Canon.

Ep. 62. vs. 77. Falsum numerum cur retinuerim, vide in var. lect.

Ep. 63. vs. 77–78. Lacunam explevit Palm. a quo in solo numero vitae Euripidis annorum discessi. Hic enim et cum eo ceteri dederunt annos 77, ex annis

in Marmore ep. 50. et 63. scriptis, qui sunt 222 et 145, instituto computo; nos vero sequimur veros archontum annos eorum, ad quos pertinent epochae: et haec est sola recta ratio. Dedi igitur annos 78; tot enim conficiuntur ab Olymp. 73, 4. ad Olymp. 93, 2. De anno quo obierit Euripides, vide ad Canon. Falsum epochae numerum 145 cur retinuerim, vide in var. lect.

Ep. 64. vs. 78-79. De numero annorum, quos vita expleverit Sophocles, vide ad ep. 56. de anno obitus dico in Canone ad h. l. Seld. in Canone suo dedit ἀνέβαινεν; Palm. ἀνέβη, quod corruptum a Chandl. reduxit Porsonus. Addidit Prid. εἰς Περσίδα (hoc certe voluit, sed scripsit aliter), Chandl. ἐπὶ τὸν ἀδελφόν; neutro opus esse videas ex ep. 66. Ubi quum habeas reditum τῶν μετὰ Κύρου ἀναβάντων, hic locus manifesto ad anabasin Graecorum illorum ipsam pertinet, negante licet Palmerio: at puerili errore Noster hanc in Olymp. 93, 3. rettulit, quum suscepta Olymp. 94, 4. sit. Hoc unum concesserim, priorem Cyri in Asiam ascensum sive iter patre Dario superstite susceptum huic errori occasionem dedisse: id enim iter Diodorus XIII, 104. in Olymp. 93, 4. proximum ab hac epocha annum refert. Mox Seld. in lapide esse προτέρου docet; Chandl. quum hoc iam agnoscere non posset, dedit Πρ . τ . . ου, quasi Calliae nomini additum fuisset patris nomen, quod a Nostro nusquam factum; et raro omnino, in publicis monumentis numquam id fit. Scio esse, quod obiici queat; sed id pridem removi Commentatione de archontibus pseudeponymis. Noster quum ep. 59. priorem Calliam archontem πρότερον dixerit, hoc loco necessario voluit δευτέρου vel ὑστέρου, quod viderunt Lyd. et Palm. et προτέρου hoc loco lapicidae errori debetur. Sed quum alius etiam Olymp. 92, 1. Callias archon fuerit, re vera hic, qui epocham 64. signat, fuit tertius: tamen quod ep. 59. προτέρου, non πρώτου scriptum, patet ep. 64. Parium voluisse δευτέρου, non τρίτου. Excuses vero hoc δευτέρου, si Noster archontem Olymp. 92, 1. putaverit Καλλέαν vocatum, ut is, qui ep. 70. scriptus est, in marmoribus audit Καλλέας, credo quod ipse sic suum signavit nomen: neque ei excusationi hoc obstat, quod ep. 70. δευτέρου non appositum: quippe in his notis apponendis non constans Noster (vide ad ep. 34. nott. critt.). Quamquam autem Καλλίας et Καλλέας non diversa nomina sunt (cf. ad n. 1758.), tamen praestat ista excusatio, quam quae voci sive προτέρου sive δευτέρου explicandae attulerunt Seld. Prid. Stanleius ad Vit. Aeschyl. p. 712. Corsinus Fast. Att. T. III. p. 260. relatu non digna.

Ep. 66. vs. 79-80. Lacunam explevit Palm. Noster cum Demetrio Phalerensi ap. Diog. II, 44. et aliis Socratem dicit obisse, postquam vixerit annos septuaginta. Socrates, quum eius ageretur causa, et ipse damnaretur, quod triginta diebus ante eius mortem factum est (Fischer. ad Plat. Criton. 1.), postridie quam navis Delum profectura coronaretur, habuit plus quam septuaginta annos (Plat. Apol. Socr. p. 17. D. ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα). Obiit vero Olymp. 95, 1. post Deliaca Thargelia Thargel. d. VI. vel VII. circiter acta, reduce Delia navi; natus ab Apollodoro fertur Thargelionis d. VI. (Diog. L. II, 44.), archonte Apsephione Olymp. 77, 4. ex eiusdem Apollodori rationibus. Sic vero tantum anni 69 conficiuntur a Thargeliis Olymp. 77, 4. ad Thargelia Olymp. 95, 1. Neque expleveris annos plus quam septuaginta, quot postulantur, si eum Corsino F. A. T. II. p. 46. Apsephionem statuas Olymp. 77, 3. secundo semestri archontem fuisse, et computes inde a Thargelionis d. VI. ad tempus actae causae Olymp. 95, 1. Quapropter mihi persuadeo, Apollodorum Apsephionis annum ut Socratis natalem ita tantum repperisse, ut eum septuagesimo vitae anno post Thargelia coepto perisse statuens retro computaret annos 69. Socratem vero aliquanto prius natum esse, non modo Olymp. 77, 3. sed fortasse potius Olymp. 77, 2. Sic vixerit annos 71 et aliquot insuper dies.

Ep. 67. vs. 80-81. Dedi valde incertum Chandleri supplementum de *Astydamante priore* Olymp. 95, 2. primum docente ex Diod. XIV, 43. ductum, ΑΠ in ΑΣ mutato. Baumg. quoque de Astydamante cogitarat; et certe, si ep. 67. de prima eius didascalia agebatur, ut habes in supplemento, non erat cur ab Astydamante reponendo deterreret eum ep. 71. ubi de Astydamantis victoria ad Olymp. 101, 4. dicitur. Ceterum quum ep. 71. Astydamas simpliciter nominatus sit, nullo, quod eum ab altero distingueret, additamento adiecto, ep. 67. aut de eodem dictum fuit, aut de Astydamante non dictum. Insignem de utroque Astydamante locum Scholiorum Aristoph. Av. 282. (coll. Suid. v. Φιλοκλῆς) olim emendavi Gr. trag. princ. p. 33. ubi tamen per homoeoarcton excidere voces ἐκ τούτου δὲ Ἀστυδάμας, nec verum plane assecutus sum. Verba haec sunt: Γεγόνασι δὲ Φιλοκλεῖς δύο τραγῳδιῶν ποιηταί· εἷς μὲν ὁ Φιλοκλέους ἀπόγονος· ἐκείνου μὲν γὰρ Ἄρης Μόρσιμος· ἐκ τούτου δὲ Ἀστυδάμας· ἐκ τούτου δὲ Φιλοκλῆς καὶ ἕτερος ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν περιπεπτωκὼς τῷ νεωτέρῳ Φιλοκλεῖ. Scribendum vero: εἷς μὲν ὁ Φιλοπείθους υἱός, ἕτερος δὲ ὁ Φιλοκλέους ἀπόγονος· ἐκείνου μὲν γὰρ ἦν Μόρσιμος· ἐκ τούτου δὲ Ἀστυδάμας· ἐκ τούτου δὲ Φιλοκλῆς καὶ ἕτερος Ἀστυδάμας, ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν περιπεπτωκὼς τῷ νεωτέρῳ Φιλοκλεῖ. Vox ἀπόγονος ambiguae significationis est; notat modo nepotem, modo abnepotem, h. l. pronepotem. Prior Astydamas est pronepos sororis Aeschyli, quae Philopithi nupserat, alter eiusdem abnepos. Unde computatis aetatibus Clintonus Fast. Hell. p. 93. 111. ep. 67. maiorem Astydamantem intelligit, qui Suidae Ἀστυδάμας ὁ πρεσβύτης, et ep. 67. minorem, qui Suidae ὁ νέος, υἱὸς τοῦ προτέρου. Mihi, ut dixi, hoc constat, ep. 67. aut non scriptum fuisse Astydamantem, aut eundem qui ep. 71. nec video, quare maior Astydamas qui Olymp. 95, 2. primum Athenis docuerit, non potuerit Olymp. 101, 4. victor inscribi Athenis. Non enim dicitur primum vicisse; et ut ad primam victoriam referendam ep. 71. putes, potuit fieri, ut tragicus multis iam externis victoriis nobilitatus Athenis tamen tum primum vicerit. Ceterum maior Astydamas vixit sexaginta annos (Diod.).

Ep. 68. vs. 81. Ad diversa duo nomina gentilicia ducunt vestigia, Με[σαμ]βριανὸς vel [Σηλ]υβριανός. Nomen poetae inveniri nequit: quamquam n. 2054. Mesambrianus nominatur *Aulosthenes*, ut videtur, quod nomen credas usitatum fuisse in musicorum et maxime tibicinum familia; et dithyrambicum ex tali familia poetam prodire potuisse quis neget? Ac mutato Ξ in Α congruunt reliqua voci Αὔ]λοσ[θένης ὁ - - - Et haec quidem ambigua sunt; sed pessima Chandleri coniectura Ξ[άνθ]ος [ὁ ποιητὴς Σαρδι]ανός, quem nemo novit. Semlerus de Philoxeno Cytherio, Baumg. de Polyido vel Milesio Timotheo cogitabant.

Ep. 69. vs. 82. Malim [ὃ] διθ. De numero annorum Philoxeni 55 (non 60) vide var. lect.

Ep. 70. vs. 82-83. Anaxandridem in Olymp. 101. refert Suidas loco cetera corrupto; cf. Meinek. Qu. Scen. Spec. III. p. 24. In lacuna aut πρῶτον ἐδίδαξεν aut cum Palm. ἐνίκησεν scribendum; Prid. addidit Ἀθήνησιν. Numerum restituit Seld. Archon ap. Diod. XV, 28. Καλλίας scribitur; Καλλέας audit n. 158. §. 1. 8. et sic haud dubie signabat ipse.

Ep. 71. vs. 83. De *Astydamante* vide ad ep. 67. *Cometae* huius meminit Aristoteles Meteor. I, 6. ubi nunc recte legitur ἐπὶ Ἀστείου ἄρχοντος: apparuit vero hieme; cauda eius δοκὶς s. δοκὸς vocata (non ὁδός, quod apud Aristotelem editur), ut docet Diodorus XV, 50. (ad Olymp. 102, 1.) ὤφθη μὲν γὰρ κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐπὶ πολλὰς νύκτας λαμπὰς μεγάλη καομένη, ἀπὸ τοῦ σχήματος ὀνομασθεῖσα πυρίνη δοκίς: cf. ibi Wessel. Ex Callisthene de eo refert Plinius H. N. VII, 5. Pugnam eo Leutricam portentam esse posthac creditum, ad quam Noster transit statim. Supplementum est incertum. Seld. κατεκάη δὲ τότε κα[ὶ οὐρανός, Palm. κα[ὶ πυρίνη δοκὶς ἐν οὐρανῷ et praeterea aliud, Prid. κα[ὶ ἐν οὐρανῷ μέγας κομήτης, Chandl. κα[ὶ ἐν οὐρανῷ ἡ μεγάλη λαμπάς. Nostrum proxime accedit ad Diodorum; de industria vero devitavi istud καί.

Ep. 72. vs. 83-85. In priore lacuna Seld. ἀφ' οὗ ἡ μάχη ἐν Λεύκτροις, Prid. ἀφ' οὗ ἐν Λεύκτροις μάχη; quod ego dedi, commendant ep. 48. 51. 52. Secundam lacunam, quae olim continuo post Φρασικλείδου incipiebat, sic explebat Palm. ἀφ' οὗ Ἀλέξανδρος Μακεδόνων; sed Prid. nulla nova epocha incepta: καὶ ἐτελεύτησε Κλεόμβροτος Λακεδαιμονίων] βασιλεύ[ς, temere mutans traditam vs. 85. init. lectionem. Corsinus Fast. Att. T. IV. p. 8. καθ' ὃν Ἀλέξανδρος Μακεδόνων: idem quod huc rettulit Dodwelli supplementum, id pertinet ad ep. 74. Chandlerus: κατὰ τοῦτον δὲ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντου Μακεδόνων. Equidem ex Forst. posui ΚΑΙΟΑΛ, quibus litteris cetera verba accommodavi; malim tamen abesse articulum ante Ἀλέξ. Alexander II. Macedoniae regno potitus est Olymp. 102, 3. (Diod. XV, 60.): quod Noster facile potuit in priorem hunc annum transferre. Ceterum hic Alexander vulgo perhibetur non ultra annum regnasse; at periit demum Olymp. 103, 1. (Diod. XV, 71.) eique debere plus quam annum concedi etiam ex aliis rebus demonstrat Clintonus Fast. Hell. p. 226. Eiusdem Alexandri obitus sine controversia memoratus est ep. 74. Olymp. 103, 1. Nihili vero est Baumgartenii coniectura, qui hac ep. 72. Alexandri Pheraei tyrannidem scriptam fuisse putabat; cui rei non convenit vox βασιλεύει. Ceterum Pausanias VI, 5. hoc sane anno Alexandrum Pheraeum putat iam fuisse tyrannum; sed vide Clinton. p. 144. et 288. et intelliges illum Olymp. 102, 4. esse tyrannide potitum.

Ep. 73. vs. 85. De Stesichoro cf. ad ep. 50. Praeter dictionem ἐν Ἀρκαδίᾳ a Prid. additam reliqua supplevit Palm. De archonte et anno vide Canon.

Ep. 74. vs. 86-87. De Alexandri II. Macedonis obitu et Ptolemaei Aloritae initio agi quum Seldenus in Canone annotasset, Palm. supplementum iusto brevius dedit hoc: Ἀλε[ξά]ν[δρου τελευτήσαντος Πτολεμαῖος βα]σιλεύει. Dodwellus Ann. Xenoph. p. 278. Ἀλε[ξ. δολοφονηθέντος Πτολ. τῶν Μακεδόνων βα]σιλεύει. Reduxi τελευτήσαντος ex usu Nostri, et cum Chandl. abieci articulum τῶν. Denique inserui vocem ὁ Ἀλωρίτης. Re vera haec ad a. Olymp. 103, 1. pertinere, ad quem refert Noster, docui ad ep. 72. Alexandrum Pheraeum inferre voluerant Lyd. p. 228. 282. et Prid. (cf. ad ep. 72.) sed is ἐτυράννευσε, non ἐβασίλευσεν.

Ep. 75. vs. 87-88. Ἱρὸν ferri posse doceo in Introd. 1. De Phocensibus agitur et Delphico templo; res vero incidit inter Olymp. 103, 1. et 105, 4. demonstrantibus epochis contiguis, eaque acta Nostro ἄρχοντος Κηφισοδώρου. Hic archon notante iam Seld. sine controversia signavit annum Olymp. 103, 3. qui quum a Delphici templi per Phocenses sive occupati sive direpti anno nimium absit longe, Freretus p. 197. censet hoc loco non de ea re dici, sed de Cirrhaei soli occupatione, ob quam irrogata Phocensibus multa est; eam multam ne solverent, suscepere deinceps bellum (Diod. XVI, 23.). At supersunt verba τὸ ἐν Δελφοῖς ἱρόν: ultima vox Frereti aetate nondum ex lapide enotata si illi innotuisset, missam fortasse fecisset istam suam sententiam. Quodsi nihilominus hanc quoque lectionem censueris Frereti opinioni accommodari posse, sumpta vaga aliqua formula, ut ἀφ' οὗ Φωκεῖς τὸ ἐν Δελφοῖς ἱρὸν [ἠδίκησαν, cogites Nostrum pressius et satis accurate loqui, ac desiderari tale quiddam, ἀφ' οὗ Φωκεῖς [τὴν Κιῤῥαίαν sive τὴν ἱερὰν γῆν εἰργάζοντο (cf. n. 1688. et nott.), et ne posse quidem certo anno tributam soli vacui occupationem esse, quae paulatim fit, uno et altero agricola abscindente et exercente sacrorum fundorum particulas, dum non attendunt ad delictum qui huius rei curam habent Amphictyonici magistratus, donec maligni rem denuntient. Itaque de templo ipso agitur, non de Cirrhaea terra; illud vero captum a Phocensibus Olymp. 105, 4. (Clinton. Fast. Hell. p. 124.), nondum tamen direptum: initio enim Phocenses praetexebant sese neutiquam expilare templum constituisse (Diod. XVI, 24. 27. 30.). Sed hoc loco prima initia rei memorari, non extremam vim, docere videtur tempus a Marmore assignatum, quod est ante Olymp. 105, 4. ut supra dixi: igitur non ἐσύλευσαν s. ἐσύλησαν cum Palm. et Lyd. sed cum Baumg. κατέλαβον a me additum est. Iam vero in hac historiae luce Parius non potuit novem annis aberrare; itaque annus, cui

rem assignat, non potest esse Olymp. 103, 3. Et succurrit archon Κηφισόδοτος apud Diodorum et Dionysium in Dinarcho p. 115. 44. ed. Sylb. Olymp. 105, 3. cui anno quidni tribuerit Noster, quod in proximum inferiorem rettulerit Diodorus? Ita iudicarunt etiam Lyd. Prid. Chandl. Clinton. Fast. Hell. p. 124. Sic numerus Marmoris debuit 94 esse, quem restituit Prid. Palmerius vero numerum 100 dedit, homonymia archontum suspicans deceptum Parium rettulisse ad archontem priorem simili nomine usum, quae deberet ad posteriorem referre: at neque commoda haec maximi erroris excusatio, neque Olymp. 103, 3. quo anno ille quem voluit archon fuit, competit numero 100, sed 102. Ceterum si Marmoris lectionem incertam putes, potest Κηφισοδ[ότ]ου corrigi; nihil tamen mutavi, quod in Fastis, quos Noster sequitur, archon Olymp. 105, 3. potuit Κηφισόδωρος scriptus esse, etsi in recentioribus Diodori et Dionysii exemplis erat Κηφισόδοτος. Non pro mea re afferam Κηφισόδωρον archontem apud Isaeum in oratione pro Eumathe (Dionys. Halic. Is. p. 105. 15.), licet hunc in Olymp. 105, 3. referat Clintonus p. 124. quod de hoc in utramque partem disputari potest: concedo tamen pugnae navalis illo loco mentionem deducere in Olymp. 105, 3. Superest ut removeam difficultates plures, ex quibus una Freretum induxit, ut de anno epochae 75. aliter statueret, eumque putaret in Olymp. 103, 3. referendum esse. Quippe si ep. 75. annum statuimus Olymp. 105, 3., quum vs. 90. Agathocles archon Olymp. 105, 4. scriptus sit, omnia quae vs. 88. inde a formula Ἀφ᾽ οὗ scripta sunt usque ad vocem Ἀγαθοκλέ[ους vs. 90. debent unam constituere epocham, quae iam videtur iusto amplius spatium occupare. Accedit quod vs. 88. litterae ET, quae lacunam praecedunt, possunt deducere ad ἔτ[η - - -, ita ut iam ab ipso vs. 88. terminanda videatur epocha post ep. 75. proxima, nisi quod post annorum notationem addita potuerunt alia esse, ut solet (cf. ep. 55. 60. et alias); deinde commodissime novam inceperis epocham a poetae victoria, quam Noster amat primo loco ponere epochae signandae causa, quo rettuleris vs. 90. vocem superstitem ἐνίκησεν. Porro quae epocha nostra 76. de Philippo II. Macedone ac de Artoxerxe et Ocho habes, ex veris calculis non pertinent ad annum Agathoclis Olymp. 105, 4. sed prius ponenda sunt (vide Canon. ep. 76.): quae una res movit Freretum, ut quae post ep. 75. scripta vs. 88. 89. sunt, non Agathoclis anno sed priori alicui tribueret aliam epocham signanti; quo facto ep. 75. expelletur ex Olymp. 105, 3. Nihilominus ex iis, quae supra dixi, mihi firmum stat, epocham 75. referri ad Olymp. 105, 3. sed suspiceris, vs. 90. erratum a lapicida esse, cuius negligentiam aliquoties notavimus, et debuisse illum pro Agathocle alium posteriorem archontem ponere, quippe Elpinem Olymp. 106, 1. qui solus superest ante Callistratum Olymp. 106, 2. (vs. 91.). Sic Timothei obitum vs. 88. scriptum et reliqua, quae ea epocha comprehendit, signaverit Agathocles Olymp. 105, 4. inter epocham Phocici templi occupati Olymp. 105, 3. et Elpinem archontem Olymp. 106, 1. interiectus, et Elpinis anno vicerit ille, de quo vs. 90. dictum erat ἐνίκησεν. Quid quod vs. 90. non ΠΔΔΔΔIII, sed ΠΔΔΔΔII in lapide esse affirmat Forsterus? Et numerus 92 exacte quadrat in Elpinis annum, nullo modo in Agathoclis. Denique hac ratione sustuleris difficultatem universam, excepta ea, quae in Philippi II. Macedonis et regum Persicorum rebus posita est; haec vero tanta non videtur, ut in ea haerendum sit (vide Canon. ep. 76.). At ne cetera quidem argumenta ita gravia sunt, ut lapicidae imputes istum, quem dixi errorem, sed concedendum est, et epocham 75. referri ad Olymp. 105, 3. et epocham 76. ad Olymp. 105, 4. nullamque inter illas aliam intercessisse, epochaque una eademque comprehendi ea omnia, quae vs. 88–90. inter Ἀφ᾽ οὗ et Ἀγαθοκλέ[ους scripta erant. Primum enim satis ampla spatia occupant etiam aliae epochae, ut ep. 9. 10. etc. atque illud ET vs. 88. ante lacunam comparens non necessario fuit ἔτ[η, sed potest alia ratione suppleri, quam dicam ad ep. 76. ἐνίκησεν autem vs. 90. non opus est ut de poetae victoria dictum sit, sed potest ad bellicam aliquam victoriam referri. Postremo Forsteriana lectio numerum 92 pro 93 offerens dubitari potest num certa sit (cf. var. lect.). Et haec quidem diligentius hoc statim loco exposui, ut simul viam munirem ad tractandam epocham sequentem.

Ep. 76. vs. 88–90. De Timothei obitu vide ad Canon. Seldenus post Timothei epocham inserit aliam sic conceptam: [Ἀφ᾽ οὗ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου τῶν Μα]κεδόνων βασιλεύει, καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν, Ὦχος δὲ ὁ υἱὸς β[ασιλεύει τῶν Περσῶν, ἔτη - -], deinde vero alii epochae tribuit quae vs. 90. init. scripta sunt. Similiter statuere Freretum vidimus ad ep. 75. Sed hoc fieri non posse iam docui ad ep. 75. Itaque haec omnia usque ad vocem Ἀγαθοκλέ[ους vs. 90. epochae Timothei adiicienda sunt cum Lyd. Prid. Chandl. Unde simul colligitur vs. 89. ET ante lacunam non esse ἔτ[η. Chandl. neglecto ET dedit Seldeni supplementum, mutato tamen pro sua ratione initio et fine; scripsit enim: ἐτελεύτησεν, [ὁ δὲ Φίλιππος Ἀμύντου etc. et in fine [τῶν Περσῶν, καὶ - -]. De Philippo Amyntae f. agi certum est; sed ET postulat aliam supplementi initialem vocem. Commodissimum vero est: ἐτ[ελεύτησεν δὲ καὶ Περδίκκας, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Μα]κεδόνων βασιλεύει. Perdiccam inferre iam Baumg. voluit, et ἐτελεύτησεν ac reliquum supplementum, sed brevius expressum, vidi posthac etiam Forstero placuisse. Omisi vero articulum ante Μακ. ex usu et Nostri consuetudine; eundem omisi posthac ante Περσῶν (cf. vs. 44.), in reliqua lacuna explenda usque ad vocem Περσῶν Seldenum secutus. Has autem res non nimium distare ab anno, cui tribuuntur, docet Canon. Merito Freretus p. 198. exagitat Lydiati levitatem, qui spreta Marmoris fide statim post verba de Timotheo dicta neglecto illo ET et reliquis omnibus scribit: καὶ Φιλίππους τὴν πόλιν ἔκτισεν ὁ Φίλιππος Μακεδόνων βασιλεύς, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Φεραῖος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς ἐδολοφονήθη, καὶ τοὺς Διονυσίου στρατηγοὺς ὁ Δίων] ἐνίκησεν: quae paucis mutatis retinuit Prid.

et Prideauxiana rursum Corsinus Fast. Att. T. IV. p. 21. vapulans ideo Clintono Fast. Hell. p. 289. Ceterum post Περσῶν addidi καὶ cum Chandl. De Dionis victoria agi incertum est: igitur praetuli cum Chandl. lacunam relinquere vacuam. Anne fortasse notata erat victoria Chiorum de Atheniensibus (Diod. XVI, 7.)? Quodsi statuas, dux Chiorum subiectum fuerit ad verbum ἐνίκησεν. Numerus annorum ex fide Seldeni et Chandleri est 93; Forsterus in lapide esse refert 92, quod ferri non potest nisi si lapicidam errasse statuas (cf. ad ep. 75.).

Ep. 77. vs. 90–92. ut videtur. Superstes ἐγ]ένετο ad Alexandrum natum referunt interpretes inde a Prid. natus autem Alexander anno ante, Olymp. 106, 1. Mihi, quum Phocicarum turbarum initia ep. 75. scripta habeamus, probabile est, nostra hac epocha 77. ipsum Phocense bellum memoratum esse, cuius initium varie alias definitum in Callistratum archontem rettulit etiam Diodorus XVI, 23. Philosophum, cuius deinceps mentio facta fuit, Prid. putat esse Aristotelem: quam in rem Chandl. supplevit: ἦν δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλό]σοφος [κα]τ[ὰ τοῦτο[ν. Ego retenta lectione Marmoris τούτου ita explevi, ut Plato quoque nominaretur, qui huic anno magis competit quam Aristoteles: ceterum nihil certi posse extricari liquet.

Ep. 78. vs. 92–93. Et numero annorum et archonte oblitteratis, quid sit illud Καλλι, decernere non licet, nisi quod non est Κλέαρχος, de quo inter alia cogitarat Prid. Ad Callippum Syracusarum tyrannide potitum rettulere Lyd. et Prid. quem more suo sequitur Cors. Fast. Att. T. IV. p. 24. Rectius Chandl. omisit supplementa: a quo non desciscere debebat Wagnerus.

## III.

### CANON CHRONICUS.

| *Ann. Marm.* | *P. I. annus medius.* | *Ante Olymp. 1.* | *Magistratus Att.* | *Ep.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1318<br>(1317)<br>*a. Chr.* 1582. (1581.) | 3132<br>(3133) | 806<br>(805) | Cecropis I. regis a. 1. | 1. | Cecrops I. Athenis coepit regnare; Cecropia vocata quae prius Actica.<br>Eusebio initium Cecropis est n. CDLXI. qui, quum numero 2697 addito ad Eusebianum numerum huic respondens annus P. I. inveniatur, est a. P. I. 3158. Igitur Nostri epocha Eusebianam annis $\frac{26}{25}$ praecedit, quae differentia per regum Atticorum omnium initia propagatur ad Demophontem usque; posthac quomodo ea mutetur et ante Aeschylum perpetuum archontem desinat, vide ad ep. 27. Ceterum Lyd. p. 235. ingeniose docet, huius differentiae vestigium in ipsis Eusebianis inesse, dum Deliaci templi exstructio, quae quippe certo anno assignata esset qualiscunque periodi, modo in Cecropis annum 37. (Can. Gr. p. 110. Hieron. Can. p. 76.) modo in annum Amphictyonis 4. refertur (Hieron. Can. p. 78.): quae differentia est 26 annorum. Simile habes ep. 4. et 6. item 12. ubi vide nostra. Eusebii Canoni satis convenit, quod in Triopae Argivi aetatem incidit Cecrops secundum Tatianum adv. gent. et hinc Clementem locis aliquoties deinceps afferendis, atque ipsum Eusebium P. E. X, 9. 11. Excerpta barbara p. 76. a Cecrope ad Olymp. 1. computant annos 814, et ad Creontem (Olymp. 24, 2.) annos 907, $\frac{8}{9}$ annos plus quam Noster, a Cecropis initio vero ad finem Menesthei annos 384, decem plus quam Noster. Corruptus sit necesse est locus Clementis (Strom. I. p. 336. ed. Col.), ubi a Cecrope ad Alexandrum Magnum anni 1828 putantur et a Demophonte ad eundem anni 1250. Orosius I, 9. Amphictyonem Atticum regem 810 annis ante Romam conditam assignans antiquiorem Cecropis epocham ante oculos habuit quam Noster. |
| 1310<br>(1309) | 3140<br>(3141) | 798<br>(797) | Cecropis I. regis a. 9. | 2. | Deucalion regnat Lycoreae ad Parnassum.<br>Eusebius a. 20. ex Pontaco, ex Scaligero a. 16. eiusdem regis assignat, P. I. 3177. vel 3173. (Can. Gr. p. 109. Hieron. Can. p. 75. ed. Scalig.). |
| 1268<br>(1267) | 3182<br>(3183) | 756<br>(755) | Cranai regis a. 1. | 3. | Neptunus accusat Martem ob caedem Halirrhothii; unde Areopagus dictus.<br>Cecropi Noster annos quinquaginta tribuit, ut Eusebius; ita hic annus 1. Cranai est. Res in Gr. Can. p. 110. tribuitur Cecropis a. 41. apud Hier. Can. p. 76. autem a. 39. apud Pontacum a. 49. annis post epocham Marmoris $\frac{16}{15}$, $\frac{14}{13}$, $\frac{24}{23}$. |
| 1265<br>(1264) | 3185<br>(3186) | 753<br>(752) | Cranai regis a. 4. | 4. | Diluvium elapsus Deucalion fugit Athenas.<br>Diluvium etiam Varro ap. Augustin. C. D. XVIII, 10. et Euseb. Chron. Gr. p. 27. sub Cranao ponunt, item Cedrenus a Seld. correctus et Syncellus; sub Crotopo Argivo, qui Cranao aequalis, Tatianus et ex hoc Clemens et Eusebius in Praep. evang. Canon Eusebii et Hieronymi collocant ad annum Cecropis $\frac{30}{31}$, P. I. $\frac{3187}{3188}$, n. Euseb. CDXC. et CDXCI. unius vel duorum annorum discrimine ad Nostrum. Orosius I, 9. Amphictyoni Attico regi et a. 810. ante urbem conditam assignat: quodsi urbis conditae epochâ a Fabio Pictore positâ Olymp. 8, 1. retro putes, reperitur annus ante Olympiades 782. P. I. 3214. Vetus Chronicon Thrasylli ap. Clem. Strom. I. p. 335. Col. diluvium ponit P. I. a. 3201. (Scalig. Can. isag. II. p. 175.) |

| Ann. Marm. | P. I. annus medius. | Ante Olymp. 1. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1258<br>(1257) | 3192<br>(3193) | 746<br>(745) | Amphictyonis regis a. 2. | 5. | Amphictyon Deucalionis f. Thermopylis regnat; Amphictyones nomen suum accipiunt instituta Pylaea.<br>Cranao Noster ut Eusebius annos novem tribuit; hinc annus Amphictyonis 2. hic censendus. Amphictyoni vero decem ab Eusebio anni tribuuntur (in Euseb. Armen. p. 135. Mai. anni 9). Qui cum Tatiano ex Argivis regibus computant res gestas, Amphictyonem (Atticum intellige) componunt cum Sthenelo, discedentes paululum ab Eusebiano Canone. |
| 1257<br>(1256) | 3193<br>(3194) | 745<br>(744) | Amphictyonis regis a. 3. | 6. | Hellen Deucalionis f. in Phthiotide regnat, et Hellenes vocantur qui prius Graeci.<br>Canon Eusebii et Hieronymi versio ponunt sub anno Cecropis $\frac{36}{37}$, n. Euseb. CDXCVI. et CDXCVII. iisdem annis Iulianae periodi $\frac{3193}{3194}$. |
| 1255<br>(1254) | 3195<br>(3196) | 743<br>(742) | Amphictyonis regis a. 5. | 7. | Cadmus Cadmeam condit.<br>Eusebius habet n. DCXI. a. P. I. 3308. et plerique alii epocham hanc recentiorem quam Noster statuunt. Sed Herodotus II, 145. eos, qui Graecorum fabulas sequuntur, a Dionyso Cadmi nepote censet ad suam aetatem annos debere mille et sexcentos computare: nisi pro sexcentis Sexaginta reponenda. |
| 1252<br>(1251) | 3198<br>(3199) | 740<br>(739) | Amphictyonis regis a. 8. | 8. | [Eurotas et Lacedaemon in Laco]nica regnant.<br>Lacedaemonem s. Spartam a Lacedaemone conditam Hieronymi Canon p. 78. ponit a. 10. Amphictyonis, Eusebii Can. Gr. p. 112. Erichthonii a. 2. P. I. 3226. et 3228. differentia annorum 28–30: id quod non male convenit supplemento, quod posuimus. |
| 1247<br>(1246) | 3203<br>(3204) | 735<br>(734) | [Erichthonii] regis a. [3]. | 9. | Danaus ex Aegypto in Rhodum et Graeciam navigat; Minervae Lindiae delubrum conditum.<br>Annus est Erichthonii 3. Amphictyoni enim decem tribuit Noster annos, quippe cuius canonem usque ad Demophontem non differre ab Eusebio pateat. Cave autem, quod ep. 10. Erichthonii nomini addatur aliquid distinctius, τοῦ τὸ ἅρμα ζεύξαντος, ideo putes ante ep. 10. Erichthonium nondum nominatum fuisse: illius enim additamenti causa in ipsius ep. 10. ratione sita est. Danaidum res in Chron. Euseb. Armen. p. 135. ed. Mai. sub Amphictyone collocantur; secundum Canonem vero Danaus Argis regnare coepit a. 14. Erichthonii, vel ap. Mai. a. 15. itaque differentia maior est quam solet, annorum circiter 36. Lydiatus tamen ex Aegyptiacis epochis argumentando conficere studet, Eusebium Danai iter in annum Erichthonii 4. rettulisse. Orosius ponit a. 775. ante Romam conditam, hoc est ex Fabii calculis a. 747. ante Olymp. 1. duodecim annis ante epocham Marmoris. Erichthonio ap. Euseb. anni tribuuntur quinquaginta. |
| 1242<br>(1241) | 3208<br>(3209) | 730<br>(729) | Erichthonii regis a. 8. | 10. | Erichthonius instituit Panathenaea, quadrigis iunctis; Hyagnis tibias invenit Phrygiamque harmoniam, postquam apparuit Magnae Matris simulacrum, nomosque Magnae Matris, Dionysi, Panis.<br>Curruum iunctorum inventionem Eusebiana Pontaci in a. 17. Scaligeri in a. 14. Erichthonii conferunt. Dionysus Cadmi nepos ex Eusebianis calculis tum nondum natus, ex Nostri rationibus iam natus. Pan Penelopes filius tum nondum natus (cf. Herodot. II, 145.); Noster igitur de Panis parentibus aliud statuebat. |
| [11]68<br>(1167) | [3282]<br>(3283) | [656]<br>(655) | Pandionis I. regis a. [32]. | 11. | Minois regnum; Idaei Dactyli ferrum inveniunt.<br>Pandion I. secundum Canonem Eusebianum Scaligeri habetur n. Euseb. DLXXX–DCXIX. per annos quadraginta, P. I. 3277–3316. Huius anno 32. tribuitur Minois regnum, P. I. 3308. Quodsi Noster eidem Pandionis anno tribuerit regnum Minois, annus Nostro erit P. I. $\frac{3282.}{3283.}$ ante Olymp. 129, 1. anno $\frac{1168}{1167}$. Sic etiam Prid. et Chandl. Hoc igitur secutus sum, etsi non convenit ferri inventio. Nam haec in Eusebiano Canone ad Pandionis I. a. 20. refertur. In Chron. Euseb. Gr. p. 27. Idaei Dactyli sub Erichthonio ponuntur, item in Chronici versione Armeniaca p. 135. ed. Mai. Thrasylli Chronicon ap. Clem. Strom. I. p. 335. ed. Col. Idae incendium et ferri inventionem refert ad a. P. I. 3274. (Scalig. Can. isag. II. p. 175.) |
| 1145<br>(1144) | 3305<br>(3306) | 633<br>(632) | Erechthei regis a. 15. | 12. | Ceres in Atticam profecta fruges plantat.<br>Erechtheo ap. Euseb. anni quinquaginta tribuuntur, et huius primo anno raptus Proserpinae apponitur in Canone Eusebiano. Erechtheo rege Cereris adventum assignant etiam alii; ex ceteris sententiis eam refero, quae illum Pandione I. rege contigisse narrat. Ab hac parte stant Apollodorus III, 14, 7. et Euseb. Chron. Gr. p. 27. Tatianus autem et hinc Clemens atque Eusebius Praep. evang. hanc rem et confines in Lyncei Argivi regis aetatem redigunt, qui ex |

| *Ann. Marm.* | *P. I. annus medius.* | *Ante Olymp. 1.* | *Magistratus Att.* | *Ep.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Eusebii Canone regnare coepit a. 14. Pandionis I. desiit a. 14. Erechthei. Hic igitur computus conciliari cum computo Apollodori potest; ac si ab illis Cereris adventus in Pandionis a. 29. ex Canone Eusebiano ponebatur, erat idem qui Nostro annus P. I. |
| 114[2]<br>(1141) | 330[8]<br>(3309) | 63[0]<br>(629) | Erechthei regis a. 1[8]. | 13. | Triptolemus in Rario campo fruges serit.<br>Cf. ad ep. 12. |
| 1135<br>(1134) | 3315<br>(3316) | 623<br>(622) | Erechthei regis a. 25. | 14. | [Orpheus] carmina sua profert.<br>Orpheum chronographi multo recentiorem ponere solent, et Eusebianus quidem Canon n. DCCXLVII. P. I. a. 3444. Sed Tatianus et qui cum eo ex Argivis regibus tempora computarunt, Orpheum et Musaeum sub Proeto collocant, qui ex Eusebiano Canone regnat annis n. DCLVII – DCLXXIII. P. I. 3354 – 3370. ab Erechthei anno 38. usque ad Cecropis II. a. 4. Sume igitur epocham Erechthei ex Nostri calculis annis 26 superiorem; ita Erechthei annus 38. incidet in a. P. I. 3328. quo poni iam Orpheus ex Tatiani calculis poterit: quod non multum discedit a Nostro. Nec profecto quidquam obstat, quominus hac epocha scriptus Orpheus fuisse putetur; quippe quum ep. 15. Eumolpus Musaei patris carmina protulisse dicatur, ille autem Musaeus (Eumolpi filius vel nepos antiquioris) et ab Eusebio et ab aliis Orphei feratur discipulus. |
| 1134 -<br>1110<br>(1133 -<br>1109) | 3316 -<br>3340<br>(3317 -<br>3341) | 622 -<br>598<br>(621 -<br>597) | Erechthei regis a. 26 – 50. | 15. | Eumolpus Musaei f. mysteria condit et patris carmina profert.<br>Sub Erechtheo coepisse mysteria, Eusebiana etiam notant. Annum definire conatus est Lyd. ego abstineo. |
| 1062<br>(1061) | 3388<br>(3389) | 550<br>(549) | Pandionis II. regis a. 8. | 16. | Lustratio [caedis in Attica] primum instituitur.<br>Pandion II. secundum Canonem Eusebianum regnat annos quinque et viginti, n. Euseb. DCCX – DCCXXXIV. P. I. 3407 – 3431. ex Nostri calculis P. I. a. 3381 – 3405. In hoc annorum spatium nullus numerus in ΔΙΙ desinens incidit, nisi 1062, quod notavit iam Lyd. Memorabile est, quod huius Pandionis a. 7. in Hieron. Can. p. 87. templum Eleusine conditum fertur, quae res lustrationi Herculis videtur coniuncta esse. Cave autem Herculem a nobis iusto antiquiorem reddi putes: nam Hercules ab Eumolpo initiatus dicitur ap. Apollod. a Musaeo Orphei f. ap. Diod. IV, 25. vel adeo a Triptolemo in Calliae daduchi oratione ap. Xenoph. Hell. VI, 3, 6. Et ep. 18. circiter viginti vel triginta annis post Hercules certo scriptus est. De re cf. nott. critt. |
| 1061 -<br>1045<br>(1060 -<br>1044) | 3389 -<br>3405<br>(3390 -<br>3406) | 549 -<br>533<br>(548 -<br>532) | Pandionis II. regis a. 9 – 25. | 17. | Ludi Eleusinii et Lycaea instituuntur.<br>Eidem haec anno assignantur, licet aliter iudicet Lyd. Tempus constitui ex Pandionis II. regno; per errorem Prid. correxit XH.... Lycaea Eusebius anno Oxyntae 8. assignat, n. Euseb. DCCCLXXVI. P. I. a. 3573. |
| 1044 -<br>1032<br>(1043 -<br>1031) | 3406 -<br>3418<br>(3407 -<br>3419) | 532 -<br>520<br>(531 -<br>519) | Aegei regis a. 1 – 12. | 18. | Hercules [Olympia instituit].<br>Tempus docet Aegei mentio et ep. 19. Eusebius Graecus et Hieronymi Latinus etsi Olympia ab Hercule condita ad a. $\frac{28}{29}$. Thesei depellunt, tamen non est quod neges Nostrum haec potuisse sub Aegei initio collocare, quum ipse Eusebius Argonautas a. 12. Aegei reponat, in quibus fuisse Herculem ipse posthac docet; eiusdem a. 34. Herculis reponit certamina. Secundum Canonem Eusebianum vero ab Olympiade Herculis ad Olymp. 1. anni sunt 430, vel 470 ex aliorum ratione; vide Can. Hieron. p. 91. Can. Gr. p. 126. Horum prior computus procedit ex anno Thesei 29. P. I. 3508. Noster autem longe aliter; qui a Troia capta ad Olymp. 1. numerarit annos 433. Quodsi Olympiadem Herculis annis 470 ante Olymp. 1. celebratam sumas, etiam sic remanet differentia annorum 50 – 60, quibus priorem Herculis Olympiadem statuerit Noster, si locum vere restitui: qua de re non dubito, quum Olympiadum institutio a Nostro omitti non potuerit, neque ea alibi nisi in hac epocha locum habeat (cf. nott. critt.). Etiam Thrasylli Chronicon ap. Clem. Strom. I. p. 336. magnopere a Nostro discedit, Herculis Olympiadem assignans a. P. I. 3497. (Scalig. Can. isag. II. p. 175.) Sed Apollodorus Herculis regnum Argis annis 91 ante Troiam captam assignat (Fragm. Heyn. p. 410.), hoc est a. P. I. 3439. cui si addere differentiam licet, quae inter Nostri et Apollodori epochas captae Troiae intercedit, annorum $\frac{24}{25}$, pervenies prope in ea tempora, quibus Parium Olympiadem Herculis tribuisse censeo, nempe in P. I. a. $\frac{3414}{3415}$. Ei aetati tamen Noster non Herculis regnum Argis, sed Olympiadem assignat, quae haud paucis annis post debebat instituta haberi. |
| 1031<br>(1030). | 3419<br>(3420) | 519<br>(518) | Aegei regis a. 13. | 19. | Athenis annonae penuria; Apollo Minoi II. satisfacere ob caedem Androgei Athenienses iubet.<br>Eusebius Androgei caedem in a. 2. Thesei, Minois maritimam potentiam in Aegei a. 31. ponit; Aegeo tribuit annos duodequinquaginta. |

| *Ann. Marm.* | *P.I. annus medius.* | *Ante Olymp. 1.* | *Magistratus Att.* | *Ep* | |
|---|---|---|---|---|---|
| 995 (994) | 3455 (3456) | 483 (482) | Thesei regis a. 2. | 20. | Theseus duodecim Atticae oppida in urbem contrahit, et Isthmia instituit.<br>Eusebiana Pontaci referunt ad Thesei a. 1. Scaligeri Graeca Eusebiana ad Thesei a. 5. et Hieronymi Canon ex Scaligeri editione ad eiusdem a. 7. Theseo Eusebius annos triginta tribuit. |
| 992 (991) | 3458 (3459) | 480 (479) | Thesei regis a. 5. | 21. | Am[az]on[es Atticam invadunt].<br>Eusebianus Canon Graecus refert in Thesei a. 30. Latinus Hieronymi in a. 29. (ubi Thebae scriptae pro Athenis). Differentia igitur est annorum $\frac{24}{25}$ praeter solitam insuper addendam differentiam $\frac{26}{25}$ annorum, de qua dixi ad ep. 1. Thrasylli Chronicon ap. Clem. Strom. I. p. 636. ab Herculis Olympiade novem annos computat εἴς τε τὴν Ἀμαζόνων εἰς Ἀθήνας στρατείαν καὶ τὴν Ἑλένης ὑπὸ Θησέως ἁρπαγήν, et hinc ad coeptam Troicam expeditionem annos quindecim. Nostro haec intervalla multo ampliora sunt, Amazonumque bellum Thrasylli ex calculis incidit in a. P. I. 3506. (Scalig. Can. isag. II. p. 175.), annis 48 infra Nostri epocham. Sed raptam a Theseo Helenam Thrasyllus eidem anno tribuit ac bellum Amazonum: raptumque Helenae Graecus Eusebii Canon a. 3. Hieronymi Canon a. $\frac{4}{5}$. Thesei assignat, ut Noster bellum Amazonum. |
| 987 (986) | 3463 (3464) | 475 (474) | Thesei regis a. 10. | 22. | Argivi cum Adrasto adversus Thebas expediunt ac Nemea instituunt.<br>Haec epocha Eusebio est a. 2. Thesei, P. I. a. 3481. atque prior epochâ 20. et 21.; Thrasyllo tribus annis superior est quam ipsi Herculis Olympias, a. P. I. 3494. (Scalig. Can. isag. II. p. 175.) |
| 954 (953) | 3496 (3497) | 442 (441) | Menesthei regis a. 13. | 23. | Graeci adversus Troiam expediunt.<br>Menestheo ap. Euseb. anni tres et viginti tribuuntur; Troica expeditio coepta est secundum eundem a. 14. Menesthei. Ceterum haec epocha universa pendet ex ep. 24. |
| 945 (944)<br>*a. Chr.* 1209. | 3505 (3506)<br>(1208.) | 433 (432) | Menesthei regis a. 22. | 24. | Troia capitur d. Th[argelio]nis VII. a fine.<br>Etsi ego his rebus omnibus non habeo fidem, componam tamen potissimas de *anno* epochae Troianae sententias, ut pateat, a quibus auctoribus Noster discedat, et cui Noster proximus sit; deinde docebo, quomodo nata sit mira ista narratio de *mense et die* captae Troiae. Vetustissimi igitur auctores historiarum Herodotusque et Thucydides ac Xenophon de anno nihil, quod sciam, praecisi tradiderunt; Vita Homeri, Herodoto falso tributa, ab *expeditione* Troiana ad Olymp. 1. computat annos 494, quod ipsi quoque Herodoto convenire, non male censet Dodwellus (Annal. Thuc. init.). De aliis nos certiores facit Varro apud Censorin. de die nat. c. 21. ab Ilii excidio (sic enim illos ibi numeros intelligendos esse recte monet Lyd. p. 251.) ad Olymp. 1. annos dicens esse paulo plus quam CCCC; hos autem voluisse quosdam certius definire: „et quidem, ait, Sosibius scripsit esse CCCXCV, Eratosthenes autem septem et CCCC, Timaeus CCCCXVII, Aretes DXIV, et praeterea multi diverse." Hos numeros pro verbis Varronis debere omnes paucis annis superare numerum quadringentorum annorum, Lyd. censet; Aretaeque annos 434 tribuit, ut proxime accedat ad Nostrum: sed haec arbitraria sunt; et Sosibio certe reliquerim, qui illi datur, numerum, neque eum correxerim, ut ultra CCCC ascendat. Apud Clem. Strom. I. p. 336. ed. Col. a Demophonte post Menestheum Atticae rege ad Alexandrum Magnum dicuntur esse anni 1250, manifesta opinor corruptela; a Troia capta ad reditum Heraclidarum anni vel 120 vel 180 (immo 80), hinc ad Euaenetum archontem (Olymp. 111, 2.) secundum Phaniam anni 715, secundum Ephorum 735, secundum Timaeum et Clitarchum 820, secundum Eratosthenem 774. At hoc loco quod de Eratosthene dicitur, manifesto falsum est; huius enim data, quae mox apponam, alios postulant numeros; idem patet de Timaeo, si Censorinus recte rettulit. De Ephoro non satis constat aliunde: sed in hoc quoque corruptus numerus videtur. Nam ille ab reditu Heraclidarum usque ad Olymp. 109, 4. annos *fere* (σχεδὸν) 750 historiis complexus dicitur (Diod. XVI, 76.); qui si ab reditu Heraclidarum ad Ilii excidium sumpserit intervallum id, quod vulgatissimum est, annorum 80, ubi unum addideris annum illis 750, reperitur annus ante Olympiades 395. idem qui Sosibio: id quod Clementis verbis non convenit. Quo minus numero Phaniae tributo confides. Qui si intervallum illud vulgare 80 annorum inter reditum Heraclidarum et Troiae excidium et ipse sumpserit, ex verbis Clementis Troiae casum assignarit annis 354 ante Olymp. 1. quod vix credibile. Sed de Phania hoc coniicio. Parius chronographus inter Troiam captam et reditum Heraclidarum statuit annos 60 intercessisse: sume idem statuisse Phaniam, et pro annis ap. Clem. 715, Phaniae da annos 815: ita Phanias in epocha Troiana consentiet cum Nostro. Nam ab Olymp. 1. ad Olymp. 111, 2. sunt anni 442: Noster vero ab Olymp. 1. sive ante Olympiadum initium Troiae excidium anno 433. assignat; |

| *Ann. Marm.* | *P. I. annus medius.* | *Ante Olymp.* 1. | *Magistratus Att.* | *Ep.* |
|---|---|---|---|---|

unde conficiuntur anni 875. a Troia capta ad Olymp. 111, 2. quibus deme annos 60, reperies annos 815 a reditu Heraclidarum ad Olymp. 111, 2. Duris Samius porro ap. Clem. l. c. a Troia capta ad Euaenetum annos circiter mille putat, hoc est 458 ante Olympiades. Democritus, si fides Diogeni Laertio IX, 41. dixit se *μικρὸν διάκοσμον* annis 730 post Troiae casum scripsisse: quod nescio quomodo vel computatum vel corruptum sit. Excerpta barbara p. 76. ab exitu Menesthei et initio Demophontis, computatis singulorum regum et archontum perpetuorum Atticorum annis, ubi Acasto tribueris XXXVI (editur XXXVIV), usque ad initium Olympiadum praebent annos 437, annumerato primo Demophontis anno, sed non numerato secundo Aeschyli, cui Olympiadem primam tribuunt: quae non multum discedunt a Nostri calculis; Nostro enim Demophon secundo post Troiam captam anno coepit. Primo Demophontis anno Troiae excidium ponit Dinias Argivus ap. Clem. Strom. I. p. 321. et hinc Euseb. Praev. evang. X, 12. coll. Valcken. ad Schol. Eurip. Phoen. p. 7. quarto eiusdem Lysimachus ap. Schol. Eurip. quem edidit Scaliger *Συναγωγῇ* p. 376. (ed. 1620.). In ultimum Menesthei referunt rerum Atticarum scriptores ap. Clem. l. c. qui est Eusebio a. 23. Menesthei; et huic ipsi tribuit Canon Eusebianus, a. P. I. 3532. Ita Eusebianus Canon a Troia capta ad Olymp. 1. computat annos 406, quos diserte exprimit Hieronymus, Noster $\frac{433}{432}$, quippe qui Troiam excisam statuat a. 22. Menesthei, et epochas regum Atticorum annis $\frac{26}{25}$ superiores sumat. Ultimo loco reservavi Eratosthenem; cuius rationes quomodo inventae essent, singulari, sed minime probabili via explicare conatus est praestantissimus Clintonus Fast. Hell. Introd. p. VI. Eratosthenis igitur Canon ap. Clem. Strom. I. p. 336. computat

| | |
|---|---|
| a Troiae excidio ad reditum Heraclidarum annos | 80 |
| a reditu Heraclidarum ad Ionicam coloniam deductam | 60 |
| ab Ionica colonia ad tutelam Lycurgi | 159 |
| a Lycurgi tutela ad annum primum ante Olymp. 1. | 108 |
| | 407 |

Hunc annorum 407 numerum a Troia capta ad Olymp. 1. supra vidimus a Varrone Eratostheni tribui; et videtur huic aliqua ex parte Philochorus praeisse, qui Fragm. p. 35. totidem atque Eratosthenes annos a Troia capta ad Ionicam coloniam exputat. Hunc numerum annorum 407 exhibet etiam Porphyrius (l. c. ad ep. 29.) et ex Tatiano adv. gent. duxit Eusebius ipse Praep. evang. X, 11. extr. et hunc habet in Chron. Gr. p. 28. item Excerpta barbara p. 75. Sed quoniam ex Eratosthenis calculis *ad annum* 1. *ante Olymp.* 1. anni sunt 407 post Troiam captam, quae est differentia inter utrumque terminum; annus Troiae captae secundum Eratosthenem est a. 408. ante Olymp. 1. Ex qua ratione ab Olymp. 1. ad Ilii excidium anni 408 computantur apud Euseb. Canon. Gr. Introd. p. 87. et Praep. evang. X, 9. Eundem numerum posuit Apollodorus, qui ut Eratosthenes ex regibus Laconicis collegerat tempora (Diod. I, 5. ubi vide Wessel. et sequitur hunc numerum Diodorus etiam XIV, 1. maleque Tzetzes Posthom. 733. Diodoro numerum 418 tribuit). Hunc computum Eratosthenis Canones secutus observat Dionysius Halicarnassensis; hic enim Romam conditam statuit non ut Varro, quem hodie sequimur, a. P. I. 3961. (Olymp. 6, $\frac{3}{4}$.) sed eo anno Iuliano sive Romano, quo coepit Olymp. 7, 1. mense Aprili in Palilibus, sub exitum anni Olymp. 6, 4. P. I. a. 3962. (Ideler. Enchir. Chronol. T. II. p. 159. cf. supra Introd. 4.), Troiamque captam statuit a. 432. ante u. c. (cf. Ideler. ibid. p. 157.), igitur a. 408. ante Olymp. 1. qui est P. I. 3530. a. Chr. 1184. et medio hoc Iuliano anno incepit ille annus 408. si sit Olympicus. Sed quum Roma Aprili condita feratur, ille annus 432. ante Romam conditam potest ex Aprili eiusdem anni Iuliani computari secundum Dionysii calculos, ut paucorum mensium spatio, unius vel duorum, quod mox patebit, redeat is annus ante Romam conditam 432. in finem anni Olympici 409. ante Olympiades, manente tamen anno Iulianae periodi: qua re utemur infra. Itaque hodie vulgo secundum Eratosthenem et Dionysium a. P. I. 3530. a. Chr. 1184. Troiae excidium tribuitur ex Petavii calculis; quod sequitur etiam Ideler. Enchir. chronol. T. I. p. 375.

Et has quidem anni definitiones non historicae inniti fidei, sed incertis aetatum et similibus computationibus repertas esse hodie quivis concedet facile: magis mirere, quod, ut Agamemnonis caedes a Dinia Argivo XIII. Gamelionis tribuitur (Schol. Sophocl. Electr. 283.), ita Ilii excidio *diem certum certi mensis* tribuunt Graeci; quorum etsi rideas mendacia, tamen re diligentius pensitata mensis dieique definitionem tantum abesse a mendacio quam a veritate historica invenias, quippe quae nec ficta sit sine causa, nec derivata ex chronologicis notis eiusmodi, quae possint verae haberi, sed media quadam via reperta sit. Nostro Troia capta *Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος: περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν*, ait Plutarchus Camill. 19. Ex quibus quum Damastes Hellanico Lesbio compar aetate sit, patet hoc mature excogitatum esse: immo Hellanicus et ipse non idem quidem,

| Ann. Marm. | P. I. annus medius. | Ante Olymp. 1. | Magistratus Att. | Ep. |
|---|---|---|---|---|

sed simile prodiderat, ut statim docebo. Diem Graeci vulgo coeperunt a solis occasu; Troia vero nocte media capta ferebatur: sume alios tempus, quo luceat sol, potissimum spectantes diem a solis ortu demum coepisse; iam eadem nox, quae ἑβδόμῃ φθίνοντος tributa est, accedet priori diei, ὀγδόῃ φθίνοντος, cui tribuit Callisthenes ap. Schol. Eurip. Hecub. editum a Scaligero Συναγωγῆς p. 376. Qui quidem auctor hac ratione conciliabitur cum Pario; nec male Plutarchus dixit Callisthenem, Ephorum et ceteros Troiam captam περὶ τὴν ἑβδόμην Θαργηλιῶνος φθίνοντος statuisse, quod eadem nox potuit ἑβδόμῃ et ὀγδόῃ tribui. Ὀγδόην φθίνοντος praeter rerum Atticarum scriptores quosdam (ap. Clem. Strom. I. p. 321. et hinc Euseb. Praep. evang. X, 12.), qui tamen Demophontis a. 1. rem assignabant, diligentissime designat Dionysius Archaeol. I, 63. p. 51. Sylb. Troiam captam referens τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους (recte ἔαρος corrigit Scaliger), ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι· περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. Aegias s. Agis (fortasse Agias) et Dercyllus Argivi ap. Clem. et Euseb. eidem diei Πανήμου tribuerunt; hi opinor transtulerunt ad Panemum Macedonicum solarem, qui fere Scirophorioni respondet (certe Panemo Argivo, qui Metagitnioni Attico respondet, vix tribuerint): nam pro Thargelione alii eidem diei Scirophorionis Troiae excidium assignarunt (Clem. Euseb. l. c.). At Hellanicus d. XII. Thargelionis ponit, et cum eo Dinias Argivus, hic primo Demophontis anno (Clem. Euseb. ll. cc.); ex Hellanico habet Tzetzes Posthom. 770 sqq. Durin idem statuisse tradens. Postremo Lysimachus d. X. Θαργηλιῶνος ἱσταμένου, a. 4. Demophontis, alii d. VIII. Θαργηλιῶνος ἱσταμένου posuerunt (Schol. Eurip. l. c.). His ex diebus Thargelionis ὀγδόην φθίνοντος elegerunt Ios. Scaliger et Petavius, et fide historica eam rem niti putantes, suis cyclis, proleptice computatum diem sumentes, accommodarunt, uterque simul Dionysii data accuratiora spectantes. Igitur Scaliger perversam suam Attici anni formam ac ne lunares quidem menses secutus invenit a. P. I. 3531. d. XXII. Iun. solstitii nomine d. VIII. Iulii a veteribus significari docens. Vide praeter alios eius libros Canon. isag. III. p. 289. Sed Petavius (Doctr. temp. I, 22. IX, 29. Rat. temp. II, 10.) a. P. I. 3530. diem XII. Iun. exputat adhibitis lunaribus cyclis, solstitium civile, ut ait, assignans d. Iun. XXVIII. et Thargelionis diem I. diei Maii XXI, Scirophorionis d. I. diei XX. Iunii, Hecatombaeonis insequentis d. I. Iulii diei XIX. quae sane Dionysii verbis conveniunt. Rursum Lydiatus ex sua periodo solstitium ponit d. V. Iul. et lunaris Thargelionis ἑβδόμην φθίνοντος (hanc enim adoptat ex Marmore) refert in d. XX. Iunii. Veram temporum rationem si spectas, solstitium ea aetate d. III. Iulii anni Iuliani accidebat; sed hoc quum nescirent veteres, non debent ad id calculi institui. Potius quomodo veteres rem, quae non videtur certis temporibus illigari posse, ex fabularum indiciis, simplici assumpto computo ipsorum cognitioni congruo, certo potuerint mensi et diei tribuere, examinandum est: id quod hac via perficietur. Mitto dies et menses minus comprobatos scriptorum testimoniis, et consisto in XII. Thargelionis, et eiusdem ὀγδόῃ φθίνοντος. Dicam autem primum de *die*. Clemens priorem Hellanico tribuit his verbis: Ἑλλάνικος γὰρ δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος μηνός (καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων ὀγδόῃ φθίνοντος, βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως), πληθυούσης σελήνης. Ultima in his πληθυούσης σελήνης non possunt ad ὀγδόην φθίνοντος referri, quod menses Attici et Graeci lunares sunt: quare seclusi illa καί τινες etc. Πληθυούσης σελήνης refertur ad XII. diem mensis. Nempe mensis lunaris dies XIII. vel XIV. competit plenilunio; potuitque id in aliquo cyclo etiam in d. XII. eius mensis incidere: itaque Hellanicus hunc diem dedit, quod traditum ab aliquo poeta erat, plenilunium fuisse quum caperetur Troia. Neque alia causa est, quare diei XIII. Gamelionis caedes Agamemnonis tributa sit: nempe plenilunio eam accidisse fabulati sunt haud dubie: mensem vero ex aliqua debent traditione de anni tempestate hausisse. Hac via haec esse tempora reperta, apertius monstrari in altero Troiae captae die potest. In parva Iliade scriptum erat:

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα·

quae sic Dorice (debebat autem Ionice) apponit Clem. et hinc Euseb. ll. cc. et suis inseruit Ttetzes l. c. Hinc derivata est ὀγδόῃ φθίνοντος. Callisthenes δευτέρῳ Ἑλληνικῶν ap. Schol. Eurip. Hecub. l. c.: Ἑάλω δὲ ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνός, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ῑη ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (γράψας), τῇ η̄ φθίνοντος. διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα· μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Et media fere nocte captam Troiam esse ex vetusto fonte docent etiam Eurip. Hecub. 895. ed. Herm. Virgil. Aen. II, 268. Transeo nunc ad *mensem*. „Danaum rates" vere redisse scribit Propertius III, 9, 40. disertius Virgilius Aen. III, 9. „Vix prima, inquit, inceperat aestas," quum caperetur Troia, antiquiores is secutus. At aestatis initium signat Vergiliarum exortus matutinus (Ideler. Ench. Chronol. T. I. p. 241.): circa hunc igitur, aliquot diebus post exortas Vergilias, captam Troiam statuebant, ineptitque Tzetzes l. c., qui quod

| Ann. Marm. | P.J. annus medius. | Ante Olymp. 1. | Magistratus Att. | No. |
|---|---|---|---|---|

Thargelionem Ianuario comparat, hiemi tribuit Ilii excidium. Ceterum Aeschylus Agam. 826. exercitum facit aggredientem ἀμφὶ Πλειάδος δύσιν: sed hoc ad noctis tempestatem, non anni rettulit manifesto, et quum Pleiades ea anni tempestate, qua Troia capta videbatur, non occidant noctu, aliam vero anni tempestatem vix Aeschylus in animo habuerit, audacius ἀμφὶ Πλειάδος δύσιν videtur nocturnum tempus dixisse, antequam ortae essent matutino Vergiliae. Verum utut de Aeschyli iudicaveris verbis, ex illo Vergiliarum exortu definitus mensis est. Nam ille exortus circa a. a. Chr. 800. in Graecia contigit d. xx. Maii, et Metonis aetate d. xvi. Maii: eligendus igitur mensis erat, qui in id tempus incideret, ita ut paulo post Vergilias exortas succederet mensis dies vel xii. vel ὀγδόη φθίνοντος: quod pro anni vel cycli diversitate praestabat vel Scirophorio vel Thargelio. Sic, ut paucis exemplis defungar, ex Metonis cyclo, qualem descripsit Idelerus, annus Olymp. 87, 2. desinit Iun. xxiv. et Scirophorio incipit d. xxvii. Maii, Thargelio d. xxvii. Aprilis; igitur ut mensis dies xii. incideret post d. Maii xx. vel xvi. in tali anno eligendus erat Scirophorio, non Thargelio. Rursum in recentiore et emendatiore Callippi periodo annus secundus terminabatur d. v. Iunii, Scirophorio incipiebat d. viii. Maii, ac proinde mensis Scirophorionis, qui mensis cavus est, d. xxii. (sive ὀγδόη φθίνοντος) proximus erat post Vergilias exortas, non Thargelionis. At in anno, qualem Dionysius sumpsit, secundum certum saltem cyclum, quem statim nominabimus, eligendus erat Thargelio: nam illo anno, ut posthac demonstrabo, Thargelio coepit d. xx. Maii, ut proinde Thargelionis xii. et xxiii. (ὀγδόη φθίνοντος in pleno mense) proximus esset huius numeri dies post exortas Vergilias, non Scirophorionis. Postremo pervenio ad explicandos eos terminos, quos ex solstitio desumpsit Dionysius. Hi non potuerunt nisi ex certis parapegmatis peti, in quibus, quo die incideret solstitium, notatum erat pro cyclici anni certi ratione; solstitium vero eidem constanter anni, quem nos Iulianum dicimus, diei competere putabant Dionysius et priores, anni solaris mensurâ verâ nondum tum vulgatâ: itaque quo die parapegmata solstitium certo recentioris cycli anno incidere notabant, eum diem Dionysius vel eius auctor transtulit etiam in Troiae captae tempora, cyclo retro computato. Iam ne multa, Dionysius aut is, quem ille secutus est, non ex alio cyclo nisi Metonis terminos illos petiit: id satis demonstratum fuerit, si ad amussim congruere singula docuero. Dionysius a Roma condita ad Troiam captam computat annos 432, Romaeque conditae annum statuit in Olymp. 7, 1. incidere (Archaeol. I. p. 60. Sylb.); ipse vero, quomodo Romana tempora cum Graecis comparanda sint, addit se alibi docere: quo haud dubie hoc voluit significare, annum quidem illum Romanum incidere in Olymp. 7, 1. sed coepisse paulo prius. Utut est, quod supra iam significavi, annus Troiae captae 432. a Roma condita collectus redit aliquot mensibus in annum Olympicum proximum superiorem, ut annus Romae conditae (Olymp. 7, 1.) redit aliquot mensibus in Olymp. 6, 4. Hoc est, quum ille annus 432. ante u. c. sit a. 408. ante Olymp. 1. nihilominus ille annus debet paucis mensibus ante a. 408. Olympiadibus priorem incipi, ultimique duo menses anni 409. ante Olymp. 1. Thargelio et Scirophorio sunt ii, de quibus intelligenda Dionysii verba supra apposita. Iam quae huius anni ratio esset, hac via ex Metonis cyclo definitum a Dionysio vel eius auctore est. Metonis cyclus, quae est ἐννεακαιδεκετηρίς, coepit Olymp. 87, 1. Ante hunc annum effluxerunt Olympiades 86 sive anni 344; adde his annos illos 409: erit summa annorum 753. Porro quadraginta cycli Metonei complectuntur annos 760: igitur annus 409. ante Olymp. 1. incidit in quadragesimum Metoneum retro cyclum ante initium Metoneae periodi, estque is cycli huius retro computati quadragesimi *annus octavus*. Nunc data pro hoc anno ponam ex Metonis cyclo ab Idelero Enchir. Chronol. T. I. p. 383. rectissime descripto, sumpta ex primo Metonis cyclo, ut par est, Iuliani anni comparatione.

Annus cycli octavus est intercalaris dierum 384.
Hecatombaeonis i. est dies Iunii xxix.
Vergiliarum exortus Munychionis d. xxvii. Maii d. xvi.
Thargelionis d. i. est d. xx. Maii.
Thargelionis d. xxiii. Iunii d. xi. *capta Troia*, primum tum post Vergiliarum ortum luna circa mediam noctem exoriente.
Scirophorionis d. i. est d. xix. Iunii.
Solstitium ex Metonis observatione accidit d. xxvii. Iunii (Ideler. l. c. p. 326.), hoc anno d. Scirophorionis ix. Igitur a die Troiae captae *ad diem solstitii*, annumerato utroque ex more, dies sunt xvii, tot quot dicit Dionysius.
Anni finis Scirophorionis d. xxix. Iulii d. xvii. *Post solstitii diem* igitur dies ei anno superfuerunt xx, tot quot dicit Dionysius.

Quae omnia tam congruunt exacte, ut dubitari nequeat, quin expedita a nobis res haec sit.

| Ann. Marm. | P.I. annus medius | Ante Olymp. 1. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 93[9] (938) | 3511 (3512) | 427 (426) | Demophontis regis a. 5. | 25. | Orestes iudicatur in Areopago. |

Demophonti Eusebius annos tres et triginta tribuit, Excerpta barbara autem quinque et triginta, Menestheo vero haec tantum undeviginti. Hoc posterius Noster non secutus est (vide ep. 24.); sed Demophonti videtur totidem tribuisse annos quot Exc. barb. Cf. ad ep. 27. Aegisthus post necem Agamemnonis septem dicitur annos regnasse (Odyss. γ, 305. Vellei. I, 1. et alii); Orestes Mycenis regnare coepit Demophontis a. 6. secundum Canonem Hieronymi, vel a. 4. secundum Graecum Canonem. Non igitur consentaneum in Marmore fuisse annos 942 scriptos, quos restituit Seld. Contra Lyd. dedit 937, quos excludit ep. 26. Dedi 939, sex certe annis post Troiae excidium.

| Ann. Marm. | P.I. annus medius | Ante Olymp. 1. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 938 (937) | 3512 (3513) | 426 (425) | Demophontis regis a. 6. | 26. | Teucer Salaminem in Cypro condit. |
| [8]13 | 3637 | 301 | Me[dontis] archontis a. 13. | 27. | Duodecim Ioniae civitates Neleo duce conditae et Panionia instituta. |

Eusebius habet a. 8. Acasti archontis, n. DCCCCLXXV. P. I. a. 3672. (Pontacus, qui in censum non venit, triennio post). Sic Eusebio secundum Philochorum et Eratosthenem ab Ilii excidio ad Ionicam migrationem sunt anni 140. Noster si eandem differentiam sumpsisset, debuisset annum 805 (804) ponere, vel si cum Eusebio ab anno Menesthei non 22. sed 23. eam differentiam computes, certe debebat numerus Nostro 804 (803) esse: quod non convenit numeri fini superstiti ΔIII, qui Seldenum recte ad numerum [8]13 deduxit. Sed Lyd. corrigit HIII, et sumit numerum 803: pro ΜΕΝΕΣΘΩΣ autem scribit μὲν [Νηλέ]ως, Neleique principis annum 13. sumit fuisse anno 803. Marmoris; et eiusdem annum 1. ponit proinde in Marmoris a. 815. P. I. 3635. Hic annus, quum Noster epochas regum 26 annis superiores quam Eusebius sumpserit in prioribus, respondebit anno Medontis 17. in Canone Eusebii, n. Euseb. DCCCCLXIV. P. I. a. 3661. Nelei autem principis ficticii annus 13. secundum eandem comparationem respondebit Eusebiani Acasti anno 9. n. Euseb. DCCCCLXXVI. a. P. I. 3673. Nostro vero erit a. P. I. 3647. Sed nec ferri potest illud μὲν a Maitt. iam reprehensum, et inepte fingitur, iuxta Medontem et Acastum regnasse Athenis Neleum; licet hic tradatur cum fratre Medonte de imperio litigasse: denique traditus potius numerus retinendus est ΔIII, et supplendum [8]13. Hic numerus, solita observata Eusebium inter et Nostrum (ex computo *A* intellectum) 26 annorum discrepantia in principum Atticorum epochis constituendis, Nostro erit Medontis annus 19. P. I. 3637. Nam Medontis annus 19. Eusebio est n. DCCCCLXVI. P. I. a. 3663. Et Μέδοντος esse pro Μενεσθ[έ]ως reponendum, quod lapicida in nomine erraverit, verisimile est: quaerendum igitur quomodo fieri potuerit, ut ille annus Nostro Medontis non 19. sed 13. esset: nam etiam anni notam corrigere velle quasi ex superioribus temere repetitam (vide nott. critt.), videtur et ipsum temerarium. Patet vero ex Nostri calculis a Demophontis initiis ad Medontem usque sex annos plus esse quam ex Eusebianis; quos Aphidantis regno secundum Eusebium tantum annuo addidit Larcherus in Commentatione de Phidone (Act. Acad. Inscr. T. XLVI. p. 37. 38.): hac enim suscepit Marmoris et Eusebii conciliationem praestare, quam rectius pridem perficere Dodwellus studuerat. Nam Dodwellus vidit rem aliquatenus expediri posse, ubi numerus annorum singulis regnis tributus ex Barbaro potissimum asciretur: quocum Nostro magis convenire quam cum Eusebiano regum Atticorum Canone colligas vel ex intervallis annorum Troiae captae ac primae Olympiadis. Et vide laterculum hoc:

| | *Can. Euseb. habet* | *Barb. Exc. autem* |
|---|---|---|
| Demophontis annos | 33 | 35 |
| Oxyntae | 12 | 14 |
| Aphidantis | 1 | |
| Thymoetae | 8 | 9 cum Euseb. Chron. Gr. p. 35. |
| Melanthi | 37 | |
| Codri | 21 | |
| Medontis | 20 | |

Hinc iam quinque lucramur annos; estque numerorum horum a Barbaro traditorum tanto maior auctoritas, quod illi congruunt ei eius rationi, ex qua a Cecropis initio ad finem Codri numerat 492 annos: demptis enim annis 375, qui secundum Eusebium a Cecrope usque ad finem Menesthei effluxerunt, relinquuntur anni 137, tot quot conficiuntur his Barbari numeris. Neque huic congruentiae fidem demit diversus apud Barbarum annorum a Cecrope ad finem Menesthei numerus (vide Canon. ep. 1.), quippe quum ille auctor diversissima in unum collegerit ex variis auctoribus. At hac ratione, ut dixi, tantum quinque anni accedunt ante Medontem; sextum Dodwellus ita compensavit, ut quum Medontis annum 1. Nostro esse posuerit a. P. I. 3624. nihilominus eiusdem annum 13. componeret cum a. P. I. 3637. quum potius deberet a. P. I. 3636. esse. Nos pro Nostri more

| Ann. Marm. | P. I. annus medius. | Ante Olymp. 1. | Magistratus Att. | Ep. |
|---|---|---|---|---|
| | | | | |

eum annum paulo compensamus aliter. Sume annum Menesthei 22. cui Noster numerum 945 tribuit, hoc numero ex computo *B* instructum esse, et Medontis 13. annum, cuius numerus est 813, definiri ex computo *A*; iam concinunt omnia, Nostrique *Canon* hic erit *a Troia capta ad finem Medontis:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| A. M. (944) | Menesthei | a. 22. | P. I. 3506. |
| 943 | | 23. | 3507. |
| 942 | Demophontis | 1. | 3508. |
| 908 | | 35. | 3542. |
| 907 | Oxyntae | 1. | 3543. |
| 894 | | 14. | 3556. |
| 893 | Aphidantis | 1. | 3557. |
| 892 | Thymoetae | 1. | 3558. |
| 884 | | 9. | 3566. |
| 883 | Melanthi | 1. | 3567. |
| 847 | | 37. | 3603. |
| 846 | Codri | 1. | 3604. |
| 826 | | 21. | 3624. |
| 825 | Medontis | 1. | 3625. |
| 813 | | 13. | 3637. |
| 806 | | 20. | 3644. |

Melanthum vero consentiebant omnes esse ex Messenia ab Heraclidis pulsum et deinceps Atticae regem creatum; et a Troia capta usque ad finem Thymoetae, cui Melanthus successit, anni sunt sexaginta: patet igitur Nostrum annis sexaginta post Ilii excidium reditum Heraclidarum collocasse, quod consentire cum nonnullorum sententia apud Strabonem (XIII. p. 582.) notavit Dodwellus. Ceterum quod Ionicam coloniam Medonte archonte deductam Parius statuit, convenit ei cum vetusta fama, quae Medontis et Nelei dissidium ei coloniae deducendae originem fuisse tradiderat; rem qui in Acastum distulerunt, non initium Ioniae conditae, sed stabilitam iam et quodammodo perfectam novam rempublicam spectabant.

Huc deducta re absolvam simul reliquam archontum perpetuorum chronologiam. Et primum Creon, qui primus est archon annuus, a Nostro quoque, ut ab optimis auctoribus, videtur anno Olymp. 24, 2. archon datus esse (Introd. 4.), anno Marmoris 420 *B*, hoc est 419. P. I. 4031. Ad quem a Medontis anno 20. Eusebio sunt anni 367: Medontis enim annus 20. Eusebio est n. DCCCCLXVII. a. P. I. 3664. Nostro vero anni sunt 387, viginti plures quam Eusebio: id quod consequens est differentiae annorum 26 superius inventae, ex qua usque ad Medontem sex sustulimus annos. Sed Eusebius Charopis archontis primi decennalis primum annum collocat in Olymp. 6, 4. Dionysius, cuius summa in hac re fides est, in Olymp. 7, 1. Hunc eo, quem Introd. 4. dixi, modo secuti Canonem Eusebii ita emendamus, ut aut Hippomeni novem anni tribuantur pro decem, aut ob mutatum interim anni Attici cardinem uni ex Charopis successoribus, exempli causa huic ipsi Hippomeni, anni novem et semestre adscribantur. Posterius ubi statueris, anni ante mutatum cardinem omnes sex mensibus superiores sumendi sunt: primus igitur Charopis annus proprie ab anno medio Olymp. 6, 4. computandus erit, sed tamen cum Dionysio signandus numero Olymp. 7, 1. Unde iam sequetur, ut Aeschyli archontis, in quem Olymp. 1. incidit, non cum Eusebio tertio, sed secundo anno tribuatur annus Olymp. 1, 1. P. I. 3938. Ita vero constituta re patet ab Aeschyli anno primo, P. I. 3937. ad Medontis annum 20. P. I. 3644. Nostro esse annos 293: modo ut Parius tot annos singulis inde ab Aeschylo archontibus tribuerit, quot Eusebius, prout hunc corrigimus ad mentem Dionysii; id quod verisimillimum est, partim quod sub Olympiadum initia chronologia certior fit, partim quod ep. 31. annus Aeschyli 21. nominatus est, conveniens is Eusebiano Canoni, qui Aeschylo 23 tribuit annos, partim quod inde ab Aeschylo nulla in chronographis annorum, qui singulis imperiis tribuuntur, varietas deprehenditur, si a coniectura nostra de Hippomene discesseris. At ex Eusebii Canone vulgari necdum ad Dionysii mentem correcto Aeschyli annus 1. est n. MCCXXXIX. P. I. a. 3936. unde ad Medontis a. 20. Eusebianum, P. I. 3664. sunt anni 272, viginti et unus minus quam Nostro. Itaque Noster archontibus inter Medontem et Aeschylum interiectis unum et viginti annos plus tribuit quam Eusebius; certe si, quod sumere licet, in Medontis annorum numero consentiebat uterque. Et ex Eusebii quidem Canone illorum archontum anni hi sunt:

| | | |
|---|---|---|
| Acasti | a. 1. | P. I. 3665. |
| | 36. | 3700. |
| Archippi | 1. | 3701. |
| | 19. | 3719. |
| Thersippi | 1. | 3720. |
| | 41. | 3760. |
| Phorbantis | 1. | 3761. |
| | 31. | 3791. |
| Megaclis | 1. | 3792. |
| | 30. | 3821. |

| Ann. Marm. | P. I. annus medius. | Ante Olymp. 1. | Magistratus Att. | Ep. |
|---|---|---|---|---|
| | | | | |

| | | |
|---|---|---|
| Diogneti | a. 1. | P. I. 3822. |
| | 28. | 3849. |
| Phereclis | 1. | 3850. |
| | 19. | 3868. |
| Ariphronis | 1. | 3869. |
| | 20. | 3888. |
| Thespiei | 1. | 3889. |
| | 27. | 3915. |
| Agamestoris | 1. | 3916. |
| | 20. | 3935. |

Inter hos igitur archontes dividendi anni illi 21 sunt. Qua in re plus quam Larcherus, qui arbitrarios numeros substituit, ante hunc iam praestitit Dodwellus; cuius viae ut aliquatenus insistimus, quod sicut ille Barbari et Africani et Eusebianorum variorum locorum numeros singulis archontibus tributos in usum vocamus, tamen ab hoc quoque multum nobis discedendum est. Et certe ille minus effecit quam effecturi sumus, quum Archippo coactus fuerit sine auctore annos 15 tribuere, nos vero non simus quidquam eiusmodi admissuri. Etiam minus praestitisse Lydiatus censendus est, quod eius commenta p. 265. posita falsae de Neleo coniecturae adaptata sunt. Sed ut ad rem accedam, illa annorum 21 divisio sic debet institui, ut Marmoris a. 631. incidat in *Phereclem*, cuius nomen proditur terminatione - - ους ep. 30. et annus 643. ep. 29. in *Diognetum*, numeris aut ex computo *B* aut ex computo *A* intellectis; licet enim utrumque: et quum in Marmore nec Phereclis nec Diogneti certus annus designatus sit, omnino non interest, utri rationi velis accommodare calculos, nisi ratio singularis accedat. Numeri vero illis archontibus a Canone Eusebii discrepantes tribuuntur hi:

*Acasto* anni 35 ap. Euseb. Chron. Gr. p. 35. Tzetz. Prolegg. in Hesiod. p. 14. Gaisf. (barb. Exc. XXXVIV.)
*Archippo* anni 40 in Exc. barb.
*Thersippo* anni 19 ap. Euseb. Chron. Gr. p. 37. (operarum vitio opinor), 23 in Exc. barb.
*Phorbanti* anni 30 in Chron. Gr. Euseb. p. 37. et in Chron. Armen. p. 137. Mai. sed 33 in Exc. barb.
*Megacli* anni 28 in iisdem Chronici exemplis et Excerptis.
*Diogneto* anni 25 in Chron. Gr. Euseb. p. 37.
*Pherecli* anni 15 in Exc. barb.
*Ariphroni* anni 31 ap. Euseb. Chron. Gr. p. 37. ex Africano, 30 in Exc. barb.
*Thespieo* anni 40 in Exc. barb. et 7 in Chron. Armen. p. 137. vitio librarii.
*Agamestori* anni 17 in Euseb. Chron. Gr. p. 28. 38. et in Chron. Armen. p. 137. κατὰ δὲ ἄλλους ap. Euseb. anni 40, sed anni 26 in barb. Exc.

Iam hinc sumendi qui quadrent numeri. In *Acasto* nihil muto (ubi numerus Excerptorum XXXVIV videtur esse XXXVI, ut in Eusebii Canone), neque in *Archippo*, cuius numerus 40 in Exc. scriptus non potest ulla ratione ferri; in ceteris Excerpta, quae etiam inter annum Troiae captae et Medontis finem sequenda esse docuimus, sequor uno loco excepto. Hinc *Thersippo* dedi annos 23, *Phorbanti* 33, *Megacli* 28 ut Euseb. concinentibus Excerptis, *Diogneto* 28 ut Euseb. Can. et Exc. *Pherecli* 15, *Ariphroni* 30, *Thespieo* 40; in solo *Agamestore*, ut calculi concinerent, dedi 40 κατὰ ἄλλους, ut ait Euseb. Sic *Canon* conficitur hic, in quo nihil sine auctore sumptum, *ab Acasti initio usque ad Aeschylum, et deinceps usque ad Creontem:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| A. M. 805 | Acasti | a. 1. | P. I. 3645. |
| 770 | | 36. | 3680. |
| 769 | Archippi | 1. | 3681. |
| 751 | | 19. | 3699. |
| 750 | Thersippi | 1. | 3700. |
| 728 | | 23. | 3722. |
| 727 | Phorbantis | 1. | 3723 |
| 695 | | 33. | 3755. |
| 694 | Megaclis | 1. | 3756. |
| 667 | | 28. | 3783. |
| 666 | Diogneti | 1. | 3784. |
| 639 | | 28. | 3811. |
| 638 | Phereclis | 1. | 3812. |
| 624 | | 15. | 3826. |
| 623 | Ariphronis | 1. | 3827. |
| 594 | | 30. | 3856. |
| 593 | Thespiei | 1. | 3857. |
| 554 | | 40. | 3896. |
| 553 | Agamestoris | 1. | 3897. |
| 514 | | 40. | 3936. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| A. M. 513 | Aeschyli | a. 1. | P. I. 3937. | | |
| 512 | | 2. | 3938. | Olymp. 1, 1. |
| 493 | | 21. | 3957. | 5, 4. |
| 491 | | 23. | 3959. | 6, 2. |
| 490 | Alcmaeonis | 1. | 3960. | 6, 3. |
| 489 | | 2. | 3961. | 6, 4. |
| 488 | Charopis | 1. | 3962. | 7, 1. |
| 479 | | 10. | 3971. | 9, 2. |
| 478 | Aesimidae | 1. | 3972. | 9, 3. |
| 469 | | 10. | 3981. | 11, 4. |
| 468 | Clidici | 1. | 3982. | 12, 1. |
| 459 | | 10. | 3991. | 14, 2. |
| 458 | Hippomenis | 1. | 3992. | 14, 3. |
| 450 | | 9 (9½). | 4000. | 16, 3. |
| 449 | Leocratis | 1. | 4001. | 16, 4. |
| 440 | | 10. | 4010. | 19, 1. |
| 439 | Apsandri | 1. | 4011. | 19, 2. |
| 430 | | 10. | 4020. | 21, 3. |
| 429 | Eryxiae | 1. | 4021. | 21, 4. |
| 420 | | 10. | 4030. | 24, 1. |
| (419) | Creontis | | 4031. | 24, 2. |

Quibus perfectis patet, epocham 28, annum Marmoris 67[3], incidere in Megaclis a. 22; et epocham 29, annum Marmoris 643, in Diogneti a. 24. vel si, quod singulari de causa suo loco dicenda praefero, numerus 643 ex computo *B* accipitur (642), in eiusdem annum 25; postremo epocham 30, annum Marmoris 631, in Phereclis annum 8.

| *Ann. Marm.* | *P.I. annus medius.* | *Ante Olymp. 1.* | *Magistratus Att.* | *Ep.* |
|---|---|---|---|---|
| 67[3] | 3777 | 161 | [Megaclis] archontis [a. 22.] | 28. |

Hesiodus claruit.

De archonte vide ad ep. 27. In lacuna dedi III; sic Hesiodus distat ab Ionica colonia numero rotundo annorum 140, et ab Homero annis 30 (sumpto in Homero numero 643 qui in lapide scriptus, non nostro 642). Homero antiquiorem Hesiodum statuerunt potissimum Ephorus genealogias Cumaeas quasdam secutus (Fragm. Marx. p. 267-269.) et Attius poeta, sive males cum Osanno (Anal. crit. p. 63.) Ateium philologum ap. Gell. III, 11. Archippi archontis initio Hesiodum, eiusdem fine Homerum posuerunt, qui Hesiodum Homero antiquiorem statuebant, ut refert Tzetzes Prolegg. in Hesiod. p. 14. Gaisf.

| *Ann. Marm.* | *P.I. annus medius.* | *Ante Olymp. 1.* | *Magistratus Att.* | *Ep.* |
|---|---|---|---|---|
| 643 (642) | 3808 | 130 | Diogneti archontis [a. 25.] | 29. |

Homerus claruit.

De Homeri aetate multi multa et diversissima collegerunt, ut Lil. Gyraldus de poetis dial. II. Ios. Scaliger in sua Συναγωγῇ p. 377. Kuster. Hist. crit. Hom. I, 2. Vellem Pausanias, qui epicae poesis imprimis peritus fuit, sententiam suam de Hesiodi et Homeri aetate non reticuisset metu obtrectationis quum aliorum tum epicorum eius aetatis poetarum (IX, 30, 2.). Nunc inter veteres princeps locus est Tatiani adv. gent. p. 166. c. 49. excerptus a Clem. Strom. I. p. 326 sq. et Euseb. Praep. evang. X, 11. ubi priorum Graecorum referuntur sententiae: nobis enumerandi ii, qui ad calculos Parii propius accedunt. Igitur Porphyrius in φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ ap. Suid. v. Ὅμηρος, Troiam captam dicens annis 407 (υζ, ita enim Mss. pro υξ) ante Olymp. 1., Homerum, ni fallor, non natum esse, ut ex Suida collegeris, sed floruisse statuit anno post Troica 275; dein paulo differentem ponit numerum 130 annorum ante Olymp. 1., qui idem est ac Nostri numerus ex computo *B* sumptus; quare hac numerum ratione definii, quum omnino probabile sit Nostrum retro computatam ex illo termino epocham sumpsisse ex auctore aliquo, quem etiam Porphyrius secutus sit. Solinus Polyh. c. 43. Homerum *defunctum* refert post Troica a. 272. hoc est ex Canone Eratosthenis P. I. a. 3802. Hic est Nepotis calculus ap. Gell. XVII, 21. ex quo Homerus ponitur annis plus quam 160 (aliae edd. 140) ante u. c. hoc est ante Olymp. 1. annis 136, P. I. a. 3802. Hoc fere tenent Romanorum plurimi, etiam Cicero Rep. II, 10. qui ab Olymp. 1. ad Homerum computat circiter annos 138, ita ut Homeri fini vel senio assignes annum P. I. 3800: in quo Cicero Eratostheneam secutus est Lycurgi epocham (a. 108. ante Olymp. 1.). Non dubito, quin Romani Apollodorum auctorem habuerint: nam Apollodorus (apud Tatian. etc.) Homerum *florentem* posuit post Iliaca a. 240. P. I. a. 3770. (non ut apud Hieronym. Can. p. 97. legitur, a. post Iliaca CCLX.). In Eusebianis inter varia alia (Hieronym. Can. p. 97. 101. 106. Euseb. Chron. p. 36. Can. p. 132. 135. 136.) Homerus apponitur n. MCI. Canonis, P. I. a. 3798. Megaclis archontis a. 7. Addit Hieronymus haec se in Latina historia scripta ad verbum repperisse: „Agrippa apud Latinos regnante Homerus poeta in Graecia claruit, ut testatur Apollodorus grammaticus et Euphorbus (*Ephorus* ex corr. Scalig.) historicus, ante urbem conditam annis CXXIV. et ut ait Cornelius Nepos ante Olympiadem primam annis C." Agrippae regnum ponitur P. I. a. 3799-3833. n. Euseb. MCII sqq. quod non magnopere convenit Apollodori calculis de Homeri florentis aetate, ac proinde nec Nepotis, sed ab anno 100. ante Olymp. 1. non multum discrepat, qui est

| Ann. Marm. | P.I. annus medius. | Ante Olymp. 1. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | P. I. 3838. Coniiciam igitur hunc numerum ex Ephoro esse a Nepote notatum, ita ut Ephorus Homerum recentiorem non plus annis 30 quam Noster posuerit: nam quod Apollodorum et Ephorum in Homeri aetate consensisse censet Marx. Fragm. Eph. p. 80. id sine causa sumptum est. Sosibius vero Laco Homerum 90 annis ante Olymp. 1. posuit (quidam vel 57 annis ante Olymp. 1. nisi numerus ap. Suid. corruptus). Herodotus (II, 53.) Homerum et Hesiodum quadringentis suam aetatem annis superare putat: hinc florem Homeri non priorem indicarit anno 64. ante Olympiades, quamquam Vita Homeri Herodoto tributa Homerum natum statuit fere 326 annis ante Olymp. 1. |
| 631 | 3819 | 119 | [Pherecl]is archontis [a. 8.] | 30. | Phido Argivus rex, undecimus ab Hercule, mensuras mutat et Aeginae argentum signat.<br>De archonte vide ad ep. 27. Phido Nostro ab Hercule undecimus est; Hercules ep. 18. certo scriptus est anno Marmoris circiter 1038: aetates hinc undecim sunt sane largius computatae. Etiam Africanus ap. Euseb. Chron. Gr. p. 45. Caranum fratrem Phidonis undecimum ab Hercule, septimum a Temeno dicit. Sed Ephoro Phidon est decimus a Temeno, ac proinde ab Hercule decimus quartus (Strab. VIII. p. 547.); Velleius I, 6. Caranum ab Hercule sextum decimum facit. Eusebianus Canon Phidonem ponit n. MCCXVII. P. I. a. 3914. Thespiei archontis a. 26. annis 24 ante Olymp. 1. Vera eius aetas est circa Olymp. 3-12. (Müller. Aeginet. p. 63.) |
| | | Olymp. | | | |
| [493] | 3957 | 5, 4. | Aeschyli archontis a. 21. | 31. | Archias Corinthius, decimus a Temeno, condit Syracusas.<br>De annorum computo vide ad ep. 27. Nos dedimus Olymp. 5, 4. et numerum 493, ut Seldenus; Dodw. Prid. Olymp. 5, 3. et numerum 494. (Marsh. Olymp. 2, 4. falsissime). Decimus a Temeno est decimus quartus ab Hercule, quem ep. 18. vidimus circa annum Marmoris 1038: aetates igitur hic quoque largius computantur. Idem reperies ubi a Temeno computabis, qui ut Melantho aetate compar Nostro debuit circa ann. Marm. $\frac{884}{883}$ poni (vide ad ep. 27.). Syracusas conditas Canon Eusebianus Hieronymi in Olymp. 11, 4. refert: hunc sequitur Dodwellus Annal. Thuc. et rationibus his accommodat quae Thucydides VI, 3. 4. de aliarum Siciliae civitatum annis natalibus tradidit; nec multum a Dodwello discessi Explicatt. Pind. p. 115. Sed Müllerus Dor. T. II. p. 487. 504. non futili argumentatione plus in hac re Pario tribuit, ut Thucydidis ad mentem propius accedenti: et Chronici Nostri calculis congruit Diodorus XIII, 59. Nam Selinuntem ex Diodori narratione debemus annis 242 ante Olymp. 92, 4. ac proinde Olymp. 32, 2. conditam statuere; Selinus autem Thucydide teste annis centum post Hyblaea Megara condita est: Megara igitur Olymp. 7, 2. condita sunt secundum haec data; eaque non multo post Syracusas esse condita patet ex Thucydide, non tamen liquet quot annis, nisi quod annis minimum quinque. Nam Megara condita post Trotilum, qui locus quinto post Syracusas anno conditus est. Tamen cum istis calculis non concinit Thucydides: nam Megarenses a Gelone Syracusarum tyranno expulsos esse tradit annis 245 post suam urbem conditam: ut proinde, quum Gelo circa Olymp. 74, 2. Megara diruerit (Müller. Dor. T. I. p. 122.), Megara Thucydides statuerit Olymp. 13, 1. condita. Ab hoc anno ad Eusebianam epocham Syracusarum conditarum sunt quinque anni. Sed ex Thucydidis mente plus temporis inter conditas Syracusas et Megara intercessisse videri, recte monet Müllerus, Parii ideo rationes praeferens; quamquam pro Eusebio militat Clintonus Fast. Hell. p. 265. Mitto Scymnum et alia quae collegit Göller. de Syracus. p. 6. |
| 420 (419) | 4031 | 24, 2. | [Creonte archonte] | 32. | Athenis coeperunt annui archontes.<br>Vide Introd. 4. |
| 418 (417) | 4033 | 24, 4. | [T]l[e]sia archonte | 33. | - - - - - - - - -<br>Vide Introd. 4. |
| 381 | 4069 / 4070 | 33, 4. / 34, 1. | Dropi[de] archonte | 34. | Terpander nomos docuit et musicen veterem mutavit.<br>Eusebio Terpander floret Olymp. 33, 2. Reliqua persequitur Plehn. Lesb. p. 143 sqq. Cum Nostro consentiunt fere Hellanicus Lesbius et Phanias Eresius, qui Lesche et Archilocho recentiorem statuit Terpandrum (Clem. Strom. I. p. 333. A. Col.): sed Glaucus Reginus ap. Plutarch. Mus. 4. Archilocho vetustiorem fecit; alii etiam cum Lycurgo Spartano composuerunt. Archon quum aliunde non notus sit, annus Olympicus pro computo *A* vel *B* alius sumi potest. |
| [34]1 | 4109 | 43, 4. | Aristocle archonte | 35. | Alyattes in Lydia regnare coepit.<br>Numerum 341 a Seld. repositum ea quae supersunt ΔΔΔΙ probabilem reddunt, et convenit ep. 41. ubi Croesus notatur, haud dubie is quoque, ut Alyattes, tum incipiens. Alyatti enim non potuit Noster cum Herodoto (I, 25.) annos 57 tribuere, quod sic conciliari numeri nequeunt: cui quum alii annos 49 tribuerint (Euseb. et Exc. barb.), sumpto hoc numero iam pro ep. 35. ex ep. 41. numerus 341 |

| *Ann. Marm.* | *P.I. annus medius.* | *Olymp.* | *Magistratus Att.* | *Ep.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | colligitur, non 331 nec 381: similes autem reliquos lectio tradita excludit. Alyattis initium Eusebio Olymp. 42, 2. (vel 42, 4. ap. Mai.), Barbaro p. 78. Olymp. 43, 1. Plura vide ap. Corsin. F. A. T. III. p. 66. Archon aliunde non notus: sed vide Introd. 4. |
| 340-332, vel 328 (327) | 4110-4118, vel 4123 | 44, 1.-46, 1. vel 47, 2. | Critia I. archonte | 36. | Sappho Mytilenis in Siciliam fugit.<br>Sapphonis non fugam sed florem Canon Hieronymi ex edit. Scalig. ad Olymp. 44. Eusebius ab Armenio versus ad Olymp. 46. annotant. Canonis hanc notam ad a. 12. Alyattis transferens Prid. hoc loco dedit annum Olymp. 46, 3. Sed nihili est universa argumentatio, et Olymp. 46, 3. constat Solonem archontem fuisse. Quare Chandl. voluit Olymp. 47, 1. opinor, nempe annum 328. Numerus est unus ex 340-328 (327), ab Olymp. 44, 1 - 47, 2. Sed Olymp. 46, 2. 3. 4. Philombrotus, Solon, Dropides archontes sunt, et Eucrates videtur potius Olymp. 47, 1. quam 2. ponendus, ut fecit Corsinus. Relinquuntur igitur anni, quos apposui, ex quibus Corsinus F. A. T. III. p. 40. sine causa elegit Olymp. 46, 1. |
| 327 (326) | 4124 | 47, 3. | Simone archonte | 37. | Amphictyones Cirrha capta Pythium certamen pecuniarium edunt.<br>Vide Introd. 4. et cf. Corsin. F. A. T. III. p. 80. Archon Scholiastae Pindari male audit Simonides. Pausanias non agnoscit hanc Pythiadem, sed ludos pecuniarios reponit Olymp. 48, 3. et deinceps coronarios ut Noster Olymp. 49, 3. Ab hac autem coronarii certaminis epocha Olymp. 49, 3. Eusebius et Scholiastes Pindari Pythiades computant: sed ad Pindarum Explicatt. p. 205 sqq. adversus Scaligerum, Dodwellum, Corsinum docui apertissime, ipsos Pythionicarum catalogos, quibus usus Scholiastes vel eius auctor est, Pythiadem Olymp. 49, 3. actam numerasse secundam, ac proinde primam, si modo hanc ut Pausanias penteteridem fuisse statuebant, posuisse Olymp. 48, 3. Etiam Ios. Scaliger in Eusebianis ab Olymp. 48, 3. sumpsit Pythiadum numeros; v. ἱστοριῶν συναγωγὴν sub Olymp. 48, 3. et Nott. ad Euseb. n. MCDXXXV. sed in opere de Emendatione temporum, ubi Scholiis Pindari innititur, ex Olymp. 49, 3. eas deducit, non videns quid turbaverit ille Scholiastes. At Noster chronographus certe aliquatenus cum Pausania et Pythionicarum catalogis conciliari et potest et debet. Nam Nostro quoque Pythias secunda est Olymp. 49, 3. prima tamen illi fuit Olymp. 47, 3. quod eam ennaëteridem statuebat, absolutis demum octo annis repetitam, quum Pausanias penteteridem fuisse statuerit: sic eodem deinceps ordine et numero, quo Pausanias et Pythionicarum catalogi, dinumerare Pythiades debebat. |
| 318 | 4132 | 49, 3. | Damasia II. archonte | 38. | Coronarium Pythiorum certamen institutum.<br>De anno Olympico vide Introd. 4. et Explicatt. Pind. p. 206 sq. ubi Corsinum F. A. T. III. p. 83. refutavi, qui annum posuit Olymp. 48, $\frac{3}{4}$. Chandlerus tamen ad Corsini mentem corrupto numero pro 318, qui unice verus et in Marmore scriptus est, reposuit 322. |
| 317-298 | 4133 - $\frac{4152}{4153}$ | 49, 4 - 54, $\frac{3}{4}$. | - - - - - | 39. | Comoedia in Attica apud Icarienses a Susarione inventa.<br>Corsino F. A. T. III. p. 88. sine causa placet a. Olymp. 50, 1. |
| 297 | $\frac{4153}{4154}$ | $\frac{54, 4.}{55, 1.}$ | C[omi]a archonte | 40. | Pisistratus tyrannidem occupat.<br>Annus inter computum *A* et *B* ambiguus: quare eandem anni Olympici notam dedi quam Corsinus T. III. p. 94. etsi alia significatione. Corsinus enim illa nota intelligit solum integrum annum Iulianum 4154. non ego (vide Introd. 6. et 7.); mihi enim haec nota hoc significat, annum Olympicum aut qui P. I. a. 4153. aut qui P. I. a. 4154. coeperit intelligendum esse. Corsini rationem probat Schultzius Spec. Appar. ad Annal. critt. (1826. 4.) p. 40. ab initio Pisistrati enim ad expulsos Pisistratidas annos effluxisse quinquaginta (Aristot. Polit. V, 9, 23. Schn. et Eratosth. ap. Schol. Ar. Vesp. 522.), et expulsos esse Pisistratidas Olymp. 67, $\frac{2}{3}$. (Thuc. VI, 59.). At haec manent integra, ubi ex anno vulgari Attico ab Olymp. 54, 4. ad Olymp. 67, 2. computes, quo pulsi Pisistratidae (cf. nott. critt. ad ep. 45.). Proinde, si ep. 45. quae numerum habet 248, ad Olymp. 67, 2. referetur, quo facto 248 ex computo *B* erit pro 247; ep. 40. numerus 297 poterit ad Olymp. 54, 4. ex computo *A* referri; ut ab altera epocha ad alteram exacte sint anni quinquaginta. Sed si Noster annos non prorsus plenos sumpserit, epocha 40. potest etiam ex computo *B* ad Olymp. 55, 1. referri. Quare, ut dixi, rem in ambiguo relinquo. |
| [29]2 | 4158 | 56, 1. | [Euth]ydemo archonte | 41. | Croesus Delphos mittit oraculum consulturus.<br>De numero dubitari nequit; archontem cur in Olymp. 56, 1. posuerim, vide in Introd. 4. et cf. Corsin. F. A. T. III. p. 103 sqq. Annus ex more Nostri debet Croesi primus iudicari (cf. nott. critt.); ad quam rationem solam etiam ep. 35. commode restitui potuit. Scio celebres Croesi ad Apollinem legationes tantum triennio ante eius cladem missas esse; verum Aesopi ista legatio multis involuta fabulis, de qua agi mihi videtur, potuit multo prius poni. Barbarus epocham Croesi triennio |

| Ann. Marm. | P.I. annus medius. | Olymp. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | superiorem habet (vide ad ep. 35.). Eusebiana Scaligeri Croesi initium assignant Olymp. 54, 3. Maii Armeniaca Olymp. 55, 1. finem regni eius Olymp. 58, 1. et 3. Sic illius regno cum Barbaro tribuunt annos 15, quibuscum Nostrum facere consentaneum est (Herodotus I, 86. Croesi regno dat annos 14 et dies 14). Quare Noster Croesi regnum finiverit Olymp. 59, 3. Sosicrates ap. Diog. L. I, 95. Periandrum dixit ante Olymp. 49. obisse, quo videtur Olymp. 48, 4. extr. significare, annis vero 41 ante Croesum (nimirum imperio exutum); ex quo Croesi casum assignes Olymp. 59, 1. extr. vel 59, 2. init. Quo minus neges Nostrum ita statuisse, ut puto: quamquam eius rationem falsam esse facile largior. Clintonus Croesi regnum fere ab Olymp. 55, 1. ad Olymp. 58, 3. Volneius ab Olymp. 52, 2. ad Olymp. 55, 4. Vömelius in Exercitatione chronologica de aetate Solonis et Croesi ab Olymp. 53, 2. ad Olymp. 56, 4. figit. Hic simul Marmoris epochas 35. et 41. suis rationibus accommodat numero epochae 35. corrigendo. Ceterum hanc commentationem post impressam demum superiorem plagulam accepi. |
| [278] | 4172 | 59, 3. | - - - - - | 42. | Cyrus capit Sardes et Croesum; floret Hipponax. <br> Vide ad ep. 41. et nott. critt. Corsinus T. III. p. 113. refert ad Olymp. 59, $\frac{2}{3}$. |
| 272-270 | 4178-4180 | 61, 1-3. | - - naeo I. archonte | 43. | Thespis tragicus primum docet. <br> Numerus, ex quo HHΓ superest, incidit inter 278 et 256: Suidas vero quum Thespidem Olymp. 61. docuisse tradat, Seldenus non refragante, ut ait, lacuna dedit 273, Lyd. Prid. Cors. (F. A. T. III. p. 115.) 272; Marsh. falso 280. Consistendum sane in Olymp. 61. eiusque tribus prioribus annis; quarto enim Heraclides archon. |
| 25[6] | 4194 | 65, 1. | - - - - - | 44. | Darius Hystaspis f. regno potitur caeso Mago. <br> Eusebius ponit Olymp. 64, 4. P. I. a. 4193. et in Praep. evang. et in Canon. edit. Scalig. secundum Maium vero Olymp. 65, 1. Canon regum apud Ptolemaeum et huic accommodata eiusdem astronomi duo data, cum Canone consentientia, docent doctos, quorum disquisitionibus Canon ille nititur, primum annum Darii, hoc est eum, quo currente imperium auspicatus est, posuisse a. ab epocha Nabonassaris 227. qui coepit 1. Ianuar. a. P. I. 4193. Cf. Scalig. Emend. temp. V. p. 379. Petav. Doctr. temp. X, 18. Rat. temp. III, 10. Omisit quidem Canon octo prope menses ex Herodoti fide (III, 68.) Smerdi tribuendos, quod ex integris annis regna comparat; sed cave hos putes cum Prid. in Canone regum esse Dario adiectos, ita ut verum eius initium in annum P. I. 4194. differri queat; nam quum Darius non ordinaria successione ad regnum pervenerit, non potuere in actis publicis isti menses, qui post obitum Cambysis sub Mago effluxere, novi principis imperio addi; ex actis publicis autem Canonis annos constitutos esse non mihi dubium est, ex quo inscriptionem Trallianam vidi, in qua septimus annus Artaxerxis prorsus eo modo praescriptus est quo in documentis Aegyptiacis anni Ptolemaeorum. Atque insuper manifestum est, eos menses, qui fuere septem et aliquantum supra, annumerari Cambysi, cuius regnum non explevit nisi annos 7 et menses 5. Sic iudicaverunt etiam Petavius ac Dodwellus (Ann. Thuc.) et nuperrime Clintonus Fast. Hell. p. 312. Sed numerus 253, qui ex lapide affertur, est P. I. 4197. Hunc tuens Lyd. ex Othone Frisingensi (II, 16.) Magis illis duobus tres annos et septem menses tribuit: quod commentum refutavit Freretus p. 173. 176 sqq. pensitans simul alia data, quae non opus est post certissimos fontes, Herodotum et Canonem regum, examinare hoc loco. Neque ad Aeschyli versum Pers. 775. sive genuinum seu subditicium, ubi Μάραφις et Ἀρταφρένης inter Magum et Darium Hystaspis f. reges memorantur, provocare tutum est: etiamsi enim illi regnarint, non tamen probabile est diu eos regnasse. Igitur recipienda visa est coniectura Prideauxii, III esse in ΓI mutandum, ut annus sit 256: quam probarunt etiam Bentleius Opusc. p. 290. Corsinus F. A. T. III. p. 122. Chandl. quoque hoc dedit in minusculis, licet in primitivo textu retinuerit III: haud dubie in lapide iam nihil agnosci potuit. Sic uno anno aberravit Noster. |
| 248 (247) | 4203 | 67, 2. | - - - - - | 45. | Hipparcho Pisistrati f. interfecto ab Harmodio et Aristogitone, eiiciuntur Pisistratidae. <br> Numerus refertur ad eiectos Pisistratidas; Hipparchus caesus Olymp. 66, 3. Vide nott. Quoniam vero exactio Pisistratidarum competit anno Olymp. 67, 2. extremo, numerus 248 est pro 247, ex computo *B*. At Corsinus F. A. T. III. p. 126. censuit Nostrum elegisse annum inter utramque rem actam medium (eumque Iulianum), Olymp. $\frac{66,4.}{67,1.}$, quod absurdum est. Sequitur autem, si fides impressis, annum 247: sed per hunc nullo modo ad illum perveneris annum Iulianum. Sume igitur Corsinum voluisse numerum in lapide scriptum 248: debebat nihilominus hunc quoque ad Olymp. 67, $\frac{1}{2}$. referre, sed respectu prioris semestris, qui incidit in Olymp. 67, 1. Nam Nostrum computare Olympicos annos, non negat; sed quo diversitas computi *A* et *B* explicetur, quatenus certo archonti comparetur certus numerus, id tantum ex Corsini rationibus concedendum, ut modo |

| *Ann. Marm.* | *P. I. annus medius.* | *Olymp.* | *Magistratus Att.* | *Ep.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | ex computo *A* ad eum Olympicum annum, cui archon vulgo tribuitur, numerus relatus sit, modo ex computo, qui nobis *B* est, ad Olympicum superiorem, cuius secundo semestri eundem illum archontem fuisse Corsinus sumit. Sic Olymp. 75, 1. vulgo archon Calliades tribuitur; sed ex Corsini ratione refertur ad annum Iulianum 4234. integrum inde ab initio, Olymp. $\frac{74,4}{75,1}$ et eius anni Iuliani priori semestri accommodatus creditur numerus 217 (*B*), hoc est secundo semestri anni Olymp. 74, 4. Ex quibus rationibus simul sequitur, quum Noster Olympicos annos numeret, hunc numerum posse annum etiam integrum Olymp. 74, 4. complecti, sed nullo modo una secundum semestre Olymp. 74, 3. Quae si adaptantur numero 248. patet hunc posse integrum annum Olymp. 67, 1. complecti, at nullo modo annum Iulianum integrum, qui respondeat annis dimidiis Olymp. $\frac{66,4}{67,1}$. |
| 24[4] | 4206 | 68, 1. | [I]sagora archonte | 46. | Hypo[di]cus Chalcidensis vicit choro virorum tum primum instituto.<br>Vide nott. critt. |
| 231 (230) | 4220 | 71, 3. | Pythocrito archonte | 47. | Ne - - Hippiae [f.] Athenis [moritur].<br>Archontes certi sunt Olymp. 71, 2. Philippus, 71, 4. Themistocles; itaque Pythocritus non potest nisi ex computo *B* ad Olymp. 71, 3. referri. |
| 227 (226) | 4224 | 72, 3. | Ph[ae]n[ippo] II. archonte | 48. | Pugna Marathonia, in qua dimicat Aeschylus annos XXXV natus.<br>De anno Olympico hodie satis constat, etsi alium sumpsere Seld. Lyd. Prid. Phaenippum non Gamelione superioris anni, quod statuit Corsinus F. A. T. III. p. 148 sq. sed Hecatombaeone Olymp. 72, 3. magistratum inisse intelliges ex Introd. 3. Pugna Marathonia non, ut Plutarchus refert, Boëdr. VI. sed Metagitnione medio fere, circiter d. XVII. pugnata. Vide Prooem. Ind. lect. Univ. Berol. aestiv. 1816. De Aeschyli aetate vide nott. critt. |
| 225, vel 226 (225) | 4225 | 72, 4. | Aristide archonte | 49. | Simonides aliquis [vincit] Athenis; Darius Hystaspis f. moritur, eique succedit Xerxes.<br>Aristidem constat proximo post Marathoniam pugnam anno Olymp. 72, 4. archontem fuisse (Cors. F. A. T. III. p. 150 sqq. ubi ex more suo dat 72, $\frac{3}{4}$.); alteram eiusdem quae putabatur ἀρχὴν ἐπώνυμον, in qua haesit Corsinus, sustuli in Comm. de archontibus pseudeponymis (Act. Acad. Boruss. a. 1827.). Numerus incertum sitne in Marmore 225 an 226 (vide var. lect.); annus tamen in utraque lectione idem manet, diverso computo, *A* vel *B*. De Simonide vide nott. critt. Xerxes secundum Canonem regum post Darii annos 36, ab anno post epocham Nabonassaris 227. computandos (vide ad ep. 44.), coepit anno eiusdem seriei 263. qui incipit XXIII. Dec. a. P. I. 4228. ita ut Xerxis annus primus comparandus sit anno P. I. 4229. a. Chr. 485. Olymp. 73, $\frac{3}{4}$. Totidem annos Dario tribuens Eusebius Xerxis primum annum ponit Olymp. 73, 4. (Mai. 74, 1.). Etiam Herodotus in numero annorum Darii consentit, eumque docet quinque annis superfuisse pugnae Marathoniae (VII, 1. VII, 4.); et convenit, quod Canon regum Xerxi assignat annos 21, caeso quippe Olymp. 78, 4. Singula accuratius persequitur Clintonus Fast. Hell. p. 313. coll. p. 28. 38. At Ctesias ap. Phot. cod. 72. Dario tantum 31 annos concedit, eumque paulo post Marathoniam pugnam obisse scribit; quem secutus videtur Noster, si de epocha 44. recte statuimus; nam ab Olymp. 65, 1. ad Olymp. 72, 4. totidem colliguntur anni. Hanc rationem iam ante editum Marmor Parium sibi probatam amplexus est Lydiatus ad Marm. p. 270. 223. et in Canonibus chronologicis (Oxon. 1675. 8.); quod fecit ob Septuaginta hebdomades Danielis: „neque enim, ait, paucorum millium animarum salutis aeternae interest, demonstratum habere articulum temporis, quo Messias ille manifestandus erat." Vulgarem Canonis et Eusebii computum firmat Freretus p. 173-193. a quo eatenus tantum discedo, ut quod ille non facit, ep. 44. mutem numerum, sed ep. 49. nihil mutem, dum Freretus eo inclinat, ut censeat in Marmore ep. 49. posse esse III (pro Γ vel ΓI, quae Seld. legit): et hanc coniecturam falso tribuit Prideauxio. Eam non admittit Aristides archon, cuius nomen non potest cum quodam corruptum haberi. |
| 222 (221) | 4229 | 73, 4. | Philocrate archonte | 50. | Aeschylus tragoedia primum vincit, Euripides nascitur; Stesichorus Himeraeus in Graeciam venit.<br>Cf. nott. critt. Olymp. 73, 3. quis archon fuerit, ignoramus; neque aliunde notus archon Olymp. 73, 4. Quare Philocratem ad alterutrum referas annum ex computo *A* vel *B*: praetuli *B*, quod Noster ep. 60. Olymp. 84, 3. Euripidem annos 43, non 44 natum statuit. Ceterum Corsinus T. III. p. 155. Olymp. 73, $\frac{2}{3}$. falso Miltiadem archontem ponit: sumit enim Zanclen hoc anno a Messeniis et Anaxilao occupatam esse, quod archonte Miltiade Olymp. 29, 1. factum statuit Pausanias, erroremque Pausaniae ex archontum homonymia explicat. Sed Pausaniae erroris causa alia est; is enim putavit eam rem statim post bellum secundum Messeniacum actam esse. |

| Ann. Marm. | P.I. annus medius. | Olymp. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 217 (216) | 4234 | 75, 1. | Calliade archonte | 51. | Xerxes Hellespontum ponte iungit et Atho montem perfodit; pugnatur ad Thermopylas et Salaminem.<br>Ut Salaminia pugna, ita Thermopylensis Olymp. 75, 1. pugnata est, illa Boëdr. xx. haec circa Olympia medio fere mense Hecatombaeone acta. Cf. Dodwell. Annal. Thuc. Clinton. Fast. Hell. p. 28. Quae ante haec memorantur res, pertinent ad Olymp. 74, 4. Tamen etiam Eratosthenes Xerxis transitum in Europam fere Olymp. 75, 1. assignavit, quippe qui hinc ad initium belli Peloponnesiaci (Olymp. 87, 1.) numerarit annos 48, et retro ad annum ante Olymp. 1. annos 297. Ceterum deludit lectorem Corsinus F. A. T. II. p. 45. T. III. p. 164. demonstratum a se affirmans Calliadem coepisse medio anno Olymp. 74, 4. Ex Herodoto quidem (VIII, 51.) hoc unum patet, Calliadem fuisse archontem, quum Persae in Atticam pervenissent, hoc est primis mensibus Olymp. 75, 1. De Nostri verbis vero quid statuendum sit, vide Introd. 5. 6. |
| 216 (215) | 4235 | 75, 2. | Xantippo archonte | 52. | Pugna Plataica; Aetnaeus ignis fluit.<br>Pugna Plataica non Boëdr. III. ut vulgo perhibent, sed Metagitn. circiter XXVII. pugnata (vide Comm. de pugna Marathonia Prooem. Catal. Univ. Berol. aestiv. 1816.). Aetnae eruptionem hanc ex fama et numero rotundo Thucydides III, 116. quinquagesimo anno tribuit ante eam, quae verna tempestate Olymp. 88, 3. accidit, igitur anno fere Olymp. 76, ½. Coeperit vero Olymp. 75, 2. et continuata per aliquot annos fuerit; quamquam hoc non probabile videtur Krügero, accuratae doctrinae viro, in Comm. de vita Thucydidis p. 65. Archon modo Xantippus s. Xanthippus, modo Xanthippides dicitur (vide Corsin. et Clinton. In Explicatt. Pind. nostris p. 224. pro *Xanthippo* falso impressum *Archippo*). |
| 215 (214) | 4236 | 75, 3. | Timosthene archonte | 53. | Gelo [Syracusis] potitur tyrannus.<br>Archontis annum debemus Diodoro. Gelo Gelam occupavit Olymp. 72, 2. Syracusas Olymp. 73, 4. Ei successit Hiero Olymp. 75, 3. et decessit Olymp. 78, 2. Haec idoneis argumentis confirmata (Expl. Pind. p. 100 sq.) et Pindaricis carminibus unice convenientia probat etiam Clintonus Fast. Hell. p. 24. 28. 30. 38. coll. p. 627. Pausanias autem confusis temporibus Gelonem dicit Olymp. 72, 2. occupasse Syracusas, quo anno potius Gelam obtinuit; Noster Gelonem Syracusis dicit tum potitum esse, quum re vera defuncto Geloni succederet Hiero, et Hieronis initium distulit in Olymp. 77, 1. (ep. 55.) Haec adeo falsa defendi non possunt codicibus quibusdam Eusebii a Pontaco inspectis, qui Gelonis imperium Syracusis coeptum referunt in Olymp. 75, 2. (cf. Lyd. p. 224. Cors. F. A. T. III. p. 170.). Nec quod popularis imperii institutio Syracusis ab Eusebio ad Olymp. 79, 3. refertur notâ illâ, *Sicilia a populo regebatur*, certissimos evertit calculos, ex quibus ea res ad Olymp. 78, 3. referenda, undecim mensibus post fata Hieronis, expulso Thrasybulo Hieronis fratre (cf. Clinton. p. 38.). Quid quod Aristotele auctore constat Gelonem septem annos praefuisse Syracusis et octavo decessisse? At Nostri rationes, quae Gelonis imperium Syracusis ab Olymp. 75, 3. ad Olymp. 77, 1. deducunt, non aequant hunc numerum, quamvis affirmante Corsino (l. c.). Igitur Lydiatus (p. 223-226. coll. p. 275.) Marmori ita succurrendum statuit, ut Gelo post proelium Himerense dicatur legitimus Syracusarum princeps constitutus esse, quum illi regium acclamaretur nomen (Diod. XI, 26. coll. Aelian. V. H. VI, 11. XIII, 37.). Sed Himerensis pugna pugnata est Olymp. 75, 1. Boëdromione, circa diem Salaminiae, non Olymp. 75, 3. quem in annum Noster Gelonis initium rettulit; et *tyrannidem* Noster nominat Gelonis, non *legitimum principatum*; quem illi delatum esse ultro nego. Tamen Lydiati iter calcare placuit Giberto (p. 78 sq.); et traditum Geloni legitimum principatum, quem Aeliani potissimum auctoritate fulcit, refert in Olymp. 75, 3. quod hoc anno Diodorus (XI, 38.) dicit Γέλωνα ἐπιεικῶς προεστηκέναι τῶν Σικελιωτῶν. Quasi vero Diodorus non addat Gelonem illo anno defunctum esse, ideoque illas ibi Gelonis laudes posuerit. Similiter Gibertus defuncto quidem Geloni statim successisse Hieronem concedit, sed tamen initium principatus eius a Nostro ex alia re quacunque in Olymp. 77, 1. definitum esse sumit, vel ex reconciliatione cum fratre Polyzelo, vel ex huius morte, vel ex victo Thrasydaeo Theronis f. Sed ut taceam, istam cum Polyzelo reconciliationem debere Olymp. $\frac{75, 4.}{76, 1.}$ poni (Expl. Pind. p. 119.), ep. 55. de nulla alia re dicitur, nisi de *Syracusarum tyrannide*, quam Hiero Olymp. 75, 3. non 77, 1. obtinuit. Denique Freretus, subacti alias iudicii vir, ep. 53. et 55. aoristo ἐτυράννευσεν non initium tyrannidis significari vult, sed tempus durantis tyrannidis aliquod, quo *regnabat ut tyrannus*. At neque aoristus durans tempus exprimit, neque intelligas, cur epocha ἀφ' οὗ sumpta esse possit ab alio termino quam ab initio. Noster autem, sive praesenti, ut βασιλεύει, sive imperfecto ἐβασίλευε, sive aoristo usus est, numquam non designat initium imperii; et omnia haec promiscue tempora dedit, prout ea ad fidem certiorum exemplorum quoque reposui loco. Ἐτυράννησε p. τυραννεῖν ἤρξατο habet etiam Xenophon Hell. II, 2. extr. |

| Ann. Marm. | P.I. annus medius. | Olymp. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 21[3] | 4237 | 75, 4. | [A]dimanto archonte | 54. | Simonides Leoprepis f. vicit Athenis; Harmodii et Aristogitonis statuae collocatae.<br><br>De archonte constat ex Diodoro. Numerus ex computo *A* est 213: in Marmore tamen fortasse fuerit 214 ex computo *B*. De statuis Harmodii et Aristogitonis dixi in nott. critt. quibus iam impressis quum afferrentur schedae Pittaci Atheniensis, repperi in his initium tituli in marmore positi, qui repositis, quas Antenor fecerat, statuis subscriptus erat:<br><br>ΑΝΤΙΝΩΡΕΥΦΡΑΝΩΡΟΣ<br>ΕΓΟΙΗΣΕΝΤΟΝΔΕΑΡΜΟΔΙΟΥ<br>ΚΑΙΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΩΝΟΣ<br><br>Ἀντ[ή]νωρ Εὐφράν[ο]ρος ἐποίησεν τόνδε Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτ[ο]νος.<br><br>Ad τόνδε an est ἀνδριάντα supplendum? Quidni igitur dictum τώδε? Sed omnino illae schedae satis incertas lectiones praebere solent; nec medelam reperio idoneam. Statuas has vel Alexandrum vel Antiochum remisisse ex Perside in Nott. dixi, non opus esse arbitratus, ut Valerii Maximi (II, 10. ext. 1.) dissensum notarem, qui eam rem Seleuco tribuit. Quippe ibi non de Antenoris statuis agendum de industria erat; nunc et istud addo, quamquam a Siebelisio ad Pausan. I, 8, 5. recte explosum, et Plinium H. N. XXXIV, 19, 10. annoto nescio suo an librarii errore Antenoris statuas confundere cum Praxiteleis. Antenorem esse Euphranoris filium ex hoc demum titulo comperimus; ex eadem fortasse familia est Euphranor statuarius et pictor nobilissimus. |
| 208 | 4242 | 77, 1. | Ch[ar]ete archonte | 55. | Hiero Syracusarum tyrannidem obtinet; cuius aetate vixit Epicharmus poeta.<br><br>De archonte constat ex Diodoro et Dionysio Halicarnassensi; cf. Cors. F. A. T. III. p. 177 sq. A Palmerio inde plurimi annum voluerunt 209 reponi; sed 208 verus est ex computo *A*. Errorem auctoris in constituenda Hieronis epocha commissum demonstravi ad ep. 53. |
| 206 (205) | 4245 | 77, 4. | Apsephione archonte | 56. | Sophocles Sophilli f. Colonensis primum vicit annos XXVIII natus.<br><br>Minus accurate Eusebianus Canon Graecus et Latinus refert ad Olymp. 77, ½. In archonte Olympici, quem dedimus, anni magnam difficultatem reppererunt chronologi, maxime Dodwellus et Corsinus. Nam praeter hunc, quem lapis offert, ex Diogene Laertio potissimum anno Olymp. 77, 4. vindicandum, visus est *Phaedon* eidem tribuendus anno esse. Sed hunc praeclare removit Clintonus. Primum ex Diod. XI, 63. huc revocabatur Phaedon: sed ibi legitur in libris Φαίωνος, hoc est Ἀφε[ψ]ίωνος, ut Bentleius Opusc. p. 308. statuebat, aut potius Ἀ[ψε]φίωνος, ut ego statuo. Dein Schol. Aesch. de fals. leg. p. 755. Reisk. Phaedonis annum nominat in re, quae ad Olymp. 77, 4. pertinere videbatur; sed ea referenda in Olymp. 76, 1. qui veri Phaedonis annus: cf. de ea Clinton. Fast. Hell. p. 262 sq. coll. p. 32. Addo, ne erres, etiam Plutarchum Thes. c. 36. ubi Phaedon memoratur in re, quam Bentleius Apsephionis ad annum Olymp. 77, 4. referebat, non illum annum significare, sed annum Olymp. 76, 1. (Cors. F. A. T. III. p. 174. Clinton. Fast. Hell. p. 34.). Superest ut de scriptura nominis eius archontis quaeramus, qui anno Olymp. 77, 4. unice competit. Apud Plutarchum Cim. 8. scribitur Ἀφεψίων; apud Diogenem II, 44. Apollodori usum Chronico versibus concepto, in quo metrum excludebat nimiam depravationem, veteres editiones habent Ἀψεφίωνος (affertur etiam Ἀψίωνος). In oratoribus eadem eiusdem nominis varietas obtinet. Nam apud Demosthenem adv. Lept. p. 501. vulgo habetur Ἀφεψίωνος, sed haud pauci libri Ἀψεφίωνος et Ἁψεφίωνος; Argumentum secundum et Ulpianus vulgatum tenent, licet Corsinus T. III. p. 190. de Ulpiano aliud narret. Apud Andocidem de Myst. p. 22. vulgata est Ἀψεφίονα et Ἀψεφίων, quam invitis libris idem referentibus mutavit Bekkerus. Etiam Diodori locus magis commendat Apsephionem quam Aphepsionem; et proxime accedit ad illas librorum lectiones Marmor exhibens Ἀψηφίονος. Illud igitur mihi certum, ψ primo, φ secundo loco ponendum esse, in genitivo utrum ω an ο, et in secunda syllaba ε an η assumas, dubites. Ἀψηφίων quidem magis Graecum sonat quam Ἀψεφίων: sed posterius tamen praeferunt auctorum codices. |
| 205 (204) | 4246 | 78, 1. | Theagenide archonte | 57. | Ad Aegos flumen lapis ex aëre decidit; Simonides poeta obit nonagenarius.<br><br>Archontis Olympicus annus certus (Corsin. F. A. T. III. p. 190.). De rebus vide nott. critt. |
| 199 (197) | 4253 | 79, 4. | Euthippo archonte | 58. | Alexander I. Macedoniae rex moritur; succedit Perdiccas eius filius. |

| Ann. Marm. | P.I. annus medius. | Olymp. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Numerum interpretes in 198 vel 197 mutandum censuerunt; sed corruptelae indicia desidero excepto computi errore. Archontem Diodorus *Euippum* vocat. Perdiccae finem et Archelai initium Noster ep. 61. in Olymp. 90, 1. rettulit, P. I. a. 4294: ad quem ab Euthippi anno P. I. 4253. sunt anni 41. Totidem Perdiccae annos concedit Nicomedes Acanthius, sed Anaximenes Lampsacenus 40, Theopompus 35, Hieronymus Cardianus 28, Philochorus et Marsyas Pellaeus 23 (Athen. V. p. 217. E.), ultimumque numerum sequitur Dexippus ap. Euseb. Chron. Gr. p. 57. ed. Scalig. cuius excerptum extat etiam ap. Ge. Syncell. Chron. p. 262. ed. Par. (p. 500. Bonn.), item Eusebius Chron. Gr. p. 53. et in translatione Armeniaca p. 171. ed. Mai. Viginti duo pro viginti tribus annis errore librarii haud dubie scripti sunt in excerpto Eusebiano Armeniace verso ap. Mai. p. 170. quod non diversum a Dexippeo: Dexippus vero quum in eodem excerpto (ap. Scalig. Euseb. et in Syncell. et in Euseb. Armen.) ad Diodorum provocet, videtur eadem Diodori de horum imperiorum annis sententia fuisse, cui ipsum illud excerptum incautius tribuit Venetus Eusebii Armeniaci editor T. I. p. 323. At Chron. Hieron. p. 31. et Canon Eusebianus cum Hieronymo Cardiano Perdiccae annos 28 tribuunt. Primus vero Perdiccae annus Eusebio est Olymp. 80, 1. vel ap. Mai. 80, 2. quod non multum discedit a Nostro. Alexandrum quidem constat superstitem fuisse Olymp. 79, 2. (Clinton. Fast. Hell. p. 221 sq.); Perdiccae primum meminit Thucydides I, 57. in re ad Olymp. 87, 1. pertinente. Hunc vero constat vitam produxisse ad Olymp. 91, 3. (Thucyd. VII, 9.): igitur etiamsi Perdiccae cum Nostro summum annorum numerum 41 assignaveris, non coepit Perdiccas ante Olymp. 81, 2. Ceterum hi ipsi anni videntur veri eius imperii esse termini. Nam Archelaus teste Diodoro XIV, 37. occisus est Olymp. 95, 1. cui si anni 14 tribuendi sunt, coepit is Olymp. 91, 3. defuncto tum Perdicca. Atqui Archelao tot quot dixi anni omnino tribuendi sunt. Sane apud Diodorum dicitur perisse βασιλεύσας ἔτη ἑπτά: sed hunc numerum esse corruptum, Diodorus ipse docet XIII, 49. ubi Archelai regnum agnoscitur iam Olymp. 92, 3. decem annis ante eius necem. Etiam Dexippus Scaligeri et Syncellus, qui illius verba repetiit, Archelao diserte 14 annos tribuunt; et Dexippea cum Diodori calculis concinuisse monui paulo ante: eundemque numerum refert Euseb. Chron. Gr. p. 54. (sed p. 56. vitiose scripti anni 4 pro 14). Ad horum auctoritatem corrigenda sunt excerpta Eusebiana Armeniace versa, a Dexippeis non diversa, p. 170. ed. Mai. ubi pro quattuordecim Archelai annis sunt septendecim scripti. Postremo non audienda ea pars Eusebianorum, quae Archelao annos 24 tribuit, dico Chron. Hieron. p. 31. Chron. Armen. p. 171. ed. Mai. et Canonem, in quo Archelai a. 1. est Olymp. 87, 1. (apud Maium Olymp. 87, 2.), et ultimus Olymp. 92, 4. (apud Maium Olymp. 93, 1.). Haec enim ratio Thucydidis et Diodori auctoritatibus falsi convincitur. De Platonis autem anachronismo, in Gorgia p. 470. D. Archelai res afferentis, quum tamen p. 503. E. Periclem *nuper* defunctum dicat, quomodo iudicandum sit, pridem recte docuisse mihi videor in Ephem. litt. Ien. a. 1808. N. 178. reiecta Casauboni explicatione, quam rebus minus recte pensitatis probat Astius de Plat. vit. et script. p. 138. Ceterum de Perdiccae et Archelai annis idem quod nos statuunt Clintonus et Frid. Ritschl (Comm. de Agathonis vita p. 4 sqq.), qui via non multum diversa usi sunt: posterior simul perite egit de falso supplemento, quod Casaubonus Athenaeo V. p. 217. E. intulit, et quid esset inserendum, ita demonstravit, ut tantum de verbis, non de re possit lis moveri (cf. Ephem. litt. Ien. 1831. N. 92.), quam ego illi non movebo. |
| 193 (192) | 4258 | 81, 1. | Callia I. archonte | 59. | Aeschylus Gelae obit annos natus LXIX. |
| | | | | | Vide nott. critt. |
| 1[78] | 4272 | 84, 3. | Diphilo archonte | 60. | Euripides annos XLIII natus primum vicit tragoedia. Eius aetate fuerunt Socrates et Anaxagoras. |
| | | | | | Numerum ex more nostro dedimus ad computum *A*: ex *B* erit 179, et sane auctor debebat hoc uti, ut concineret ep. 50. Sed nos in correctionibus veram sequimur rationem, ut dixi in Introd. Seldenus sine causa volebat 180. |
| 1[56] | 4294 | 90, 1. | Astyphilo archonte | 61. | Perdicca defuncto Archelaus Macedonum regno potitur. |
| | | | | | Errare Nostrum vidimus ad ep. 58. Archontis nomen idem est ap. Athen. V. p. 218. D. E. Diodorus falso Aristophylum vocat. |
| 147 (144) | 4306 | 93, 1. | Euctemone archonte | 62. | Dionysius I. Syracusarum tyrannidem occupat. |
| | | | | | De anno archontis constat ex Diod. XIII, 68. (in Xenoph. Hellen. archon ille ab interpolante profectus est): unde cognoscitur Marmoris annum debuisse esse 144. Dionysii I. tyrannidem incipientem eidem cui Noster anno Olympico tribuit Canon Hieronymi ed. Scalig. sed Maii Canon ponit ad Olymp. 93, 3. Hoc verum est (Diod. XIII, 92 sqq. Dionys. Halic. VII. init. cf. Xenoph. Hell. II, 2, 24. Clinton. Fast. Hell. p. 82.). Graecus Eusebii Canon habet ad Olymp. 94, 3. |

| *Ann. Marm.* | *P. I. annus medius.* | *Olymp.* | *Magistratus Att.* | *Ep.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| 145 (143) | 4307 | 93, 2. | Antigene archonte | 63. | Euripides moritur.<br>Ex archontis anno Marmoris annus debebat 143 esse. Archonti Calliae Olymp. 93, 3. Euripidis obitum assignat Apollodorus ap. Diod. XIII, 103. quem quum secutus essem Gr. trag. princ. p. 209. posthac accessi Pario Comm. de Dionysiis (in Act. Acad. Boruss. 1817.) cap. 20. nota 120. Apollodorus quidem obitum et Euripidis et Sophoclis illi tribuerit anno, quod Ranae Aristophanis fabula tum docta, et paulo ante doctam hanc debebant illi defuncti statui; sed Ranae fabula docta Lenaeis, quae demonstravi Gamelione septimo mense acta esse, et probabile est comoediam illam, quae scribi non potuit ante Euripidis et Sophoclis obitum, esse inceptam ab Aristophane certe sex septem mensibus antequam ageretur. Multum enim temporis postulabat et scriptio et modorum ac saltationis adornatio, tum vero chori exercitatio. Ac si, ut traditur, Sophocles post Euripidem obiit, et Choum quidem sollemnibus, Anthesterione post Gamelionem proximo, id quod non reiiciendum videtur (cf. de Dionys. cap. 21.); patet utrumque Olymp. 93, 2. defunctum esse, quod Ranae comoedia iam Gamelione Olymp. 93, 3. docta est. Igitur haec retineo, quamquam video aliud statuere Clintonum Fast. Hell. p. 81 sq. Neque obstat Plutarchus Sympos. VIII, 1. ex Timaeo referens Dionysium I. eo esse die natum quo defunctus sit Euripides. Nam quamquam verissima Wesselingii sententia est, non natum eo die Dionysium I. sed natam eius tyrannidem dixisse Timaeum, quam Dionysium constat Olymp. 93, 3. occupasse, non Olymp. 93, 2.: tamen potuit Timaeus aliquid iam Olymp. 93, 2. anno ante Dionysii tyrannidem actum spectare, quo sibi viam ad dominationem aperuerit Dionysius. Adde disputantem de Sophoclis et Euripidis obitu Ritschl. de Agathone c. 6. |
| [142] | 4308 | 93, 3. | Callia II. (III.) archonte | 64. | Sophocles moritur annos XCI natus; Cyrus expedit in Asiae interiora.<br>Sophoclis obitus eidem anno Calliae tribuitur a Diodoro XIII, 103. haud dubie ex Apollodori Chronico, ut Euripidis mors: sed causa, quam ad ep. 62. explicui, suadet ut Sophoclis obitum non minus quam Euripidis referamus in Olymp. 93, 2. aliter atque olim feci in libro de Gr. trag. princ. ubi quae statueram, ea correxi in Commentatione de Dionysiis. Et dubitatum de anno esse, docet didascalia ad ep. 65. citata, ubi dicitur *ἀπὸ Καλλίου, ἐφ᾽ οὗ φασιν οἱ πλείους Σοφοκλέα τελευτῆσαι.* Lysander narrante Pausania I, 21. fertur per somnium monitus sibi visus esse, ut honorem haberet defuncto Sophocli: quod accidit in obsidione Athenarum Olymp. 93, 4. Unde nihil sequitur, nisi tum Sophoclem iam defunctum et sepultum esse; hinc tamen orta narratiuncula, quae Sophoclem defunctum et sepultum ipso obsidionis tempore perhibet (ap. Plin. H. N. VII, 30. et Vit. Sophocl.). De Cyri anabasi prorsus errare Nostrum, dixi in nott. critt. Annus Marmoris a me cum Lyd. ad veram rationem constitutus est, 142: alii, etiam Corsinus F. A. T. III. p. 260. dederunt 143, ne numerus nimium discederet a numeris ep. 62. 63. Hoc est falsum munire falso. Calliam re vera esse III. non II. docui in nott. critt. |
| 139 (138) | 4312 | 94, 3. | Micone archonte | 65. | Telestes Selinuntius victor Athenis.<br>*Micon* hic archon vocatur etiam in didascalia ad Sophocl. Oed. Colon. a Thierschio (Act. Monac. T. I. p. 322. ubi *Μήκων* scriptum) et Elmsleio edita. Falso Diod. XIV, 17. *Μικίωνα* exhibet, quem imprudens secutus sum T. I. p. 239. *b.* |
| 137 (136) | 4314 | 95, 1. | Lachete archonte | 66. | Reditus Graecorum, qui cum Cyro expedierant; Socrates annos LXX natus obit.<br>Utraque res recte huic assignatur anno; cf. Introd. 5. et Clinton. Fast. Hell. h. a. De anno, quo natus Socrates, vide nott. critt. |
| 135 | 4315 | 95, 2. | Aristocrate archonte | 67. | A[stydamas tragicus primum docuit Athenis?]<br>Vide nott. critt. |
| 134 - 117 | 4316 - 4333 | 95, 3 - 99, 4 | - - - - - - | 68. | Poeta quidam [Sel]ymbrianus vel Me[sam]brianus dithyrambo vicit Athenis. |
| 116 | 4334 | 100, 1. | Pythea archonte | 69. | Philoxenus dithyrambicus moritur annos LV natus. |
| [113] | 4337 | 100, 4. | Callea archonte | 70. | Anaxandrides comicus - - - [Athenis]. |
| 109 | 4341 | 101, 4. | Astio archonte | 71. | Astydamas tragicus vicit Athenis; ingens cometes in caelo arsit.<br>Vide nott. critt. |
| 107 | 4343 | 102, 2. | Phrasiclide archonte | 72. | Pugna Leuctrica; Al[exander II. Amyntae f. Macedonum] rex. |

| Ann. Marm. | P.I. annus medius. | Olymp. | Magistratus Att. | Ep. | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Pugna Leuctrica pugnata Olymp. 102, 2. Hecatomb. d. v. cf. Clinton. Fast. Hell. p. 112. Macedonica epocha pertinet in Olymp. 102, 3. (nott. critt.) Freretus p. 167. perperam postulat numerum 108, ex computo *B*: nam in hac parte Marmoris computus *A* regnat. |
| [106] | 4344 | 102, 3. | [Dysniceto] archonte | 73. | Stesichorus Himeraeus minor vincit Athenis; condita Megalopolis.<br>Annum P. I. 4344. primus dedit Seld. dein archontem addidit Palm. Δυσκινήτου (Diod. Pausan.), pro quo praetuli scripturam Δυσνικήτου ex Demosth. c. Stephan. II. p. 1132. Ceterum potuit etiam annus Iulianus 4345. Olymp. 102, 4. inferri, archonte Lysistrato, et annus Marmoris 105. Megalopolis condita secundum Pausaniam (VIII, 27, 6.) Olymp. 102, 2. vel secundum Diodorum (XV, 72.) Olymp. 103, 1. prius videtur verius. |
| 104 | 4346 | 103, 1. | Nausigene archonte | 74. | Dionysius I. obit, eique succedit Dionysius II. Alexandro II. [sublato Macedonum] regnum suscipit [Ptolemaeus Alorites].<br>Dionysio I. Noster annos 40 tribuit inde ab Olymp. 93, 1. ep. 62. Sed vidimus eum imperio potitum Olymp. 93, 3. et obiit annis 38 post (Diog. XV, 74. Cic. Tusc. V, 20. N. D. III, 33. Hellad. Chrestom. ap. Phot. cod. 279.): ap. Euseb. Can. Gr. p. 174. $\overline{\iota\eta}$ est a librariis pro $\overline{\lambda\eta}$. In anno mortis, quae post victoriam Lenaicam Athenis Gamelione partam (Diod. XV, 74.), octavo fere Olympici anni contigit mense, consentiunt Noster et Diodorus atque Eusebius. De Macedonica epocha vide nott. critt. |
| [94] | 4356 | 105, 3. | Cephisodoro archonte | 75. | Phocenses Delphicum templum [occupant].<br>Res pertinet potius ad Olymp. 105, 4. De universa epocha vide nott. critt. |
| 93 | 4357 | 105, 4. | Agathocle archonte | 76. | Timotheus moritur annos xc natus; in [Ma]cedonia regnum auspicatur [Philippus II.]; moritur Artaxerxes Mnemon, cui succedit Ochus filius; - - - - - - vicit.<br>De annorum numero cf. nott. critt. *Timotheus* non imperator est, qui aliquanto post hanc epocham obiit, sed Milesius poeta musicus. In cuius aetate et anno mortis hanc dixeris esse difficultatem, quod cum Alexander Aetolus (ap. Macrob. Sat. V, 22.) dixit carmen scripsisse dedicationi Artemisii templi Ephesi, et Suidas illum annos 97 vixisse tradit, non 90. At eius ut clari musici meminit iam Pherecrates, et celeberrimus iam Archelai Macedonis et Euripidis aetate fuit, adeo ut hic eius imitaretur modos: quare non errabis, si eum Olymp. 90, 1. circiter annos minimum 25 habuisse censueris. Iam vixerit vel annos 97: vel ita obierit non post Olymp. 108, 1. Quare illa templi Dianae dedicatio, cui carmen composuit Timotheus, non est ea, quae post Herostrateum incendium instaurato templo celebrata est: nam templum vix restitutum fuit, quum Alexander in Asiam profectus esset (Olymp. 111, 2.). Potius prioris templi dedicationem Timotheum carmine insignem reddidisse puta cum Hirtio nostro de templ. Dian. Ephes. p. 16. Hist. archit. vett. T. II. p. 60. Atque id quidem eo certius est, quod carmen illud in Dianam compositum non potest aliud haberi, quam notum illud, Ἄρτεμις vocatum, quod Cinesiae, Aristophani aequalis, aetate etiam Athenis cantatum esse constat ex nota historiola a Plutarcho narrata de aud. poet. c. 4. de superstit. c. 9. Nam celebrem ibi intelligi Aristophanis aequalem Cinesiam non est ambiguum. Diodorus XIV, 46. florem Timothei ad Olymp. 95, 3. annotat, haud dubie serius quam debebat: quippe non de solo loquitur Timotheo, sed de ceteris simul clarioribus dithyrambicis; quos quum spectaret, de Timotheo idem minus diligenter enuntiavit. Prorsus alius autem est ille Timotheus ab Athenaeo memoratus, Thebanus, qui Alexandri concelebravit nuptias; et hic fuit tibicen. Viderunt hoc et alii, in his Spaldingius ad Quintil. I. O. II, 3, 3. In *Philippo Macedone* atque *Artaxerxe* et *Ocho* Noster aliquantum aberravit, quod ei etiam in aliis Macedonicis et Persicis regibus accidisse satis docuimus. Philippus regnum adeptus est secundo semestri Olymp. 105, 1. a. a. Chr. 359. P. I. 4355. (Clinton. Fast. Hell. p. 227. 359.), ita ut Noster non multum super biennium a vero discedat. Initium Ochi secundum Canonem regum incidit in annum ab epocha Nabonassaris 390. qui incipit Nov. XXI. a. P. I. 4355. et finitur Novembri a. P. I. 4356. A quo Noster multo minus distat quam Diodorus XV, 93. cui Ochi initium est Olymp. 104, 3. ne dicam de Eusebio etiam magis falso. |
| 91 | 4359 | 106, 2. | Callist[rato] archonte | 77. | [Phocicum bellum.]<br>Vide nott. critt. |
| - - - | - - - | - - - | - - - - - - | 78 | - - - - - - - |

## 2375.

In *Pari* oppido Parechia, in monasterio „Panagia Evangelista", inter zophori terna triglypha coronis inscripti sunt hi duo tituli, editi a Vidua Inscr. ant. tab. 42, 2. cf. p. 44. Habeo etiam ex schedis Pittaci, qui falso Therae tribuit.

ΟΔΗΜΟΣ
ΣΤΡΑΤΗ
ΓΗΣΑΝΤΑ

ΟΔΗΜΟΣ
ΠΟΛΙΤΑΣ
ΛΥΤΡΩΣΑ
ΜΕΝΟΝ

Vs. 3. Vid. Ο, Pitt. Ω.

*Ὁ δῆμος στρατη-γήσαντα.*

*Ὁ δῆμος πολίτας λυτρωσάμενον.*

## 2376.

Olim Venetiis apud Proc. Contarenum; Pinellus dedit Grutero, qui edidit p. CCCCLX. 1. annotata simul ex schedis Fabricii lectione. Habeo etiam ex schedis Burmanni, quae sunt inter chartas Lennepianas. Decretum hoc in basi incisum, quae olim fuit in insula *Paro* in ecclesia, sub statua marmorea mulieris, habitu, ut fertur, quasi Mauretanico, capite cornuto instar vaccae. Hoc tradit Gruterus l. c. ad n. 2377.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΠΡΑΞΙΚΛΗΝΝΕΟΜΗΔΟΥΣ
ΕΤΙΜΗΣΕΝΤΟΕΒΔΟΜΟΝ
ΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΑΡΙΣΤΕΙΩΙ
ΚΑΙΕΙΚΟΝΙΧΑΛΚΗΙ
ΚΑΙΠΡΟΕΔΡΙΑΙΕΝΤΟΙΣΑΓΩΣΙΝ
ΚΑΙΣΙΤΗΣΕΙΕΝΠΡΥΤΑΝΕΙΩΙ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΤΗΣΕΙΣΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΔΑ
ΚΑΙΕΠΙΤΗΙΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΕΙΑΙ
ΚΑΙΕΠΙΤΩΙΚΑΤΑΠΑΝΤΑΤΡΟΠΟΝ
ΑΡΙΣΤΑΠΕΠΟΛΙΤΕΥΣΘΑΙ

Vs. 4. Burm. ΑΡΙΣΤΕΙΩ, vs. 6. Grut. ΠΡΟΕΔΡΙΩ, Fabr. Burm. ΠΡΟΕΔΡΙΑΙ.

*Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Πραξικλῆν Νεομήδους ἐτίμησεν τὸ ἕβδομον χρυσῷ στεφάνῳ ἀριστείῳ καὶ εἰκόνι χαλκῇ καὶ προεδρίᾳ ἐν τοῖς ἀγῶσιν, καὶ σιτήσει ἐν πρυτανείῳ, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς τὴν πατρίδα, καὶ ἐπὶ τῇ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείᾳ καὶ ἐπὶ τῷ κατὰ πάντα τρόπον ἄριστα πεπολιτεῦσθαι.*

De nominibus propriis cf. n. 2310.

## 2377.

In insula *Paro* ibidem ubi n. 2376. A Scaligero Gruterus p. MCLIX. 11. Hinc Patinus Comm. in Monum. antiq. Smyrn. p. 456. Corsin. F. A. T. II. p. 214.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΙΜΗΣΕΝΘΡΑΣΩΝΑΘΡΑΣΙΞΕΝΟΥ
ΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΚΑΙΕΙΚΟΝΙΜΑΡΜΑΡΙΝΗΙΚΑΙΠΡΟΕΔΡΙΑΙ
ΕΝΤΟΙΣΑΓΩΣΙΝΚΑΙΣΙΤΗΣΙΝΕΝΠΡΥΤΑΝΕΙΩΙΑΡΞΑΝΤΑ
ΤΗΝΤΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΑΡΧΗΝΚΑΛΩΣΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΚΑΙ
ΣΥΜΦΕΡΟΝΤΩΣΤΗΙΠΑΤΡΙΔΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙ
ΕΥΝΟΙΑΣΗΣΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΠΡΟΣΤΗΝΠΟΛΙΝΚΑΙΕΠΙ
ΤΗΙΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΕΙΑΙ

*Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτίμησεν Θράσωνα Θρασ[υ]ξένου χρυσῷ στεφάνῳ καὶ εἰκόνι μαρμαρίνῃ καὶ προεδρίᾳ ἐν τοῖς ἀγῶσιν καὶ σιτήσ[ει] ἐν πρυτανείῳ, ἄρξαντα τὴν τοῦ ἄρχοντος ἀρχὴν καλῶς καὶ δικαίως καὶ συμφερόντως τῇ πατρίδι, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας, ἧς ἔχων διατελεῖ πρὸς τὴν πόλιν, καὶ ἐπὶ τῇ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείᾳ.*

## 2378.

In *Paro*, prope oppidum Parechiam, in sacello D. Eleutheriae, exiguo intervallo a templo Centum portarum (Catapoliani) secundum Viduam, vel secundum Clarkium in muro ostii sacelli D. Nicolai, quae eiusdem templi pars est. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. II. p. 403. Vidua Inscr. ant. tab. 43, 2. (cf. p. 45.). Habetur etiam in Diar. class. Londin. T. V. p. 144.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΙΜΗ
Κ..ΕΣΤΕΦΑΝΩΣΕΝΧΡΥΣΩΣ
ΝΩΓΩΡΥΤΟΝΘΕΟΚΛΕΟΥΣΑ
ΝΟΜΗΣΑΝΤΑΔΙΣΚΑΛΩΣΚ
ΚΑΙΩΣΚΑΤΑΤΕΤΟΥΣΝΟΜΟΥ
ΚΑΤΑΤΟΚΟΙΝΗΠΑΣΙΣΥΜΦΕ

Fundus lectionis est textus Viduae, omissis iis, quae ipse supplevit; nec refero Clarkii supplementa ductibus interruptis scripta, neque omnia apographorum vitia. Vs. 1. Clark. ΕΤΙΜΗΣΕΝ, non ex fide lapidis. Vs. 3. init. Clark. ΝΩΝΓΩ etc. Diar. class. -Ν-ΙΝ, ΡΥΤΟΝ etc. Vs. 4. Clark. ut dedi; Vid. ΩΣ pro ΔΙΣ. Vs. 5. Clark. ΚΑΤΕΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΚ, Vid. ΚΑΤΑΤΕΤΟ..ΣΗΟΜΟΥ, Diar. class. ΚΑΤΑΤΕΤΟΣΝΘΜΟ. Vs. 6. Diar. class. ΚΟΙΝΟΝ.

*Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτίμη[σεν] κ[αὶ] ἐστεφάνωσεν χρυσῷ σ[τεφά]νῳ Γώρυτον Θεοκλέους ἀ[γορα]νομήσαντα δὶς καλῶς κ[αὶ δι]καίως κατά τε τοὺς νόμου[ς καὶ] κατὰ τὸ κοινῇ πᾶσι συμφέ[ρον.*

## 2379.

Parechiae in *Paro*; ex schedis Prokeschii a Zellio missis.

\- - - - - - - -
ΑΡΞΑΝΙΑΝΗΝΣΥΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ
ΤΟΥΠΟΑΞΧΑΡΧΟΥΛΡΧ.Ν
ΚΑΛΩΣΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΚΑΙΚΑΤΑΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣ
ΚΑΩΛΛΓΛΘΩΣΠΡΟΣΤΕΤΟΥΣΠΟΛΙΤΑΣ
\- - - - - - - -

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτίμησεν etc. τὸν δεῖνα] ἄρξαν[τ]α [τ]ὴν σ[τ]εφανηφόρον τοῦ πο[λειτ]άρχου [ἀ]ρχ[ὴ]ν καλῶς καὶ δικαίως καὶ κατὰ τοὺς νόμους, κα[λοκ]αγ[ά]θως πρός τε τοὺς πολίτας [καὶ etc.

Inde a καλοκαγάθως, si hoc verum est, nova incipiebat sententia, ita ut illud adverbium alii additum participio fuerit, nec pertineat ad ἄρξαντα.

## 2380.

In *Paro*, coronae inscriptum. Aeri incisum in Stuarti Antt. Ath. T.IV. p.36.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙ
ΟΔΗΜΟΣΣΤΕΦΑ
ΝΟΙΧΡΥΣΩΣΤΕΦΑ
ΝΩΑΡΙΣΤΩΝΑΣΑΡΠΗ
ΔΟΝΟΣΠΡΟΜΟΙΡΩΣ
ΒΙΩΣΑΝΤΑ

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Ἀρίστωνα Σαρπηδόνος προμοίρως βιώσαντα.

Hoc est, *immatura morte* defunctum. Formula a commentatore non intellecta frequentissima est in huiusmodi titulis, nec vis eius incerta: si quis tamen dubitet, conferat n. 2383.

## 2381.

In *Paro*, coronae inscriptum, aeri incisum ibid.

ΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΣΤΕΦΑΝΟΙΧΡΥ
ΣΩΣΤΕΦΑΝΩ
ΣΑΡΠΗΔΟΝΑ
ΣΑΡΠΗΔΟΝΟΣ
ΠΡΟΜΟΙΡΩΣ
ΒΙΩΣΑΝΤΑ

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Σαρπηδόνα Σαρπηδόνος προμοίρως βιώσαντα.

## 2382.

In *Paro*; ex schedis Fourmonti.

ΗΒΟΥΛΗΚΛΙΣ
ΔΗΧΣΟΣΣΤΕΒ
ΝΟΙΧΡΥΣΩΣΤΕ (superscr. ΙΑ)
ΒΑΝΩ᾽ΔΥΡΚΑΡ
ΠΙΜΟΝΠΡΟΜΟ
ΡΩΣ.ΒΙΩΣΑΝ
ΤΑΝ

Ἡ βουλὴ κ[α]ὶ [ὁ] δῆ[μ]ος στε[φα]νοῖ χρυσῷ στε[φ]άνῳ [Α]ὐρ. Κάρπιμον προμο[ί]ρως βιώσαντα.

Pro ultimo **Ν** fuit ∂ vel simile.

## 2383.

Marmor *Paro* translatum Constantinopolin ad Galliarum regis legatum. Ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 39. p.334. et hinc Vandal. Diss. p.630.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΤΟΝΤΗΣΑΡΙΣΤΗΣΜΝΗΜΗΣΠΑΙΔΑΤΟΥ
ΛΑΜ.ΦΛΑΒ.ΜΑΡΚ.ΣΚΡΕΙΒΩΝΙΑΝΟΥΚΛΑΥ
ΔΙΟΝΟΥΑΛ.ΜΕΝΑΝΔΡΟΝΤΟΝΛΑΜ.ΕΚΤΩΝΙΔΙ
ΩΝΕΙΚΟΝΙΛΑΙΝΕΗΔΙΑΤΕΤΑΣΠΡΟΣΟΥΣΑΣΑΠΟΤΕ
ΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥΤΕΙΜΑΣΤΕΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΠΡΟΣ
ΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑΕΠΙΜΕΡΟΥΣΠΑΡΑΜΥΘΗΣΟΜΕΝΗΤΟΝ
ΑΝΔΡΑΤΕΙΜΗΝΛΑΜΒΑΝΟΥΣΑΜΑΛΛΟΝΗΔΙΔΟΥΣΑΕΠΙ
ΤΗΤΟΥΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣΑΝΑΣΤΑΣΕΙΠΡΟΜΟΙΡΩΣΤΕΛΕΥΤΗ
ΣΑΝΤΟΣΚΑΘΑΕΨΗΦΙΣΑΤΟΗΠΑΤΡΙΣΕΝΤΩΤΗΣΤΗΕΛΓ..
ΠΡΟΣΧΗΜΑΤΙ Υ.Β.Δ.

*A.* *Ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος τῆς λαμπροτάτης Κωΐων πόλεως ἐτείμασεν κατὰ τὰ πολειτευθέντα ὑπὸ ἄρχοντος Μάρκου Αὐρ. Ἀριστίωνος, Κόσμου υἱοῦ, Πο. Σαλλούστιον Σεμπρώνιον Οὐίκτορα, τὸν κράτιστον ἔπαρχον βεϊκούλων, ἡγεμόνα καὶ δουκηνάριον Σαρδονίας, τῆς ἐπὶ πᾶσαν θάλασσαν ἡγησάμενον εἰρήνης μετ' ἐξουσίας σιδήρου, δουκηνάριον τοῦ Σεβαστοῦ Πόντου καὶ Βειθυνίας.*

*B.* Nihil perspicio nisi *πατρὸς Διοφάντου*. Haec particula videtur ex vetustiore titulo superesse.

*A.* vss. 12. 13. *ἔπαρχος βεϊκούλων* est *praefectus vehiculorum*, qui aliquoties in Latinis titulis memoratur; male Spon. *viculorum*. *Σαρδονίας* constat *Sardiniae* esse; ut *Σαρδόνιον πέλαγος* et talia, ita recentiores pro *Σαρδὼ* dixerunt *ἡ Σαρδονία*. *Μετ' ἐξουσίας σιδήρου* possit etiam ad *δουκηνάριον* referri; sed praefero prius.

## 2510.

In *Co* insula; ed. Villoison. Mem. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 327.

. . . ΛΙΠΠΟΣ
ΑΥΤΟΦΟΝΙΟΣ
ΤΟΩΡΟΛΟΓΙΟΝΤΥΧΑΙ
ΑΓΑΘΑΙΚΑΙΑΓΑΘΩΙ
ΔΑΙΜΟΝΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙ

*[Κάλ]λιππος Αὐτοφ[ῶ]ν[τ]ος τὸ ὡρολόγιον τύχᾳ ἀγαθᾷ καὶ ἀγαθῷ δαίμονι καὶ τῷ δάμῳ.*

*Αὐτοφῶντος* ante nos correctum est. Alias praeter hanc donariorum inscriptiones Villoisonus (Prolegg. in Iliad. p. LI.) viderat in Co, in quibus ea donaria *σῶστρα* et *ζωάγρια* appellantur: sed harum nulla mihi nota.

## 2511.

In oppido *Co*, in muro ad plateam aliquam; ex Petri de Valle Romani apographo in schedis Langermanni ed. Reines. Syntagm. Inscr. V, 65. p. 393. ex Gallandi schedis Spon. Misc. erud. antiq. X, 52. p. 338. et hinc Vandal. Diss. p. 271. ex lapide Clark. Itin. P. II. S. I. p. 203. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis et Pittaci, qui falso Smyrnae tribuit, et a Müllero ex cod. Askew. in quem translatum apographum ex cod. Chishull. II, 33.

ΦΑΜΙΛΙΑΜΟΝΟ
ΜΑΧΩΝΚΑΙΥΠΟ
ΜΝΗΜΑΚΥΝΗΓΕ
ΣΙΩΝ^ΝΕΜΕΡΙΟΥ
ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΥ
ΛΕΥΚΙΟΥΠΑΚΩ
ΝΙΑΝΟΥΑΣΙΑΡΧΟΥ
ΚΑΙΑΥΡΗΛΙΑΣ
ΣΑΠΦΟΥΣΠΛΑ
ΤΩΝΟΣΛΙΚΙΝΝΙΑ
ΝΗΣΑΡΧΙΕΡΕΙΑΣ
ΓΥΝΑΙΚΟΣΑΥΤΟΥ

Formam tituli dedi ex Clarkio. Vs. 1. Rein. ΦΙΜΙΝΙΑ, Chish. ΦΑΜΙΑΙΑ. Vs. 2. Κ omittit Chish. Vs. 4. siglum post ΣΙΩΝ ex solo Chish. Pittacus ΙΝΕ etc. Rein. ΜΕΜΕΡΙΟΥ. Vs. 6. ΛΕΥΚΙΟΥ deest apud Clark. Ibidem Spon. ΠΑΚΟ. Vs. 7. Chish. ΝΙΑΝΝΟΥ. Vs. 8. Rein. ΑΥΡΕΛ etc. Vs. 8. extr. Pitt. addit · · Β. Vs. 9. Rein. ΣΑΦΟΥΣ; Chish. ΣΑΦΡΟΥΣ. Vs. 11. extr. Chish. Clark. Köhl. ΡΕΙΗΣ, Pitt. ΡΙΗΣ.

*Φαμιλία μονομάχων καὶ ὑπόμνημα κυνηγεσίων* Νεμερίου Καστρικίου, Λευκίου, Πακωνιανοῦ, Ἀσιάρχου, *καὶ* Αὐρηλίας Σαπφοῦς, Πλάτωνος, Λικιννιανῆς, *ἀρχιερείας, γυναικὸς αὐτοῦ.*

Reinesius mutilum esse titulum censebat, quod familiae capita non enumerentur: sed integer est. Similis prorsus titulus Cyzicenus: Ἀγαθῇ *τύχῃ, φαμιλία μονομάχων φιλοτειμίας* Πλω. Αὐρ. Γράτου, Ἀσιάρχου, *καὶ* Ἰουλίας Αὐρ. Ἀσκληπιοδώρας, *τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἀρχιερείας.* Sed uterque titulus obscurus, quod non liquet, quid intelligendum sit ad subiectum *φαμιλία μονομάχων*. Biagius Mon. Gr. p. 261. nostrum titulum refert ad sepulcrum polysomum; itaque sensus esset: *Hic sita est* familia gladiatorum, *et hoc est* monumentum venationum etc. Nec novi melius; nisi forte inscriptio domus sit, ubi gladiatores habitarint. Rem non dirimit tertius titulus prope Smyrnam repertus: *Φαμιλία μονομάχων* Α. Τίμωνος Ἀσιάρχου *νεωτέρου.* Vs. 4. Rein. volebat Νυμερίου; sed lectio certa est, et nomen Romanum Νεμέριος habemus etiam alibi, ut in titulo prope Thyatira reperto. Λευκίου esse pro Λευκίου υἱοῦ Rein. recte vidit.

## 2512.

*Ibidem* in pariete eodem ubi n. 2511. Transcripsit Petrus de Valle; hinc habet Donius Inscr. V, 135. p. 197. et ex hoc Murat. T. II. p. MXLI. 2. Ex lapide dedit Clark. Itin. P. II. S. I. p. 202. ex quo formam litterarum dedi. Habeo ex cod. Askew. Append. II. (ubi petitus est ex libro Chishull. II, 51.) a Müllero. Nuperrime accepi a Pittaco, qui male in Euboea ponit.

ΔΙΟΝΥ
ϹΙΟΥΠΟ
ΛΕΩϹΚΩ
ΙΩΝΟΙΚΟ
ΝΟΜΟΥ

Vulgo ΚΩ|ΩΝ; Clark. ΚΩΙ||ΩΝ; Chish. quod dedi.

*Διονυσίου πόλεως Κῴων οἰκονόμου.*

Aetatis est admodum recentis, ut omnes, in quibus oeconomi memorantur.

## 2513.

„Στῶ Χίω ἐν σπίτῃ τοῦ κονσουλᾶ", ex schedis Fourmonti. *Coum* titulum esse, non Chium vel Ceum, sponte patet ex Dorismo.

ΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣΒΑΣΙΛΕΙΔΕΥΣ
ΛΑΔΑΡΜΙΟΥ
ΚΑΘΥΟΘΕΣΙΑΝΛΕΒΑΣΙΛΕΙΔΕΥΣ
ΛΕΛΙΟΥ
ΚΑΙΤΑΣΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣΑΥΝΗΣΙΤΙΜΟΥ
ΠΟΝΤΩΡΗΙΛΟΣ

Εὐφράνορος Βασιλείδευς Λαδαρμίου, *καθ' ὑοθεσίαν [δ]ὲ* Βασιλείδευς . . . *ίου, καὶ τᾶς γυναικὸς* Πτολεμαΐδος Α[ἰ]*νησιτίμου,* Ποντωρηΐ[δ]ος.

Est haud dubie arae inscriptio, ut deinceps plures similiter conceptae. Ποντωρηΐς est nomen gentilicium; vide in Rhodiis n. 2545. 2546. *Pontorea* videtur locus *Peraeae* Rhodiis subiectae fuisse; unde

in Cois et maxime in Rhodiis inscriptionibus mentio eius fit. Nota genitivum Βασιλείδευς ex nomin. Βασιλείδης, ut in Rhodio titulo n. 2534. Σαμιάδης Σαμιάδευς. Ipsum Βασιλεύδευς habes n. 2546. ubi eius filia Chryso Pontoreis memoratur. Patet igitur esse hunc Dorismum Cariae et vicinarum insularum.

## 2514.

In *Co*; ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 54. p. 338.

ΑΝΤΙΓΕΝΗΣ
ΦΙΛΩΝΟΣ
ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΥΣ

Ἀντιγένης Φίλωνος Ἁλικαρνασεύς.

## 2515.

*Ibidem* in ara; ed. Clarkius Itin. P. II. S. I. p. 200. et vitiosissime Turner Itin. T. III. p. 43. Habeo etiam ex schedis Pittaci, qui in Thessalia ponit.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΜΑΓΝΗΤΟΣ

Ἀπολλωνίου
τοῦ Ἀπολλωνίου
Μάγνητος.

## 2516.

*Ibidem* prope forum, in ara bucranis et sertis eleganter ornata et affabre facta; ex Spon. Misc. erud. antiq. X, 55. p. 338. et Clark. Itin. P. II. S. II. p. 326.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥΤΟΥ
.ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

Ἡρακλείδου τοῦ
Ἀρτεμιδώρου
Ἀλεξανδρέως.

## 2517.

In *Co* ibidem ubi n. 2503. A Beauforto Müllerus.

ΜΙΚΥΛΙΝΗ
ΝΙΚΟΜΗΔΕΥΣ

Μικυλίνη[ς?
Νικομηδεύς.

## 2518.

In *Co* ad portam Paschae; ed. Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 271.

ΘΟΥΡΙΑΛΕΥΚΙΟΥ
ΗΚΑΙΑΜΜΙΑΣΡΩΜΑΙΑ
ΧΑΙΡΕ

Φ]ουρία Λευκίου,
ἡ καὶ Ἀμμιάς,
Ῥωμαία,
χαῖρε.

## 2519.

In *Co*; ex schedis Köhlerianis.

ΜΑΡΧΟΥΣΠΕ
ΔΙΟΥΝΑΣΩ
ΝΟΣ
ΠΟΡΦΥΡΟΠΩ
ΛΟΥ
ΕΛΠΙΔΟΣ
ΣΠΕΔΙΑΣ
ΠΟΡΦΥΡΟΠΩ

Μάρ[κ]ου Σπεδίου Νάσωνος
πορφυροπώλου.
Ἔλπιδος Σπεδίας
πορφυροπώ[λιδος?

## 2520.

*Ibidem*; ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 56. p. 339. ex schedis Gallandi.

ΓΑΙΟΥΣΗΙΟΥΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΚΑΙΓΥΝΑΙΚΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝ
ΠΟΠΛΙΟΥΟΦΕΛΙΟΥΜΑΛΧΙΩ
ΝΟΣΚΑΙΓΥΝΑΙΚΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝ
ΤΕΒΕΡΙΟΥΓΡΑΝΙΟΥΦΙΛΕΡΩΤΟΣ
ΚΑΙΓΥΝΑΙΚΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝ
ΛΕΥΚΙΟΥΓΡΑΝΙΟΥΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ
ΚΑΙΓΥΝΑΙΚΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝΖΗ
ΚΟΙΤΟΥΚΛΟΔΙΟΥΚΛΗΣΙΠΠΟΥ
ΚΑΙΓΥΝΑΙΚΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝΖΗ
ΓΑΙΟΥΪΟΥΛΙΟΥΗΛΙΔΟΣΑΥ
ΤΟΥΚΑΙΓΥΝΑΙΚΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝ
ΓΑΙΟΥΚΛΟΔΙΟΥΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΚΑΙΓΥΝΑΙΚΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝΖΗ

Γαΐου Σηΐου Ἀντιόχου
καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων.
Ποπλίου Ὀφε[λ]λίου Μαλχίωνος
καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων.
Τε[ι]βερίου Γρανίου Φιλέρωτος
καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων.
Λευκίου Γρανίου Ἀγαθοκλέους
καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων· ζῇ.
Κοΐ[ν]του Κλ[ω]δίου Κλησίππου
καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων· ζῇ.
Γαΐου Ἰουλίου Ἥλιδος, αὐτοῦ
καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων.
Γαΐου Κλ[ω]δίου Ἀντιόχου
καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων· ζῇ.

In ara sepulcrali, opinor.

## 2521.

*Ibidem*; ed. Spon. Recherches d'Antiq. p. 236. (Rei antiq. sel. Quaest. p. 498. T. IV. Supplem. Thes. Polen.).

ΕΡΩΤΙΣΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Ἔρωτις (Ἐρώτιος, ut Δήμητρις pro Δημήτριος?) χρηστὲ χαῖρε.

## 2522.

*Ibidem*; ed. Villoison. Mem. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 318.

ΝΕΙΚΗΚΕΛΕΟΥ
ΛΩΛΛΙΑΝΟΥ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ
ΣΥΝΕΡΩΤΟΣ
ΤΩΝΠ . . . ΩΝ

Νείκη Κελεοῦ, Λωλλιανοῦ, Ἐπαφροδείτου, Συνέρωτος τῶν π[ρώτ]ων?

Non confido hoc verum esse; sed cur Π[υθί]ων suppleatur, non intelligo.

## 2523.

*Ibidem*; ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 58. p. 339.

ΤΟΥΜΝΗΜΕΙΟΥΤΟΥΤΟΥ
ΗΓΕΡΟΥΣΙΑΚΗΔΕΤΑΙ

Τοῦ μνημείου τούτου ἡ γερουσία κήδεται.

---

# SECTIO OCTAVA.

## RHODUS CUM CHALCIA.

## 2524.

In *Rhodo*, non longe ab urbe prope vicum Sandarli in convallibus, saxum quadratum in altero latere mortarii in formam excavatum, in altero cum inscriptione; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 37, 3. cf. p. 40. Quarti versus initium incertum esse notatur, idque recte emendavit editor. Infra scripti erant sex versus, minutis et detritis litteris.

ΕΝΤΙΜΟΣ [ΔΑ]ΜΟΚΛΕΙΔΑ
. . . Κ . . ΘΥΟΘΕΣΙΑΝΔΕΛΗΝΗΣΙΔΑΜΟ
ΣΤΡΑΤΑΓΗΣΑΣΚΑΙΤΡΙΗΡΑΡΧΗΣΑΣ
ΑΦΙΑΚΤΟΥΚΑΙΑΓΗΣΑΜΕΝΟΣΕΠΙ
ΤΑΣΧΟΡΑΣΚΑΤΑΠΟΛΕΜΟΝΚΑΙ
ΑΣΤΥΝΟΜΗΣΑΣ ΘΕΟΙΣ

Ἔντιμος [Δα]μοκλείδα, κ[α]θ' ὑοθεσίαν δὲ [Αἰ]νησιδάμο[υ], στραταγήσας καὶ τριηραρχήσας ἀφ[ρ]άκτου, καὶ ἀγησάμενος ἐπὶ τᾶς χ[ώ]ρας κατὰ πόλεμον, καὶ ἀστυνομήσας, θεοῖς. Cf. n. 2525.

*Aenesidami* nomen est vetustum Rhodium; unde id pervenit in familiam Theronis Agrigentini, cuius pater est Aenesidamus (vide nos Explicatt. ad Pind. p. 115 sqq. imprimis p. 117.). Iam vero Agrigentini coloni sunt Gelensium; Gelamque cum Rhodiis condidit *Entimus* Cretensis (Thucyd. VI, 4. Schol. Pind. Olymp. II, 16.): nonne igitur mirum, ut priscus ille Entimus Cretensis coniunctus est cum Gelae conditoribus Rhodiis, ita multo post adoptatum esse Rhodium Entimum ab Aenesidamo Rhodio? Nempe in nobilibus familiis perdurant nomina maiorum.

## 2525.

*Rhodi* in platea in columna, cuius dimidia pars sub solo latet; ed. Ambros. Firminus Didot Itin. (Notes d'un Voyage dans le Levant) p. 346. Initium tituli esse dicit editor; igitur ut n. 2524. alia, carminis versus opinor, subscripta fuisse videntur. Vss. 1. 11. maioribus litteris scripti sunt.

ΤΙΜΑΚΡΑΤΗΠΟΛΥΧΑΡΜΟΥ
ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΜΕΝΟΝΕΝΤΕΤΟΙΣΑΦΕΥΚΤΟΙΣ
ΤΑΙΣΚΑΤΑΦΡΑΚΤΟΙΣΝΑΥΣΙΚΑΤΑΠΟΛΕΜΟΝ
ΜΕΤΑΝΑΥΑΡΧΕΝ
ΔΑΝΑΤΟΡΑΤΟΥΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΕΥΣΤΟΥΑΝΔΙ : : : : ΣΑ
ΚΑΙΤΙΜΑΣΝΤΑΥΠ : : : : : : : : : Ο
ΜΕΤΑΤΙ : : : : : : ΝΣΤΡΑΤ : : : ΕΝ : : : Ν
ΠΟΛΥΣΙ : : : : : : ΟΣΣ : : : : : : ΟΣ
ΚΑΘΥΟΚΛΟΥΟ : : : : \ΑΝ : : : : : : : : ΟΥ
ΣΩΤ : : :

Τιμ[ο]κράτη Πολυχάρμου,
στρατευσάμενον ἔν τε τ[α]ῖς ἀφ[ρά]κτοις [καὶ
ταῖς καταφράκτοις ναυσὶ κατὰ πόλεμον
μετὰ ναυάρχ[ω]ν
Δα[μ]α[γ]όρα τοῦ Εὐφράνορος,
Αὐτοκράτευς τοῦ Ἀνδ[ρ] . . . . . [έ]α?
καὶ Τιμασ - - - - - -
μετὰ τ[ριηράρχω]ν Στρατ - - -
Πολυσ[τράτου? - - - - -
κα[ὶ] Θ[ε]όκλου? - - - - -
Δι]ὶ Σωτ[ῆρι.

Cf. n. 2524. 2526.

## 2525. *b*.

*Rhodo* sub finem anni 1832. ara Venetias advecta est, quae venit in possessionem Baronis Accurti, ab hoc vero in Museum Seminarii est illata. Ara formam quadratam habet, alta 2′ 1″ mensurae Rhenanae, lata infra 1′ 1″, supra 9″$\frac{1}{4}$. Quattuor latera inscriptiones habent. Latus I. quod adversum voco, scriptura tegitur universum; reliqua latera super scriptura coronis ornata sunt: proximum ad dextram (II.) coronam ostendit lauream magnam, sine lemniscis; latus aversum (III.) duas, alteram lauream lemniscatam, alteram item lemniscatam, foliis latis trifidis et quinquefidis prope in formam cordis; sinistrum (IV.) totidem, alteram oleaginam lemniscatam, alteram lauream magnam sine lemniscis. Coronarum maxima longa est 6″, lata 5″$\frac{1}{2}$, minima alta est 4″$\frac{1}{2}$, lata 3″$\frac{3}{4}$. Universum monumentum forma gypsea expressum Instituto archaeologico Romano exhibuit Dav. Weber Germanus Venetiis habitans; hinc cum explicatione ed. O. Kellermannus in Diar. litt. Hal. (Allg. Litt. Zeit.) Mai. 1834. Intell. Bl. N.32. Nos titulos ita damus, ut ibi excusi sunt. Sed quum universa baec pars typis iam mandata esset, priusquam innotuisset hoc monumentum, ne id in tanta praesertim inscriptionum Rhodiarum inopia in Addenda differrem, peculiarem plagulam curavi extra ordinem paginarum inseri.

*Latus I.*

*C.*
Ε]ΠΙΕΡΕΩΣΔΑΜΑΙΝΕΤΟΥΔΙΟΣΘΥΟΥΔΩΔΕΚ[Α
ΤΑΙΒΟΥΛΑΓΟΡΑΣΡΟΔΙΟΣΕΙΠΕΕΠΕΙΔΗ
Δ]ΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣΕΥΕΡΓΕΤ[ΑΣ
ΤΟΥΚΟΙΝΟΥΕΡΑΝΙΞΩΝΕΤΗΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΠΕΝΤΕΑΝΗΡΑΓΑΘΟΣΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΠΕΡΙΤ[Ο
ΠΛΗΘΟΣΤΟΑΛΙΑΔΑΝΚΑ[ΙΑΛΙΑΣ]ΤΑΝΚΑΙΠΟ[Λ
Λ]ΑΣΚΑΙΜΕΓΑΛΑΣΧΡΕΙΑΣΠΑΡΕΙΣΧΗΤΑΙΤΩΙΚ[ΟΙ
ΝΩΙΟΠΩΣΟΥΝΚΑΙΑΛΙΑΔΑΙΚΑΙΑΛΙΑΣΤΑΙΤΟ[ΥΣ
Α]ΓΑΘΟΥΣΑΝΔΡΑΣΚΑΙΞΩΝΤΑΣΚΑΙΜΕΤΑΛΛ[Α
ΞΑΝΤΑΣΤΟΝΒΙΟΝΦΑΙΝΩΝΤΑΙΤΙΜΟΥΝΤΕΣΚ[ΑΙ
ΚΑΤΑΞΙΑΣΧΑΡΙΤΑΣΑΠΟΔΙΔΟΝΤΕΣΤΟΙΣΠΡΟΑ[Ι
Ρ]ΟΥΜΕΝΟΙΣΕΥΕΡΓΕΤΕΙΝΤΟΝΕΡΑΝΟΝΚΑΙΚΑΛ[ΑΝ
Α]ΠΟΔΕΙΞΙΝΕΜΠΑΣΙΠΕΠΟΙΗΜΕΝΟΙΣ ΤΥΧΑΙ
Α]ΓΑΘΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΩΙΚΟΙΝΩΙΤΩΙΑΛΙΑΔΑΝΚ[ΑΙΑ
ΛΙΑΣΤΑΝΚΥΡΩΘΕΙΣΑΝΤΑΝΔΕΤΑΝΤΙΜΑΝΕΠΑ[ΙΝΕ
ΣΑΙΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΝΑΛΕΞΑ[Ν
ΔΡΗΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΟΥΚΟΙΝΟΥΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝ[ΟΝ
ΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΤΩΙΕΚΤΟΥΝΟΜΟΥΜΕΓΙΣΤΩ[Ι
ΚΑΙΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΑΝΑΓΡΑΨΑΤΩΤΑΔΟΞΑΝΤΑ
ΟΔΕΑΡΧΕΡΑΝΙΣΤΑΣΚΑΙΤΟΙΑΡΧΟΝΤΕΣΟΙΤΕΕΝ[Ε
ΣΤΑΚΟΤΕΣΚΑΙΟΙΜΕΤΑΤΑΥΤΑΑΕΙΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΕΠ[Ι
ΜΕΛΕΙΑΝΠΟΙΕΙΣΘΩΣΑΝΟΠΩΣΕΞΑΙΡΗΤΑΙΑΥΤΩ[Ι
ΕΙΣΣΤΕΦΑΝΟΝΚΑΘΕΚΑΣΤΑΝΣΥΝΟΔΟΝΤΡΙΩΒΟΛΟ[Ν
ΥΠΑΡΧΕΤΩΔΕΑΥΤΩΙΤΑΤΙΜΙΑΚΑΙΜΕΤΑΛΛΑΞΑ[Ν
ΤΙΤΟΝΒΙΟΝΚΑΙΟΠΩΣΕΚΑΣΤΑΓΙΝΗΤΑΙΚΑΤΑΤΟΔ[Ε
ΤΟΨΑΦΙΣΜΑΚΑΙΚΑΤΑΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΚΑΙΑΝΑΓΟ
Ρ]ΕΥΗΤΑΙΑΣΤΕΦΑΝΩΣΙΣΑΥΤΟΥΕΝΤΑΙΣΣΥΝΟ
ΔΟΙΣΤΑΙΔΕΥΤΕΡΟΝΑΜΕΡΑΙΜΕΤΑΤΑΙΕΡΑΕΠΙΜΕΛΕΙ
Α]ΝΠΟΙΕΙΣΘΩΝΟΤΕΑΡΧΕΡΑΝΙΣΤΑΣΚΑΙΤΟΙΑΡΧΟΝ
ΤΕΣΑΕΙΤΟΙΕΝΑΡΧΑΙΕΟΝΤΕΣΚΑΙΟΕΠΙΣΤΑΤΑΣΤΟΥ
ΚΟΙΝΟΥΗΟΙΕΡΟΚΑΡΥΞΑΝΑΓΟΡΕΥΕΤΩΤΟΚΑΡΥ
ΓΜΑΤΟΔΕΤΟΚΟΙΝΟΝΤΟΑΛΙΑΔΑΝΚΑΙΑΛΙΑΣΤΑΝ
ΕΤΙΜΑΣΕΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝΟΝΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΗΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΟΥΚΟΙΝΟΥΕΠΑΙΝΩΙ
ΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΔΙΔΩΤΙΔΕΑΥΤΩΙΤΑΣΤΙ
ΜΑΣΚΑΙΞΩΝΤΙΚΑΙΜΕΤΑΛΛΑΞΑΝΤΙΤΟΝΒΙΟΝ
ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΑΝΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙ
ΕΙΣΤΕΤΑΚΟΙΝΑΚΑΙΤΟΥΣΑΥΤΟΥΕΡΑΝΙΣΤΑΣΕΠΕ[Ι
ΔΕΚΑΜΕΤΑΛΛΑΞΗΤΟΝΒΙΟΝΤΟΕΞΑΙΡΟΥΜΕΝΟΝ

*Latus II.*

*A, a.*
Α]ΡΧΕΡΑΝΙΣΤΑΣΑΛΙΑΣΤΑΝΚΑΙΑΛΙΑΔΑΝ
Δ]ΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣΕΥΕΡΓΕ
ΤΑΣΕΠΑΙΝΕΘΕΙΣΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣ
ΥΠΟΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΟΥΔΙΟΝΥΣΙΑΣΤΑΝ
Ε]ΠΑΡΕΤΑΙΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙ
ΚΑΙΤΙΜΑΘΕΙΣΕΥΕΡΓΕΣΙΑΙΚΑΙΑΤΕΛΕΙΑΙ
ΠΑΝΤΩΝΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣΥΠΟΤΩΝΣΥΝ
Ε]ΡΑΝΙΣΤΑΝΤΩΝΕΥΕΡΓΕΤΗΘΕΝΤΩΝ
ΥΠΑΥΤΟΥΧΡΥΣΕΟΙΣΣΤΕΦΑΝΟΙΣ
ΔΥΣΙΕΝΤΑΙΤΩΝΒΑΚΧΕΙΩΝΥΠΟΔΟ
ΧΑΙΚΑΤΑΤΡΙΕΤΗΡΙΔΑΑΝΕΘΗΚΕ
ΤΡΙΕΤΗΡΙΣΙΚΑΙΤΩΙΚΟΙΝΩΙ

*Vacuum*

*C.*
ΑΥΤΩΙΕΙΣΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝΕΙΣΤΟΝΑ
ΕΙΧΡΟΝΟΝΛΑΝΒΑΝΟΝΤΩΟΤΕΑΡΧΕ
ΡΑΝΙΣΤΑΣΚΑΙΤΟΙΛΟΓΙΣΤΑΙΚΑΙΟΕΠΙ
ΣΤΑΤΑΣΟΙΚΑΑΕΙΕΝΑΡΧΑΙΕΩΝΤΙΚΑΙ
ΠΡΙΑΣΘΩΝΣΤΕΦΑΝΟΝΚΑΙΔΙΛΗΜΝΙΟΝ
ΚΑΙΑΝΑΓΟΡΕΥΣΑΝΤΕΣΤΑΙΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΑΜΕΡΑΙΤΑΝΣΥΝΟΔΩΝΑΠΟΔΟΣΘΩΝΚΑ
ΕΘΕΥΡΟΝΚΑΤΑΒΑΛΕΤΩΕΙΣΤΟΚΟΙΝΟΝ
ΟΕΠΙΣΤΑΤΑΣΕΝΤΩΙΣΥΛΛΟΓΩΙΕΝΤΩΙ
ΕΧΟΜΕΝΩΙΜΗΝΙΤΑΝΣΥΝΟΔΩΝΚΑΙΟ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΑΝΑΓΡΑΨΑΤΩΕΙΣΤΟΥΣ
ΑΠΟΛΟΓΟΥΣΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥΕΥΕΡΓΕ
ΤΑΣΤΕΦΑΝΩΘΕΝΤΟΣΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕ
ΦΑΝΩΙΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝΟΝΣΤΕΦΑΝΟΥ
ΤΟΥΠΡΑΘΕΝΤΟΣ ΥΠΑΡΧΕΙΝΔΕΑΥΤΩΙ
ΤΑΝΑΝΑΓΟΡΕΥΣΙΝΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΙΝ
ΚΑΙΕΠΙΤΩΝΤΑΦΩΝΕΜΜΗΝΙΥΑΚΙΝΘΙ
ΩΙΚΑΙΜΕΤΑΛΛΑΞΑΝΤΙΤΟΝΒΙΟΝΚΑΙ
ΠΟΕΙΣΘΩΝΤΑΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΟΜΟΙΩΣ
ΟΤΕΑΡΧΕΡΑΝΙΣΤΑΣΚΑΙΤΟΙΑΡΧΟΝΤΕΣ
ΟΙΜΕΤΑΤΑΥΤΑΑΕΙΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΤΟΔΕΕ
ΞΑΙΡΟΥΜΕΝΟΝΑΥΤΩΙΕΝΤΩΙΜΗΝΙ

*Latus III.*

*A, b.* ΚΑΙΕΠΑΙΝΕΘΕΙΣΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΙΘΕΙΣ
ΥΠΟΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΟΥΠΑΝΙΑΣΤΑΝ
ΘΑΛΛΟΥΣΤΕΦΑΝΩΙΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣ
ΕΠΑΡΕΤΑΙΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΑΠΟ
ΧΡΥΣΩΝΔΕΚΑΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣ
ΠΡΑΤΟΣΛΕΥΚΑΙΑΣΣΤΕΦΑΝΩΙΚΑΙΤΙΜ[Α
ΘΕΙΣΕΥΕΡΓΕΣΙΑΙΚΑΙΑΤΕΛΕΙΑΙΣΔΥΣΙ
ΠΑΝΤΩΝΚΑΙΑΝΑΓΟΡΕΥΣΕΙΤΑΝΤΙΜΑΝ
ΕΠΙΤΩΝΤΟΠΩΝΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝΟΝ
ΚΑΙΑΡΧΕΡΑΝΙΣΤΗΣΑΣΕΤΗΔΕΚΑΟΚΤΩ
ΕΠΑΥΞΗΣΕΤΟΝΕΡΑΝΟΝ

---

*Vacuum*

*C.* ΤΩΙΥΑΚΙΝΘΙΩΙΕΙΣΣΤΕΦΑΝΟΝΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝΟΝ
ΚΑΤΑΧΡΕΙΣΘΩΝΤΟΙΑΡΧΟΝΤΕΣΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝ
ΕΝΙΑΥΤΟΝΕΙΣΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝΤΟΝΑΝΑΓΟΡΕΥΟ
ΜΕΝΟΝΕΠΙΤΑΦΟΙΣΜΕΤΑΛΛΑΞΑΝΤΟΣΑΥΤΟΥ
ΤΟΝΒΙΟΝΚΑΙΣΤΕΦΑΝΟΥΝΤΩΑΥΤΟΥΤΟΜΝΑΜΕΙΟΝ
ΟΤΕΔΕΚΑΜΗΠΟΙΗΣΩΝΤΙΚΑΤΑΤΟΔΕΤΟΨΑΦΙΣΜΑΟΙΣ
ΕΚΑΣΤΑΠΟΤΙΤΕΤΑΚΤΑΙΟΦΕΙΛΕΤΩΤΩΙΚΟΙΝΩΙΟΜ[Η
ΠΡΑ]ΞΑΣΤΙΤΩΝΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝΔΡΑΧΜΑΣΕΚΑΤΟΝ
ΕΝΟΧΟΣΔΕΣΤΩΚΑΙΤΩΙΝΟΜΩΙΩΣΚΕΙΤΑΙΕΙΤΙΣΚΑ
ΚΟΙΝΟΝΑΔΙΚΗΚΑΙΕΞΕΣΤΩΙΤΩΙΧΡΗΖΩΝΤΙΤΩ[ΝΕ
ΡΑΝΙΣΤΑΝΑΠΟΓΡΑΨΑΙΑΥΤΟΝΤΟΕΠΙΤΙΜΙΟΝΤ[Ο
ΔΕΨΑΦΙΣΜΑΤΟΔ[ΕΚ]ΥΡΙΟΝΕΣΤΩΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡ[Ο
ΝΟΝΚΑΙΜΗΕΞΕΣΤΩΜΗΤΕΑΡΧΟΝΤΙΜΗΤΕΙΔ[Ι
ΩΤΑΙΜΗΤΕΚΙΝΕΙΝΜΗΤΕΓΝΩΜΑΝΓΡΑΨΑΣΘΑΙ
ΜΗΤΕΤΟΙΣΑΡΧΟΥΣΙΠΡΟΤΙΘΕΜΕΙΝΩΣΔΕΙΤΑΣΔ[Ι
ΔΟΜΕΝΑΣΤΙΜΑΣΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΩΙΑΚΥΡΟΥΣΕΙΝ
ΜΕΙΝΗΟΓΡΑΨΑΣΗΟΠΡΟΘΕΙΣΑΠΟΤΕΙΣΑΤΩΤΟΓΕ
ΓΡΑΜΜΕΝΟΝΕΠΙΤΙΜΙΟΝΔΡΑΧΜΑΣΕΚΑΤΟΝΚΑΙΑΓΝΩΜ[Α
Α]ΥΤΟΥΑΚΥΡΟΣΕΣΤΩΚΑΙΕΝΟΧΟΣΕΣΤΩΤΩΙΝΟ
ΜΩΙΤΩΙΑΚΙΝΗΤΩΙ

*Latus IV.*

*B, a.* ΑΡΧΕΡΑΝΙΣΤΑΣ
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣΕΥΕΡΓΕΤΑΣ
ΑΡΧΕΡΑΝΙΣΤΗΣΑΣΑΛΙΑΣΤΑΝΚΑΙ
ΑΛΙΑΔΑΝΕΤΗΚΗΕΞΑΝΚΑΙΕΠΑΥΞΗΣΑΣ
ΤΟΝΕΡΑΝΟΝΕΠΑΙΝΕΘΗΚΑΙΕΣΤΕΦΑΝΩΘΗ
ΥΠΟΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΟΥΑΛΙΑΣΤΑΝΚΑΙΑΛΙΑΔΑΝ
ΠΡΑΤΟΣΘΑΛΛΟΥΣΤΕΦΑΝΩΙ ΚΑΙ
ΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣΕΠΑΡΕΤΑΙΧΡΥΣΕΩΙ
ΣΤΕΦΑΝΩΙΚΑΙΤΙΜΑΘΕΙΣΕΥΕΡΓΕΣΙΑΙ
Κ]ΑΙΑΤΕΛΕΙΑΙΠΑΝΤΩΝΑΝΕΘΗΚΕ
ΔΙΟ]ΝΥΣΩΙΒΑΚΧΕΙΩΙΚΑΙΤΩΙΚΟΙΝΩΙ

*Vacuum*

*B, b.* ΚΑΙΤΙΜΑΘΕΙΣΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝΟΝ
ΕΠΑΙΝΩΙΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙ
Κ]ΑΙΛΕΥΚΑΙΑΣΣΤΕΦΑΝΩΙΚΑ[Ι
ΑΝΑΓΟΡΕΥΣΕΙΤΑΝΤΙΜΑΝ
ΕΝΤΑΙΣΣΥΝΟΔΟΙΣΚΑΙΤΑΙΣ
ΕΠΙΧΥΣΕΣΙΕΠΙΤΩΝΤΟΠΩΝ
ΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝΟΝ

Lat. II. III. lineae horizontales cum vacuis ibi notatis in lapide sunt, inserviuntque separandis diversis, qui ad eundem hominem Dionysodorum pertinent, titulis: qua de re monuit Kellermannus. Nam latus I. continuatur inferiori parte lateris II. vs. 52–73. et lateris III. vs. 85–104. quod quadratarius, quum hunc incideret titulum, quem *C* voco, partem lateris II. iam occupatam scriptura reppererat. Igitur prius incisa est pars superior lateris II. vs. 40–51. quae insuper ipsam monumenti dedicationem a Dionysodoro factam continet; hanc voco *A*, *a*. Huius appendicem probabile est fuisse superiorem partem lateris III. vs. 74–84. nobis *A*, *b*; quam consentaneum est ad latus prioris aliquanto post adscriptam esse; sed post titulum *C* hoc factum esse inde colligitur, quod quadratarius inter alias mendarum a sese commissarum correctiones, cuius vestigia vs. 48. 108. apparent, vs. 83. 84. ΔΕΚΑΟΚΤΩ ΕΠΑΥΞ posuit, postquam erasit prius scriptum ΤΡΙΑ ΚΟΝΤΑΠΕΝΤΕ, quod eum ex vs. 4. 5. in memoria habuisse apertum est. Tum vero quum *C* inscriberetur, Dionysodorus iam per XXXV annos erani socius fuit; et quum particula *A*, *b* scriberetur, Dionysodorus per annos XVIII archeranistes fuit eiusdem haud dubie synodi (qua de re infra dicam): igitur quum *A*, *b* non prior sit titulo *C*, patet annum hunc XVIII. muneris non esse priorem anno XXXV. qui computatur inde ab eo tempore, quo erani socius

factus Dionysodorus est. At si *A*, *b* non ante *C* scriptum est, quaeras quidni *C* in superiore parte lateris III. sed in inferiore continuatum sit. Recte Kellermannus respondet, noluisse quadratarium, postquam lateris secundi inferiorem partem occupare coactus est, ut titulum *C* ibi continuaret, rursum lat. III. in summum ascendere, ne situs partium tituli *C* nimium inconcinnus redderetur. Quare vacuam reliquit lateris III. superiorem aream, cui deinceps supplementum *A*, *b* inscriptum est, non quod id per incuriam quadratarii omissum antea esset, sed quod novos honores post *A*, *a* decretos addi prioribus Dionysodorus voluit. Similiter factum est n. 2782. 2811. et locis ibi allatis. Hinc differt etiam scriptura. Nam *A*, *a* et *C* pulchris litteris quadrantem pollicis altis concinne scripta sunt; *A*, *b* negligentius exaratum est litteris tres pollicis octantes altis. Sed nova dedicatio continetur latere quarto: quem titulum *B* voco. Huius ipsum initium (*a*) non ante annum XXVIII. muneris Dionysodori archeranistae scriptum fuerit, si vs. 108. lectio ἔτη K̅H̅ vera sit; sed hoc mihi incredibile. Nam tituli *A*, *a*, *C* et *B*, *a* iisdem litteris exarati sunt, quod diserte traditur; sed additamentum *A*, *b* aliis scriptum litteris iam XVIII. anno muneris est additum: igitur non probabile est, *B*, *a* decem annis post scriptum esse, sed potius *B*, *a* debet ante additicium *A*, *b* esse incisum: quod licebit statuere, ubi vs. 108. pro ἔτη K̅H̅ scripseris I̅H̅. Et vs. 108. rescriptus est, postquam quae prius exaraverat delevit quadratarius; etsi igitur litterae KH, ut posthac ΕΞΑΝ manifesto corruptum, in lapide esse videntur, tamen erratum iudico, et K remansisse ex priore scriptura, quae postea deleta est. Accedit quod *B*, *b*, haud dubie additicium, iisdem litteris et eadem negligentia exaratum est atque *A*, *b*: igitur *B*, *b* videtur eodem tempore atque *A*, *b* inscriptum: *A*, *b* vero anno muneris fere XVIII. exaratum est; unde colligitur ne *B*, *a* quidem posse recentius esse. Ceterum *B*, *b* ut *A*, *b* posthac additum est, quod novi Dionysodoro honores decreti erant: ii vero novi honores, qui *B*, *b* habentur, complectuntur etiam eum, qui titulo *C* defertur; igitur *C* inscriptus est non solum postquam *A*, *a*, sed etiam postquam *B*, *a* iam insculpti erant, et *A*, *b* ac *B*, *b* post titulum *C* sunt additi. Cui rationi convenit etiam hoc, quod *A* et *B* ex adverso scripti sunt: ut facile videas primum occupata esse plana ut ita dicam potiora, deinde plana lateralia. Illud unum dubites, *A*, *a* an *B*, *a* prius altero inscriptum sit. Sane *A*, *a* potest posterius videri parte *B*, *a*, quod ibi duae aureae coronae ab Haliastis (συνεϱανισταῖς) decretae Dionysodoro dicuntur, hic vero tantum una: sed haec potest ab illis prorsus diversa esse, ut infra docebitur: itaque nihil licet certi statuere. His ita constitutis apponam textum minusculis repetitum: dein de singulis addam, quae maxime necessaria visa: quibus ipsis aliqua ex parte firmabuntur, quae de ordine titulorum dicta sunt.

***A*, *a*. vs. 40.** Ἀ]ρχερανιστὰς Ἁλιαστᾶν καὶ Ἁλιαδᾶν [Δ]ιονυσόδωρος Ἀλεξανδρεύς, εὐεργέτας, ἐπαινεθεὶς καὶ στεφανωθεὶς ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τοῦ Διονυσιαστᾶν [ἐ]π' ἀρετᾷ χρυσέῳ στεφάνῳ, καὶ τιμαθεὶς εὐεργεσίᾳ καὶ ἀτελείᾳ πάντων, καὶ στεφανωθεὶς ὑπὸ τῶν συν[ε]ρανιστᾶν τῶν εὐεργετηθέντων ὑπ' αὐτοῦ χρυσέοις στεφάνοις δυσὶ ἐν τᾷ τῶν Βακχείων ὑποδοχᾷ κατὰ τριετηρίδα, ἀνέθηκε τριετηρίσι καὶ τῷ κοινῷ.

***A*, *b*. vs. 74.** Καὶ ἐπαινεθεὶς καὶ στεφανωθεὶς ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τοῦ Πανιαστᾶν θαλλοῦ στεφάνῳ, καὶ στεφανωθεὶς ἐπ' ἀρετᾷ χρυσέῳ στεφάνῳ ἀπὸ χρυσῶν δέκα, καὶ στεφανωθεὶς πρᾶτος λευκαίας στεφάνῳ, καὶ τιμ[α]θεὶς εὐεργεσίᾳ καὶ ἀτελείαις δυσὶ πάντων καὶ ἀναγορεύσει τᾶν τιμᾶν ἐπὶ τῶν τόπων εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, καὶ ἀρχερανιστήσας ἔτη δέκα ὀκτώ, ἐπαύξησε τὸν ἔρανον.

***B*, *a*. vs. 105.** Ἀρχερανιστὰς Διονυσόδωρος Ἀλεξανδρεύς, εὐεργέτας, ἀρχερανιστήσας Ἁλιαστᾶν καὶ Ἁλιαδᾶν ἔτη [Ι̅]Η̅ ἐξᾶ[ς] καὶ ἐπαυξήσας τὸν ἔρανον ἐπανέθη καὶ ἐστεφανώθη ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τοῦ Ἁλιαστᾶν καὶ Ἁλιαδᾶν πρᾶτος θαλλοῦ στεφάνῳ, καὶ στεφανωθεὶς ἐπ' ἀρετᾷ χρυσέῳ στεφάνῳ, καὶ τιμαθεὶς εὐεργεσίᾳ [κ]αὶ ἀτελείᾳ πάντων, ἀνέθηκε [Διο]νύσῳ Βακχείῳ καὶ τῷ κοινῷ.

***B*, *b*. vs. 116.** Καὶ τιμαθεὶς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον ἐπαίνῳ, χρυσέῳ στεφάνῳ [κ]αὶ λευκαίας στεφάνῳ, κα[ὶ] ἀναγορεύσει τᾶν τιμᾶν ἐν ταῖς συνόδοις καὶ ταῖς ἐπιχύσεσι ἐπὶ τῶν τόπων εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον.

***C*. vs. 1.** Ἐ]π' ἱερέως Δαμαινέτου, Διοσθύου δωδεκ[ά]τᾳ, Βουλαγόρας Ῥόδιος εἶπε· Ἐπειδὴ [Δ]ιονυσόδωρος Ἀλεξανδρεὺς εὐεργέτ[ας] τοῦ κοινοῦ ἐρανίζων ἔτη τριάκοντα πέντε ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διατελεῖ περὶ τ[ὸ] πλῆθος τὸ Ἁλιαδᾶν κα[ὶ Ἁλιασ]τᾶν, καὶ πο[λλ]ὰς καὶ μεγάλας χρείας παρείσχηται τῷ κ[οι]νῷ, ὅπως οὖν καὶ Ἁλιάδαι καὶ Ἁλιασταὶ το[ὺς ἀ]γαθοὺς ἄνδρας καὶ ζῶντας καὶ μεταλλ[ά]ξαντας τὸν βίον φαίνωνται τιμοῦντες κ[αὶ] καταξίας χάριτας ἀποδιδόντες τοῖς προα[ιρ]ουμένοις εὐεργετεῖν τὸν ἔρανον καὶ καλ[ὰν ἀ]πόδειξιν ἐμ πᾶσι πεποιημένοις· τύχᾳ [ἀ]γαθᾷ δεδόχθαι τῷ κοινῷ τῷ Ἁλιαδᾶν κ[αὶ Ἁ]λιαστᾶν, κυρωθεισᾶν τᾶνδε τᾶν τιμᾶν ἐπα[ινέ]σαι καὶ στεφανῶσαι Διονυσόδωρον Ἀλεξα[ν]δρῆ εὐεργέταν τοῦ κοινοῦ εἰς τὸν ἀεὶ χρόν[ον] χρυσέῳ στεφάνῳ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μεγίστῳ· καὶ ὁ γραμματεὺς ἀναγραψάτω τὰ δόξαντα, ὁ δὲ ἀρχερανιστὰς καὶ τοὶ ἄρχοντες οἵ τε ἐν[ε]στακότες καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ἀεὶ αἱρούμενοι ἐπ[ι]μέλειαν ποιείσθωσαν, ὅπως ἐξαιρῆται αὐτῷ εἰς στέφανον καθ' ἑκάσταν σύνοδον τριώβολο[ν]· ὑπαρχέτω δὲ αὐτῷ τὰ τίμια καὶ μεταλλάξα[ν]τι τὸν βίον· καὶ ὅπως ἕκαστα γίνηται κατὰ τόδ[ε] τὸ ψάφισμα καὶ κατὰ τοὺς νόμους, καὶ ἀναγο[ρ]εύηται ἁ στεφάνωσις αὐτοῦ ἐν ταῖς συνόδοις τᾷ δεύτερον ἁμέρᾳ μετὰ τὰ ἱερά, ἐπιμέλει[α]ν ποιείσθων ὅ τε ἀρχερανιστὰς καὶ τοὶ ἄρχοντες ἀεὶ τοὶ ἐν ἀρχᾷ ἐόντες· καὶ ὁ ἐπιστάτας τοῦ κοινοῦ ἢ ὁ ἱεροκάρυξ ἀναγορευέτω τὸ κάρυγμα τόδε· „Τὸ κοινὸν τὸ Ἁλιαδᾶν καὶ Ἁλιαστᾶν ἐτίμασε εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον Διονυσόδωρον Ἀλεξανδρῆ, εὐεργέταν τοῦ κοινοῦ, ἐπαίνῳ, χρυσέῳ στεφάνῳ, δίδωτι δὲ αὐτῷ τὰς τιμὰς καὶ ζῶντι καὶ μεταλλάξαντι τὸν βίον ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ εὐνοίας, ἃν ἔχων διατελεῖ εἴς τε τὰ κοινὰ καὶ τοὺς αὐτοῦ ἐρανιστάς." ἐπε[ὶ] δέ κα μεταλλάξῃ τὸν βίον, τὸ ἐξαιρούμενον (vs. 52.) αὐτῷ εἰς τὸν στέφανον εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον λανβανόντω ὅ τε ἀρχερανιστὰς καὶ τοὶ λογισταὶ καὶ ὁ ἐπιστάτας, οἵ κα ἀεὶ ἐν ἀρχᾷ ἔωντι, καὶ πριάσθων στέφανον καὶ διλήμνιον, καὶ ἀναγορεύσαντες τᾷ δεύτερον ἁμέρᾳ τᾶν συνόδων ἀποδόσθων, κα[ὶ τὸ] εὑρὸν καταβαλέτω εἰς τὸ κοινὸν ὁ ἐπιστάτας ἐν τῷ συλλόγῳ ἐν τῷ ἐχομένῳ μηνὶ τᾶν συνόδων, καὶ ὁ γραμματεὺς ἀναγραψάτω εἰς τοὺς ἀπολόγους· „Διονυσοδώρου εὐεργέτα στεφανωθέντος χρυσέῳ στεφάνῳ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, στεφάνου τοῦ πραθέντος." ὑπάρχειν δὲ αὐτῷ τὰν ἀναγόρευσιν καὶ στεφάνωσιν καὶ ἐπὶ τῶν τάφων ἐμ μηνὶ Ὑακινθίῳ καὶ μεταλλάξαντι τὸν βίον, καὶ ποείσθων τὰν ἐπιμέλειαν ὁμοίως ὅ τε ἀρχερανιστὰς καὶ τοὶ ἄρχοντες οἱ μετὰ ταῦτα ἀεὶ αἱρούμενοι. τὸ δὲ ἐξαιρούμενον αὐτῷ ἐν τῷ μηνὶ (vs. 85.) τῷ Ὑακινθίῳ εἰς στέφανον εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον καταχρείσθων τοὶ ἄρχοντες καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς τὸν στέφανον τὸν ἀναγορευόμενον ἐπὶ τάφοις μεταλλάξαντος αὐτοῦ τὸν βίον, καὶ στεφανούντω αὐτοῦ τὸ μναμεῖον. ὅτε δέ κα μὴ ποιήσωντι κατὰ τόδε τὸ ψάφισμα οἷς ἕκαστα ποτιτέτακται, ὀφειλέτω τῷ κοινῷ ὁ μ[ὴ πρά]ξας τι τῶν γεγραμμένων δραχμὰς ἑκατόν, ἔνοχος δ' ἔστω καὶ τῷ νόμῳ ὡς κεῖται εἴ τίς κα κοινὸν ἀδικῇ, καὶ ἐξέστω τῷ χρῄζ[ο]ντι τῶ[ν ἐ]ρανιστᾶν ἀπογράψαι αὐτὸν τὸ ἐπιτίμιον. τ[ὸ] δὲ ψάφισμα τόδ[ε κ]ύριον ἔστω εἰς τὸν ἀεὶ χρ[ό]νον, καὶ μὴ ἐξέστω μήτε ἄρχοντι μήτε ἰδ[ι]ώτᾳ μήτε κινεῖν μήτε γνώμαν γράψασθαι, μήτε τοῖς ἄρχουσι προτιθέμειν, ὡς δεῖ τὰς δ[ι]δομένας τιμὰς Διονυσοδώρῳ ἀκύρους εἶμειν, ἢ ὁ γράψας ἢ ὁ προθεὶς ἀποτεισάτω τὸ γεγραμμένον ἐπιτίμιον δραχμὰς ἑκατόν, καὶ ἁ γνώμ[α α]ὐτοῦ ἄκυρος ἔστω, καὶ ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ τῷ ἀκινήτῳ.

Collegia memorantur tria, Ἁλιαδᾶν καὶ Ἁλιαστᾶν s. Ἁλιαστᾶν καὶ Ἁλιαδᾶν, Διονυσιαστᾶν, Πανιαστᾶν. Primi

sunt *Solis cultores*, Rhodii dei; Ἁλιάδαι gentem designant, Ἁλιασταὶ reliquos, qui cum gente Solem insignius colunt, eranistas: huiusque collegii *archeranistes* fuit Dionysodorus (*A*, *a*. init. *B*, *a*. init.): duorum reliquorum nusquam dicitur archeranistes fuisse, et quae *A*, *b*. extr. dicuntur ἀρχερανιστήσας ἔτη δέκα ὀκτὼ ἐπαύξησε τὸν ἔρανον debent ad eranum Haliastarum referri, cuius ἀρχερανιστὴς Dionysodorus vocatus erat initio totius illius partis (*A*, *a*). Paniastae sunt Panis cultores; et fortasse hi etiam n. 2528. reponendi sunt, ubi antequam hic titulus innotuit, Panathenaistas dedi. *A*, *a* (lat. II.) coronam a Dionysiastis auream Dionysodoro decretam legimus: haec est illa corona laurea, quae supra sculpta est lat. II. et quam ipsam monumento insculptam hac ipsa repraesentatione dedicat Dionysodorus. *B*, *a* (lat. IV.) memorat coronas ab Haliastis decretas, alteram θαλλοῦ (*oleaginam*, quod notum est), alteram *auream*, quae laurum imitabatur: hae sunt illae, quae lat. IV. conspiciuntur et quasi dedicantur a Dionysodoro. Supersunt lat. III. duae coronae, altera laurea, altera incerti generis, cuius folia supra in lemmate descripsi: hanc Kellermannus recte censet eam esse quae in subscripto *A*, *b* λευκαίας στέφανος vocatur; et hanc notat *sparteam* vel *cannabinam* vel *populeam* verti posse: cannabinis autem foliis eam non dissimilem esse; attamen, ut ipse ait, nisi paulo altius fissa essent folia, non ea dissimilia populo Italicae forent. Haud dubie corona est *populea*, cuius meminit Horatius Carm. I, 7, 23. habesque eam apud Rhodios ipsos Tlepolemiorum praemium (Schol. vet. Pind. Olymp. VII, 147. Schol. rec. ib. 141. Tzetz. ad Lycophr. 911.). Λευκαία igitur idem est ac λεύκη. Praeter hanc quae lat. III. conspicitur corona laurea, est ea quae *A*, *b* dicitur στέφανος χρυσοῦς ἀπὸ χρυσῶν δέκα: omissa est oleagina Paniastarum ibidem scripta. Sic etiam duae coronae aureae a syneranistis, hoc est ab Haliastis, collatae Dionysodoro, de quibus dicitur *A*, *a*, non insculptae sunt; quod minus offendit, quia hae tantum obiter memorantur: nec quae *B*, *b* in appendice leguntur duae coronae, altera aurea, altera λευκαίας, comparent in monumento sculptae. Ceterum duae illae coronae aureae, quae *A*, *a* habentur scriptae, decretae Dionysodoro ab Haliastis quidem sunt, sed in convivio Bacchiorum, quae ad Dionysiastas pertinent; quare honoribus iis adduntur, qui a Dionysiastis illi collati sunt. Contra quae *B*, *a* leguntur, ob merita de ipso Haliastarum erano decretae sunt: quare hae *B*, *a* coronae aliae prorsus iudicandae sunt atque illae *A*, *a*: nisi forte illam auream, quae *B*, *a* memoratur, putabimus esse unam ex duabus illis, quae *A*, *a* scriptae sunt; ita ut *A*, *a* sit posterius parte *B*, *a*: qua de re supra aliquid monui. At prorsus diversae sunt coronae oleaginae, altera *A*, *b* a Paniastis decreta, altera *B*, *a*, quam decreverant Haliastae. Idem dicendum de aureis coronis *A*, *b* et *B*, *b*, quarum illa a Paniastis, haec ab Haliastis donata est, et de populeis duabus ibidem memoratis. Porro ἀναγόρευσις τᾶν τιμᾶν ἐπὶ τῶν τόπων etc. *A*, *b* videtur ad honores a Paniastis decretos pertinere; sed quae *B*, *b*. extr. post honores ab Haliastis decretos leguntur καὶ τιμαθεὶς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον ἐπαίνῳ, χρυσέῳ στεφάνῳ et mox καὶ ἀναγορεύσει τᾶν τιμᾶν ἐν ταῖς συνόδοις etc. manifesto honorem eum continent, qui tit. *C* decernitur: nisi quod illi posthac etiam λευκαίας στέφανος debet decretus esse. Postremo quae *A*, *b* afferuntur ἀτέλειαι δύο, fortasse ita computatae sunt, ut altera sit ea, quam dederant Dionysiastae (*A*, *a*), altera ea, quam Haliastae (*B*, *a*): quamquam si coronae diversis illis locis scriptae diversae sunt, cur immunitates illae bis scriptae sint, non video. Sed de coronis tamen non possum aliter ac feci iudicare; nec placet, quod editor illas ἀτελείας δύο dixit esse alteram a Dionysiastis collatam (*A*, *a*), alteram novam aliquam a Paniastis datam, quae una cum illa comprehendatur formula ἀτελείαις δυσὶ sub Paniastarum donis (*A*, *b*) posita.

*A*, *b*. vs. 74. dele Ι post ΣΤΕΦΑΝΩ, item *C*. vs. 94. Ι post ΕΞΕΣΤΩ. *B*, *a*. vs. 108. cur ἰη dederim, supra dixi; ΕΞΑΝ sane in lapide est diserte; sed ausus sum ἐξᾶς corrigere, quod locus hic rescriptus est, ita ut Ν possit ex priore scriptura superesse. Vs. 111. spatium vacuum videtur fortuitum esse. Tit. *C*. ἱερεὺς est eponymus Rhodiorum, non Haliastarum; vide n. 2905. I. extr. Tum imprimis memorabiles sunt menses Rhodii, alter *Diosthyus* (vs. 1.), alter *Hyacinthius* (vs. 85.). De *Diosthyo* dixi T. II. p. 273. et p. 369. ubi fortuito *Ceus* irrepsit pro *Tenius*: hunc Diosthyum constat esse Theraeum, fortasse vero una Eleus et Tenius est: nunc discimus eum cum *Hyacinthio* esse etiam Rhodium. Utrumque Argis allatum in Rhodum, priorem Sparta in Theram iudico. Gorpiaeum Rhodiis tribuere videtur Schol. Pind. Ol. VII, 147. Boedromionem Theognis περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν ap. Athen. VIII. p. 360. B. Metagitnionem Porphyrius de abst. II, 54. cuius locum compilarunt alii ab interprete et Meursio Rhod. I, 16. citati. Sed haec ex comparatione potius Macedonici et Atticorum mensium dicta sunt. Vs. 10. valde insolens est τιμοῦντες. Vs. 15. κυρωθεισᾶν τᾶνδε τᾶν τιμᾶν intelligi nequit nisi praecessisse alios honores statuas: hi vero qui fuerint nisi ii, quos ab Haliastis collatos titulus *B*, *a* memorat? Vs. 23. sane exiguum est *triobolum* illud, quod in quoque conventu seponendum est, ut inde pecunia in coronam comparandam colligatur: sed videtur per longam annorum seriem etiam sic aliquid pecuniae potuisse colligi. Vs. 56. διλήμνιον est *duplex lemniscus*. Vs. 59. init. ΕΘ obscurum esse notat Kell. idque ita describit, ut pateat posse etiam ΓΟ esse. Certum est τὸ εὑρόν, *pretium quod solutum sit*; cf. Lexx. Vs. 63. ἀπόλογοι sunt *rationes*, de quo alibi dictum. Vs. 86. καταχρεῖσθων notandum pro καταχρήσθων; nec debet hoc vitium videri, sed habet quo defendi queat. Vs. 93. ΩΣ est in lapide, neque opus est ut cum Kell. scribatur ΟΣ. Vs. 98. γράψαι scribi debebat; γράψασθαι videtur quadratarii vitium esse, quum γράψας sit vs. 101. Vs. 100. extr. secundum Kell. Ε certum est, Ι incertius, ac Ν potest etiam Μ esse; vs. 101. init. litterae Μ certae sunt lineae horizontales solae. Lapicida videtur ΕΙΜΜΕΙΝ scripsisse, dein delevisse alterum Μ. Noli legere ἔμμειν: Rhodia forma est εἶμειν (vide ad n. 2905. I.).

## 2526.

Ara olim *Rhodi* in platea suburbii e regione coenobii Franciscanorum, ut ait Ios. de Hammer, vel ante Graecum monasterium, ut Clarkius tradit, nunc in Museo Leidensi, postquam in Bataviam attulit Rottiersius. Ed. Clark. Itin. P. II. S. II. p. 229. Ios. de Hammer topogr. Ans. p. 165. n. 14. (cf. tabulam aeri incisam p. 78.). Tractavit Reuvens Diar. class. T. XXXV. p. 125.

ΞΗΝΩΝΝΑΟΥΜΟΥ
ΑΡΑΔΙΟΣΠΡΟΞΕΝΟΣ
ΔΙΙΣΩΤΗΡΙ

Vs. 1. litt. 1. Hammerus p. 165. Ξ; Clark. Ι, quod in lapide esse coniicias etiam ex forma in Hammeri tabula, quae est Ι, sed adhaerente inferiori lineae in dextro apice incurva lineola sursum vergente, quod vitium lapidis esse videtur; eo Reuvensium arbitror deceptum esse, qui Ξ retinuit. Mox Clark. ΝΑΟΥΝΟΥ. Vs. 2. Clark. Ξ pro Ξ, quod est in tab. Hamm.

Ζήνων Ναούμου Ἀράδιος πρόξενος Διῒ Σωτῆρι.

Aradus est Cretae oppidum, et insula Phoenicum; hunc hominem esse Phoenicem nomen docet; Ναοῦμος est enim Hebraicum *Nahum*. Zeno hic Rhodiorum apud Aradios proxenus fuit; is haud dubie Rhodi, ut solebant proxeni, negotiatus est, et ob faustam navigationem dicaverit donarium. Aradiis et Rhodiis commercia fuisse coniicias etiam inde, quod Callias Aradius Rhodiis in oppugnatione Demetrii Poliorcetae operam praestitit (Vitruv. X, 22.).

## 2527.

*Rhodi*; ed. Clarkius Itin. P. II. S. I. p. 226.

ΛΙΝΔΙΟΙ
ΑΓΗΣΙΣΤΡΑΤΟΝ
ΠΟΛΥΚΡΕΟΝΤΟΣ
ΝΙΚΩΝΤΑΟΛΥΜΠΙΑ
ΠΑΙΔΑΣΠΑΛΑΝ
ΠΡΑΤΟΝΛΙΝΔΙΩΝ

Λίνδιοι Ἀγησίστρατον Πολυκρέοντος, νικῶντα Ὀλύμπια παῖδας πάλαν πρᾶτον Λινδίων.

Πρᾶτον refer ad νικῶντα: *primus* ille Lindiorum vicit in eo certamine. Sic in Iasensi titulo: νικήσας τὴν περίοδον ἀνδρῶν δόλιχον Ἰασέων πρῶτος.

## 2528.

*Rhodi* in clivo urbem versus in ara terete; ed. Ios. de Hammer l. c. ad n. 2526. p. 161. n. 6. et Vidua Inscr. ant. tab. 36, 3. (cf. p. 39 sq.). Tractavit Letronnius Journ. des Sav. Aug. 1827. p. 475.

ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣΘΑΣΗΛΙΤΑΣ
ΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣΥΠΟΤΟ[Υ]
ΚΟΙΝΟΥΤΟΥΠΑΝΑ. . . ΙΑ
ΛΟΥΣΤΙΦ

Litterarum forma est ex Vid. Vs. 1. pro secundo Σ Vid. lacunam habet. Tum Viduae tabula ΙΑΣΗ . . ΤΑΣ; sed in syllabo ibi, ubi lacunam habet, fortasse Ν vel ΛΙ esse legendum docet, quod non ex coniectura, sed ex fide lapidis dici patet. Hamm. ΘΑΣΗΝΩΝ; igitur ubi Vid. Ι, ibi Hamm. litteram, quam dedi, Θ habet (utroque composito fit Φ unice verum); ubi vero Vid. Ν vel ΛΙ, ibi Hamm. Ν habet, ut videas non de nihilo esse illud Viduae Ν vel ΛΙ. Vs. 2. Hamm. Ο pro Ω, et omisso ΥΠΟ tantum ΤΟ. Vs. 3. Hamm. ΚΑΙ - Υ - - ΤΑΠΑΝΑ - - - ΙΑ; Vid. ΚΟΙΝΟΥΤΟΥΠΑ reliquis omissis, dicitque in syllabo ΠΑΟ vel ΠΑΙΟ legi posse. Vs. 4. abest ap. Hamm.

Ἀφροδίσιος [Φ]ασηλίτας στεφανωθεὶς ὑπὸ το[ῦ] κοινοῦ τοῦ Πανα[θην]α[ϊστῶν? θαλ]λοῦ στ[ε]φ[άνῳ.

Consentio cum Letronnio nostro, nisi quod ille infert nomen Πανιωνίου, quod notum est ex scriptoribus et nummis, atque etiam in titulo memoratur ad Mycalen reperto. Sed Rhodiis et Phaselitis non potuit quidquam cum Panionio communionis esse: quod quum videret Car. Fr. Hermannus in Annal. litt. Heidelb. a. 1828. p. 404. non recte quidem de restitutione Φασηλίτας dubitavit et de Ialysensi cogitavit. Nam Ἰαλυσεὺς nullo modo convenit ductibus iis, qui supersunt. Hammeri vero lectio ΠΑΝΑ manu ducit ad ΠΑΝΔ[ΩΡΙΟΥ; sed hoc nusquam, quod sciam, nominatur: nec probabile est, si Triopiorum sacrorum participes (in quibus sunt Rhodii, quorum coloni Phaselitae), κοινοῦ Πανδωρίου nomine aliquando appellati essent, hoc nusquam esse traditum. Igitur quum in Rhodo Minervae cultus fuerit sanctissimus, ad huius sacra quaedam Παναθήναια referri titulum auguror, et scribo τοῦ κοινοῦ τοῦ Παναθηναϊστῶν, ex qua voce superest ΠΑΝΑ . . . ΙΑ (Ι ex Ν reliquum). In Teio titulo diserte habes τὸ κοινὸν τῶν Παναθηναϊστῶν.

## 2529.

*Rhodi*, pone templum Turcicum prope portam, circum columnam solo immersam; ed. Ios. de Hammer l. c. p. 166. n. 21.

ΟΔΑΜΟΣΟΡΟΔΙΩΝΚΑΙΑΒΟΥΛΑ
ΤΙΤΟΝΑΥΡΗΛΙΑΝΟΝΟΙΚΟΣΤΡΑΤΟΝ
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥΑΜ. . . ΝΤΟΝΣΟΦΙΣΤΑΝ
. ΕΤΙΜΑΜΕΝΟΝΚ. . . ΠΟΤΝ. . ΜΕΓΙΣΤΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚΑΘΕΔΡΑΚΑΙΝΟΠΙΣΤΕΙΑ
ΤΑΣΙΕΡΑΣΣΥΝΟΔΟΥ. . ΜΕΚΑΙΠΥΘΙΑ

Ὁ δᾶμος ὁ Ῥοδίων καὶ ἁ βουλὰ Τίτον Αὐρηλιανὸν [Ν]ικόστρατον Νικοστράτου, ἀμ[ώμη]τον σοφιστάν, [τ]ετιμαμένον κ[αὶ ὑ]πὸ τ[οῦ] μεγίστου Αὐτοκράτορος καθέδρᾳ καὶ [λ]ο[γ]ιστείᾳ τᾶς ἱερᾶς συνόδου [ἐς Νέ]με[α] καὶ Πύθια.

Hammerus vs. 2. ἀμ[ίαντ]ον volebat, quod non probabile: ne ἀμ[ώμη]τον quidem mihi satisfacit. Possis et ἄμ[εμπ]τον. Νέμεα vs. 6. latere idem vidit. Reliqua Hammeriana mitto ut in ceteris titulis. Subscripta haec statuae erant Nicostrati Macedonis, unius ex decem oratoribus, qui M. Antonino Imp. floruerunt, de quo Suid. v. Νικόστρατος, Philostrat. Vit. Soph. II, 31, 1. Papinian. in Digest. XXXIX, 5, 27. Ei *cathedram*, hoc est professionem eloquentiae dedit Imperator, cuius erat hanc conferre; dedit *logistae munus* in sacro collegio (haec est ἱερὰ σύνοδος), ut eo fungeretur in sollemnibus Pythiis et Nemeis. Cf. de tali λογιστείᾳ praeter alia n. 2741.

## 2530.

*Rhodi* in ara, in domo praefecti prope portum; ed. idem l. c. p. 163. n. 13.

. . . ΣΤΕΦΑΝΟΝ
. . . ΑΥΠΟΤΑΣΡ
. . . ΦΑΝΩΙΚΑ . . ΠΟΤΑΝ
. . . ΥΑΑΝ . . ΟΙΣΣΤΕΦΑΝΟΙΣ
. . . ΒΟΥΛΕΥΤΑΣΤΑΝ
. . . ΗΡΕΟΣΔΙΟΚΛΕΥΣ
. . . ΝΕΥΣΙΝΤΑΚΑΙΠΑΝΤΑ
. . . ΑΥΤΑΤΩΙΔΑΜΩΙ

- - - - στέφανον - - - - -
στεφανωθέντ]α ὑπὸ τᾶς Ῥ[οδίων πόλιος
- - - στε]φάνῳ κα[ὶ ὑ]πὸ τᾶν
- - - - .. ἀν[θιν]οῖς στεφάνοις,
- - - - βουλευτὰς τᾶν? - - -
- - - - ήρεος Διοκλεῦς - - -
- τοῖς πρυτα]νεῦσιν· τὰ? καὶ πάντα -
- - - - αὐτὰ? τῷ δάμῳ - - -

Vs. 8. potest etiam ταῦτα scribi. Prytanes Rhodiorum noti sunt; sed rara forma πρυτανεύς, nec tamen ignota.

## 2531.

In *Rhodo* ad collem, qui Graecis Rodini, Turcis Zumburli (Sümbülli), in ara marmorea rotunda, taurinis capitibus et sertis affabre sculptis ornata, quae est prope cisternam ad dextram; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 36, 1. cf. p. 39. et Hammer l. c. p. 162. n. 8.

ΑΡΙΣΤΙΔΑΣ
ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΥ

Ἀριστίδας Ἀριστομάχου.

Vs. 1. Hamm. ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ, Vid. ΑΡΑΤΙΔΑΣ; vs. 2. Vid. ΑΡΙΣΤΟΜΑΚΟΥ, Hamm. ΑΡΙΣΤΙΜΑΧΟΥ. Ex his elegi optima et idonea. Ἀριστίδας p. Ἀριστείδας haud insolens est et probabilius hic quam Ἀρατίδας. Filiis solebant nomina imponi patrum nominibus similia, quod non nunc primum moneo; hinc *Aristomachi* filius est hic *Aristides*.

## 2532.

*Rhodi* in ara marmorea rotunda, sertis laureis et capitibus, ut Clarkius ait, arietinis (credo potius bovinis) ornata, in platea; ed. Ios. de Hammer l. c. p. 165. n. 18. et Clarkius Itin. P. II. S. I. p. 227. ex quo formam litterarum dedi.

ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΣ
ΠΟΛΥΑΡΑΤΟΥ

Πολύκλειτος Πολυαράτου.

## 2533.

*Rhodi* in ara capitibus iisdem et sertis ornata; ed. Clarkius ibid.

ΠΥΕΓΟΔ
ΔΟΡΕΩΝΟΣ

Πύ[θι]ο[ς?
Δ[ω]ρέωνος.

Hoc est Δωρίωνος.

## 2534.

*Ibidem* iuxta fontem; ex Gallandi epistola ad Graevium inedita.

ΣΑ. . . . ΔΗΣΣΑΜΙΑΔΕΥΣ

Σα[μιά]δης Σαμιάδευς.

Vide ad n. 2513. Pro Σαμιάδης malim Σαμιάδας.

## 2535.

*Rhodi* in ara rotunda bucranis quattuor sertisque ornata, ante portam templi Turcici, olim D. Ioannis. Ed. Hammer l. c. ad n. 2526. p. 164. n. 15. et in tabula aeri incisa p. 78. ex qua formam tituli reddo; postea Vidua Inscr. ant. tab. 34, 3. cf. p. 38.

ΓΑΙΟΥΛΙΚΙΝΝΙΟΥΓΑΙΟΥΥΙΟΥΒΑΣ
ΣΟΥΚΑΙΛΙΚΙΝΝΙΟΥΘΕΟΔΩΡΟΥΖΩΝ
ΤΩΝ

ΛΙΚΙΝΝΙ
ΤΥΧΗΣ

Vs. 4. 5. desunt ap. Vid.

Γαΐου Λικιννίου, Γαΐου υἱοῦ, Βάσσου, καὶ Λικιννίου Θεοδώρου, ζώντων.

Λικιννί[ας] Τύχης.

Arae hae omnes sepulcrales sunt; sed haec a vivis condita est, ut sepulcrum futurum signaret. Ex eadem familia videtur deinceps Licinia Tyche illata esse.

## 2536.

*Rhodi* in horto ad aedem D. Athanasii in suburbio; ed. Hammer ibid. p. 163. n. 12.

ΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΑΛΥΝΙΟΥ
ΕΥΟΠΟΡΟΥ
ΚΑΙΜΕΓΙΣΤΙ
ΟΥΑΘΗΝΑΙΩΝ

Τιβερίου Κ[λα]υ[δ]ίου Εὐπόρου, καὶ Μεγιστίου, Ἀθηναίων.

Miror quod Letronnius Rech. sur l'Ég. p. 209. intactam reliquit lectionem Καλυνίου. Pro Εὐπόρου, nomine Athenis frequentato, possis et Εὐθ[υ]πόρου: sed illud probabilius.

## 2537.

In *Rhodo*; ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 50. p. 337. Habeo etiam ex Gallandi epistola ad Graevium inedita.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ
ΦΙΛΟΚΡΑΤΕΥΣ
ΒΡΥΤΙΝΔΑΡΙΟΣ

Vs. 3. Gall. Τ, Spon. Γ.

Ἀριστοτέλης Φιλοκράτευς Βρυτινδαρ[έ]ος.

Tertium nomen manifesto gentilicium est. Carica nomina oppidorum in ινδα et ανδα desinunt plura, ut Ἄλινδα, Αἄβρανδα, Ἀάρανδα, Ἀλάβανδα: tale igitur etiam Βρύτινδα esse arbitreris; unde gentilicium fuerit Βρυτινδηνὸς et Dorice Βρυτινδανός, ut Ἀλαβανδηνός: ΡΙ in Ν mutare non est audacis. Attamen aliud praetuli. Nempe in Mylasensibus titulis n. 2694. 2697. Ταρκονδαρεῖς reperiuntur; ad quam analogiam adscita terminatione Doribus haud insueta έος restitui Βρυτινδαρέος a recto Βρυτινδαρεύς, ut Ταρκονδαρεύς. Loci hi dicti fuerint Ταρκόνδαρα, Βρυτίνδαρα, ut ab urbe Πίναρα Ciliciae fit gentilicium Πιναρεύς. Genitivum ad Φιλοκράτευς relatum defendit n. 2539.

## 2538.

*Rhodi* in suburbio Hagio Anargyri ad aedem D. Athanasii, in stylobate, litteris elegantibus; ed. Hammer l. c. ad n. 2526. p. 164. n. 16. Turner Itin. T. III. p. 9. Vidua Inscr. ant. tab. 35, 5. (cf. p. 39.) ex quo formam tituli et litterarum dedi.

ΘΕΥΛΥΤΟΣ
ΘΕΥΛΥΤΟΥ
ΚΑΡΠΑΘΙΟΠΟΛΙΤΑΣ

Θεύλυτος Θευλύτου Καρπαθιοπολίτας.

Cf. Letronn. Journ. des Sav. Aug. 1827. p. 474. de forma Καρπαθιοπολίτας.

## 2539.

*Rhodi* in suburbio D. Anastasiae iuxta ostium domus ducis tormentariorum in stylobate, magnis et elegantibus litteris; ed. Vidua ibid. n. 1. (cf. p. 38.).

ΣΩΣΙΔΑΜΟΣΑΙΧΡΩΝΟΣ
ΚΑΘΥΟΘΕΣΙΑΝΔΕΞΕΙΝΙΑΔΑ
ΚΑΡΠΑΘΙΟΠΟΛΙΤΑ

Σωσίδαμος Αἴ[σ]χρωνος, καθ' ὑοθεσίαν δὲ Ξεινιάδα, Καρπαθιοπολίτα.

Αἴσχρωνος dedit Letronn. l. c. neque opus est scribere Αἰσχρίωνος.

## 2540.

*Rhodi* extra urbem in summo vertice collis, qui est in boream ab urbe, in ara rotunda bucranis et sertis ornata; ed. Hammer l. c. p. 165. n. 19. et in tabula aeri incisa p. 78. quam sequor potissimum.

ΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΤΙΜΑΣΙΠΟΛΙΟΣ
ΙΑΓΙΟV

Ἀριστίωνος Τιμασιπόλιος [Κ]ασίου?

Hamm. Θασίου, quod ferri non potest, quia Doriensis vir est Aristio, quod patet ex forma nominis patris Τιμασιπόλιος. Iasi civis non potest esse; hic enim dicitur Ἰασεύς, nec Dorice loquuntur Iasenses, licet origine Dores sint.

## 2541.

Ad portum urbis *Rhodi* in ripa, in ara parva marmorea rotunda, cymatio et quattuor bovinis capitibus sertisque inde dependentibus ornata; titulum mutilum dedit Turner Itin. T. II. p. 14. plenius Vidua Inscr. ant. tab. 34, 2. cf. p. 38.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΕ
ΚΥΡΑΝΑΙΕ
ΡΗΕΤΕΧΑΙΡΕ

Ἀπολλώνιε
Κυραναῖε,
χ]ρη[σ]τὲ χαῖρε.

## 2542.

*Rhodi*; ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 49. p. 337. et Recherch. d'Antiq. p. 236. (Rei antiq. select. Quaest. p. 498. T. IV. Suppl. Thes. Polen.).

ΤΕΧΝΗΛΥΔΑΓΥΝΑΔΕ
ΧΡΗΣΙΠΟΥΧΡΗΣΤΑΧΑΙΡΕ

In tres versus divisit Spon. secundo loco.

Τέχνη Λυδά, γυνὰ δὲ Χρησί[μ]ου, χρηστὰ χαῖρε.

Δὲ omitti poterat; solet enim tum potissimum addi post γυνά, ubi patris nomen praecessit. At ΛΥΔΑ non opinor patris nomen continet, sed patriae. Τέχνη, non Τέχνα scriptum, quod mulier Lyda Ionica sive vulgari forma nominis usa est; si Rhodia esset, vocaretur Τέχνα.

## 2543.

*Rhodi* ubi 2539. in ara superne mortarii in formam excavata; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 34, 4. cf. p. 38.

ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ
ΜΑΣΣΑΛΙΟΤΑ

Ἐπαφροδείτου
Μασσαλι[ώ]τα.

## 2544.

Haud longe ab urbe *Rhodo* in septentrionem, in vico Sandarli, in stylobate marmoreo rotundo, inverso ac mutilo, duobus tantum versibus ex solo emergentibus; ed. Vidua l. c. tab. 37. 2. cf. p. 40.

ΔΩΡΑ
ΜΥΝΔΙΟ...

- - - δῶρα [τοῦ δεῖνος] Μυνδίο[υ γυνά? vel simile.

## 2545.

*Rhodi* ad puteum intra magnum portum prope molem, in basi columnae; ed. Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 275. Ios. de Hammer l. c. ad n. 2526. p. 166. n. 22. et unice recte Clark. Itin. P. II. S. I. p. 228. Ex hoc Welckerus Syll. ed. nov. p. 191. Nuperrime ex ineditis Richteri schedis dedit Franckius Inscr. Gr. et Lat. Richter. p. 105 sqq. (cf. ibi etiam Add.) qui liber post impressas demum Parias inscriptiones innotuit his in terris: unde eius in Lesbiis potissimum non reperies mentionem factam esse, quam quis exspectet.

ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ
ΤΟΥΛΑΑΓΟΥ
ΠΟΝΤΩΡΕΩΣ
ΗΚΕΙΚΑΙΝΕΙΛΟΥΠΡΟΧΟΑΣΚΑΙΕΠΕΣΧΑΤΟΝΙΝΔΟΝ
ΤΕΧΝΑΣΑΜΦΙΛΟΧΟΙΟΜΕΓΑΚΛΕΟΣΑΦΘΙΤΟΝΑΕΙ

Vs. 2. Hamm. solus ΛΑΤΟΥ: ceteri quod dedi. Carmen ap. Egm. et Hamm. male scriptum, et pudet afferre varietatem; neque opus est variam lectionem Richteri addere.

Ἀμφιλόχου τοῦ Λαάγου Ποντωρέως.
Ἥκει καὶ Νείλου προχοὰς καὶ ἐπ' ἔσχατον Ἰνδὸν
Τέχνας Ἀμφιλόχοιο μέγα κλέος ἄφθιτον ἀεί.

Columna est sepulcralis, vel potius ara opinor sepulcralis, ut reliqua Rhodia monumenta, quae nomen genitivo expressum continent. Aram et basin columnae confusam habes etiam n. 2552. Hominem architectum fuisse non male iudicat Clarkius. Λαάγος est vulgare Λᾶγος inde contractum, nec potest cum Romano ΜΑΑΡΚΟΣ conferri. De Pontorea dixi ad n. 2513. Franckius Ποντωρεῖς putabat tribum Rhodiorum esse; quod si verum esset, in insula *Co* non memoraretur Ποντωρῆϊς, sed illa esset Ῥοδία dicta. Köhlerus noster Act. Soc. Monac. Vol. VI. p. 101. versus hos ab ipso Amphilocho, glorioso homine, factos vel impositos censet; nescio quam vere.

## 2546.

*Ibidem* in suburbii domo, in eadem platea ubi n. 2538. Ed. Ios. de Hammer l. c. p. 164. n. 17.

ΧΡΥΣ..ΥΣ
ΑΣ.Ν.ΛΕΥΣ
ΠΟΝΤΟΡΜΙΑΟΣ
ΑΡΑΠΟΥΑΝΔΡΟΣΑΥΥΑΣ

Χρυσ[ο]ῦς [Β]ασ[ιλείδ]ευς Ποντ[ω]ρ[η]ΐ[δ]ος.
[π]αρὰ [τ]οῦ ἀνδρὸς αὐ[τ]ᾶς [τοῦ δεῖνος.
Cf. ad n. 2513. Vs. 2. Ν fuit ΛΕ.

## 2547.

In *Rhodo* in collis Rodini s. Sümbülli descensu, in ara rotunda lapidis caerulei, bucranis et sertis ornata; ed. Hammer l. c. p. 161. n. 5. Vidua Inscr. ant. tab. 36. 4. cf. p. 40.

ΑΡΧΙΝΟΜΟΣ
ΑΡΧΙΩΝΟΣ
.ΑΜΙΟΣ

Sic Hamm. Vidua vs. 2. ΑΡΧΙΟΝΟΣ, et vs. 3. sine puncto.

Ἀρχίνομος Ἀρχίωνος [Σ]άμιος.

## 2548.

*Rhodi* in suburbio Hagio Anargyri ad aedem D. Athanasii, in ara rotunda bucranis et sertis ornata; ed. Hammer l. c. tab. 162. 11. Vidua l. c. tab. 35. 4. cf. p. 39. Ex Hammero Münter antiq. Abhandl. p. 222. Titulus in eadem regione fere ubi n. 2546. repertus est, possitque illius complementum esse. Sed n. 2548. debebat infra n. 2546. positus esse, et n. 2546. supra: itaque si uterque fractura arae divisus esset, bucrana, quae ex Viduae auctoritate in n. 2548. sunt, debebant potius in superiore parte (n. 2546.) esse. Igitur separandi hi tituli sunt.

ΜΑΡΚΟΥΤΟΥΜΑΡΚΟΥ
ΑΝΤΩΝΙΟΥΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΥΙΟΥΣΕΛΕΥΚΕΩΣ
ΤΩΝΠΡΟΣΤΩΕΥΦΡΑΤΗ

Vs. 1. init. Vid. ΠΑΡΑΤΟΥΤΟΥ; vs. 2. Hamm. Ο pro Ω, Vid. ΑΝΤΟΧΟΥ. Vs. 3. Vid. ΣΕΛΕΥ[Κ]ΕΟΣ (Σελευκέος ferri potuit ut Doricum). Vs. 4. Hamm. ΠΡΟΣΕΥΦΡΑΤΗΝ, Vid. ΠΡΟΣΤΩΕΥΦΡΑ.., quae composui.

Μάρκου τοῦ Μάρκου Ἀντωνίου Ἀντιόχου υἱοῦ, Σελευκέως τῶν πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.

2549.

In *Rhodo* ibidem ubi n. 2531. ad laevam cisternae in ara simili ac n. 2531. Ed. Hammer l. c. p. 161. n. 7. Vidua l. c. tab. 36, 2. cf. p. 39.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ
ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ

Μενεκράτης Σμυρναῖος.

Pessime Hamm. uno versu ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣΟ ΣΜΥΟΝΑΤΟΣ. Cave vero hinc scribas ὁ Σμυρναῖος.

2550.

*Rhodi* extra australem urbis portam, quae Viridis dicitur, in via iuxta coemeterium Turcicum, in ara; ed. Hammer l. c. p. 162. 10. Vidua l. c. tab. 35. 2. cf. p. 39.

ΕΥΦΡΟΣΥΝΑ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΑ

Vs. 1. Hamm. Ι pro secundo Υ.

Εὐφροσύνα Συρακοσία.

2551.

In *Rhodo*, ibidem ubi n. 2547. in parva ara; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 37. 1. cf. p. 40.

ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΥ
ΤΕΡΜΕΣΣΕΩΣ
ΚΑΙΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣ
ΡΟΔΙΑΣ

Ἀφροδισίου Τερμ[η]σσέως καὶ Ἀντιοχίδος Ῥοδίας.

*Termessius* hic non ex Pisidia, sed ex vicina Rhodo Termesso s. Telmesso Doridis aut ex Telmesso Lyciae esse videtur, quae etiam Cariae tribuebatur (Steph. Byz. v.) et Rhodiorum subiectis finitima erat. Cf. Mannert. Geogr. T. VI. P. III. p. 175. De scriptura Τερμησσός cf. n. 904.

2552.

*Rhodi* prope puteum ad navale, in basi columnae, ut ait Hammerus, vel potius, ut Clarkius, in ara eiusdem formae ac n. 2532. Ed. Clark. Itin. P. II. S. I. p. 227. Ios. de Hammer l. c. ad n. 2526. p. 165. n. 20. Leak. Itin. As. p. 224.

ΛΥΣΑΝΔΡΟΥΛΥΣΑΝΔΡΟΥ
ΧΑΛΚΗΤΑΚΑΙΤΑΣΓΥΝΑΙΚΟΣ
ΚΛΕΑΙΝΙΔΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΑ
ΚΡΥΑΣΣΙΔΟΣ

Vs. 1. Hamm. init. ΛΥΣΑΝΔΡΟΝ; vs. 2. Hamm. ΤΗΣ pro ΤΑΣ: ΤΑΣ habet Clark. Leakius neutrum. Vs. 3. Leak. quod dedi; Clark. ΚΑΔΔΙΚΙΑ ΤΙΔΑ, Hamm. ΚΑΛΛΥΚΙΑΥΙΑ. Vs. 4. Clark. ΚΡΟ ΑΣΣΙΔΟΣ.

Λυσάνδρου Λυσάνδρου Χαλκήτα, καὶ τᾶς γυναικὸς Κλεαινίδος Καλλικρατίδα Κρυασσίδος.

Et Chalce s. Chalcia insula et Cryassus Cariae Rhodiis parebant.

2553.

In insula *Chalce* s. *Chalcia* in receptaculo aquae inverso; ed. Hammer l. c. p. 185. n. 57.

ΟΛΑΡΝΑΞȣΤΟCΡЄΙΤΟΙC
ΔΙΨѠCΙΝΥΔѠΡΠΟΤΟΝ

Ὁ λάρναξ οὗτος ῥεῖ τοῖς διψῶσιν ὕδωρ ποτόν.

Titulus Byzantinum aevum redolet; nolui tamen eum hoc loco omittere.

# SECTIO NONA.

## CRETA.

2554.

Hoc marmore, quo pacta *Latiorum* et *Olontiorum* continentur, in agro Cydoniate in *Creta*, haud procul a salinis, rusticus pro mensa olim usus est; in quem id locum navi, saburrae loco opinor, pervenisse credibile est. Id Franc. Molinus, quum Cretae proconsulare imperium teneret, a. 1645. misit Dominico Molino fratri, Senatori Veneto. Apographum Venetiis folio singulari cum aliis quibusdam typis mandatum longe est rarissimum; exemplum ex paucis unum possidebat Io. Meursius, qui apographum edere constituerat Cret. I, XI. p. 42. sed id operi huic postumo non insertum est. Aliud habuit Seldenus, qui de Synedr. II, XI. p. 291. (ed. a. 1679.) partem iurisiurandi (nobis vss. 176-186. usque ad vocem ΠΑΣΑΣ, et ex seqq. pauca verba) edidit, versibus ex arbitrio dispositis: ille vero titulum Venetiis ante annos circiter triginta editum dicit, igitur circa a. 1620. quum Seldenianum opus a. 1650. scriptum sit. Ex Seldeno sed alia instituta versuum distributione habet Reinesius Synt. Inscr. VII, 26. p. 501. ex Reinesio Gutberleth de Myst. Cabir. p. 852. in Poleni Suppl. Thes. T. II. et ex Seldeno ac Reinesio Flamin. Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 45. Postremo Chishullus Seldenianum Veneti folii exemplum nactus titulum reddidit in Antt. Asiat. p. 133 sqq. (hinc Barbeyrac. hist. foeder. p. 287.) ita quidem, ut nostri exempli vss. 1-13. minusculis, vss. 14-25. usque ad vocem ΠΟΛΕΩΝ maiusculis, deinceps reliqua omnia exceptis vss. 104-170. qui maiusculis redditi sunt, minusculis exhiberet, nec distinctis usquam nisi fortasse uno loco versuum mensuris. Quae quum ita sint, de forma tituli prorsus non constat; quum tamen una aliqua eligenda esset, et Reinesii divisio versuum eam longitudinem praeberet, ut in singulis essent litterae XX-XXIII, eandemque haberet Chishullus vss. 14. 15. nostri exempli, qui apud eum extra reliquum contextum ita divisi reperiuntur, ut fieri solet, ubi primitivam versuum mensuram exprimere velis; titulum ad Reinesii formam digessi, si supplementa exceperis, litteras XIX-XXV singulis tribuens versibus. Nam Reinesiana forma non videbatur fortuita esse; quamquam unde ille illam habuerit, nescio: nisi antequam Seldeni opus impressum erat, schedas ab illo habuit. Denique ne constat quidem in Veneto

exemplo divisos ex fide lapidis versus esse. Formam litterarum ex fide priorum editorum dedi. De lectione adeo non constat, ut de restitutione desperandum sit. Nam Veneti exempli lectio, quam dedi, ubi eam noram, tantum vss. 14-25. usque ad vocem ΠΟΛΕΩΝ, et ne in his quidem certo, ex maiusculis Chishulli tenetur, dein indidem vss. 104-170. et ex Seldeno vss. 176-186. item ex nota Chishulli vss. 84-90 vel 91. Reliqua omnia, quae ex solis Chishulli minusculis transtulimus, ab hoc correcta sunt, non notata tradita lectione. Nam „miseris modis", ait, „et qui primus exscripsit monumentum, et qui prelo postea paravit, litteras ubique permutando, transponendo, demendo, interserendo, verba atque sensa perturbaverant": quod aliqua ex parte significarat etiam Seldenus: quare ad corrigenda tot et tanta vitia Chishullus sibi profitetur critica severiore utendum fuisse et coniectura pro mente et more ipsius longe audaciore; quod minus aegre ferrem, si quid ipsi, quid veteri editori debeatur, dignoscere liceret. Nunc hoc solum liquet, quae in textu nostro maiusculis expresso uncis inclusa praebuimus, ea a Chishullo profecta esse; sed utrum in his vestigia Veneti exempli secutus sit, an lacunas in eo signatas expleverit, non constat: nisi quod vs. 6. ΔΙΟΣ non potest ex mera coniectura illatum esse, sed debet ex traditis litteris emendando ductum esse. Vss. 3. 8. ubi lineolas (- - -) posui, omisi Chishulli supplementum ut falsum. Ubi punctis signatae lacunae sunt, habet ea Chishullus, credo ex Veneto exemplo. Ubi spatia vacua sine punctis reliqui, ut vss. 10. 101. lacunae manifestae quidem sunt, sed apud Chish. non notatae. Vss. 14. 16. 22. quae minoribus litteris reddidi, sic dedit Chishullus, qui certe vs. 14. haec non potuit ex coniectura ponere.

I.
ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΚΑΙΕΠΙΣΩΤΗ
ΡΙΑΙΣΥΝΕΘΟΝΤΟΛΑΤΙΟΙΚΑΙ
ΟΛΟΝΤΙΟΙΚΑΙ - - - -
ΕΝΛΑΤΩΙΕΠΙΤΩΝΚΟΣΜΩΝΤΩΝ
ΣΥΝΠΥΛΕΡΩΙΤΩΙ . . . . . . . .
ΜΗΝΟΣ[ΔΙΟΣ]ΑΛΛΟΣΙΩΤΡΙΑ
ΚΑΙΔΙΕΝΔΕΟΛΟΝΤΙΕΠΙΤΩΝ
- - - - ΣΥΝΣΩΦΡΟΝΙΧΩΙ
ΤΩΙΑΡΙΣΤΙΩΝ[ΟΣΜΗΝΟΣΕ]
ΛΕΥΣΙΝΙΩ ΔΙ[ΦΙΛΩΣ]
ΚΑΙΣΥΜΜΑΧΩΣΑΛΛΑΛΟΙΣΥΠΟ
ΜΕΝΕΙΝΑΠΛΟΩΣΚΑΙΑΔΟΛΩΣ
ΕΙΣΤΟΝΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΚΑΙ
ΑΠ . . . ΚΑΙ . . . . ΑΘΡΟΝΕΣΗΝ
ΚΑΙΤΙΣΚΕΜΒΕΗΕΙΣΤΑΝΤΩΝ
ΛΑΤΙΩΝΧΩΡΑΝΗΑΠΟΤΑΜΝΗ
ΤΑΙΧΩΡΑΣΤΑΣΛΑΤΙΩΝΗΦΡΟΥ
ΡΙΑ . . . . . . . . ΛΑΜΒΑΝΗΤΑΙ
. . . . . . . . . . ΑΠΟΦΑΣΙΣΤΩΣ
ΠΑΝΤΑΣ. . . . . . . . ΠΟΛΕΜΕ
ΟΝΤΑΣΑΠΟΧΩΡΑΣ . . . . . . .
ΩΝΧΩΡΑΝΛΑΜΒΑΝΗΤΑΙ . . . . .
ΟΗΤΑΙ . . . . . . ΑΠΟΦΑΣΙΣ . . .
. . . . . . . . ΠΟΛΕΜΙΟΝΠΑΝΤΑ
ΠΟΛΕΩΝΤΩΙΛΑΤΙΩΙΗΤΩΙΟ
ΛΟΝΤΙΩΙΤΩΙΒΩΛΟΜΕΝΩΙ[ΜΕ
ΤΟΧΑΝΗΜΕΝ]ΘΕΙΝΩΝΚΑΙΑΝ
ΘΡΩΠΙΝΩΝΠΑΝΤΩΝΕΝΕΚΑΤΕ
ΡΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΟΙΚΟΣΜΟΙΕΠ
ΑΥΤΩΝΚΟΣΜΟΝΤΩΝΠΕΡΙΟΝΤΩΝ
. . . . ΕΝΘΕΟΔΑΙΣΙΟΙΣΠΑΡΑΓ
ΓΕΛΛΟΝΤΕΣΔΕΙΝΤΕ[ΑΛΛΑΛΟΙΣ]
ΠΕΜΠΕΙΝΚΑΠΟΤΕΜΕΛΛΩΝΤΙΑ
ΝΑΓΙΝΩΣΚΕΝΤ[ΑΝΣΥΝΘΗΚΑΝΚΑΙ]
ΤΑΣΑΓΕΛΑΣΕΞΟΡΚΙΖΕΝΕΙΔΕ
ΜΗΕΞΟΡΚΙΖΟΝΤΙΟΙΛΑΤΙΟΙ
ΚΟΣΜΟΙΗΜΗΠΑΡΑΓΓΕΛΛΟΝΤΙ
ΕΠΙΤΑΝΑΝΑΓΝΩΣΙΝΤΑΣΣΥΝΘΗ
ΚΑΣΗΜΗΑΝΑΓΝΩΟΝΤΙΑΠΟΤΕΙ
ΣΑΝΤΩΝΟΚΟΣΜΟΣΕΚΑΣΤΟΣΑΡ
ΓΥΡΙΩΣΤΑΤΗΡΑΣΕΚΑΤΟΝΤΟΙΣ
ΟΛΟΝΤΙΟΙΣΩΣΑΥΤΩΣΔΕΚΑΙ
ΟΙΟΛΟΝΤΙΟΙΕΙΜΗΕΞΟΡΚΙΖΟΝ
ΤΙΤΑΣΑΓΕΛΑΣΗΜΗΠΑΡΑΓΓΕ
ΛΛΟΝΤΙΗΜΗΑΓΝΩΟΝΤΙΤΑΝ
ΣΥΝΘΗΚΑΝΑΠΟΤΕΙΣΑΝΤΩΝΟ
ΚΟΣΜΟΣΕΚΑΣΤΟΣΑΡΓΥΡΙΩΣΤΑ
ΤΗΡΑΣΕΚΑΤΟΝΤΟΙΣΛΑΤΙΟΙΣ
ΕΙΚΑΚΟΣΜΟΣΕΛΘΗΙΛΑΤΙΟΣ
ΕΙΣΟΛΟΝΤΑΗΟΛΟΝΤΙΟΣΕΣΛΑ
ΤΩΝΤΟΤΕΕΣΤΕΠΡΥΤΑΝΗΙΟΝ
ΚΑΙΑΝΔΡΗΙΟΝΕΣΠΟΜΠΑΝΕΡ
ΠΩΝΤΙΑΙΔΕΠΛΕΟΝΕΣΕΡΠΟΙ
ΕΝΛΑΤΙΟΙΚΟΣΜΟΙ[ΕΣΟΛΟΝΤΑΗ]
ΟΛΟΝΤΙΟΙΕΣΛΑΤΩΝΠΑΡΕΤΕ
ΡΟΝΗΣΘΩΝΟΠΗΙΚΑΙΙΔΙΩΤΑΙ
ΕΠΙΟΝΤΩΝΟΙΠΡΕΙΓΙΣΤΟΙΟΙ
ΕΠΙΕΥΝΟΜΙΑΣΟΙΕΚΑΤΕΡΟΙΕ
ΡΕΥΝΕΟΝΤΕΣΚΑΙΡΥΘΜΙΖΟΝ
ΤΕΣΤΩΣΠΑΡΑΤΩΣΑΥΤΩΣΚΑΙ
ΤΑΛΛΑΠΑΝΤΑΧΡΗΜΕΝΟΙΕΝ
ΔΕΤΑΙΟΔΩΙΤΑΣΞΕΝΙΚΑΣΘΟΙ
ΝΑΣΑΙΔΕΤΙΣΤΙΝΑΑΔΙΚΗ
ΣΑΙΕΝΤΑΥΤΑΙΣΤΑΙΣΟΔΟΙΣ
ΑΠΟΤΕΙΣΑΤΩΕΞΑΠΛΑΤΑΠΡΟΣ
ΤΑΛΛΑΔΕΚΑΙΔΙΚΑΩΣΙΟΙΚΡΙ
ΤΑΙΚΑΙΕΠΙΓΑΜΙΑΣΑΛΛΑΛΟΙΣ
ΚΥΡΙΟΝΔΗΜΕΝΤΟΝΤΕΛΑΤΙΟΝ
ΕΝΟΛΟΝΤΙΠΟΤΙΤΟΝΟΛΟΝΤΙ
ΟΝΚΑΙΟΛΟΝΤΙΟΝΕΝΛΑΤΩΙ
ΠΟΤΙΤΟΝΛΑΤΙΟΝΚΑΙΠΩΛΕ
ΟΝΤΑΔΙΑΤΑΧΡΕΩΨΙΑΚΑΙΩΝΕ
ΟΜΕΝΟΝΚΑΙΔΑΝΕΙΖΟΝΤΑΚΑΙ
ΔΑΝΕΙΖΟΜΕΝΟΝΚΑΙΤΑΑΛΛΑ
ΠΑΝΤΑΣΥΝΑΛΛΑΤΤΟΝΤΑΚΑΤΑ
ΤΩΣΤΑΥΤΑΙΝΟΜΩΣΤΩΣΕΚΑΤΕ
ΡΗΙΚΕΙΜΕΝΩΣΕΡΠΟΝΤΩΝΔΕ
ΕΣΤΑΣΕΟΡΤΑΣΟΙΜΕΝΛΑΤΙΟΙ
ΕΣΟΛΟΝΤΑΕΣΤΑ[ΘΕΟ]ΔΑΙΣΙΑ
ΚΑΙΕΣΤΑΡΡΗΤΑ . . . ΩΣΑΥΤΩΣ
ΔΕΚΑΙΟΛΟΝΤΙΟΙ[ΕΣΛΑΤΩΝ]
ΕΝΤΑΙΣΘΥΣΙΑΙΣΜΑΛΑΤΩΝ
ΝΟΜΙΖΟΜΕΝΩΝΕΙΔΕΤΙΚΑΙΔΟ
ΞΗΙΤΑΙΣΠΟΛΕΣΙΚΟΛΕΥΣΑΙΕ
ΝΑΙΣΙΜΟΝΕΣΘΩΝΕΠΙΓΡΑ
ΨΑΙΟΤΙΔΑΝΚΕΞΕΛΘΙΕΝ
ΜΗΤΕΕΝΟΡΚΟΝΜΗΤΕΕΝΟΙΝΟΝ
ΜΗΕΠΙΓΡΑΨΙΕΝΟΙΝΟΝΚΑΙΕΝ
ΟΡΚΟΝΕΙΜΕΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕ
ΤΑΝΣΥΝΘΗΚΑΝΤΑΥΤΑΝΕΝ
ΟΙΝΟΝΤΑΝΘΕΜΕΝΕΚΑΤΕΡΟΙ
ΕΝΤΑΙΙΔΙΑΙΠΟΛΕΙΟΙΔΕΛΑΤΙΟΙ
ΕΝΤΩΙΝΑΩΙΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣΚΑΙ
ΟΛΟΝΤΙΟΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΩ
ΖΗΝΟΣΤΩΤΑΛΛΑΙΩΘΕΜΕΝΔΕ
ΚΑΙΑΛΛΑΝΣΤΑΛΑΝ[ΚΟΙΝΑΙ]
ΜΕΝΕΝΚΝΩΣΩΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙ
ΤΩΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤΩΔΕΛΦΙΝΙΩ

ΚΑΙΤΑΝΣΥΝΘΗΚΑΝ...
ΕΝΕΚΑΤΕΡΑΙΠΟΛΕΙΕΝΤΩΙΙΕ
ΡΩΙΤΑΣ....
ΠΑΝΛΟΓΙΟΝΤΩΝΔΡΑΠΕΤΙΚΩΝ
ΣΩΜΑΤΩΝ
II. ΟΡΟΙΤΑΣΛΑΤΙΩΝΠΟΛΕΩΣ
ΑΠΟΘΑΛΑΣΣΑΣΑΜΠΟΤΑΜΟΝΤΟΝ
....ΚΑΙΕΠΙΤΩΣΕ...ΕΠΙΤΑΝ
ΥΠΠΑΓΡΑΝΚΗΣΤΟΝΒΕΓΚΑΣΟΝ
ΚΑΙΑΠΟΤΑΣΕΠΙΤΟΛΑΣΤΩΒΕΓ
ΚΑΣΩΕΚΤΑΣΠΕΤΡΑΣΠΕΡΙΑΜ
ΠΕΤΙΞΕΣΤΑΝΑΛΛΑΝΠΕΤΡΑΝ
ΑΙΑΤΑΙΝΙΑΠΑΡΑΤΕΡΩΚΑΙ
ΤΟΥΤΩΤΩΕΠΙΤΑΣΚΕΦΑΛΑΣ
ΤΑΝΝΑΠΑΝΤΩΣΕΡΕΙΠΙΩΝΑΣ
ΜΕΣΑΣΕΣΤΑΝΚΕΦΑΛΑΝΤΑΝ
ΕΠΑΝΩΤΩΕΡΜΑΚΑΙΠΕΡΙΑΜ
ΠΕΤΙΞΕΠΙΤΟΑΝΤΡΟΝ....
ΚΑΙΕΣΤΑΝΟΔΟΝΤΑΝΔΙΑΛΑ
ΞΟΝΑΜΠΕΤΙΞΕΠΙΤΟΑΝΤΡΟΝ
....ΑΓΟΥΣΑΝΚΗΣΤΟΝΘΙΝΟ
ΜΑΡΟΝΚΗΣΤΑΝΚΕΦΑΛΑΝΚΑΤΩ
ΤΩΚΝΑΦΩΚΑΙΤΟΥΤΩΕΣΤΑΝΠΕ
ΤΡΑΝΕΣΤΟΝΠΑΧΥΝΑΜΟΝΕΣΤΑΝ
ΣΚΟΠΑΝΚΑΙΤΟΥΤΩΕΠΙΤΟΕΞΕΔΡΙ
ΟΝΤΟΚΑΤΑΝΟΤΙΑΙΟΝΚΑΙΕΝΤΙ
ΚΑΙΕΣΤΑΝΚΑΤΩΑΛΙΚΑΝΚΗΣ
ΤΑΝΕΠΑΝΩΩΙΑΝΤΑΣΠΕΤΡΑΣ
ΚΗΣΤΟΝΡΟΙΝΟΠΑΚΗΣΤΑΝΥΠ
ΠΑΣΙΑΝΚΗΣΤΑΝΟΔΟΝΤΑΝΑΓΟΥ
ΣΑΝΕΠΙΑΚΙΜΙΝΚΑΙΕΣΙΑΛΚΕ
ΤΑΣΕΠΙΤΩΣΚΩΡΗΤΑΣΚΑΙΑΝ
ΕΛΛΗΝΕΣΤΟΝΚΟΛΟΝΑΔΩΡΙΣΙ
ΚΗΣΤΑΝΗΥΜΝΗΤΑΛΛΑΚΗΣΣΩ
ΡΟΣΑΝΚΗΣΤΑΝΟΔΟΝΚΗΠΙΤΑΝ
ΛΙΜΝΑΝΚΗΣΤΑΝΔΗΡΑΔΑΚΗΣ
ΤΟΝΑΡΚΕΔΡΟΕΝΤΑΚΗΠΙΔΙΟΣ
ΑΚΡΟΝΚΗΠΙΔΩΡΗΙΑΝΚΗΣΚΥΡ
ΤΟΡΑΞΟΝΚΗΣΤΟΝΚΑΤΑΒΑΘ
ΜΟΝΚΑΙΠΕΡΙΑΜΠΕΤΙΞΕΙΣΤΟΝ
ΣΠΙΝΟΕΝΤΑΚΗΣΤΑΝΣΥΝΟΝΙ
ΑΝΚΗΣΤΟΝΑΡΑΚΑΚΗΣΧΑΜΒΡΙ
ΤΡΑΣΟΝΑΝΑΩΡΡΕΙΕΣΤΩΣΠΡΙ
ΝΟΕΣΣΑΣΚΗΣΤΑΝΔΗΤΑΛΛΑΝ
ΚΗΣΤΟΝΠΕΡΙΣΤΕΡΙΩΝΑΚΑΙ
ΠΕΡΙΑΜΠΕΤΙΞΑΙΑΙΣΤΕΦΑ
ΝΑΙΚΗΣΔΑΝΙΠΑΣΟΝΚΑΙΕΣ
ΤΑΝΑΙΓΥΡΟΝΑΙΑΙΣΤΕΦΑΝΑΙ
ΚΗΣΔΑΝΙΠΑΣΟΝΕΣΠΑΜΦΥΡΙΑ
ΣΟΝΕΣΤΑΝΛΙΜΝΑΝΚΗΣΤΑΝΟ
ΔΟΝΤΑΝΔΑΜΟΣΙΑΝΚΗΣΤΟΝ
ΕΠΑΘΕΝΤΑΚΑΤΑΡΑΧΙΝΕΣΣΥ
ΑΦΝΑΣΤΑΣΑΝΩΚΑΙΚΑΤΑΠΟΤΑ
ΜΟΝΕΣΚΟΡΔΩΙΛΑΝΚΑΙΔΙΑΡΑ
ΧΙΝΕΣΛΑΓΙΝΑΠΥΤΟΝΕΠΙΤΟ
ΑΝΤΡΟΝΚΗΣΚΑΛΛΙΟΡΑΣΟΝΕ
ΠΙΤΟΑΝΤΡΟΝΚΗΣΜΕΤΑΛΛΑΠΥ
ΤΟΝΕΠΙΤΟΝΠΟΤΑΜΟΝΚΑΝΤΙ
ΟΝΡΟΟΝΕΠΙΤΟΣΤΙΩΤΙΟΝΚΑΙ
ΤΩΔΕΑΝΡΑΧΙΝΕΠΙΤΟΝΑΧΑ
ΜΑΝΤΑ
III. ΟΡΟΙΛΑΤΙΩΝΠΟΤΙΟΛΟΝΤΙΩΣ
ΑΠΟΘΑΛΑΣΣΑΣΕΣΠΛΥΜΟΝΑΝΡΑ
ΧΙΝΕΠΙΤΟΑΡΧΑΙΟΝΑΦΡΟΔΙΣΙ
ΟΝΚΑΙΤΟΥΤΩΩΣΤΩΔΕΡΕΩΘΗΝΩ
ΤΩΤΕΜΕΝΕΟΣΟΙΟΡΟΙΦΙΕΣΤΑΝ
ΔΩΡΕΑΝ...ΕΧΟΝΤΕΣΚΗΣΤΑΝ
ΑΙΡΕΠΩΚΗΣΤΑΝΠΡΥΜΝΙΤΙΣ
ΣΑΝΚΗΠΙΤΗΣΚΑΛΟΛΑΚΚΗΣ
ΤΑΝΠΕΡΙΒΑΣΙΝΚΗΣΑΡΧΕΛΑΡ
ΚΑΝΕΣΤΑΝΔΗΡΑΔΑΕΠΑΡΤΙΩΝ
ΠΡΙΝΩΝΚΗΣΤΟΝΑΧΑΜΑΝΤΑ
IV. ΟΜΩΣΑΙΤΩΣΛΑΤΙΩΣΤΟΙΣΟΛΟΝ
ΤΙΟΙΣΚΑΙΤΩΣΟΛΟΝΤΙΩΣΤΟΙΣ
ΛΑΤΙΟΙΣΤΟΝΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕ
ΝΟΝΟΡΚΟΝ
ΟΡΚΟΣΛΑΤΙΩΝ
ΟΜΝΕΩΤΑΝΕΣΤΙΑΝΚΑΙΤΟΝ
ΖΗΝΑΤΟΝΚΡΗΤΟΓΕΝΙΑΚΑΙΤΑΝ
ΗΡΑΝΚΑΙΤΟΝΖΗΝΑΤΟΝΤΑΛ
ΛΑΙΟΝΚΑΙΤΟΝΠΟΣΕΙΔΑΝΚΑΙ
ΤΑΝΑΜΦΙΤΡΙΤΑΝΚΑΙΤΑΝΧΑ
ΤΩΝΚΑΡΤΕΜΙΝΚΑΙΑΡΕΑΚΑΙ
ΤΑΝΑΦΡΟΔΙΤΗΝΚΑΙΤΑΝΕΛΕΥ
ΣΙΝΑΝΚΑΙΤΑΝΒΡΙΤΟΜΑΡΤΙΝ
ΚΑΙΕΡΜΑΝΚΑΙΚΩΡΗΤΑΣΚΑΙ
ΝΥΜΦΑΣΚΑΙΤΩΣΑΛΛΟΣΙΩΣ
ΠΑΝΤΑΣΚΑΙΠΑΣΑΣΗΜΑΝΕΓΩ
ΤΟΙΣΟΛΟΝΤΙΟΙΣΕΜΜΕΝΙΩΕΝ
ΤΑΙΦΙΛΙΑΙΚΑΙΣΥΜΜΑΧΙΑΙ
ΚΑΙΙΣΟΠΟΛΙΤΕΙΑΙΚΑΙΤΟΙΣ
ΟΡΚΟΙΣΕΜΜΕΝΙΩΚΑΙΒΟΑΘΗ
ΣΙΩΑΠΛΟΩΣΚΑΙΑΔΟΛΩΣΚΑΙ
ΚΑΤΑΓΑΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝ
ΚΑΙΕΙΤΙΣΚΑΠΟΛΕΜΕΩΝΟΛΟΝ
ΤΙΟΙΣΗΕΦΕΡΠΗΙΕΠΙΠΟΛΙΝ
ΗΕΠΙΧΩΡΑΝΗΕΠΩΡΕΙΑΗΛΙΜΕ
ΝΑΣΤΩΣΤΩΝΟΛΟΝΤΙΩΝΚΑΙΟΥ
ΠΡΟΛΕΙΨΙΩΟΥΤΕΕΝΠΤΟΛΕΜΩΙ
ΟΥΤΕΕΝΕΙΡΗΝΑΙΑΛΛΕΜΜΕΝΙΩ
ΕΝΤΟΙΣΣΥΓΚΕΙΜΕΝΟΙΣΟΡ
ΚΟΙΣΔΙΚΑΣΤΕΚΑΙΠΡΑΞΕΙΣ
ΔΙΔΩΣΑΙΚΑΘΩΣΚΑΙΣΥΝΘΕΟΜΕ
ΘΑΕΥΟΡΚΕΟΝΤΙΜΕΝΗΜΕΝΠΟΛ
ΛΑΚΑΙΑΓΑΘΑΕΦΟΡΚΕΟΝΤΙΔΕ
ΤΑΕΝΑΝΤΙΑ
ΟΡΚΟΣΟΛΟΝΤΙΩΝΟΑΥΤΟΣ
V. ΕΠΙΚΟΣΜΩΝΜΕΝΤΩΝΣΥΝΜΑΙ
ΝΑΙΩΙΤΩΧΑΙΡΝΗΤΑΔΑΜΗΝΟΣ
ΕΤΕΩΘΕΡΜΟΛΑΙΩΔΕΚΑΤΑΙΕΝ
ΔΕΟΛΟΝΤΙΕΠΙΤΩΝΣΥΝΚΡΑΤΙ
ΝΩΙΤΩΑΡΙΣΤΟΝΥΜΩΜΗΝΟΣΗ
ΡΑΙΩΔΕΚΑΤΑΙΕΔΟΞΕΛΑΤΙ
ΟΙΣΚΑΙΟΛΟΝΤΙΟΙΣΚΟΙΝΑΙ
ΒΩΛΕΥΣΑΜΕΝΟΙΣΠΡΟΣΘΕΜΕΝ
ΠΡΟΣΤΑΝΦΙΛΙΑΝΚΑΙΣΥΜΜΑ
ΧΙΑΝΚΑΙΙΣΟΠΟΛΙΤΕΙΑΝΚΑΙ
ΠΡΟΣΤΑΛΛΑΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑ
ΤΑΓΕΓΟΝΟΤΑΤΑΙΣΠΟΛΕΣΙ
ΚΑΙΤΑΝΥΝΔΟΞΑΝΤΑΠΡΟΣΓΡΑ
ΨΑΙΠΡΟΣΤΑΣΠΡΟΥΠΑΡΧΩΣΑΣ
ΑΥΤΟΙΣΣΤΑΛΑΣΧΡΗΣΙΜΑΟΝ
ΤΑΚΑΙΣΥΜΦΕΡΟΝΤΑΟΠΩΣΜΑΛ
ΛΟΝΑΥΞΗΤΑΙΑΦΙΛΙΑ

Varietas lectionis ex genuino fonte ducta nulla est; tantum vs. 202. Seld. refert lectionem **ΕΠΙΟΡΚΟΥΝΤΙ**, et vs. 203. **ΕΦΟΡΚΟΥΝΤΙΤΑΕΝΑΝΤΙΑ**: quae quum fortasse Seldeni incuriae tribuenda sint, retinui Chishulliana. Idem vs. 185. in nota habet **ΑΛΛΩΣΙΩΣ**.

I. Ἀγαθᾷ τύχᾳ καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ, συνέθοντο Λάτιοι καὶ Ὀλόντιοι καὶ [συνευδόκησαν, ἐν μ]ὲν Λατῷ ἐπὶ τῶν Κόσμων τῶν σὺν Πυλέρῳ τῷ - - - μηνὸς - - - σίω τριακάδι, ἐν δὲ Ὀλόντι ἐπὶ τῶν [Κόσμων τῶν] σὺν Σωφρονίχῳ τῷ Ἀριστίων[ος, μηνὸς Ἐ]λευσινίω [τριακά]δι· [φίλως] καὶ συμμάχως ἀλλάλοις ὑπομένειν ἁπλόως καὶ ἀδόλως εἰς τὸν πάντα χρόνον, καὶ [τὸν] α[ὐτὸν φίλον] καὶ [ἐχ]θρὸν ἔ[ξε]ν· καἴ τίς κ᾽ ἐμβέῃ εἰς τὰν τῶν Λατίων χώραν, ἢ ἀποτάμνηται χώρας τᾶς Λατίων, ἢ φρούρια [τὰ Λατίων] λαμβάνηται, [βοαθησίειν] ἀπ[ρ]οφασίστως πάντας [Ὀλοντίως] πολεμέοντας ἀπὸ χώρας. [εἴ τίς κα Ὀλοντί]ων χώραν λαμβάνηται [ἢ Ὀλοντίοις ἐπίθ]ηται? [βοαθησίειν] ἀπ[ρ]οφασίσ[τως Λατίως] πολεμίον[τας] πάντα[ς ἀ]πὸ [χ]ώ[ρας]? τῷ Λατίῳ ἢ τῷ Ὀλοντίῳ τῷ βωλομένῳ [μετοχὰν ἦμεν] θείνων καὶ ἀνθρωπίνων πάντων ἐν ἑκατέρᾳ τᾷ πόλει. οἱ Κόσμοι ἐπ᾽ αὐτῶν κοσμόντων [κατ᾽] ἐ[ν]ι[αυ]τ[ὸ]ν [τὰν συνθήκαν ἀναγινωσκόντων καὶ τὰς ἀγέλας ἐξορκιζόντων] ἐν Θεοδαισίοις παραγγέλλοντες· δεῖν τε [ἀλλάλοις] πέμπε[ν, αἴ] κά ποτε μέλλωντι ἀναγινώσκεν τ[ὰν συνθήκαν] καὶ τὰς ἀγέλας ἐξορκίζεν. εἰ δὲ μὴ ἐξορκί[ξ]οντι οἱ Λάτιοι Κόσμοι, ἢ μὴ παραγγελ[έ]οντι ἐπὶ τὰν ἀνάγνωσιν τᾶς συνθήκας, ἢ μὴ ἀναγνώοντι, ἀποτεισάντων ὁ Κόσμος ἕκαστος ἀργυρίω στατῆρας ἑκατὸν τοῖς Ὀλοντίοις· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Ὀλόντιοι, εἰ μὴ ἐξορκί[ξ]οντι τὰς ἀγέλας, ἢ μὴ παραγγελ[έ]οντι, ἢ μὴ [ἀν]αγνώοντι τὰν συνθήκαν, ἀποτεισάντων ὁ Κόσμος ἕκαστος ἀργυρίω στατῆρας ἑκατὸν τοῖς Λατίοις. εἴ κα Κόσμος ἔλθῃ Λάτιος εἰς Ὀλόντα, ἢ Ὀλόντιος ἐς Λατῶν, τότε ἔς τε πρυτανήϊον καὶ ἀνδρήϊον ἐς πομπὰν ἑρπ[ό]ντ[ων]· αἰ δὲ πλέονες ἕρποιεν Λάτιοι Κόσμοι [ἐς Ὀλόντα, ἢ] Ὀλόντιοι ἐς Λατῶν, παρ᾽ ἕ[να ἑκά]τερον? ἥσθων ὅπῃ καὶ ἰδιῶται. ἐπιόντων οἱ πρείγιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας οἱ ἑκάτεροι ἐρευνέοντες καὶ ῥυθμίζοντες τὼς παρὰ τὼς αὐτώς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα χρήμενοι, ἐν δὲ τᾷ ὁδῷ τὰς ξενικὰς θοίνας· αἰ δέ τίς τινα ἀδικήσαι ἐν ταύταις ταῖς ὁδοῖς, ἀποτεισάτω ἕξαπλα τὰ πρόσ[τιμα]. τἄλλα δὲ καὶ δικαῶσι οἱ κριταί, καὶ ἐπιγαμίας ἀλλάλοις. κύριον δ᾽ ἦμεν τόν τε Λάτιον ἐν Ὀλόντι ποτὶ τὸν Ὀλόντιον, καὶ Ὀλόντιον ἐν Λατῷ ποτὶ τὸν Λάτιον, καὶ πωλέοντα διὰ τὰ χρεώψια καὶ ὠνεόμενον, καὶ δανείζοντα καὶ δανειζόμενον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα συναλλάττοντα κατὰ τὼς ταύτᾳ νόμως τὼς ἑκατέρῃ κειμένως. ἑρπόντων δὲ ἐς τὰς ἑορτὰς οἱ μὲν Λάτιοι ἐς Ὀλόντα ἐς τὰ [Θεο]δαίσια καὶ ἐς τἄῤῥητα [ἱερά]· ὡσαύτως δὲ καὶ Ὀλόντιοι [ἐς Λατὼν] ἐν ταῖς θυσίαις μάλα τῶν νομιζομένων. εἰ δέ τί κα δόξῃ ταῖς πόλεσι [βω]λευσα[μ]έναις [χρήσ]ιμον † εἶμεν ἐπιγράψαι, ἔνοινον καὶ ἔνορκον ἔσ[τ]ω· ὅ,τι δ᾽ ἂν [ἢ] ἐξέλ[ο]ιεν [ἢ] μὴ ἐπιγράψ[α]ι[εν], μήτε ἔνορκον μήτε ἔνοινον. † ἀναγράψαι δὲ τὰν συνθήκαν ταύταν [ἐς στάλας δύο, καὶ μίαν ταυ]τᾶν θέμεν ἑκάτεροι ἐν τᾷ ἰδίᾳ πόλει, οἱ [μ]ὲ[ν] Λάτιοι ἐν τῷ ναῷ [τῶ] Ποσειδῶνος, καὶ Ὀλόντιοι ἐν τῷ ἱερῷ τῶ Ζηνὸς τῶ Ταλλαίω. θέμεν δὲ καὶ ἄλλαν στάλαν [κοινᾷ, καὶ ἀναθέ]μεν ἐν Κνωσῷ ἐν τῷ ἱερῷ τῶ Ἀπόλλωνος τῶ Δελφινίω, καὶ τὰν συνθήκαν [ἀναγράψαι?] ἐν ἑκατέρᾳ [τᾷ] πόλει ἐν τῷ ἱερῷ τᾶς - - - [καὶ ἐς τὸ] πανλόγιον τῶν δραπέτικῶν σωμάτων.

II. Ὅροι τᾶς Λατίων πόλεως.

Ἀπὸ θαλάσσας ἂμ ποταμὸν τὸν - - - καὶ ἐπὶ τὼς Ε - - - [καὶ] ἐπὶ τὰν Ὑππάγραν, κἠς τὸν Βέγκασον, καὶ ἀπὸ τᾶς ἐπιτολᾶς τῶ Βεγκάσω ἐκ τᾶς πέτρας περιαμπέτιξ ἐς τὰν ἄλλαν πέτραν, ᾇ ἁ ταινία παρ᾽ ἁτέρω, καὶ τούτω ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τᾶν ναπᾶν, τὼς Ἐρειπιῶνας μέσ[ω]ς, ἐς τὰν κεφαλὰν τὰν ἐπάνω τῶ Ἑρμᾶ, καὶ περιαμπέτιξ ἐπὶ τὸ ἄντρον - - - καὶ ἐς τὰν ὁδὸν τὰν διά[μ]αξον ἀμπέτιξ ἐπὶ τὸ ἄντρον - - - ἄγουσαν, κἠς τὸν Θινόμαρον, κἠς τὰν κεφαλὰν κάτω τῶ Κνάφω, καὶ τούτω ἐς τὰν πέτραν, ἐς τὸν Παχύναμον, ἐς τὰν Σκοπάν, καὶ τούτω ἐπὶ τὸ ἐξέδριον τὸ κατανοτιαῖον κα[τ]έν[αν]τι? καὶ ἐς τὰν κάτω ἁλικάν, κἠς τὰν ἐπάνω ὤϊαν τᾶς πέτρας, κἠς τὸν [Β]οίνοπα, κἠς τὰν Ὑππασίαν, κἠς τὰν ὁδὸν τὰν ἄγουσαν ἐπὶ Ἄκιμιν, καὶ ἐς Ἰαλκέτας ἐπὶ τὼς Κωρῆτας καὶ ᾇν᾽ Ἑλλῆν ἐς τὸν κολ[ων]ὸν Δωρ[ήϊον?], κἠς τὰ ν . . . [μέ]ταλλα? κἠς Σωρόσαν, κἠς τὰν ὁδόν, κἠπὶ τὰν λίμναν, κἠς τὰν Δηράδα, κἠς τὸν Ἀρκε[υθ]όεντα, κἠπὶ Διὸς ἄκρον, κἠπὶ Δωρηΐαν, κἠς Κυρτόραξον, κἠς τὸν Καταβαθμόν, καὶ περιαμπέτιξ εἰς τὸν Σπινόεντα, κἠς τὰν Συνο[ρ]ίαν? κἠς τὸν Ἄρακα, κἠς Χαμβρίτρασον, ᾇ [προ]ῤῥεῖ ἐς τ[ὰ]ς Πρινοέσσας, κἠς τὰν Δητάλλαν, κἠς τὸν Περιστεριῶνα, καὶ περιαμπέτιξ ᾇ αἱ στεφάναι, κἠς Δανίπασον, καὶ ἐς τὰν Αἴγ[ι]ρον, ᾇ αἱ στεφάναι, κἠς Δανίπασον ἐς Παμφυρίασον ἐς τὰν λίμναν, κἠς τὰν ὁδὸν τὰν δαμοσίαν, κἠς τὸν . . . [ό]εντα κατὰ ῥάχιν ἐς Συάφνας τὰς ἄνω, καὶ κατὰ ποταμὸν ἐς Κορδωΐλαν καὶ διὰ ῥάχιν ἐς Λαγινάπυτον ἐπὶ τὸ ἄντρον, κἠς Καλλιόρασον ἐπὶ τὸ ἄντρον, κἠς Μεταλλάπυτον ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κάντιον ῥόον, ἐπὶ τὸ Στιώτιον, καὶ τῶδε ἂν ῥάχιν ἐπὶ τὸν Ἀχάμαντα.

III. Ὅροι Λατίων ποτὶ Ὀλοντίως.

Ἀπὸ θαλάσσας ἐς Πλυμὸν ἂν ῥάχιν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον Ἀφροδίσιον, καὶ τούτω ὡς τῶ [γ]έῤ[ῥ]ω [τ]ήνω τῶ τεμένεος οἱ ὅροι [ο]ἱ ἐς τὰν Δωρ[ηΐ]αν [προ]έχοντες? κἠς τὰν Αἰρεπώ, κἠς τὰν Πρυμνίτισσαν, κἠπὶ τ[ᾶ]ς Καλολάκκ[α]ς τὰν περίβασιν, κἠς Ἀρχελά[κ]καν, ἐς τὰν Δηράδα ἐπ᾽ ἀρτίων πρίνων, κἠς τὸν Ἀχάμαντα.

IV. Ὀμ[ό]σαι τὼς Λατίως τοῖς Ὀλοντίοις καὶ τὼς Ὀλοντίως τοῖς Λατίοις τὸν ὑπογεγραμμένον ὅρκον.

Ὅρκος Λατίων.

Ὀμν[ύ]ω τὰν Ἑστίαν καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Κρηταγενία, καὶ τὰν Ἥραν, καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Ταλλαῖον, καὶ τὸν Ποσειδᾶν, καὶ τὰν Ἀμφιτρίταν, καὶ τὰν [Λ]ατῶν, κἄρτεμιν, καὶ Ἄρεα, καὶ τὰν Ἀφροδίτ[α]ν, καὶ τὰν Ἐλευσίναν καὶ τὰν Βριτόμαρτιν,

καὶ Ἑρμᾶν, καὶ Κωρῆτας, καὶ Νύμφας, καὶ τὼς ἄλλ[ως] σιὼς πάντας καὶ πάσας· ἦ μὰν ἐγὼ τοῖς Ὀλοντίοις ἐμμενίω ἐν τᾷ φιλίᾳ καὶ συμμαχίᾳ καὶ ἰσοπολιτείᾳ, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμενίω, καὶ βοαθησίω ἁπλόως καὶ ἀδόλως καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν· καὶ εἴ τίς κα πολεμέων Ὀλοντίοις ἢ ἐφέρπῃ ἐπὶ πόλιν ἢ ἐπὶ χώραν ἢ ἐπ᾽ ὠρεῖα ἢ λιμένας τὼς τῶν Ὀλοντίων; [πολεμησίω ἀπὸ χώρας?] καὶ οὐ προλειψίω οὔτε ἐν πτολέμῳ οὔτε ἐν εἰρ[ά]νᾳ, ἀλλ᾽ ἐμμενίω ἐν τοῖς συγκειμένοις ὅρκοις, δίκας τε καὶ πράξεις διδωσ[ίω], καθὼς καὶ συν[εθ]όμεθα. εὐορκέοντι μὲν ἦμεν πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐφορκέοντι δὲ τὰ ἐναντία.

Ὅρκος Ὀλοντίων ὁ αὐτός.

V. · · Ἐπὶ Κόσμων μὲν τῶν σὺν Μαιναίῳ τῶ Χ[ε]ρνητάδα, μηνὸς ἐ[ν Λα]τ[ῷ]? Θερμολαίω δεκάτᾳ, ἐν δὲ Ὀλόντι ἐπὶ τῶν σὺν Κρατίνῳ τῶ Ἀριστ[ω]νύμω, μηνὸς Ἡραίω δεκάτᾳ, ἔδοξε Λατίοις καὶ Ὀλοντίοις κοινᾷ βωλευσαμένοις προσθέμεν πρὸς τὰν φιλίαν καὶ συμμαχίαν καὶ ἰσοπολιτείαν καὶ πρὸς τἄλλα φιλάνθρωπα τὰ γεγονότα ταῖς πόλεσι, καὶ τὰ νῦν δόξαντα προσγράψαι πρὸς τὰς προϋπαρχώσας αὐτοῖς στάλας, χρήσιμα ὄντα καὶ συμφέροντα, ὅπως μᾶλλον αὔξηται ἁ φιλία.

\- - - - - -

\- - - - - -

Quam incerta huius tituli lectio sit, colligas ex iis, quae in lemmate dixi. Neque emendationi eius suffecit Chishullus nec quidquam praestitit ab ulla parte; qui quum in Teiis Cretensium decretis nihil monito lectore multa in peius mutaverit, non melius in hoc titulo versatus fuerit; id quod etiam exempla vs. 84 sqq. et vs. 177 sqq. monstrant: sed quid in quoque novarit, non potest discerni, nisi certiora habeantur apographa. Quod ut in ceteris rebus, ita in dialecto diiudicanda magnam affert consilii inopiam: quo magis operam dedi, ut consultis fidelioribus exemplis quidquid ad dialectum illustrandam ex titulis conferri potest, componerem. Quum vero de singulis iudicari non possit, nisi conferendis omnibus titulis normas prius constitueris, commodum visum est statim initio huius tituli de *dialecto* disputare, ut deinceps, ubi ad singula pervenissemus, huc possemus lectorem remittere. Et ex iis quidem titulis, qui in Creta reperti sunt, tantum quattuor priores, n. 2554 – 2557. antiquioris sermonis plura documenta praebent; inter quos n. 2554. qui est *Latiorum et Olontiorum*, videtur plurima singularia certe olim continuisse, a Chishullo obscurata, n. 2557. autem, qui est *Allariotarum*, ad communem sermonem propius quam reliqui accedit; mediae indolis est n. 2555. *Hierapytnius*, et n. 2556. *Hierapytniorum et Priansiorum*. Ex ceteris, n. 2558 sqq. pauca petieris, quae non neglexi. Sed in Teiis titulis Cretica decreta extant duodecim, quae simul consulenda fuerunt; in quibus et ipsis dialectus magnopere variat, licet omnia eiusdem aetatis, immo eiusdem fere anni sint. Horum igitur deinceps formas una componam, non ex Chishulli exemplis ab ipso interpolatis petitas, ubi alii mihi fontes suppetunt, sed ex incorruptis schedis. Primum est *Eleuthernaeorum*, secundum *Istroniorum*, modice Doricum utrumque; tertium *Sybritiorum*, in quo non multa reconditioris dialecti; quartum *Vaxiorum*, quintum *Rhauciorum*, probe Doricum utrumque cum aliquot singularibus Cretismis; sextum *Arcadum*, in quo pauca Dorica nec constanter observata; septimum *Cnosiorum* probe Doricum; octavum *Polyrrheniorum*, nonum *Cydoniatarum*, ex quibus pauca supersunt; decimum *Lappaeorum*, communi fere dialecto scriptum; undecimum *Priansiorum*, cuius pauca vocabula reliqua sunt; duodecimum *Latiorum*, satis Doricum. Cum his contuli etiam epistolam Epimenidis ad Solonem ap. Diog. Laert. I, 113. aeque quidem ficticiam atque ea, quam Attica dialecto scriptam damnarat Demetrius Magnes, sed sermone ut plurimum congruam Cretensi auctori. Ceterum ex his omnibus non ea affero omnia, quae Dorica sunt, ut τὰν pro τήν, et talia, sed ea potissimum, quae in aliis Doricis terris aliter comparata fuerunt, ut alii Dores dicunt τούς, alii τώς, alii τός: ita enim fiet, ut quantum ex inscriptionibus fieri potest, doceatur, quae fuerit Cretici Dorismi recentioris, quem haec monumenta referunt, indoles. His de dialecto observationibus reliquas deinceps ad n. 2554. notas addam.

### I. *De dialecto inscriptionum Creticarum.*

1. De *consonis* dicturus primum digamma, quod dicitur, Aeolicum afferam. Ἄξος urbs et fluvius solet Ὄαξος dici, littera O illius soni vices gerente; in nummis habetur FΑΞΙΩΝ et ϹΑΞΙΩΝ, quae diversae formae eiusdem litterae sunt; decretum urbis in Teiis praebet formam Ϲαύξιοι, quae praeter digamma litteram Y adscivit. Etymon aperit Steph. Byz. v. Ὄαξος: τινὲς δὲ διὰ τὸ κατάκρημνον εἶναι τὸν τόπον· καλοῦσι γὰρ τοὺς τοιούτους τόπους ἀξούς, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἀγμούς, nempe a verbo ἄγνυμι, quod littera Aeolica instructum esse constat. N. 2554. 127. agnosco [B]οίνοπα pro Fοίνοπα, ex Fοῖνος, item n. 2576. Βοινοβίου; ex n. 2572. 2577. coniunctis elementis, quae perperam distracta erant, expiscatus sum Βαναξιβούλου a voce Fάναξ: Hesychius habet Creticum βαλικιώτης, Gregorius Corinthius (p. 354. Lips.) et alii ἔυα et ἐυάσον vel ἔβα et ἔβασον pro ἔα, ἔασον, Hesychius ἀβέλιον pro ἀέλιον etc. N. 2598. videtur Fικαδίονος esse. De consonarum mutationibus affero haec. Β transit in γ in πρειγευτὰς pro πρεσβευτάς (§. 9.). Οὐδείς, μηδεὶς etc. vulgo est in Creticis; sed in decr. Eleuth. habes οὐθέν, οὐθένα. Σιὼς pro θεοὺς fuit fortasse n. 2554. 185. in formula iurisiurandi, quod priscas amat formas; alias constanter dicitur θεός, θεῖος etc. etsi σεῖναι pro θεῖναι Creticum Hesychio: sed θέμεν, θεῖναι tituli. Ἀχάμας pro Ἀκάμας, ut videtur, bis extat n. 2554. quod non audeo mutare. Θάλασσα, φυλάσσω etc. frequentia sunt, sed n. 2554. 75. est συναλλάττοντα, et n. 2557. bis διαφυλάττω; in Vax. videtur διαφυλάδων et διαφυλάδεν haberi. N. 2554. 197. est πτολέμῳ in iureiurando, sed in eodem πολεμέων, et passim haec forma extat n. 2554.

et in ceteris. Assimilationem consonarum iuxta positarum valde frequentarunt Cretenses: ut ἔλλυσιν dixerunt pro ἔκλυσιν (Hesych. cf. nos T. I. p. 725. *b*.). In qua voce ut ἐκ propter sequens λ in ἐλ mutatur, ita probabile est ante aspiratam ἐκ transisse in ἐχ, ut νύκτα ὅλην in νύχθ' ὅλην. Ad hanc normam formatae sunt glossae Hesychianae ἐχθειάσαι, ἐχθῦσαι, ἐχθύσσῃ; etiam ἔχθοι p. ἔξω ap. Hesych. (sive malis ἐχθοῖ, ut ἐνδοῖ) huc pertinet, quod est pro ἔκθοι s. ἐκθοῖ, vel si θ pro σ substitutum cum Valckenario (v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 568.) putes, pro ἐχσοῖ. Nam etiam ante σ ἐκ transit subinde in ἐχ, ut ἐχ Σάμου in Attico titulo n. 147. pryt. IX. Quare non dubito n. 2556. ὑπέχθηται et ὑπεχθέσιμον pro ὑπέκθηται et ὑπεκθέσιμον et retinere et interpretari. In consonarum mutationibus referam etiam ἐξυβριτίας pro ἐκ vel ἐχ Συβριτίας (decr. Sybr.), ut in Attico titulo n. 789. ἐξουνιέων pro ἐχ Σουνιέων (Atticis enim ξ est pro χσ, non pro κσ, sed si pro κσ vel γσ positum videtur, κ vel γ transisse in χ censendum), in Prienensi ἐξαλαμῖνος pro ἐκ vel ἐχ Σαλαμῖνος, in Syrio n. 2347. *c*. ἐξύρου. Postremo ἐπιστάμενοι p. ἐφιστάμενοι est n. 2556. 68.

2. *Vocalium mutationes* has repperi. Pro ε assumitur α ex Dorismo pervulgato in vocibus ἐπιγράψω n. 2555. τάμνω, ἀτέρω n. 2554. 16. 111. in recentioribus nummis in nomine proprio Ἀπταρέων s. Ἀπταραίων (vetustiores Ἄπτερα dicunt urbem); decr. Arcad. Ἀρταμιτίου: sed n. 2554. est Ἄρτεμιν. Ε ante vocalem aliquando retinetur, ut in δένδρεα et in flexionibus nominis ac verbi (§. 4. 5.), aliquando transit in Ι, more Boeotorum et Laconum (cf. T. I. p. 720. *a*.), sed sine constantia. Creticum esse θῖος (θιός) dicit Hesychius; et hoc θιῶς vel σιῶς est n. 2554. etsi contrarium usitatius (cf. §. 1.): semel extat ἴωμεν p. ἔωμεν in decr. Lat. sed frequentius ἔωμεν (decr. Arc. Istr.), ἔωντι n. 2556. 14. ἐώσας ib. 24. Περιστεριῶν p. Περιστερεῶν habetur n. 2554. 143. In formatione verbi et participii haud rara haec mutatio, ut ἐμμενίω, κοσμίοντες etc. (§. 5.); in casu nominis semel extat, in voce Κρητογενία n. 2554. 177. Contraria multa vide §. 4. Ceterum n. 2556. nusquam ε in ι mutatur. ΕΙ mutatur in Η aliquoties, ut Δηράδα pro Δειράδα n. 2554. 134. 169. χῆρες pro χεῖρες ap. Io. Gramm. κῆνος (ap. eund.) vel τῆνος (Epimenid.), πρήγιστος (n. 2562.), Κλησθένης (n. 2558.), fortasse παραγγήλωντι (n. 2556.), ἦμεν pro εἶμεν s. εἶναι, quamquam hoc non constanter (§. 6.). Talia etiam in posteriora tempora propagari solent; unde Σωτήρ[α] retinui n. 2606. Εια in εα mutatum videtur, ut forma ἱερέα pro ἱέρεια in aliis dialectis reperitur; certe huc ducit lectio ὑγιέᾳ n. 2557. si vera est. Ευ in ου mutatum duae formae n. 2556. 53. 74. offerunt satis opinor certae, ἐξοδούσαντες et βωλουομέναις: neque in eo titulo ευ in verbis huiusmodi reperies, quamquam in ceteris est βωλεύω, ut n. 2554. 2555. Ι videtur in Υ mutatum esse in voce ἵππος: certe hinc descendere videntur nomina propria Ὑππάγρα et Ὑππασία n. 2554. 106. 127. Pro οῖ est ῷ in solo Λατῷ (§. 4.). Usitatissimum vero ω pro ου in pluribus et vocabulis et flexionibus. Sic βωλά in decr. Sybr. βωλᾷ haud dubie fuit n. 2561. βώλεσθαι est n. 2554. 2556. decr. Vax. Lat. βωλεύω n. 2554. constanter et n. 2555. 8. βωλούω n. 2556. Tamen βουλά est n. 2557. et in decr. Polyrrh. βούλεσθαι in Arc. Istr. Κώρα habetur n. 2566. Hierapytnae, Κωρῆτας n. 2554. et sic corrigendum n. 2555. Ὦν est in decr. Cnos. sed Arc. Istr. οὖν, et n. 2556. 22. ὁτιοῦν. Φρούρια certum est n. 2554. 17. nec mutatur οὗτος; δούλως et δουλῶται est ap. Epimenid. et plura alia in Teiis. Praeterea ω pro ου prope constanter assumitur in terminatione casus secundi declinationis secundae, ut Ἀσκλαπιῶ, et in accusativo plurali, ut τὼς νόμως, quamquam hoc minus firmum (§. 4.); tum in Λατῶν p. Λατοῦν (ibid.); in verbis contractis, ubi ου ex εο vel οε natum est, non sequentibus pluribus consonis, quae syllabam positione productam reddant, ut εὐχαριστῶμες, δουλῶται (§. 5.); postremo in formis verbi et participii, in quibus ου natum ex ον, quod in aliis Dorismi formis in οι transit, ut ὑπάρχωσα (ex ὑπάρχονσα, ὑπάρχοισα), δικαῶσι (δικάσοντι, δικάσοισι), de quo plura §. 6.

3. *Mistio et contractio vocalium* rarior est quam *formae solutae*. Sic ἔωμεν vel ἴωμεν et similia (§. 2.), etsi semel οὖσιν reperitur in decr. Eleuth.; sic ἐμβέῃ pro ἐμβῇ (§. 6.); νεομηνία Creticum dicitur a Proclo ad Plat. Cratyl. c. 83. etsi in decr. Arc. νευμηνία. Πολιήτας est ap. Epimenid. nescio quam recte; tituli πολίτας. Ἁπλόως est n. 2554. 2555. εὐνόως et εὔνοοι in Teiis Cretensium decretis; Σπινόεντα, Ἀρκευθόεντα, Πρινοέσσας n. 2554. Πρυτανήϊον, ἀνδρήϊον, Δωρήϊα habentur n. 2554. Δρομηΐω, πορηΐω, πρειγήϊα (pro πρειγεῖα) n. 2556. sed ibidem nihilominus bis ἀρχεῖον: sic etiam θεῖος; item n. 2554. 195. ὡρεῖα: neque ex οἰκεῖος οἰκηϊότας, sed οἰκειότας in decr. Rhauc. Vax. οἰκείοις ipsum est in Eleuth. Nec mutatur εία et εια terminatio primae declinationis, si exceperis Δωρήϊαν proprium; certe n. 2554–2557. est ἰσοπολιτεία, et n. 2556. πρειγεία et χρεία, et ἀτέλεια, εὐσέβεια, συγγένεια in decr. Arc. Istr. Lat. Τεμένεος, τέλεα (pro τέλη), ἀτελέα non contrahuntur; sed πράξεις tamen et συγγενεῖς ac talia reperiuntur (§. 4.): Εὐκράτευς non Creticum sed Rhodium iudico in decr. Eleuth. licet Θευκράτης et talia Cretica dicantur (Gregor. Cor. p. 358.) et habuerimus etiam νευμηνίαν supra, ac n. 2573. 2574. 2575. sit nomen Creticum Κλευμενίδα. Etiam in verborum et participiorum flexionibus έω, εο et talia ut plurimum non contrahuntur; nisi quod εο aliquoties in iis, quae §. 2. significavi, in ω, et minus Cretice in ου transit, et in εοντ etiam abiicitur ε, de quibus rebus enucleatius dico §. 5. et quod aliquoties εε in ει, έῃ in ῇ, έω in ῶ transire videbimus. In adverbiis contracta forma usitata est, ut ἐκτενῶς etc. in Teiis. *Crasis* haud rara est: καὶ (καὶ αἰ) n. 2554. 15. κἄρτεμιν, κἠπί, κἠς ibid. κἠπαινέομεν in decr. Eleuth. ταὐτά, sed etiam τὰ αὐτά n. 2556. τὠσύλω n. 2557. *Elisionem* insolentiorem in voce ἐφορκέω n. 2554. morabitur nemo post ea quae T. I. p. 808. *b*. dixi, quamquam n. 2555. est ἐπιορκέω.

4. Componam deinceps quae in *declinatione nominum* notabilia. In *prima* dativus singularis vo-

cum nonnullarum *adverbii* locum tenens pro ᾳ habet ῃ vel adeo η. Sic n. 2556. 20. 26. 28. igitur ter, est ἑκατέρῃ, semel ib. 77. ἑκατέρη; n. 2554. 77. est ἑκατέρῃ, ubi tamen Iota addidisse Chishullus videatur, qui quidem idem fecerit n. 2556. Sic ὅπῃ, non ὅπᾳ, est n. 2554. 56. (ubi de Iota non magis constat quam in priori exemplo); Epimenid. αἰ δέ πη, sed decr. Cnos. ὅπᾳ. Adde τουτᾶ §. 7. Ubi ἑκατέρᾳ non adverbii locum tenet, ut ἐν ἑκατέρᾳ τᾷ πόλει, non admittitur η. Genitivus pluralis constanter in ᾶν desinit (n. 2556. 2557. Cnos. Arc. Cyd. Rhauc.). *Secundae* declinationis casus singularis secundus Cretice desinit in ω, et constanter quidem n. 2554–2558. 2563. 2566. 2567. 2598. et in decr. Vax. Polyrrh. Cnos. Eleuth. Etiam Epimenid. τήνω. In Rhaucio semel est Ἑκατωνύμου in nomine peregrini, sed in ceteris vocibus, etiam propriis peregrinorum ω. In Arc. variatur, Μηνοδότω et Μηνοδότου, Διονυσίω et Διονυσίου, τοῦ Ἀσκλαπιοῦ; in Prians. nomina certe peregrinorum Μηνοδότου, Διονυσίου assumunt ου, alia exempla ibi non extant. In Istr. ου habetur constanter. Magis variatur in accusativo pluralis, etiam in iis titulis, in quibus genitivus in ω regnat. Nam n. 2554. accusativus constanter in ως exit, quod non Chishullo deberi patet ex iureiurando: et sic etiam Epimenid. τώς, κακώς, ἀνθρώπως, δούλως. Sed ος, ut τὸς θεός, est in plurimis, haud aliter ac Therae: quod cave ex prisca derives orthographia, cuius nullum in his titulis vestigium. Sic n. 2555. 2556. 2558. 2559. et in decr. Lat. Polyrrh. Cnos. Sed ους habetur n. 2557. et sic aliarum vocum accusativi in ους terminantur in decr. Eleuth. Rhauc. Sybr. Istr. Arc. nisi quod in Arc. est etiam τὸς πρεσβευτὰς et προξένος. Ex *tertia* declinatione haec annoto. Ut Δεινίας Dorice est Δεῖνις, hic pro Φανίας Parius quidam Φᾶνις dictus est: hinc Φάνιος pro Φάνιδος n. 2557. Simile ἐμμάνιας n. 2555. ex ἔμμηνις, πόλιος decr. Istr. Arc. καθιερώσιος Arc. μανύσιος ap. Epimenid. πόλιας decr. Cnos. Sed dativus constans πόλει, non πόλι; semel n. 2567. est πόλεος: neque infrequentes Atticae formae καθιερώσεως decr. Eleuth. πόλεως n. 2554. 104. decr. Lat. Arc. Rhauc. Vax. Sybr. Eleuth. πόλεων n. 2556. 52. n. 2557. et sic scribendum in decr. Arc. πράξεις n. 2554. συγγενεῖς decr. Eleuth. Vax. Istr. Lat. Arc. διαλύσεις Eleuth. Πολίεσσι nusquam est, semper πόλεσιν, etiam n. 2554. 2556. 2557. In titulo communi sermone scripto Allariae n. 2562. ex antiquiore dialecto resedit γραμματέος; contra vulgare βασιλέως est in decr. Rhauc. et aliis Tei positis. N. 2556. habetur pluralis forma Πριανσιέες. Εὐκράτευς pro Εὐκράτους in decr. Eleuth. Rhodium esse dixi §. 3. Solutas addo formas Κρηταγενία ex Κρηταγενέα n. 2554. τεμένεος ibid. τέλεα et ἀτελέα n. 2556. Iuppiter in nummis vetustioribus Ζάν, quod n. 2555. agnosco; in titulo n. 2554. est Ζηνός, Ζῆνα, sed in nomine loci tamen Διὸς ἄκρον n. 2554. 135. Τὸν Ποσειδᾶν habes n. 2554. 179. ut Ζῆν (non Ζῆν' ut vulgo) est Homericum in fine versuum: genitivus vulgaris Ποσειδῶνος est ibid. 93. Λατώ est deae nomen et urbis (Steph. Byz. v. Καμάρα); genitivus non reperitur in his titulis, sed fuit haud dubie Λατῶς, ex eo Dorismo, cuius passim exempla vidimus in Laconicis aliisque Doricis titulis; dativus Λατῷ de urbe est n. 2554. (cf. Schol. Theodos. Canon. in Bekker. Anecd. T. III. p. 1202. ubi etiam de accusativo). Accusativus Λατώ de dea est n. 2555. sed de urbe et dea Λατῶν n. 2554. Λατῶν scribunt grammatici et Aeolicum vocant; Buttmannus Gramm. ampl. T. I. p. 188. Λάτων vult: at in Creticis praestat Λατῶν scribere, hoc est Ionice Λητοῦν (cf. §. 3.).

5. In *coniugatione verbi* primum dicam de *contractione et formis solutis*. Et illa quidem his rarior; nec contractionis ratio simplex, nec formarum solutarum, sed in potissimis tamen animadvertas rationem quamvis variantem. Vulgari modo maxime contrahuntur infinitivi praesentis, ut δεῖν n. 2554. 32. εὐχαριστεῖν decr. Vax. Istr. contrarium est priscum νέεσθαι n. 2555. extr. Sic et imperativus εὐχαριστεῖτε decr. Sybr. coniunctivus συνδοκῇ n. 2557. ἀδικῶσιν, ἀναιρῶνται decr. Arc. futurum ἐμμενῶ, de quo paulo post dicam, ap. Epimenid. ἐσεῖται; incertum est εὐχαριστεῖ decr. Lat. [προς]ρεῖ n. 2554. 141. Prorsus vulgaria nec Cretica sunt ποιούμενοι, προαιρούμενοι, κοσμοῦντες in decr. Istr. Vere Cretica ad *quattuor canones* revocavi. Ex *primo* ε, quod vulgo cum sequenti syllaba contrahitur, retinetur. Hic canon observatur in decretis aliquot Tei positis, ut ἐπαινέομεν Eleuth. πολεμέωσιν Arc. item n. 2554. sed in hoc ita, ut simul secundi canonis exempla ibi habeas: quare incertum est utrum πολεμέοντες, πωλέοντα, ὠνεόμενον, πολεμέων, εὐορκέοντι, ἐφορκέοντι, quae ibi habes vs. 20. 71 sqq. 193. 202 sqq. in lapide scripta fuerint, an a transcribente et Chishullo profecta, ita ut πολεμίοντες etc. vera forma sit (de ultimis cf. etiam var. lect.): denique etiam quarti canonis exemplum n. 2554. videbimus. Ap. Epimenid. ἀλγέοντι legitur. Ceterum etiam pro ἐρευνῶντες n. 2554. 59. est ἐρευνέοντες, quod ex canone secundo debebat ἐρευνίοντες esse. Νέεσθαι n. 2555. de quo paulo ante monui, omnino intactum relinquendum. Primus hic canon ubi in litteris εο observatur, in iis titulis εο numquam in ω contrahitur ex canone tertio. *Secundus* canon hic est, ut ε ante vocalem mutetur in ι; quod in quibus titulis fit, in iis εο itidem non contrahitur in ω. Hanc mutationem statui n. 2554. 24. in πολεμίον[τας]: certa exempla sunt κοσμίοντες decr. Lat. Sybr. licet in his Κόσμοι non ut in aliis Κόσμιοι audiant, ἐμμενίω n. 2554. 190. 198. item haec ex futuris Dorico usu praeter normam έω habentibus nata, προλειψίω (προλειψέω), βοαθησίω n. 2554. 190 sqq. (unde etiam vs. 201. διδωσίω dedi), διαφυλαξιόμεθα decr. Istr. συνδιαφυλαξίομεν Lat. πραξίομεν, χαριξιόμεθα Istr. quamquam in titulis Cretismum minus purum referentibus multa contraria sunt, ut ἐμμενῶ n. 2555. ἕξω (non ἑξίω) ibid. εὐνοήσω, κακοτεχνήσω, πολεμήσω ibid. βοαθήσομεν, συντηρήσομεν, ἀναγράψομεν, ἐπαινέσομεν Arc. ὑπάρξει Vax. ἀνέξονται (non ἀνεξίονται vel ἀνεξέονται) ap. Epimenid. Sed etiam pro ὁρμώμενοι, unde fit deinceps ὁρμεόμενοι, ut ἐρευνέοντες, extat ὁρμιόμενοι in decr. Lat. Istr. et sic in Sybr. pro ὁρμισμένοι legendum est. Tertius et quartus canon ita coniuncti sunt, ut in iisdem simul

titulis obtineant in iis formis, in quibus εο vel εου vulgo in ου contrahitur; certae enim formae tantum ad tertium, aliae tantum ad quartum dirigi possunt. Ex *tertio* enim εο contrahitur in ω, si syllaba non longa est positione, ut εὐχαριστῶμες n. 2557. ὠνώμενοι n. 2556. Idem fit ubi etymum primitivum quidem positione longam syllabam offerebat, sed evanuit Ν, ut εὐορκέουσι (εὐορκεόντεσσι, εὐορκέονσι) εὐορκῶσι n. 2555. extr. Cf. regulam §. 2. extr. Ceterum etiam οε non in ου, sed in ω contrahitur, ut δουλῶται ap. Epimenid. *Quartus* canon tertio coniunctus iubet eiici ε vel ι ante vocalem, quae cum ε contrahi in ου solet, ubi syllaba positione longa fit: in quibus exemplis ne ο pro ου vetusta scriptura esse putetur, vetat genus scribendi in his titulis observatum. Ad hanc rationem n. 2554. 30. est κοσμόντων p. κοσμεόντων, n. 2555. 6. κατοικόντες recte haud dubie a me receptum, et in titulis iis, ex quibus de tertio canone potissimum constat, n. 2556. 40. 61. 69. 70. κοσμόντων, 10. κρατόντων, 14. πωλόντας, n. 2557. 15. συντελόντες, quae vera est lectio.

6. In *reliqua verbi coniugatione* Cretica monumenta non adeo multa peculiaria offerunt. Littera ξ pro σ in verbis in ζω desinentibus passim assumitur, ut δικάξασθαι et δικαξάμενος n. 2556. 48. 51. χαριξιόμεθα decr. Istr. ψαφιξαμένοις Vax. ἀνδραποδιξάμενος, ἐλευθεριάξαντας ap. Epimenid. Contraria sunt ἐμφανίσαι hinc inde in Teiis, ἀποκομίσαι Cnos. Polyrrh. κομισάμενοι Polyrrh. ψαφισαμένους Istr. σφραγίσαντας Polyrrh. Insignior forma futuri secundi Atticae similis, eiecta characteristica primi, δικαῶσι s. δικάωσι p. δικάσουσι n. 2554. 66. Characteristica σ simpliciter eiecta, ut σ eiicitur in Μῶα (Μοῦσα) et similibus, in ἀναγνώοντι p. ἀναγνώσουσι n. 2554. 39. 45. certe aliter explicare hanc formam non possum, neque haec explicatio ideo damnanda videtur, quod communis usus medium ἀναγνώσονται postulat. Antiquo usu n. 2554. 201. est διδώσω (vel διδωσίω); sed δώσω fuit n. 2555. Notabilis forma παρίσχαιεν n. 2556. quam ex παρίσχημι deductam vult Maittair. de dial. p. 237. B. Ut porro in optativo aoristi verbi medii τίθεσθαι Attici potissimum ο assumunt (ἀπόθοιτο, σύνθοιτο), ita non damnandum videtur συνέθοντο n. 2554. pr. quum praesertim vs. 201. συνθεόμεθα simplicissime in συνεθόμεθα mutari possit, quod multa in hoc titulo transpositis a typotheta litteris corrupta esse constat (vide lemma): vulgaria tamen συνεθέμαν, συνέθεντο, ἔθεντο sunt n. 2555. 2556. 4. 11. Distractum ἐμβέῃ p. ἐμβῇ habes n. 2554. 15. Χρήμενοι, ut δέγμενοι, praesentis significatu est n. 2554. 61. Pergo ad personarum terminationes. In quibus singulare εὐχαριστῶμες n. 2557. ut ἧς pro ἦν Creticum esse constat: sed illud unum in titulis exemplum est; vulgo μεν obtinet. In tertia pluralis regnat terminatio in οντι vel ωντι: sic Epimenid. ἀλγέοντι, n. 2554. ἀναγνώοντι et ibid. ἐξορκί[ξ]οντι et παραγγελ[έ]οντι, quae emendando intuli, non tamen ausus ἐξορκιξίοντι scribere ex regula (cf. §. 5.); ἔωντι, μέλλωντι, ἀναγνῶντι, ποιήσωντι n. 2554. 2556. ἀδικήσωντι decr. Lat. Istr. ἐγκύρσωντι Epimenid. Ἔχοντι ap. Hesych. pro ἔχουσι nescio an non verum sit. Notabiles coniunctivi ἰσᾶντι decr. Cnos. ἐπιστᾶντι n. 2556. 68. Contraria sunt δικαῶσι n. 2554. 66. ἀδικῶσιν et πολεμέωσιν decr. Arc. ἀδικήσωσιν Sybr. Valde insolens singularis ἀναδείκνυντι decr. Vax. ut ἐντὶ est etiam singularis. In Teiis aliquoties est ἀπέσταλκαν pro ἀπεστάλκασιν s. ἀπεστάλκαντι. Διέλεγεν habes in Vax. Arc. sed διελέγησαν in Eleuth. Imperativorum tantum breviorem formam reperio, ἤσθων, γραψάντων etc. Infinitivi mire variant: ὑπομένειν n. 2554. quod tamen suspectum est (ibid. vs. 33. sustuli πέμπειν, quod corruptum esse docebo), ὑπάρχειν n. 2557. σπεύδειν Arc. συναύξειν et συνεπαύξειν Istr. Vax. Eleuth. χαίρειν Sybr. Polyrrh. sed ἀναγινώσκεν, ἐξορκίζεν n. 2554. φέρεν, τίκτεν n. 2555. σπείρεν, ἀναγινώσκεν n. 2556. χαίρεν, διαφυλάττεν n. 2557. ὑπάρχεν n. 2558. fortasse διαφυλάδεν Vax. Aoristi ἐξελὲν et ἐμβαλὲν sunt n. 2555. Rursum vulgaria habes εἶναι n. 2557. et decr. Arc. σεῖναι Hesych. προσθεῖναι n. 2557. δοῦναι Arc. et contra εἶμεν n. 2557. n. 2554. 89. ἔμεν Lat. sed ἦμεν potissimum ac vere Cretice n. 2554. 68. 202. n. 2555. n. 2556. 12. 16. n. 2558. et ap. Epimenid. θέμεν et προσθέμεν n. 2554. δόμεν Polyrrh. Cnos. Istr. ἀποδιδόμεν Lat. Istr. Sybr. δοθῆμεν Arc. In participiis ex regula §. 2. extr. posita regnat ω pro ου: n. 2554. 219. προϋπαρχώσας, n. 2555. extr. εὐορκῶσι, n. 2556. ἐώσας, προϋπαρχώσας, διδῶσι, n. 2557. μετέχωσιν. Sed n. 2557. simul est ὑπάρχουσαν, et ου in eodem participio praebent Vax. Eleuth. Rhauc. Istr. οὖσιν autem Eleuth. ἄγουσαν n. 2554. 119. 128. Etiam Epimenid. θητεύουσιν.

7. De *pronominibus* paucissima monenda sunt. Ἡμεῖς est in decr. Arc. ἁμές (asperum semper appono, ubi non liquet de leni) n. 2557. ἡμῶν Arc. et tamen ibidem ἁμῶν; ἁμέων Eleuth. ἁμῖν n. 2555. ἁμᾶς Vax. ἁμὲ Eleuth. Arcad. et diserte cum aspero ποθ' ἁμὲ n. 2557. bis, ποθ' ἄμμε Epimenid. sed πορτ' ἁμὲ Vax. ἐπ' ἁμὲ n. 2563. Possessiva reperio ἁμὰν n. 2557. ἁμᾷ, ἁμῶν Cnos. In relativo Epimenid. τοί, tituli οἵ, ὧν etc. excepto iureiurando n. 2555. 23 sq. ubi τῶν et τός. Pro ταύτας Creticum fuit τούτας (Greg. Cor. p. 364. et intt.); et sic Epimenid. τουτᾷ p. ταύτῃ sine Iota: sed n. 2554. est ταύτᾳ, ταύταις, ταύταν etc. nisi haec a Chishullo profecta sunt, n. 2556. 2557. certe ταῦτα, ne de Teiis dicam.

8. Ex *praepositionibus* ἐς frequens est, sed immiscetur etiam εἰς vel iis in titulis, ubi ἐς crebrius, ut n. 2554. 2556. et decr. Vax. Epimenidea epistola ἐς: ἐν pro εἰς, quod Creticum grammaticis, nusquam comparet in titulis. Πρὸς ante consonam est n. 2557. 12. frequentius ποτί, ut n. 2554. et cum apostropho ποτ' ἀλλάλας, ποθ' ἁμέ, ποτ' αὐτούς, ποθ' αὐτούς n. 2557. decr. Eleuth. Rhauc. Epimenides ποθ' ἄμμε. Πορτί, etiam apostrophum patiens, est in Rhauc. Cnos. Vax. Istr. Vocalis abiicitur in his: ἂν ῥάχιν n. 2554. bis, ἂμ ποταμὸν ibid. πὰρ Eleuth. Vax. Cnos. sed sine constantia. Ἀνθέντων est n. 2557. sed ibidem ἀναγραψάντων, quod omnino in titulis his usitatum, etiam n. 2554. In Lat. tamen est ἀγγράψαι, et n. 2555. 3. ἀγγραψάντων reponendum visum. Παρδέχεται, παρκαλεῖ habet Vax. sed contrarium in Teiis frequentius. Ex *coniunctionibus et reliquis particulis*

*et adverbiis* haec addo. Αἰ constans est n. 2555. et videtur vere Creticum; idem habet Epimenides, sed αἰ et εἰ miscentur n. 2554. 2556. in decr. Lat. Sybr. Istr. tantum εἰ reperio. Ἂν potentiale est tantum in Arc. et semel n. 2554. 86. quo loco fortasse transcribens ille Venetus erravit: ceteri tituli constanter κα. Ἐὰν tantum n. 2557. et in decr. Arc. extat; ceteri tituli constanter αἴ κα vel εἴ κα: personatus Epimenides male αἴ κε. Βαί κα pro ἐὰν Creticum esse putatur ex Hesychii glossa ab Heringa correcta, quod probat Koen. ad Gregor. p. 250. ed. Lips. Sed αἰ digamma habere certe aliunde non novi: potest tamen antiquitus Creticum fuisse. Αἰὲς tribuitur Cretensibus (Greg. p. 345.); horum titulorum aetate dicitur ἀεὶ n. 2556. decr. Vax. Lat. Sybr. Istr. ut ap. Epimenid. Nec μὲς Creticum hac aetate, sed μέν. Saepe in his titulis legitur τόκα, de quo dixi in notis n. 2556. quod pro τότε Creticum a grammaticis dicitur, ut a Gregor. p. 366. In titulis hoc τόκα constans in formula οἱ τόκα ἀεὶ κοσμοῦντες, ,,Cosmi, qui *tum quoque anno* munere fungantur", ita ut τόκα sit *aliquando*, et τόκα ἀεὶ quasi *quandoque*: sed extra hanc formulam τότε habetur n. 2554. 51. ad εἴ κα (ἐὰν) relatum. Etiam Pindarus Olymp. VI, 66 sqq. in eadem periodo τόκα et τότε dixit, atque illud illi quoque est *interim, aliquando*; hoc vero ad εὖτ' ἂν refertur.

9. *Peculiaria* multa Cretensibus vocabula fuisse, nemo ignorat. Horum partem collegit Meursius Cret. IV, 15. ex quo nihil repeto: neque ex titulis afferam omnia, sed pauca insigniora. Noti Cretensium magistratus Κόσμοι, qua forma plurimae utuntur inscriptiones: sed Κόσμιοι dicuntur in decr. Prians. Arcad. Rhauc. Vax. Eleuth. quam formam servavit Strabo X. p. 482. et 484. donec prave expelleretur. Propria multa desinunt in ασος, n. 2554. Βέγκασος, Χαμβρίτρασος, Δανίπασος, Παμφορίασος, Καλλιόρασος. Ex alio genere est nomen urbis Priansiorum, cuius formas collegit Höck. Cret. T. I. p. 413. Πρᾶσος, Πραῖσος, Πρίαισος, Πρίανσος ut putatur, fortasse etiam Πάραισος et Πρίασσος. Nam Stephanus Byzantius quod Praesum et Priaesum distinguit, id inde illi accidit, quod ex variis scriptoribus collegit nomina, nec quaesivit, loci iidem essent an non et scriptura depravata an vera. Exemplum ut afferam, Iaxamatis utar, quorum supra mentionem feci p. 85. *b.* Hi Ephoro iudice Sauromatarum fuerunt stirps, Demetrio Callatensi auctore Maeotae, quod ibi ex Scymno et Periplo Ponti Euxini monui: non dubitabis igitur, quin hos spectet Steph. Byz. his verbis: Ἰαζαβάται, ἔθνος παρὰ Μαιῶτιν, οὓς Σαυρομάτας φησὶν Ἔφορος. Scribendum erat Ἰαξαμάται, ut est apud illos, quos dixi, et ap. Ptol. V, 9. Pomp. Mel. I, 19. Ammian. XXII, 8. sed Stephanus non ita scripsit. Idem mox Ἰξιβάται, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ προσεχὲς τῇ Σινδικῇ· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Scribendum erat Ἰξομάται, qua forma utitur Polyaenus. Sunt iidem, qui isti Ἰαζαβάται. Sed ut redeam ad Creticam urbem, Iota quum Cretenses inserere soliti sint, ex Πρᾶσος dicas Πραῖσος et rursum Πρίαισος natum esse; sed ut vocis πᾶς primitiva forma est πάνς, sic videtur Πράνσος vel Πρίανσος primitivum fuisse: unde natum Πραῖσος s. Πρίαισος, ut πάνσα Aeolice fit παῖσα, ac Πρᾶσος, ut fit πᾶσα. In decr. Vax. etiam lectionem πάνσας reperio pro πάσας, sed fortasse errore transcribentis. Ceterum nomen urbis Πρίανσος nusquam traditur, sed tantum colligitur: urbem Πριάνσιον accusativo casu vocatam videmus n. 2556. locativum ἐν Πριανσιοῖ, ut ἐν Ἰσθμοῖ, habemus ibid. init. et vs. 33. ubi Ο pro Ω esse non potest recte statui. Terra ibidem dicitur Πριανσία: gentilicium Πριάνσιος et Πριανσιεὺς est in titulis et nummis, ut Πριαίσιος et Πριαισιεὺς etc. Proprium Cretensibus πρείγυς pro πρέσβυς, de quo egit Valckenarius ad Theocr. Adon. T. II. p. 151. ed. Theocr. Berol. conferens glossam Etymologici Magni σπέργυς, in qua item β in γ mutatum est, ut in βλέφαρον γλέφαρον. Hinc n. 2556. πρειγεία et πρειγήϊα, n. 2554. πρείγιστοι, n. 2562. βουλῆς πρήγιστος, η assumpto pro diphthongo ει ex Cretismo (§. 2.): ubi male Valck. βουλᾶς πρείγιστος correxit. Hinc item πρεσβευταί, quae forma est n. 2557. et in Teiis pluribus, in decr. Lat. Rhauc. Vax. vocantur πρειγευταί. Pro θεῖος, quod et in Teiis occurrit et n. 2556. vere Creticum est θείνος n. 2554. 2557. formatum ut ἀνθρώπινος, quocum componitur; nolim igitur cum Koenio ad Gregor. p. 301. θεῖνος scribi. Στανύομαι n. 2556. 66. ut ἱστάνω descendit a radice στάω, sicut δεικνύω a δείκω; vis inest *stabiliendi.* Haud dubium est ἐπίπαντες pro σύμπαντες n. 2555. ut Boeoti ἔμπαντες (cf. T. I. p. 725. *a.*): apud Aeschyl. Pers. 43. ἐπίπαν sit accusativus neutrius ex ἐπίπας, an potius notum et usitatum adverbiale pro ἐπὶ πᾶν, in dubio relinquo. Prorsus insolens est ἀμπέτιξ n. 2554. 118. item περιαμπέτιξ ib. 109. 115. 138. 144. Quantum video περιαμπέτιξ semper de ambitu, non quidem circulari, sed tamen arcuato dicitur, ut videatur fere notio *circum* inesse, quam praebet praepositio περί; et fortasse est tantum de clivis, saxis et similibus locis, ut ἐκ τᾶς πέτρας περιαμπέτιξ ἐς τὰν ἄλλαν πέτραν: *ex rupe, circum hanc, ad alteram rupem.* Semper enim tale quid praecedit ad cuius ambitum referatur. Sed ἀμπέτιξ non refertur ad aliquid praegressum: vs. 115 sqq. καὶ περιαμπέτιξ ἐπὶ τὸ ἄντρον - - - καὶ ἐς τὰν ὁδὸν τὰν διάμαξον ἀμπέτιξ ἐπὶ τὸ ἄντρον - - - ἄγουσαν; ubi ἀμπέτιξ non potest ad quidquam praegressum referri. Quare non intelligo, cur ἀμπέτιξ et περιαμπέτιξ ex ἀμπὶ p. ἀμφὶ derivet Koen. ad Gregor. p. 344. nam notio *circum* in solo περὶ inesse videtur, nec facile est ex ἀμπὶ derivare adverbium ἀμπέτιξ. Περὶ quidem facit πέριξ, non περέτιξ. Nescimus igitur quid sit ἀμπέτιξ, nec plenam notionem vocis περιαμπέτιξ tenemus, sed partem eius, quae inest praepositioni περί. Cretensibus non proprium, sed imprimis usitatum ἕρπειν pro ἔρχεσθαι n. 2554. 2556. cuius usus bene gnarus personatus Epimenides adscivit ἕρπε.

10. Etiam in *structura orationis* quaedam sunt notatu digna. N. 2554. 61. χρῆσθαι habet accusativum adiunctum. Nominativum per anacoluthiam pro dativo retinui n. 2556. 49. ἐξέστω τῷ βουλομένῳ δικάξασθαι ἐπὶ τῷ κοινῷ δικαστηρίῳ, τίμαμα ἐπιγρα-

ψάμενος, et pro accusativo n. 2554. 91. θέμεν ἑκάτεροι etc. alterum enim confirmatur altero. Nihil quidem in hoc memorabile, quod aliquoties ἕκαστος pluralem verbi adsciscit, ut n. 2554. 40 sqq. ἀποτεισάντων ὁ Κόσμος ἕκαστος, et multo minus, quod sylleptice ad duos singulares additur participium plurale n. 2556. 19. τῷ τε Ἱεραπυτνίῳ καὶ τῷ Πριανσιεῖ διδῶσι τὰ τέλεα: sed affero haec, quod longius progressi etiam singulari gentilicio, quod id unumquemque ex populo designat, addiderunt pluralem, n. 2557. μετέχωσιν τῷ τε Ἀλλαριώτᾳ ἐμ Πάρῳ καὶ θείνων καὶ ἀνθρωπίνων, ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ Παρίῳ ἐν Ἀλλαρίᾳ μετέχωσι καὶ θείνων καὶ ἀνθρωπίνων. Μὲν et καὶ sibi respondent n. 2556. sub fin. usu ex poetis potissimum noto; idem videtur n. 2554. 92. reponendum esse. Postremo n. 2554. frequens est *asyndeton* in constitutionibus pacti conserendis; idem redit n. 2557. 20. 2562. et simile habes in Theraeo titulo n. 2448. II. 10.

II. *Notae criticae et exegeticae.*

*Foedus* hoc *Latiorum et Olontiorum* et quae sequuntur foedera Cretensium inter se urbium Höckius Cret. T. III. p. 171. non male censet Teiis decretis paullo antiquiora esse; cui iudicio aliquatenus suffragatur dialecti ratio: et quum Teia initio secundi ante Christum saeculi scripta sint, illa tertio vindicat saeculo, quo tempore Creta discordiis vexata civitates sese invicem tutari pactionibus ineundis cupierint. Idem huius tituli argumentum paucis complexus est T. III. p. 478 sq. posuitque eum post titulos n. 2555. 2556. quibus me iudice antiquior est (vide supra). Inscriptio quinque partibus continetur, *formula foederis, finibus Latiorum, finibus eorundem Olontios versum, iureiurando, et additiciis constitutionibus:* fines Olontiorum, exceptis iis, qui Latios versum sunt (hi enim simul tertia parte continentur), ideo non perscripti sint, quod ii in tabula ab Olontiis ponenda exponendi erant: nostra quippe tabula haud dubie a *Latiis* posita est, quamobrem Latii primo loco nominari solent. De singulis pauca monebo; quae ad dialectum pertinent, ea nisi quid ad emendationem defendendam dicere opus, postquam de Cretico sermone iam exposui, non repetam.

I. vs. 3. Chishullus supplet καὶ [συνεδόκεον]; συνευδόκησαν scripsi, quod aoristo opus est, quem habes n. 2556. vs. 5. - - δόκησαν ἀλλάλοις, et quod συνευδοκεῖν, non συνδοκεῖν de tali re dicitur, ut n. 1699 sqq. in quibus titulis quod dativus non additus est, ideo eum etiam hic omisi. Tum Chish. ἐν Λατῷ; dedi ἐν μ]ὲν Λατῷ. Vs. 5. Latii mensis nomen est [ΔΙΟΣ]ΑΛΛΟΣΙΩ, portentosum sane et prorsus incertum: nec verisimilis fuerit coniectura Διοςθύω, quam ex Theraeo Epictetae testamento petieris (cf. Chish. p. 129.). Istud Διος unde hauserit Chishullus ignoro, idque et in Latina interpretatione et p. 126. omisit, relicta tamen lacuna: sed habet rursum p. 129. Novicii Cretensium *menses* ex vetusto menologio noti sunt, unde illos apposuerunt Neumann. Spec. rer. Cret. p. 94. Höck. Cret. T. III. p. 444. et Ideler. Enchir. Chronol. T. I. p. 426. sed praeter Hermaeum in illis nullus est, cuius meminerint inscriptiones. Harum aetate singulae civitates peculiaribus mensium nominibus usae sunt; ex his novimus *Latios duos* et *duos Olontios* ex hoc ipso titulo. Latiorum alter est ille - - - σιος, et Θερμολαῖος n. 2554. vs. 208. (non certe ibi ferendum Ετεω Θερμολαίω, sed ΕΤΕΩ corruptum videtur). Olontiorum alter, qui Latiorum priori respondet, est Ἐλευσίνιος vs. 10. alter Thermolaeo Latiorum respondens Ἡραῖος vs. 210. Tum n. 2556. ministrat *Hierapytnium unum* Ἱμάλιον, hoc est καρποφόρον (Hesych. Ἱμαλίοιο, πολλοῦ, δαψιλοῦς, et Ἱμάλιον, πολυφόρον, καρποφόρον: item Ἱμαλίην, ἱκανήν, et deinde καὶ περιουσία; et Ἱμαλίς, ἐπικαρπία etc. et quae ibi intt. conferunt); item *Priansium unum* Hierapytnio illi respondentem, Δρομήϊον, hoc est Δρομεῖον: sed vulgo is Δρομαῖος vocatus fuerit ex Apolline Dromaeo, cui litabant Cretenses cursu maxime insignes (cf. de hoc Apolline Plutarch. Symp. Qu. VIII, 4, 4.). Situs Priansii huius et Hierapytnii mensis etsi incertus est, tamen constat, certe non posteriorem eum fuisse quam fere decimum; nam illo mense foedus n. 2556. pactum est, et postquam tabula foederis posita est, elapso menstruo spatio praedes sistere debent Cosmi, sese in iudicio ad exitum perducturos lites esse eodem illo sui magistratus anno (vs. 57 sqq.): quod fieri non potuit, nisi supererat certe mensis post constitutos praedes: quamquam verisimilius est superfuisse etiam multo plures, ita ut ille mensis medio etiam anno assignari possit. Alius praeterea mensis Hierapytnius n. 2562. scriptus erat .... δάκιος. Ex decreto inter Teia *Arcadico Artamitium* novimus, cuius meminit etiam Audrichius Instit. antiq. p. 20. Plures nec Chishullus p. 126. novit nec Corsinus Fast. Att. T. II. p. 428 sqq. Ceterum variarum civitatum hi menses tam accurate sibi respondent, ut decimus dies Latii Thermolaei sit decimus Olontii Heraei; quod si tenueris, facile emendaveris nostrae inscriptionis vss. 6. 7. 10. in quibus Chishullus Latii mensis diem XIII. et Olontii X. statuit imperitissime. Nempe vs. 7. delendum primum I, ut prodeat τριακάδι; vs. 10. vero ΔΙ superest ex τριακά]δι, et ante ΔΙ haud dubie lacuna fuit, quamvis a Chish. non notata. Vs. 8. Chish. scripsit ἐπὶ τῶν [αὐτῶν]: scribendum esse Κόσμων vidit iam Corsinus l. c. p. 430. Ego addidi etiam τῶν: cf. antecedentia et n. 2556. init. Vss. 9. 10. ὑπομένειν insolens est in hoc titulo (cf. de dial. §. 6.): si futurum admiseris, scripserim ὑπομενίεν p. ὑπομενεῖν; Chishullum enim constat nihil monito lectore transposuisse litteras. Quamquam etiam ὑπομενεῖν ferri potest, ut paulo post δεῖν. In re incerta retinui ὑπομένειν. Quae sequuntur emendavi ut potui, maxime ex n. 2555. 17. et n. 2554. 190. Haec si displicebunt nonnullis, in animum inducant, quid Chish. de exempli Veneti indole dicat, et tentent meliora. Ἔξεν, non ἐξίεν, βοαθησίειν, non βοαθησίεν, dedi de industria, quod nolebam insolentiora inferre. Vs. 15. Iota subscr. vocis ἐμβέῃ omiserit qui transcripsit. Quod bis dedi ἀπροφασίστως, id confirmat formula συνδιαφυλαξίομεν ἀπροφασίστως in decr. Lat. et Istr. Πολεμεῖν ἀπὸ χώρας est *bellum ge-*

*rere etiam extra patrium solum:* cf. n. 2555. 17. Quod vs. 24. πολεμίον[τας] dedi, quum praecedat tamen πολεμέοντας, ad id cf. de dial. §. 5. Vs. 25. 26. Chish. scripsit μετοχὰν ἦμεν, quod habes diserte n. 2556. 13. Vs. 30. περιόντων sensu caret; dein ingentem iacturam passum esse titulum, tenor foederis docet. ΠΕΡΙΟΝ ΤΩΝ videtur prorsus corruptum esse; n. 2556. 40. est fere eodem foederis loco κατ' ἐνιαυτόν, quod reponere non dubitavi, quum ne constet quidem, Chishullum suum περιόντων dedisse ex Veneto exemplo. Quae post haec ipse addidi, duos fere versus explentia, nexus postulat; cf. etiam n. 2556. 40 sqq. Vs. 31. Θεοδαίσια esse Διονύσια Chish. notat, ex Hesychio docens Θεοδαίσιον (vulgo Θεοδέσιον) esse Διόνυσον. Ἐν Θεοδαισίοις refer ad priora, non ad παραγγέλλοντες: certe in festo recitanda pacta erant et iureiurando cives adigendi; nuntiationem (παράγγελσιν) nec domi nec foris fieri *in festo* necessarium erat. Etiamsi vero Theodaesia utrique eodem tempore celebrabant, tamen utroque loco in iisdem fieri recitatio et reliqua poterant, et aliquot ex utraque civitate commeare in alteram testes recitationis et iurisiurandi: invitandi enim per legatos alteri ab alteris erant (δεῖν τε ἀλλάλοις πέμπεν etc.). Nec quod festi tempus notum utrisque erat, ideo supervacanea erat nuntiatio ἀναγνώσεως et τοῦ ἐξορκίζειν, propterea quod certe invitandi esse socii videbantur. Ceterum etiam n. 2556. 41. recitatio in festum constituitur. Mox vs. 33. πέμπειν κα absurdum est. Insolens in hoc titulo infinitivus est in ειν desinens, et deest αἰ s. εἰ. Nempe IN fuit NAI; ex N superest solum I, et N quod habetur dissolvendum in AI: sic prodit πέμπεν αἰ. Vs. 36 sqq. praesentia ἐξορκίζοντι et παραγγέλλοντι bis mutavi, quod ἀναγνώοντι non praesens est sed ἀναγινώσκοντι, nec praesens per se aptum est. Omnino exspectes coniunctivos aoristi, εἰ δέ κα μὴ ἐξορκίξωντι etc. cui conveniret deinceps ἀναγνῶντι vel ἀναγνώωντι: sed quum incredibile sit, bis aut a transcribente aut a Chishullo omissum esse κα, neque εἰ sine κα coniunctivum habeat in ullo talium titulorum, statui futura, licet pro ἀναγνώοντι medium postuletur ἀναγνώονται. Verum non improbabile est, futuri formam activam in aliqua dialecto usitatam fuisse. Ceterum nolui Creticum παραγγελίοντι audere. De forma ἀναγνώοντι cf. supra de dial. §. 6. Hanc retinuisse Chishullum et pro praesenti habuisse consentaneum est; itaque reposuit, opinor, etiam praesentia ἐξορκίζοντι et παραγγέλλοντι. Vs. 45. male Chish. ἀγνώοντι. Vs. 53. Chishulli ἕρπωντι nihili est; necessario scribendum ἑρπόντων: possis et ἑρπόντω, sed hoc sine exemplo in Creticis. Vs. 54. ἢ Ὀλόντιοι est *vel Olontii plures* (non *quam* Olontii: hoc enim ridiculum foret); igitur hoc praecipitur: Singuli Cosmi si ex altera civitate in alteram venerint, locum illis inter Cosmos alterius civitatis esse; sin plures venerint, inter privatos. Sed illi uni non potuit honos denegari, quod venerint plures; itaque sententia debet haec esse: *excepto uno* ceteris debere inter privatos locum assignari. Hoc latet vs. 55. in illo παρ' ἕτερον: παρὰ enim exceptionem significat. Sed ἕτερον non sufficit sententiae; dedi igitur παρ' ἕνα ἑκάτερον, *excepto uno ex utraque civitate*, Latio apud Olontios, Olontio apud Latios. Ad rem ipsam cf. n. 2556. 33 sqq. Vs. 57 sqq. ἐπιόντων οἱ πρείγιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας hoc est: *Magistratui utriusque civitatis*, qui nominatur, *licere intrare alteram civitatem, ut exquirant et corrigant eos, qui in utraque sint civitate.* Οἱ πρέσβιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας sunt quasi νομοφύλακες quidam et *iuris inspectores*, ut Spartae σύνδικοι ἐπὶ τὰ ἔθη et σύνδικοι ἐπὶ τοὺς νόμους (vide T. I. p. 611. *a.*), nec confundendi cum πρεσβίστοις sive πρειγίστοις βουλῆς, quod fecisse videtur Höckius Cret. T. III. p. 81. Ii igitur commeare ex altera civitate in alteram possunt, et in aliena civitate indagare et corrigere quosdam; anne eos qui quid in alteram, ex qua sunt illi πρέσβιστοι, civitatem aut huius civem peccarint? Mire dictum τὼς παρὰ τὼς αὐτώς; ni fallor est hoc: *eos, qui sunt apud utrosque*, τὼς αὐτὼς relato ad praegressum ἑκάτεροι. Καὶ τὰ ἄλλα πάντα χρήμενοι, ἐν δὲ τᾷ ὁδῷ τὰς ξενικὰς θοίνας est: *qui utuntor et reliquis omnibus et vero in itinere epulis hospitalibus.* Χρῆσθαι hic accusativum habet; de forma χρήμενοι cf. §. 6. Pro *καί - καί* dictum *καί - δέ*, qui usus hodie satis notus obtinet imprimis ubi καὶ vel τε adiunctam habet vocem ἄλλος, ut Plat. Menex. p. 235. E. καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἐποίησε ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα: plura contuli in Plat. Min. et Legg. p. 86. De re cf. n. 2556. 29 sqq. et de ξενικαῖς θοίναις Eustath. ad Odyss. τ, p. 1860. 45. ἐν Κρήτῃ παρὰ τοῖς τελοῦσι συσσίτια τράπεζαι ἔκειντο ξενικαὶ καλούμεναι, ἐν αἷς ἐκάθιζον τῶν ξένων τοὺς παριόντας. Vs. 65 sqq. Chish. coniunxit τὰ πρὸς τἄλλα δέ; τὰ πρός[τιμα] dedi ex n. 2556. extr. In reliquis nota τἄλλα δὲ καὶ dictum esse pro usitatiori καὶ τἄλλα δέ: *etiam cetera vero iudicanto et connubia.* Οἱ κριταὶ manifesto non alii sunt nisi οἱ πρείγιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας; sed cur nunc hi alio nomine vocantur? Utinam notum esset, quid in his Chishullo deberetur, quid veteri exemplo! Fuit fortasse ὡς κριταί, ita ut illos πρειγίστους non δικαστάς, sed κριτὰς esse significatum sit. Ἐπιγαμίας pluralem ut hic habes n. 2556. 12. Vs. 72. πολέοντα διὰ τὰ χρεώψια quid sit nescio; Chish. vertit: *vendentem per interpositas debiti cautiones!* Videtur *publica in foro venditio* significari, quam non licere peregrinis quavis in urbe constat; nec tamen vel vocis vel formulae universae rationem perspicio. Vs. 80. quod addidi ἱερά, usui sermonis maxime convenit. Vs. 83. vulgo εἰ δέ τι καὶ δόξῃ; pro καὶ dedi κα, postulante grammatica et usu titulorum. Vss. 84–89. in textu maiusculis expresso Veneti exempli scripturam restitui; Chishullus haec ita emendavit: βωλευσαμέναις χρήσιμον λίθῳ ἐπιγράψαι, ἔνοινον καὶ ἔνορκον ἦμεν· ὅ,τι δ' ἂν κ' ἐξέλοιεν ἢ μὴ ἐπιγράψαιεν, μήτε ἔνορκον μήτε ἔνοινον. Confusam esse Veneti exempli scripturam et sola transpositione sanabilem, Chishullo concedendum; sed quae ille dedit, ferri non possunt: imprimis nihili est illud λίθῳ; ἐπιγράψαι hoc loco non ad decretum lapidi incidendum pertinet, quod est ἀναγράψαι, sed est idem quod προσθέμεν vs. 213. et multis aliis locis, quos vide ad n. 2485. Ἐ[πι]γράψαι fuit etiam n. 2555. Chishullum qui corrigere tentavit Neumannus Rer.

Cret. spec. p. 98. novos addidit errores; ut quod scripsit βωλευομέναις ἐϑαίσιμον, et ἐναίσιμον dixit in marmore esse, quum tamen ΕΝΑΙΣ pertineat ad priorem vocem. Χρήσιμον verum esse docet vs. 220. ubi de tali additamento agitur, quale hoc loco statuitur ut addere liceat: ΧΡΗΣ omissum est, quod a transcribente aberratum ad ultimum Σ erat ex priori ΝΑΙΣ. Post hoc χρήσιμον legitur: ἔσϑων ἐπιγράψαι; sed pro ἔσϑων desideratur εἶμεν, quod vs. 89. ibi habes, ubi ἔστω esse debebat. Pro hoc Venetus legerit ἔσϑω. Sed haec duo, εἶμεν et ἔσϑω transposuisse typotheta Venetus inter corrigendas plagulas videtur, ut fieri solet, ita tamen ut vs. 87. post ΕΣΘΩ reliquerit Ν ex εἶμεν. Harum igitur vocum locos commutavi. Deinde debebat post εἶμεν ἐπιγράψαι sequi: ἔνοινον καὶ ἔνορκον (et illud ἔστω): quae typotheta transposuit in vss. 88. 89. Postremo illud vs. 88. ΜΗΕΠΙΓΡΑΨΙ manifesto est pro μὴ ἐπιγράψαιεν, omisso secundo Α et ultimis ΕΝ (hoc ob ΕΝΟΙΝΟΝ sequens); haec vs. 86. post ἐξέλοιεν ponenda erant. Secundum haec transpositis vocabulis stat sententia. Dedi igitur: εἰ δέ τί κα δόξῃ ταῖς πόλεσι [βω]λευσα[μ]έναις [χρήσ]ιμον εἶμεν ἐπιγράψαι, ἔνοινον καὶ ἔνορκον ἔσ[τ]ω· ὅ,τι δ' ἂν [ἢ] ἐξέλ[ο]ιεν [ἢ] μὴ ἐπιγράψ[α]ι[εν], μήτε ἔνορκον μήτε ἔνοινον. Universam hanc partem signavi obelis utrinque appositis, ut de mutatione monerem: quas vero addidi vel mutavi litteras, eas uncis inclusi. De veritate restitutionis persuadebit n. 2555. αἰ δέ τί κα δόξῃ βωλευομέ[νοις] ἐπὶ τῷ κοινᾷ συμφέροντι ἐπιδιορϑῶσαι ἢ ἐξελὲν ἢ ἐνβαλέν, μὴ ἔνορκον ἔστω (hoc est paulo aliter ac n. 2554. *minime nefas esto hoc facere*) · ὅ,τι δὲ ἐ[πι]γράψαιμεν, ἔνορκόν τε ἔστω καὶ ἐν[ο]ινόν. Unum miror illud ἂν (cf. de dial. §. 8.). Ἔνοινον bis diserte scriptum est; n. 2555. legitur ΕΝΘΙΝΟΝ, quod corrigendum. Rectissime Chish. monuit ἔνοινον esse ἔνσπονδον: „Etenim in foedera iurantes vino simul libaverunt, iuxta Homericum Odyss. τ, 288." Tamen Schneiderus in Lex. Gr. v. ἔνϑινος et Neumannus Rer. Cret. spec. p. 98. 100. et Höckius Cret. T. III. p. 76. probant istud absonum ἔνϑινον (pro ἔνϑεον) et hoc loco reponunt, quasi aut ἔνϑινον ulla firmetur analogia, aut ἔνϑεον dici possit de eo, quod foederi et iuriiurando consentaneum sit. Alia prorsus ratio est vocis ϑεῖνος, ex qua derivari nequit ἔνϑινος. Quod vero Schneiderus affert ἔνϑεινος, auctoritate caret. Post συνϑήκαν ταύταν vs. 90. in Veneto exemplo ex fide Chishulli est ἔνοινον, pro quo Chish. scripsit ἐς λίϑον. Prius male illatum ex prioribus est; posterius non sufficit: potius maior ibi lacuna est, quam explevi ad sensum. Post ϑέμεν debebat accusativus inferri ἑκατέρους etc. retinui tamen nominativum ob causam de dial. §. 10. significatam, ubi vide simul de correctione μὲν (p. δὲ) ante καί. Tum τῷ ante Ποσειδῶνος inserui propter seqq. Vs. 95. non sufficit Chishulli supplementum κοινᾷ, nisi addideris καὶ ἀναϑέ]μεν (Chish. tantum μέν). Ne sic quidem locus persanatus videtur. Communis haec tabula *Cnosi* collocanda erat: unde Höckius T. III. p. 479. putat, oppida in septentrionali littore Cretae mediae auctoritatem Cnosi agnovisse: mihi nihil inde colligi posse videtur. De tertia huiusmodi tabula ter-tio quodam loco communiter collocanda cf. n. 2555. Mox addidi ἀναγράψαι quamvis incertum, et deinceps καὶ ἐς τό: pro πανλόγιον, quod retinui, πανδόκιον dedit Chish. sine sufficiente ratione.

II. et III. paucas ipse tentavi coniecturas; Chishullus nihil. Hinc inde ex hac parte aliquid commentationi de dialecto inserui; hoc loco non addo multa, quod fines sine locorum notitia intelligi nequeunt. Vs. 109. παρ' ἀτέρω videtur esse *ex altera parte*. Tum καὶ τούτω, quod frequens, est pro καὶ ἐκ τούτω, praepositione ἐκ repetenda ex prioribus; τούτω neutrum est, *ex hoc loco*. Vs. 112. post τούτω delendum est ΤΩ. Vs. 117. ὁδὸς διά[μ]αξος videtur pro ἁμαξιτὸς esse. Vss. 132. 142. de *Tallaeis* montibus cogites, qui in hac putantur esse vicinia (cf. Höck. Cret. T. I. p. 416.): sed vana coniectura fuerit, neque omnino Tallaei montes in Latiorum et Olontiorum vicinia sunt, sed sub Ida prope Rhithymnam (cf. ad n. 2569.). Vs. 146. correxi Αἴγ[ι]ρον, hoc est Αἴγειρον. Vs. 150. pro Σνάφνας conieceris Σ[τ]αφ[υλ]άς. Vs. 157. Στιώτων est locus fluminis antea dicti, ubi στία (ψῆφοι, lapilli silicei). Sequuntur vs. 160. confinia Latiorum et Olontiorum, inter quos quod fuit oppidum Miletus, id tum dudum deletum fuisse Höckius putat T. III. p. 478. Vs. 163. ΔΕΡΕΩ mutavi in ΓΕΡΡΩ; γέῤῥον, *septum* (σκέπασμα), videtur pro περιβόλῳ dictum: melius non novi. ΘΗΝΩ in ΤΗΝΩ mutavi, quod docui Creticum esse.

IV. Vs. 171. ὁμῶσαι corruptum videtur; dedi igitur ὀμόσαι ex n. 2555. 22. Idem iudico de forma ὀμνέω vs. 176. quam correxi ex n. 2555. 11. Tum, ut de fide Chishulli iudicium constet, vide illum vs. 177. Κρητογενέα (quod habet etiam Meursius Cret. IV, 2.), vs. 180. Λατών, 182. Ἀφροδίταν, 185. ἄλλως σιώς nihil monito lectore scripsisse. In nummis non Κρητογενής, sed Κρηταγενής Iuppiter vocatur. Vs. 185. ex σιὼς derivatum casum latere vidit iam Seld. sed mire coniecit ἄλλους σείους. Vs. 195. ὠρεῖα est ex ὠρεύειν s. ὠρεῖν, quod φυλάττειν exponitur a grammaticis. Igitur sunt φρούρια, quae iam nominata erant vs. 17. Hesychius: ὤρια, φυλακτήρια, ubi ex ordine litterarum ὠρεῖα legendum esse vidit Chish. Properispomenon dedi, quod ab ὠρεύειν fit ὠρεῖον, ut a ταμιεύειν ταμιεῖον: ὤρειον rite derivari nequit, nisi dicas id esse pro ὤριον (ut φρούριον), quod tamen vix concedi in hoc titulo potest, in quo etsi ἀποτεῖσαι habes pro ἀποτῖσαι, tamen ει pro brevi ι non reperitur. Suidas habet glossam ὡρεῖον, quod exponit ταμεῖον: sed hoc quantum ex reliquis, quae addit, colligere licet, inferioris est Graecitatis et ex Latino *horreum* translatum. Postremo huc non pertinet ΩΡΡΕΙ vs. 141. quod huc traxit Chish. Vs. 196. aliquid intercidisse tenor orationis docet: interposui igitur πολεμησίω (πολεμήσω) ἀπὸ χώρας ex vs. 20. et n. 2555. 17. Vs. 200. πράξεις est *exactiones*. Διδωσίω s. διδώσω, quod deinceps correxi, manifestum est; cf. n. 2555. 18. καὶ τὸ δίκαιον δ[ώ]σω. De correctione συνεϑόμεϑα vide de dial. §. 6.

V. Quum vs. 83 sqq. statutum esset, ut mutare foedus et nova addere liceret, haec postea addide-

runt Latii et Olontii: sed superest tantum exordium, et quae addiderant deficiunt; quod recte vidit Höck. Cret. T. III. p. 479. Vs. 207. Χαιρνητάδα vitium est transcribentis ex pronuntiatione prava natum: dedi Χερνητάδα ex voce χερνήτης derivatum. Vs. 208. ΕΤΕΩ non potest verum esse: quum in Cosmis Latiis non additum sit ἐν Λατῷ, videtur hoc mensi additum esse, atque hoc latere in isto ΕΤΕΩ. Vs. 213. nota προσθέμεν absolute dictum: *addere aliquid*; quem usum illustravit Astius ad Plat. Remp. p. 346. ed. mai.

## 2555.

Fragmentum in agro *Hierapytnio* repertum, quod ab iisdem a quibus n. 2557. habere videtur Gruterus, qui edidit p. DV. Id extat apud Ursinum in schedis et l. c. ad n. 2557. unde variae lectiones in Gruteri opere appositae sunt. Hinc dedimus formam tituli, omissis tamen punctis inter vocabula ibi interpositis. Ex cod. Vatic. n. 1754. quasi ineditum minusculis dedit Flaminius Cornelius Cretâ sacrâ T. I. p. 243. cum Latina translatione Iosephi Mazari et notis ineptis; ex Grutero sed cum pravis mutationibus Chishull. Antt. As. p. 133. et vss. 1-7. et octavo dimidio omissis. Ex Chishullo habet Maitt. Marm. Oxon. p. 530. Cf. Barbeyrac. hist. foed. p. 285. Non recte tractavit Neumannus Rer. Cret. spec. p. 98 sqq. Ex codice Monacensi Victoriano n. 27. misit Spengelius.

ΩΝ
ΑΝΔΙΣΟΠΟ
ΟΝΑΓΓΡΑΨΑΝΤΩΝ
ΣΤΑΛΑΣΛΙΘΙΝΑΣΤΡΕΙΣΚΑ
ΝΙΕΡΑΠΥΤΝΑΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΑΣΑΘΑΝΑ
ΔΕΑΛΛΑΝΟΙΚΑΤΟΙΚΟΝΤΕΣΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙ
ΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΩΑΣΚΛΑΠΙΩΤΑΝΔΕΤΡΙΤΑΝΚΟΙΝΑΙ
ΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΑΣΑΘΑΝΑΙΑΣΑΙΔΕΤΙΚΑΔΟΞΗΙΒΩΛΕΥΟΜΕ
ΕΠΙΤΩΙΚΟΙΝΑΙΣΥΜΦΕΡΟΝΤΙΕΠΙΔΙΟΡΘΩΣΑΙΗΕΞΕΛΕΝΗΕΝ
ΒΑΛΕΝΜΗΕΝΟΡΚΟΝΕΣΤΩΟΤΙΔΕΕΓΡΑΨΑΙΜΕΝΕΝΟΡΚΟΝΤΕΕΣΤΩΚΑΙ
ΕΝΘΙΝΟΝ ⚘ ΟΡΚΟΣ ⚘ ΟΜΝΥΩΤΑΝΕΣΤΙΑΝΚΑΙΤΑΝΑΟΡΑΤΡΙΟΝΚΑΗΙΝΑ
ΔΙΚΤΑΙΟΝΚΑΙΗΡΑΝΚΑΙΑΘΑΝΑΙΑΝΩΛΕΡΙΑΝΚΑΙΑΘΑΝΑΙΑΝΠΟΛΙΑΔΑ
ΚΑΙΑΘΑΝΑΙΑΝΣΑΛΜΩΝΙΑΝΚΑΙΑΠΟΛΛΩΝΑΠΥΘΙΟΝΚΑΙΛΑΤΩΚΑΙΑΡ...
ΜΙΝΚΑΙΑΡΕΑΚΑΙΑΦΡΟΔΙΤΑΝΚΑΙΚΟΡΗΤΑΣΚΑΙΝΥΜΦΑΣΚΑΙΤΟΣΚΥΡΒΑΝ
ΤΑΣΚΑΙΘΕΟΣΠΑΝΤΑΣΚΑΙΠΑΣΑΣΗΜΑΝΕΓΩΕΥΝΟΗΣΩΤΟΙΣΕΠΙ
ΠΑΣΙΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΣΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΑΠΛΟΩΣΚΑΙΑΔΟΛΩΣΚΑΙΔΗ
ΤΟΝΑΥΤΟΝΦΙΛΟΝΚΑΙΕΧΘΡΟΝΕΞΩΚΑΙΠΟΛΕΜΗΣΩΑΠΟΧΩΡΑΣΠΑΝΤΙ
ΣΘΕΝΕΙΟΥΚΑΙΟΙΕΠΙΠΑΝΤΕΣΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΚΑΙΤΟΔΙΚΑΙΟΝΔΟΣΩΚΑΙ
ΕΜΜΕΝΩΕΝΤΟΙΣΣΥΓΚΕΙΜΕΝΟΙΣΚΑΙΟΥΚΑΚΟΤΕΧΝΗΣΩΟΥΔΕΝΤΩΝ
ΕΝΤΑΙΔΕΤΑΙΙΣΟΠΟΛΙΤΕΙΑΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝΟΥΤΕΛΟΓΩΙΟΥΤΕΕΡΓΩΙ
ΟΥΔΕΑΛΛΩΙΕΠΙΤΡΑΨΩΕΚΩΝΚΑΙΓΙΝΩΣΚΩΝΠΑΡΕΥΡΕΣΕΙΟΥΔΕΜΙΑΙ
ΟΥΔΕΤΡΟΠΩΙΟΥΔΕΝΙΑΙΔΕΤΙΕΠΙΟΡΚΗΣΑΙΜΙΤΩΝΩΜΟΣΑΗΤΩΝΣΥΝΕ
ΘΕΜΑΝΤΟΣΤΕΘΕΟΣΤΟΣΩΜΟΣΑΕΜΜΑΝΙΑΣΗΜΕΝΚΑΙΕΞΟΛΛΥΣΘΑΙ
ΚΑΚΙΣΤΩΙΟΛΕΘΡΩΙΚΑΙΜΗΤΕΓΑΝΜΗΤΕΔΕΝΔΡΕΑΚΑΡΠΟΣΦΕΡΕΝΜΗ
ΤΕΓΥΝΑΙΚΑΣΤΙΚΤΕΝΚΑΤΑΦΥΣΙΝΤΩΙΤΕΠΟΛΕΜΩΙΜΗΜΕΣΩΟΝΝΕΕΣΘΑΙΕΥΟΡ
ΚΩΣΙΔΕΑΜΙΝΤΟΣΤΕΘΕΟΣΙΛΕΟΣΗΜΕΝΚΑΙΓΙΝΕΣΘΑΙΠΑΝΤΑΑΓΑΘΑ

Fundus lectionis est textus Gruteri; reliqua apographa excepto Ursiniano adeo perversa sunt, ut pudeat universam inde varietatem enotare; Cornelii vero et Victorii exempla in plurimis conspirant. Vss. 1-3. in his desunt. Vs. 3. Urs. ΑΓ, reliqui ΕΓ; prius titulorum in huiusmodi rebus usui convenit. Vs. 5. Corn. Vict. male ΑΘΑΝΑΣ. Vs. 6. Vict. ΚΑΤΟΙΚΟΝΤΕΣ, quod non sprevi; sed reliqui ΟΥ pro Ο. Vs. 7. vulgo ΑΣΚΛΗΠΙΩ; Vict. quod dedi. Vs. 8. sched. Urs. ΔΟCΗΙ; mox Grut. ΒΩΛΕΥΟΜΕ, Vict. Corn. ΒΩΛΕΥΕΜΕΝ, unde Ν addi posset, nisi id soli coniecturae deberi videretur. Vss. 9. 10. Vict. ΕΜΒΑΛΛΕΝ, Corn. εβαλεν. Vs. 10. Vict. Corn. ΕΓΡΑΨΑΜΕΝΕΝΕΝΟΡ etc. Vs. 11. flosculi ex Vict. Vs. 11. Grut. ΚΑΙΤΟΝ, Vict. ΚΑΙΤΑΝ, quod recepi; neutrum habet Corn. Mox Grut. ΚΑΛΕΝΙ; pro hoc Vict. Corn. ΚΛΗΙΔΑΚΑΙ, Urs. sched. ΚΑΠΝΙ. In his illud ΚΑΙ ap. Vict. et Corn. prorsus abiiciendum est; ex reliquis difficilis electio. Sed primum ΚΑ ap. Grut. et Urs. praestat alteri ΚΛ; quae supersunt ΛΕΝΙ vel ΗΙΔΑ vel ΠΝΙ, in iis ultimum Α praestat alteri Ι. Superest ΛΕΝ, ΗΙΔ, ΠΝ; in quibus Ν praestat alteri Δ. Iam superest ΛΕ, ΗΙ, Π, ex quibus quid eligas, non multum interest: dedi ΗΙ. Vs. 13. Vict. Corn. ΣΑΜΩΝΙΑΝ (Vict. tamen semper ω); sched. Urs. CΑΜΩΝΙΑΝ. In fine lacuna expleta est apud Vict. Corn. credo non ex fide lapidis. Vs. 14. iidem ΑΡΕΑΝ et in fine ΚΥΡΒΑ; iidem vs. 15. extr. omittunt ΕΠΙ. Vs. 16. init. iidem ΠΑΣΙΝ; extr. iidem addunt ΔΗ, quod non spernendum duxi. Vs. 18. pro ΕΠΙΠΑΝΤΕΣ iidem ΕΠΙΤΑΤΤΟΝΤΕΣ; tum Grut. ΙΕΡΑΠΥΘΝ etc. Vict. Corn. Τ pro Θ. Sub finem iidem ΔΩ pro ΔΟΣΩ. Vs. 19. iidem ΚΑΚΟΤΕΧ etc. sed Grut. Κ pro Χ. Vs. 21. Vict. Corn. ΕΠΙΤΡΕΨΩ. Vs. 22. sched. Urs. ΩΜΟCΑΝΤΩΝ. Vs. 23. Vict. ΕΜΜΥΝΙΑΣ, Corn. εμηνιας etc. in fine uterque ΕΞΟΛΟΙΜΗΝ. Vs. 24. Vict. Corn. ΚΑΡΠΟΝ. Vs. 25. extr. post ΠΟΛΕΜΩΙ Grut. ΝΕΕΣΘΑΙ; in margine additur ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ ex coniectura; Ursini schedae ΝΕΣΘΑΙ. Pro hoc Vict. Corn. ΜΗΜΕΣΩΟΝ ΕΥΤΥΧΕΙΝ. Hoc εὐτυχεῖν magnopere suspectum est,

et videtur Graeci glossema esse, ex cuius exemplo illas schedas fluxisse vestigia quaedam docent. Possis ἐντυχεῖν coniicere: sed **ΝΕΕΣΘΑΙ** manifesto ex lapide depromptum est. Itaque hoc retento recepi tantum verba **ΜΗΜΕΣΩΟΝ**. Tum Grut. **ΕΥΟΡ||ΚΟΣΙ**, Urs. sch. **ΕΥΟΡ||ΚΩΣΙ**: pro hoc mire Vict. **ΤΟΥΤΟΙΣΕΜΜΕΝΩΣΙ**, ex quibus τούτοις manifesto glossema est; Corn. τουτοις εμμενου. Tum Corn. δε αμμιν τως τε σθεως ιλεος ημεν γενεσθαι τα παντα (sine ultimo ἀγαθά); Vict. ut Grut. nisi quod **ΤΑΠΑΝΤΑ** habet et omittit **ΑΓΑΘΑ**.

\- - - - - - - - - - -
\- - - - - - - - - - ων
\- - - - - - - - - αν δίς. ὅπ[ως
δὲ - - - - - - τὰν ἰσοπολιτείαν καὶ τὸν ὅρκ]ον ἀγγραψάντων
οἱ - - - - - - ἐς] στάλας λιθίνας τρεῖς· κα[ὶ
τὰν μὲν θέντων οἱ Ἱεραπύτνιοι ἐ]ν Ἱεραπύτνᾳ ἐν τῷ ἱερῷ τᾶς Ἀθανα[ί-
ας τᾶς Πολιάδος, τὰν] δὲ ἄλλαν οἱ κατοικόντες Ἱεραπύτνιοι
ἐν] . . . . . . ἐν τῷ ἱερῷ τῶ Ἀσκλαπιῶ, τὰν δὲ τρίταν κοινᾷ
ἐν] - - - ἐν τῷ ἱερῷ τᾶς Ἀθαναίας. αἰ δέ τί κα δόξῃ βωλευομέ-
νοις] ἐπὶ τῷ κοινᾷ συμφέροντι ἐπιδιορθῶσαι ἢ ἐξελὲν ἢ ἐν-
βαλέν, μὴ ἔνορκον ἔστω· ὅ,τι δὲ ἐ[πι]γράψαιμεν, ἔνορκόν τε ἔστω καὶ
ἔν[ο]ινον. Ὅρκος. Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν καὶ [Ζ]ᾶνα [Φ]ράτριον, κα[ὶ Ζᾶ]να
Δικταῖον, καὶ Ἥραν, καὶ Ἀθαναίαν Ὠλερίαν, καὶ Ἀθαναίαν Πολιάδα,
καὶ Ἀθαναίαν Σαλμωνίαν, καὶ Ἀπόλλωνα Πύθιον, καὶ Λατώ, καὶ Ἄρ[τε-
μιν, καὶ Ἄρεα, καὶ Ἀφροδίταν, καὶ Κ[ω]ρῆτας, καὶ Νύμφας, καὶ τὸς Κύρβαν-
τας, καὶ θεὸς πάντας καὶ πάσας· ἦ μὰν ἐγὼ εὐνοήσω τοῖς ἐπί-
πασι Ἱεραπυτνίοις τὸν ἅπαντα χρόνον ἁπλόως καὶ ἀδόλως, καὶ δὴ
τὸν αὐτὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν ἕξω, καὶ πολεμήσω ἀπὸ χώρας παντὶ
σθένει, οὗ καὶ οἱ ἐπίπαντες Ἱεραπύτνιοι, καὶ τὸ δίκαιον δ[ώ]σω, καὶ
ἐμμενῶ ἐν τοῖς συγκειμένοις, καὶ οὐ κακοτεχνήσω οὐδὲν τῶν
ἐν τᾷδε τᾷ ἰσοπολιτείᾳ γεγραμμένων οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ,
οὐδὲ ἄλλῳ ἐπιτράψω ἑκὼν καὶ γινώσκων παρευρέσει οὐδεμιᾷ
οὐδὲ τρόπῳ οὐδενί. αἰ δέ τι ἐπιορκήσαιμι τῶν ὤμοσα ἢ τῶν συνε-
θέμαν, τός τε θεός, τὸς ὤμοσα, ἐμμάνιας ἦμεν, καὶ ἐξόλλυσθαι
κακίστῳ ὀλέθρῳ, καὶ μήτε γᾶν μήτε δένδρεα καρπὸς φέρεν, μή-
τε γυναῖκας τίκτεν κατὰ φύσιν, τῷ τε πολέμῳ μή με σῶον νέεσθαι· εὐορ-
κῶσι δὲ ἁμῖν τός τε θεὸς ἱλέος ἦμεν, καὶ γίνεσθαι πάντα ἀγαθά.

Quum n. 2556. foedus Gortyniorum et Hierapytniorum memoretur, Chishullus hunc titulum huius foederis partem esse putavit, et tulit Höckii assensum (Cret. T. III. p. 476 sq.): sed haec opinio nulli prorsus fundamento innititur; etiam perversior vero Pricaei (ad n. 2556.) et Seldeni de Synedr. II, 11. p. 290. sententia est, appendicem hanc inscriptionem foederis Hierapytniorum et Priansiorum (n. 2556.) esse censentium, quos auctores non nominatos paucis recte refutavit Höckius; non dicam de Neumanno, qui similiter erravit. Qui tabulas foederis collocant, inter eos fit societas. Iam vs. 5. alteram ex duabus tabulis, quae a singulis civitatibus ponendae sunt, Hierapytnae collocari videmus; Hierapytnae autem collocare tantum Hierapytnii potuerunt: nam tabulae, quas singulae civitates sociatae ponunt, domi ab utraque ponuntur (cf. n. 2554. I. extr. 2556. extr. 2557. et ubivis): itaque altera civitas foederata est *Hierapytna*. Alteram tabulam ponere debent οἱ κατοικόντες Ἱεραπύτνιοι [ἐν - - -] ἐν τῷ ἱερῷ τῶ Ἀσκλαπιῶ. Κατοικοῦντες dicuntur, qui in extera terra habitant, sive ita, ut tantum μετοίκων loco habeantur, sicuti n. 2254. 19. sive ita, ut locus ubi habitant separatam civitatem non constituat, sed teneatur ab alia civitate, cuius κάτοικοι ibi habitent, sicuti n. 2245. sive ita denique, ut alienam hanc terram obtineant cives alius civitatis in modum cleruchorum sive colonorum, sed tamen suam ibi constituant separatam civitatem, sicuti n. 2264. Μιλησίων τῶν Ἄμοργον Αἰγιάλην κατοικούντων ἄρχοντας, βουλήν, δῆμον habes. Quartam addo rationem hanc ex duabus mixtam. Cleruchis Delum obtinebant Athenienses, qui ibi cum ceteris Atheniensibus in Delo habitantibus Atticam in Delo civitatem constituunt; hi quod Ἀθηναίων οἱ κατοικοῦντες ἐν Δήλῳ vocantur, et peregrini ibi habitantes etiam κατοικοῦντες dicuntur, una formula utrique comprehenduntur: Ἀθηναίων καὶ τῶν ξένων οἱ κατοικοῦντες. Vide n. 2286 sqq. Iam cum iis, qui ut peregrini in aliena civitate habitent, vel qui nullam separatam civitatem constituant, foedus pangi nequit; itaque illi κατοικόντες Ἱεραπύτνιοι debent separatam aliquo loco civitatem habuisse, ut Milesii Amorgi; ita ut Hierapytniorum fuerint cleruchi, per quos Hierapytniorum civitas illum obtineret locum. Tales cleruchi quod in patria urbe retinent civitatem, dicuntur Μιλήσιοι vel Ἀθηναῖοι vel Ἱεραπύτνιοι, licet alibi habitent ac simul sint Amorgenses vel Lemnii etc. Vide T. I. p. 150. *b*. T. II. p. 179. *a*. Quod vero facile abalienantur coloni a patria urbe, diserte cum iis pangi foedus et ἰσοπολιτεία potuit: quod hic fit. Nempe Hierapytnii domi habitantes cum *Hierapytniis colonis alio loco habitantibus* (τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερα-

πυτνίοις ἐν - - -) paciscuntur ἰσοπολιτείαν. Quaeritur, ubi habitarint hi κατοικοῦντες, quod vs. 7. init. scriptum erat. Locum Aesculapii cultu insignem fuisse video, in cuius templo ponendum foedus. In huius templo etiam apud Arcades Cretae foederum tabulae collocatae sunt (decr. Arc. in Teiis); sed expulsis Arcadibus totam eorum civitatem ab Hierapytniis occupatam esse non probabile est. Dicas igitur Lebenam Gortyniorum portum occupasse Hierapytnios, ubi colitur Aesculapius (Pausan. II, 26, 7.): sed remotior ille ab Hierapytna, nec Gortyniis imprimis validis et cum Cnoso olim Cretae prope universae dominis (Polyb. IV, 53.) probabile est Hierapytnios eripuisse portum. Praestat igitur locum illum ignorare. Ceterum titulum quantum fieri licet restitui. Vs. 6. Πολιάδος duxi ex n. 2556. extr. De forma κατοικόντες vide de dial. §. 5. Vs. 8. fortasse ἐν [Ὠλέρῳ] supplendum, ut in iureiurando Oleria Minerva memoratur, vel ἐν [Σαλμωνίῳ]. De correctionibus ἐ[πι]γραψ. et ἔν[ο]ινον cf. ad n. 2554. 84 sqq. Vs. 11. Ἀοράτριον manifesto corruptum est. De deo ἀγνώστῳ, cui βωμοὶ ἀνώνυμοι dedicati ab Epimenide Athenis putantur (Act. Apost. 17, 23. Diog. Laert. I, 110. et intt.), Neumannus cogitabat; Höckius Cret. T. III. p. 140. probabat coniecturam καὶ Δία πάτριον καὶ Δία Δικτ. At non probabile est in formula iurisiurandi Δία dixisse Cretenses (cf. n. 2554.), et TAN vel TON ante AOPATPION obest isti coniecturae, nec potest cum Cornelio omitti. Maitt. Marm. Oxon. p. 609. pro AOPATPION voluit Ταλλαῖον: de quo non opus plura dicere. N. 2554. IV. est τὸν Ζῆνα τὸν Κρητογενία: hoc loco, ubi Hierapytnii cum Hierapytniis paciscuntur, convenientior alius Ζεύς, gentium et familiarum praeses; atque ut textum ex traditis fontibus constitui, sponte prodit καὶ [Ζ]ᾶνα [Φ]ράτριον, κα[ὶ Ζᾶ]να Δικταῖον. Pro T et O fuit Ζ et Φ: mox HI in IΖA mutavi. De forma Ζὰν cf. de dial. §. 4. Φράτριος Ζεὺς non solis est Athenis cultus. Adduntur deinde alii dii ab Hierapytniis culti; in his *Salmonia Minerva*, in promontorio Salmonio culta. Dicitur *Samonium*, *Sammonium*, *Salmonium*; ultimam formam ex Grut. retinui, et video eam plurimis auctoritatibus firmari (vide Höck. Cret. T. I. p. 427. qui tamen ceteras probat). Vs. 15 sq. et vs. 18. ἐπίπαντες est; alter locus firmat alterum, nihilique est vs. 18. varietas lectionis ἐπιτάττοντες quamvis speciosa. De voce cf. de dial. §. 9. Dicitur autem οἱ ἐπίπαντες Ἱεραπύτνιοι, ut distinguantur *cuncti* Hierapytnii a singulis illis duabus, qui paciscuntur, Hierapytniorum civitatibus. Vs. 17. πολεμήσω ἀπὸ χώρας quid sit, vide ad n. 2554. I. Vs. 23. debebat καί μ' ἐξόλλυσθαι dici. Ad imprecationem cf. n. 989 sqq. et quae collegi T. I. p. 808. *b*. Vs. 25. νέεσθαι verum est; male Chish. τῷ τε πολέμῳ νικέεσθαι, ne monito quidem lectore; male Grut. in margine ἐνέχεσθαι. Vs. 26. ἰλέος retinui a recto ἴλεος, quod agnoscit Hesychius v. ἴλεον, ubi cf. intt. Si in referendo hoc loco T. I. p. 808. *b*. ἴλεως et alia ad communem formam dedi, feci hoc perspicuitatis causa.

## 2556.

Marmor ex *Creta* in Britanniam delatum inter Arundeliana. Primus edidit Io. Pricaeus Nott. in Appuleii Apologiam p. 59 sqq. maiusculis et minusculis, cum supplementis, Latina translatione et notis, inconditis prorsus et relatu maximam partem indignis; tum ex Pricaeo, sed non sine vitiis typographi, editum est in Marm. Oxon. ed. Prid. n. LVIII. ed. Maitt. n. III. ubi p. 15. 16. maiusculis repraesentatur, p. 78. minusculis, cum Pricaei Latina translatione a Reinesio interpolata, non omissis iis, quae Pricaeus pro Reinesianis in textum Latinum receptis dederat; ibidem p. 197. extant Pricaei notae, p. 455. Prideauxianae, p. 509. Reinesii observationes, qui ex Pricaeo solo ediderat (Synt. Inscr. VII, 22. p. 491.); porro p. 527. animadversiones Chishulli, qui minusculis cum supplementis notisque et Latina translatione praebuerat (Antt. Asiat. p. 129 sq.), fortasse consulto etiam marmore, quod coniicio quum ex aliis locis, tum ex iis, ubi cum eo consentit Chandl. qui lapidem tractavit: quamquam Chish. fere ita loquitur, ut lapidem non inspexisse videatur. Postremo in editione Maittairii insunt ipsius notae p. 556. Ex Chishullo potissimum dedit Barbeyrac. hist. foed. p. 282. Denuo ex marmore edidit Chandler. Marm. Oxon. II, 27. cum Latina translatione Chishulli. Particulas decerptas ex Reinesio dedit Vandal. Diss. p. 748. multis inquinatas mendis, et male versas in Latinum sermonem. Cf. de hoc titulo etiam Niebuhr. Hist. Rom. T. II. p. 58. ed. sec.

Ε Ο Σ Α Γ Α Θ
ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΚΑΙΕΠΙΣΩΤΗΡΙΑΙΕΠΙΚΟΣΜ........
ΙΕΡΑΠΥΤΝΑΙΤΩΝΣΥΝΕΝΙΠΑΝΤΙΤΩΕΡΜΑΙΩ........
ΙΜΑΛΙΩ·ΕΝΔΕΠΡΙΑΝΣΙΟΙΕΠΙΚΟΣΜΩΝΤΩΝΣΥ........
ΧΙΜΑΡΩΚΑΙΜΗΝΟΣΔΡΟΜΗΙΩ·ΤΑΔΕΣΥΝΕΘΕ........
ΔΟΚΗΣΑΝΑΛΛΑΛΟΙΣΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΚΑΙΠΡΙΑΝΣΙΟΙ........
ΤΕΣΕΝΤΑΙΣΠΡΟΥΠΑΡΧΩΣΑΙΣΣΤΑΛΑΙΣΙΔΙΑΙΤΕ........
ΓΟΡΤΥΝΙΟΙΣΚΑΙΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΣΚΑΙΤΑΙΚΑΤΑΚΟΙΝΟΙ.......
ΚΑΙΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΣΚΑΙΠΡΙΑΝΣΙΟΙΣΚΑΙΕΝΤΑΙΦΙΛΙΑΙ........
ΧΙΑΙΚΑΙΟΡΚΟΙΣΤΟΙΣΠΡΟΓΕΓΟΝΟΣΙΕΝΤΑΥΤΑΙΣΤ........
ΚΑΙΕΠΙΤΑΙΧΩΡΑΙΑΙΕΚΑΤΕΡΟΙΕΧΟΝΤΕΣΚΑΙΚΡΑΤΟΝ........
ΘΗΚΑΝΕΘΕΝΤΟΕΙΣΤΟΝΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝ ΙΕΡΑΠΥΤΙ......
ΚΑΙΠΡΙΑΝΣΙΟΥΣΗΜΕΝΠΑΡΑΛΛΑΛΟΙΣΙΣΟΠΟΛΙΤΕΙΑΝΚΑΙΕΠΙΓΑ
ΜΙΑΣΚΑΙΕΝΚΤΗΣΙΝΚΑΙΜΕΤΟΧΑΝΚΑΙΘΕΙΩΝΚΑΙΑΝΘΡΩΠΙΝΩΝ
ΠΑΝΤΩΝΟΣΟΙΚΑΕΩΝΤΙΕΜΦΥΛΟΙΠΑΡΕΚΑΤΕΡΟΙΣΚΑΙΠΩΛΟΝ
ΤΑΣΚΑΙΩΝΩΜΕΝΟΣΚΑΙΔΑΝΕΙΖΟΝΤΑΣΚΑΙΔΑΝΕΙΖΟΜΕΝΟΣ
ΚΑΙΤΑΛΛΑΠΑΝΤΑΣΥΝΑΛΛΑΣΣΟΝΤΑΣΚΥΡΙΟΣΗΜΕΝΚΑΤΑ
ΤΟΣΥΠΑΡΧΟΝΤΑΣΠΑΡΕΚΑΤΕΡΟΙΣΝΟΜΟΣ ΕΞΕΣΤΩΔΕΤΩΙ
ΤΕΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΙΣΠΕΙΡΕΝΕΝΤΑΙΠΡΙΑΝΣΙΑΙ ΚΑΙΤΩΙΠΡΙΑΝ
ΣΙΕΙΕΝΤΑΙΙΕΡΑΠΥΤΝΙΑΙΔΙΔΩΣΙΤΑΤΕΛΕΑΚΑΘΑΠΕΡΟΙΑΛΛΟΙ
ΠΟΛΙΤΑΙΚΑΤΑΤΟΣΝΟΜΟΣΤΟΣΕΚΑΤΕΡΗΚΕΙΜΕΝΟΣΕΙΔΕΤΙ

ΚΑΟΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΣΥΠΕΧΘΗΤΑΙΕΣΠΡΙΑΝΣΙΟΝΗΟΠΡΙΑΝΣΙΕΥΣ
ΕΣΙΕΡΑΠΥΤΝΑΝΟΤΙΟΥΝΑΤΕΛΕΑΕΣΤΩΚΑΙΕΣΑΓΟΜΕΝΩΙΚΑΙ
ΕΞΑΓΟΜΕΝΩΙΑΥΤΑΚΑΙΤΟΥΤΩΝΤΟΣΚΑΡΠΟΣΚΑΙΚΑΤΑΓΑΝ
ΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΩΝΔΕΚΑΑΠΟΔΟΤΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΕΩ
ΣΑΣΕΞΑΓΩΓΑΣΤΩΝΥΠΕΧΘΕΣΙΜΩΝΑΠΟΔΟΤΩΤΑΤΕΛΕΑ
ΚΑΤΑΤΟΣΝΟΜΟΣΤΟΣΕΚΑΤΕΡΗΚΕΙΜΕΝΟΣ ΚΑΤΑΤΑΥΤΑΔΕ
ΚΑΙΕΙΤΙΣΚΑΝΕ..Μ...ΕΛΗΣΕΣΤΩΑΙΔΕΚΑΣΙΝΗΤΑΙΑΠΟΤΕΙΣΑ
ΤΩΤΑΕΠΙΤΙΜΙΑ.ΣΙ..ΜΕΝΟΣΚΑΤΑΤΟΣΝΟΜΟΣΤΟΣΕΚΑΤΕΡΗΚΕΙ
ΜΕΝΟΣΠΡΕΙΓΗΙΑΔΕΩ..ΑΧΡΕΙΑΝΕΧΗΙΠΟΡΗΙΩΠΑΡΕΧΟΝΤΩΝ
ΟΙΜΕΝΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΚΟΣΜΟΙΤΟΙΣΠΡΙΑΝΣΙΕΥΣΙΟΙΔΕΠΡΙΑΝΣΙΕΣ
ΚΟΣΜΟΙΤΟΙΣΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΣΑΙΔΕΜΗΠΑΡΙΣΧΑΙΕΝΑΠΟΤΕΙΣΑΝ
ΤΩΝΟΙΕΠΙΔΑΜΟΙΤΩΝΚΟΣΜΩΝΤΑΙΠΡΕΙΓΕΙΑΙΣΤΑΤΗΡΑΣΔΕΚΑ
ΟΔΕΚΟΣΜΟΣΟΤΩΝΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝΕΡΠΕΤΩΕΝΠΡΙΑΝΣΙΟΙΕΣ
ΤΟΑΡΧΕΙΟΝΚΑΙΕΝΕΚΚΛΗΣΙΑΙΚΑΘΗΣΘΩΜΕΤΑΤΩΝΚΟΣΜΩΝ
ΩΣΑΥΤΩΣΔΕΚΑΙΟΤΩΝΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝΚΟΣΜΟΣΕΡΠΕΤΩΕΝΙΕ
ΡΑΠΥΤΝΑΙΕΣΤΟΑΡΧΕΙΟΝΚΑΙΕΝΕΚΚΛΗΣΙΑΙΚΑΘΗΣΘΩΜΕΤΑ
ΤΩΝΚΟΣΜΩΝΕΝΔΕΤΟΙΣΗΡΟΙΚ..ΣΚΑΙΕΝΤΑΙΣΑΛΛΑΙΣΕΟΡΤΑΙΣ
ΟΙΠΑΡΑΤΥΓΧΑΝΟΝΤΕΣΕΡΠΟΝΤΩΝΠΑΡΑΛΛΑΛΟΣΕΣΑΝΔΡΗΙ
ΟΝΚΑΘΩΣΚΑΙΟΙΑΛΛΟΙΠΟΛΙΤΑΙΑΝΑΓΙΝΩΣΚΟΝΤΩΝΔΕΤΑΝ
ΣΤΑΛΑΝΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝΟΙΤΟΚΑΕΙΚΟΣΜΟΝΤΕΣΠΑΡΕΚΑΤΕ
ΡΟΙΣΕΝΤΟΙΣΥΠΕΡΒΩΙΟΙΣΚΑΙΠΡΟΠΑΡΑΓΓΕΛΛΟΝΤΩΝΑΛΛΑ
ΛΟΙΣΠΡΟΑΜΕΡΑΝΔΕΚΑΗΚΑΜΕΛΛΩΝΤΙΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΝ
ΟΠΟΙΟΙΔΕΚΑΜΗΑΝΑΓΝΩΝΤΙΗΜΗΠΑΡΑΓΓΕΛΩΝΤΙΑΠΟ
ΤΕΙΣΑΝΤΩΝΟΙΑΙΤΙΟΙΤΟΥΤΩΝΣΤΑΤΗΡΑΣΕΚΑΤΟΝΟΙΜΕΝ
ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΚΟΣΜΟΙΤΩΝΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝΤΑΙΠΟΛΕΙΟΙΔΕ
ΠΡΙΑΝΣΙΕΕΣΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝΤΑΙΠΟΛΕΙ ΕΙΔΕΤΙΣΑΔΙΚΟΙΗ
ΤΑΣΥΝΚΕΙΜΕΝΑΚΟΙΝΑΙΔΙΑΛΥΩΝΗΚΟΣΜΟΣΗΙΔΙΩΤΑΣΕ
ΞΕΣΤΩΤΩΙΒΩΛΟΜΕΝΩΙΔΙΚΑΞΑΣΘΑΙΕΠΙΤΩΚΟΙΝΩΔΙ
ΚΑΣΤΗΡΙΩΤΙΜΑΜΑΕΠΙΓΡΑΨΑΜΕΝΟΣΤΑΣΔΙΚΑΣΚΑΤΑΤΟ
ΑΔΙΚΗΜΑΟΚΑΤΙΣΑΔΙΚΗΣΗΙΚΑΙΕΙΚΑΝΙΚΑΣΗΙΛΑΒΕΤΩΤΟ
ΤΡΙΤΟΝΜΕΡΟΣΤΑΣΔΙΚΑΣΟΔΙΚΑΞΑΜΕΝΟΣΤΟΔΕΛΟΙΠΟΝΕΣ
ΤΩΤΑΝΠΟΛΕΩΝΑΙΔΕΤΙΘΕΩΝΒΩΛΟΜΕΝΩΝΕΛΟΙΜΕΝΑΓΑ
ΘΟΝΑΠΟΤΩΝΠΟΛΕΜΙΩΝΗΚΟΙΝΑΙΕΞΟΔΟΥΣΑΝΤΕΣΗΙΔΙΑΙΤΙ
ΝΕΣΠΑΡΕΚΑΤΕΡΩΝΗΚΑΤΑΓΑΝΗΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΛΑΝ
ΧΑΝΟΝΤΩΝΕΚΑΤΕΡΟΙΚΑΤΑΤΟΣΑΝΔΡΑΣΤΟΣΕΡΠΟΝΤΑΣ
ΚΑΙΤΑΣΔΕΚΑΤΑΣΛΑΜΒΑΝΟΝΤΩΝΕΚΑΤΕΡΟΙΕΣΤΑΝΙΔΙ
ΑΝΠΟΛΙΝΥΠΕΡΔΕΤΩΝΠΡΟΓΕΓΟΝΟΤΩΝΠΑΡΕΚΑΤΕΡΟΙΣ
ΑΔΙΚΗΜΑΤΩΝΑΦΩΤΟΚΟΙΝΟΔΙΚΙΟΝΑΠΕΛΙΠΕΧΡΟΝΩΠΟΙΗ
ΣΑΣΘΩΝΤΑΝΔΙΕΞΑΓΩΓΑΝΟΙΣΥΝΕΝΙΠΑΝΤΙΚΑΙΝΕΩΝΙΚΟΣ
ΜΟΙΕΝΩΙΚΑΚΟΙΝΑΙΔΟΞΗΙΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩΑΜΦΟΤΕΡΑΙΣΤΑΙΣΠΟ
ΛΕΣΙΕΠΑΥΤΩΝΚΟΣΜΟΝΤΩΝΚΑΙΤΟΣΕΓΓΥΟΣΚΑΤΑΣΤΑΣΑΝ
ΤΩΝΥΠΕΡΤΟΥΤΩΝΑΦΑΣΚΑΑΜΕΡΑΣΑΣΤΑΛΑΤΕΘΗΙΕΜΜΗ
ΝΙΥΠΕΡΔΕΤΩΝΥΣΤΕΡΟΝΕΓΓΙΝΟΜΕΝΩΝΑΔΙΚΗΜΑΤΩΝΠΡΟ
ΔΙΚΩΙΜΕΝΧΡΗΣΘΩΝΚΑΘΩΣΤΟΔΙΑΓΡΑΜΜΑΕΧΕΙΠΕΡΙΔΕΤΩ
ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩΟΙΕΠΙΣΤΑΜΕΝΟΙΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝΠΑΡΕΚΑΤΕΡΟΙΣ
ΚΟΣΜΟΙΠΟΛΙΝΣΤΑΝΥΕΣΘΩΝΑΓΚΑΑΜΦΟΤΕΡΑΙΣΤΑΙΣΠΟΛΕΣ.
..ΞΗΙΕΞΑΣΤΟΕΠΙΚΡΙΤΗΡΙΟΝΤΕΛΕΤΑΙΚΑΙΕΓΓΥΟΣΚΑΘΙΣΤΑΝ
ΤΩΝΑΦΑΣΚΑΑΜΕΡΑΣΕΠΙΣΤΑΝΤΙΕΠΙΤΟΑΡΧΕΙΟΝΕΝΔΙΜΗΝΩΙ
ΚΑΙΔΙΕΞΑΓΟΝΤΩΝΤΑΥΤΑΕΠΑΥΤΩΝΚΟΣΜΟΝΤΩΝΚΑΤΑΤΟ
ΔΟΧΘΕΝΚΟΙΝΑΙΣΥΜΒΟΛΟΝΑΙΔΕΚΑΜΗΠΟΙΗΣΩΝΤΙΟΙΚΟΣΜΟΙΚΑ
ΘΩΣΓΕΓΡΑΠΤΑΙΑΠΟΤΕΙΣΑΤΩΕΚΑΣΤΟΣΑΥΤΩΝΣΤΑΤΗΡΑΣ
ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΟΙΜΕΝΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙΚΟΣΜΟΙΠΡΙΑΝΣΙΩΝΤΑΙΠΟΛΕΙ
ΟΙΔΕΠΡΙΑΝΣΙΟΙΚΟΣΜΟΙΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝΤΑΙΠΟΛΕΙΑΙΔΕΤΙΚΑ
ΔΟΞΗΙΑΜΦΟΤΕΡΑΙΣΤΑΙΣΠΟΛΕΣΙΒΩΛΟΥΟΜΕΝΑΙΣΕΠΙΤΩΙ
ΚΟΙΝΑΙΣΥΜΦΕΡΟΝΤΙΔΙΟΡΘΩΣΑΣΘΑΙΚΥΡΙΟΝΕΣΤΩΤΟΔΙΟΡ
ΘΩΘΕΝΣΤΑΣΑΝΤΩΝΔΕΤΑΣΣΤΑΛΑΣΟΙΕΝΕΣΤΑΚΟΤΕΣΕ
ΚΑΤΕΡΗΙΚΟΣΜΟΙΕΠΑΥΤΩΝΚΟΣΜΟΝΤΩΝΟΙΜΕΝΙΕΡΑΠΥ
ΤΝΙΟΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΑΣΑΘΑΝΑΙΑΣΤΑΣΠΟΛΙΑΔΟΣΚΑΙΟΙ
ΠΡΙΑΝΣΙΟΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΑΣΑΘΑΝΑΙΑΣΤΑΣΠΟΛΙΑΔΟΣ
ΟΠΟΤΕΡΟΙΔΕΚΑΜΗΣΤΑΣΩΝΤΙΚΑΘΩΣΓΕΓΡΑΠΤΑΙΑΠΟ
ΤΕΙΣΑΝΤΩΝΤΑΑΥΤΑΠΡΟΣΤΙΜΑΚΑΘΩΣΚΑΙΠΕΡΙΤΩΝ
ΔΙΚΑΙΩΝΓΕΓΡΑΠΤΑΙ

Quae ante vs. 1. supra scriptae sunt litterae, eas ex fide Chandleri disposui, qui tamen ultimum Θ non habet; neque hoc habet Chish. In reliquis varietas lectionis non in censum venit nisi Pricaei et Chishulli hinc inde ac Chandleri. Formam tituli, quae ex Chandl. perspici nequit, dedi ex Pric. nisi quod vs. 1-11. in fine lacunarum spatia, quae demptis additamentis ex Chandlero petitis existunt, ex Maitt. omnia aequalia praebui, quod hoc verius Pricaeana dispositione iudico, quae videtur fortuita esse. Forma Ι est ex Chandl. et partim ex Pric. Vs. 3. punctum ex Chandl. Ibidem Maitt. ed. Marm. Oxon. ΚΟΣΜΟΝ, non ex lapide, sed ex coniectura Pricaei. Vs. 4. punctum ex Chandl. Vs. 7. ult. Ι ex Chandl. item vs. 9. ultimum Τ. Vs. 11. vacuum ex Chandl. item in fine ΤΙ. Vacua quae deinceps dedi, et ipsa ex Chandl. sunt. Vs. 18. primum Ω, pro quo Pric. Ο, ex Chandl. Ita etiam vs. 22. ultimum Ω ex Chandl. (Pric. Ο). Vs. 25. Chish. Chandl. ΥΠΕΧΘΕΣ etc. Pric. ΥΠΕΧΘΗΣ etc. Vs. 27. pro ΝΕ..Μ...Ε Chandl. decem asteriscos notat; in fine Α ex eodem. Vs. 28. pro ΙΜΙΑ.ΣΙ..ΜΕ quindecim ap. Chandl. asterisci sunt (Maitt. ed. Marm. Oxon. ΣΕ pro ΣΙ, et sic in notis Pric. dicit sibi legendum visum esse; at in textu habet ΣΙ). Vs. 29. pro primo Η lacuna est apud Chandl. Vs. 33. Chandl. ΟΤΩΝ, Pric. ΤΩΝ. Vs. 37. pro ΗΡΟΙΚ..Σ Chandl. ΗΡ.....Σ. Vs. 42. Maitt. ed. Marm. Oxon. male ΜΕΛΛΟΝΤΙ. Vs. 43. Maitt. Chish. Chandl. (non ex lapide opinor) ΑΓΓΗΛ etc. Pric. quod dedi, quamquam in minusculis η et ipse habet, ex quo ceteri id derivasse videntur. Vs. 45. Chandl. praeter rem spatia duo vacua habet. Vs. 47. Pric. ΣΥΓ, Chandl. ΣΥΝ; tum ΚΟΙΝΑ deest apud Pric. habent Chish. et Chandl. Vs. 48. Chish. Chandl. ΒΩ etc. Pric. ΒΟΥ; ibid. extr. male Chandl. ΚΟΙΝΩΙΔΙ. Vs. 49. Pric. ΓΡΑΨΑΜΕΝΟΣ, Chish. Chandl. ΓΡΑΨΑΜΕΝΟΝ, ex mera ut videtur coniectura. Vs. 50. Pric. ΝΙΚΑΣΘΗΙ, Chish. Chandl. quod dedi. Vs. 62. Chish. Chandl. ΣΤΑΛΑ, Pric. ΣΤ..Α. Vs. 66. pro Γ Chandl. lacunam habet. Vs. 66. punctum in fine ex Chandl. Vs. 68. extr. Pric. ΔΥΜΗΝΩ., Chish. Chandl. ΔΙΜΗΝΩΙ. Vs. 69. primum Κ ex iisdem. Quae Chish. solus habet, ea in coniecturis referam.

Θ]εὸς ἀγαθ[ός]. Ἀγαθᾷ τύχᾳ καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ, ἐπὶ Κόσμ[ων ἐν μὲν] Ἱεραπύτνᾳ τῶν σὺν Ἐνίπαντι τῶ Ἑρμαίω [καὶ μηνὸς] Ἱμαλίω, ἐν δὲ Πριανσιοῖ ἐπὶ Κόσμων τῶν σὺ[ν Νέωνι τῶ] Χιμάρω καὶ μηνὸς Δρομηΐω, τάδε συνέθε[ντο καὶ συνευ]δόκησαν ἀλλάλοις Ἱεραπύτνιοι καὶ Πριάνσιοι, [ἐμμένον]τες ἐν ταῖς προϋπαρχώσαις στάλαις ἰδίᾳ τε[θείσαις] Γορτυνίοις καὶ Ἱεραπυτνίοις, καὶ τᾷ κατὰ κοινὸ[ν Γορτυνίοις] καὶ Ἱεραπυτνίοις καὶ Πριανσίοις, καὶ ἐν τᾷ φιλίᾳ [καὶ συμμα]χίᾳ καὶ ὅρκοις τοῖς προγεγονόσι, ἔν τ' αὐταῖς τ[αῖς πόλεσι] καὶ ἐπὶ τᾷ χώρᾳ, ᾇ ἑκάτεροι ἔχοντες καὶ κρατόν[τες συν]θήκαν ἔθεντο, εἰς τὸν πάντα χρόνον. Ἱεραπυτ[νίοις] καὶ Πριανσίο[ι]ς ἦμεν παρ' ἀλλάλοις ἰσοπολιτείαν καὶ ἐπιγαμίας καὶ ἔνκτησιν καὶ μετοχὰν καὶ θείων καὶ ἀνθρωπίνων πάντων, ὅσοι κα ἔωντι ἔμφυλοι παρ' ἑκατέροις, καὶ πωλόντας, καὶ ὠνωμένος, καὶ δανείζοντας καὶ δανειζομένος, καὶ τἆλλα πάντα συναλλάσσοντας κυρίος ἦμεν κατὰ τὸς ὑπάρχοντας παρ' ἑκατέροις νόμος. ἐξέστω δὲ τῷ τε Ἱεραπυτνίῳ σπείρεν ἐν τᾷ Πριανσίᾳ, καὶ τῷ Πριανσιεῖ ἐν τᾷ Ἱεραπυτνίᾳ, διδῶσι τὰ τέλεα καθάπερ οἱ ἄλλοι πολῖται κατὰ τὸς νόμος τὸς ἑκατέρη κειμένος. εἰ δέ τί κα ὁ Ἱεραπύτνιος ὑπέχθηται ἐς Πριάνσιον ἢ ὁ Πριανσιεὺς ἐς Ἱεραπύτναν ὁτιοῦν, ἀτελέα ἔστω καὶ ἐσαγομένῳ καὶ ἐξαγομένῳ αὐτὰ καὶ τούτων τὸς καρπὸς καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν· ὧν δέ κα ἀποδ[ῶ]ται, κατὰ θάλασσαν ἐώσας ἐξαγωγᾶς τῶν ὑπεχθεσίμων ἀποδότω τὰ τέλεα κατὰ τὸς νόμος τὸς ἑκατέρη κειμένος. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ εἴ τίς κα νε[ί]μ[ῃ, ἀτ]ελὴς ἔστω· αἰ δέ κα σίνηται, ἀποτεισάτω τὰ ἐπιτίμια [ὁ] σι[νό]μενος κατὰ τὸς νόμος τὸς ἑκατέρη κειμένος. πρειγήϊα δὲ ὧ [κ]α χρείαν ἔχῃ πορηΐω παρεχόντων οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι Κόσμοι τοῖς Πριανσιεῦσι, οἱ δὲ Πριανσιέ[ε]ς Κόσμοι τοῖς Ἱεραπυτνίοις· αἰ δὲ μὴ παρίσχαιεν, ἀποτεισάντων οἱ ἐπίδαμοι τῶν Κόσμων τᾷ πρειγείᾳ στατῆρας δέκα. ὁ δὲ Κόσμος ὁ τῶν Ἱεραπυτνίων ἑρπέτω ἐν Πριανσιοῖ ἐς τὸ ἀρχεῖον καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ καθήσθω μετὰ τῶν Κόσμων· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τῶν Πριανσιέων Κόσμος ἑρπέτω ἐν Ἱεραπύτνᾳ ἐς τὸ ἀρχεῖον καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ καθήσθω μετὰ τῶν Κόσμων. ἐν δὲ τοῖς Ἡρ[ω]ϊκ[οῖ]ς καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς οἱ παρατυγχάνοντες ἑρπόντων παρ' ἀλλάλος ἐς ἀνδρήϊον, καθὼς καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται. ἀναγινωσκόντων δὲ τὰν στάλαν κατ' ἐνιαυτὸν οἱ τόκ' ἀεὶ κοσμόντες παρ' ἑκατέροις ἐν τοῖς Ὑπερβωΐοις, καὶ προπαραγγελλόντων ἀλλάλοις πρὸ ἁμερᾶν δέκα ἤ κα μέλλωντι ἀναγινώσκεν· ὁποῖοι δέ κα μὴ ἀναγνῶντι ἢ μὴ παραγγέλωντι, ἀποτεισάντων οἱ αἴτιοι τούτων στατῆρας ἑκατόν, οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι Κόσμοι τῶν Πριανσιέων τᾷ πόλει, οἱ δὲ Πριανσιέες Ἱεραπυτνίων τᾷ πόλει. εἰ δέ τις ἀδικοίη τὰ συνκείμενα κοινᾷ διαλύων ἢ κόσμος ἢ ἰδιώτας, ἐξέστω τῷ βωλομένῳ δικάξασθαι ἐπὶ τῶ κοινῶ δικαστηρίω, τίμαμα ἐπιγραψάμενος τᾶς δίκας κατὰ τὸ ἀδίκημα, ὅ κά τις ἀδικήσῃ· καὶ εἴ κα νικάσῃ, λαβέτω τὸ τρίτον μέρος τᾶς [κατα]δίκας ὁ δικαξάμενος, τὸ δὲ λοιπὸν ἔστω τᾶν πόλεων. αἰ δέ τι θεῶν βωλομένων ἕλοιμεν ἀγαθὸν ἀπὸ τῶν πολεμίων ἢ κοινᾷ ἐξοδούσαντες, ἢ ἰδίᾳ τινὲς παρ' ἑκατέρων ἢ κατὰ γᾶν ἢ κατὰ θάλασσαν, λανχανόντων ἑκάτεροι κατὰ τὸς ἄνδρας τὸς ἕρποντας, καὶ τὰς δεκάτας λαμβανόντων ἑκάτεροι ἐς τὰν ἰδίαν πόλιν. ὑπὲρ δὲ τῶν προγεγονότων παρ' ἑκατέροις ἀδικημάτων, ἀφ' ὧ τὸ κοινοδίκιον ἀπέλιπε χρόνω, ποιησάσθων τὰν διεξαγωγὰν οἱ σὺν Ἐνίπαντι καὶ Νέωνι Κόσμοι ἐν ᾧ κα κοινᾷ δόξῃ δικαστηρίῳ ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων, καὶ τὸς ἐγγύος καταστασάντων ὑπὲρ τούτων ἀφ' ἇς κα ἁμέρας ἁ στάλα τεθῇ ἐμ μηνί. ὑπὲρ δὲ τῶν ὕστερον ἐγγινομένων ἀδικημάτων προδίκῳ μὲν χρήσθων καθὼς τὸ διάγραμμα ἔχει, περὶ δὲ τῶ δικαστηρίω οἱ ἐπιστάμενοι κατ' ἐνιαυτὸν παρ' ἑκατέροις Κόσμοι πόλιν στανυέσθων, ἄγ κα ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσ[ι δό]ξῃ, ἐξ ἇς τὸ ἐπικριτήριον τελε[ῖ]ται, καὶ ἐγγύος καθιστάντων, ἀφ' ἇς κα ἁμέρας ἐπιστᾶντι ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον ἐν διμήνῳ, καὶ διεξαγόντων ταῦτα ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων κατὰ τὸ δοχθὲν κοινᾷ σύμβολον. αἰ δέ κα μὴ ποιήσωντι οἱ Κόσμοι καθὼς γέγραπται, ἀποτεισάτω ἕκαστος αὐτῶν στατῆρας πεντήκοντα,

οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι Κόσμοι Πριανσίων τᾷ πόλει, οἱ δὲ Πριάνσιοι Κόσμοι Ἱεραπυτνίων τᾷ πόλει. αἰ δέ τί κα δόξῃ ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι βωλουομέναις ἐπὶ τῷ κοινᾷ συμφέροντι διορθώσασθαι, κύριον ἔστω τὸ διορθωθέν. στασάντων δὲ τὰς στάλας οἱ ἐνεστακότες ἑκατέρῃ Κόσμοι ἐπ᾽ αὐτῶν κοσμόντων, οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι ἐν τῷ ἱερῷ τᾶς Ἀθαναίας τᾶς Πολιάδος, καὶ οἱ Πριάνσιοι ἐν τῷ ἱερῷ τᾶς Ἀθαναίας τᾶς Πολιάδος· ὁπότεροι δέ κα μὴ στάσωντι καθὼς γέγραπται, ἀποτεισάντων τὰ αὐτὰ πρόστιμα καθὼς καὶ περὶ τῶν δικαίων γέγραπται.

Höckius Cret. T. III. p. 472. ubi conspectum huius tituli praebet, medio eum tertio ante Christum saeculo tribuit; sed fortasse paulo recentior est: nec tamen quod τὸ κοινοδίκιον vs. 58. defecisse fertur, idque Olymp. 148, 4. a. u. c. 570. adhuc obtinuit (Polyb. XXIII, 15.), inde collegerim postea demum hoc foedus pactos esse *Hierapytnios et Priansios*: potuit enim etiam prius aliquamdiu intermissum τὸ κοινοδίκιον esse. Ceterum titulus bene servatus est; in fine iusiurandum olim additum fuisse sumitur sine idonea causa. Iam accedo ad singula. De praescripto θεὸς ἀγαθὸς cf. ad n. 4. Vs. 1. extr. Chish. ἐπὶ Κόσμ[ων μὲν ἐν etc. quod defenderis formula n. 2554. V. sed ibi ἐν Λατῷ post Κόσμων prorsus omissum est, ita ut dictio diversa sit. Concinnius est quod ego dedi. Chish. Ἐνίπαντι sine causa. De mensibus vide ad n. 2554. I. et de forma Πριανσιοῖ de dial. §. 9. Falso Chish. Πριανσί[ῳ] correxit. Vs. 4. extr. Pric. et Chish. etc. συνε]δόκησαν: συνευ]δόκησαν recte Maitt. et Chandl. cf. ad n. 2554. I. Vs. 5. extr. Chish. ὁμονόν]τες, Chandl. Höck. p. 476. ὁμονοόν]τες: dedi ἐμμένον]τες ex n. 2554. 190. 198. n. 2555. 19. ubi itidem ἐν additum: quare nolim ὑπομένοντες scribi ex n. 2554. init. Vs. 6. extr. Chish. quod dedi; Maitt. τε[θειμέναις: praestat τεθεῖσαις, ut n. 1569. *a*. III. et Philochor. Fragm. p. 76. τὴν μὲν στήλην καθελεῖν τὴν περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον εἰρήνης καὶ συμμαχίας σταθεῖσαν. Vs. 7. Chish. κατὰ κοινὸ[ν τεθεῖσα καὶ Ἱεραπ. Quod dedi κατὰ κοινὸ[ν Γορτυνίοις καὶ etc. non eget commendatione. Vs. 9. extr. primus Chandl. recte explevit; ᾇ ἑκάτεροι ἔχοντες etc. est: *quam habuerunt utrique, quum foedus inirent.* Vs. 11. extr. pessime Chish. et ceteri post eum Ἱεραπυτ[νίους ἔπι καὶ Πριανσίους; verum vidit Maitt. Vs. 14. ὅσοι κα ἔωντι ἔμφυλοι etc. male a Chish. plena interpunctione a prioribus separatum est, quasi initium sit sequentis periodi; pertinent haec ad priora, et sequentia ita continuanda sunt: καὶ (αὐτοὺς) πωλόντας etc. κυρίος ἦμεν. Ἔμφυλοι non *inquilini* sunt, ut Chish. nec *cives*, ut Höck. sed *populares*: peregrinis in utraque urbe habitantibus non datur *divinarum* et humanarum rerum *omnium* communio, ac ne civibus quidem facticiis (δημοποιήτοις), sed Cretensibus solis: ita hoc institutis Graecorum omnium consentaneum est. Exempli causa cf. n. 101. ubi Callidamanti aliorum sacrorum communionem conferunt Piraeenses, ab aliis eum arceri volunt. Cives omnino non possunt ἔμφυλοι dici; et diserte paulo post dicuntur πολῖται. De forma ἑκατέρῃ vs. 20. 26. 28. cf. de dial. §. 4. Male Chish. apposuit Iota. Sequitur vs. 20. εἰ δέ τί κα ὁ Ἱεραπύτνιος ὑπέχθηται etc. Hoc ὑπέχθηται Pric. vertit *intulerit*, et mox τὰ ὑπεχθέσιμα *invehenda*, Chish. *subvexerit* et *subvecta*: ὑπεχθέομαι Chishullo Creticum est pro ὑπάγομαι; sed Maittairio de dial. p. 241. A. est ex ἄχθομαι et ἄχθος (*onus*), quo se abripi passus est Buttmannus Lexil. T. I. p. 124. De immuni exportatione et importatione universa invicem concessa haec explicuit Höckius p. 473. ita quidem, ut tamen non immunis importatio esset earum rerum, quas ne civi quidem sine vectigali importare liceret. Sed de universa importatione et exportatione nihil dictum est; tantum hoc statuitur, si quid ὑπέχθηται, sive (quod idem est) si quid ὑπεχθέσιμον intulerit alterius urbis civis in alteram, immunem esse *importationem* et *exportationem* et rei illatae et fructuum eius, terra marique; sin rem illatam vendiderit et venditam mari *exportet*, vectigal, quod leges pendere pro exportatione iubent, esse solvendum. Vides non dici de immuni universarum rerum exportatione, sed de sola rerum quae vocantur ὑπεχθεσίμων exportatione immuni, nisi prius venditae sint: si vendita est res, ut exportaretur, portorium solvendum est. Et tantum ὑπεχθεσίμοις conceditur immunis etiam importatio. Neque vero est cur putes ὑπεχθέσιμα esse importata quaevis: immo ex ipsius loci ratione negandum est ὑπεχθέσιμα nihil aliud esse nisi εἰσαγώγιμα et ὑπέχθηται esse εἰσάγηται. Statim post in eadem periodo est ἐσαγομένῳ, ἐξαγομένῳ, ἐξαγωγᾶς: si nihil aliud significaretur, cur non diceretur: εἰ δέ τί κα ὁ Ἱεραπύτνιος ἐσάγηται, et deinde κατὰ θάλασσαν ἔωσας ἐξαγωγᾶς τῶν ἐσαγωγίμων? Iam quum dicatur ὑπέχθηται et ὑπεχθεσίμων, liquet non importatas res quaslibet esse ὑπεχθέσιμα, nec de importatione et exportatione universa dici, sed tantum de importatione et exportatione certarum quarundam rerum, quae ὑπεχθέσιμα vocantur. Ne multa, ὑπέχθηται et ὑπεχθέσιμα sunt Creticae formae pro ὑπέκθηται et ὑπεκθέσιμα; vide de dial. §. 1. unde intelliges non opus esse reponi Κ. Ὑπεκτίθεσθαι est *subductum et subtractum aliquid in loco tuto ponere*; vide imprimis Steph. Thes. L. Gr. T. III. p. 1494. Cretenses quum ea aetate piraticam maxime exercuerint, consentaneum est, haud raro praedam captam, quae non posset statim domum deduci, in propiorem urbem esse delatam, donec secure deduci posset: haec proprie fuerunt ὑπεκθέσιμα. Sed potuerunt deinceps etiam merces et res omnes hoc vocabulo designari, quae in alienae urbis emporio deponerentur ea condicione, ut rursum exportarentur. Sic Priansius potuit Hierapytnae positum frumentum vel alia utensilia habere deposita et commissa mandatario, qui ea exteris venderet, vel ipse ibi praesens venditioni vacare potuit. Talia igitur videntur ὑπεκθέσιμα dici: atque haec sine vectigali importare et aut ipsa aut eorum fructus exportare utriusque urbis civibus in altera licuit, ut mutua levarentur commercia, nisi quod, quando vendita navi exportabantur, debebat vectigal solvi, quod etiam de ceteris rebus exportatis ex legibus in civitate obtinentibus exigebatur. Haec interpretatio et verbis tituli et iustae

rerum rationi satisfacit. Ἀτελέα est ἀτελῆ, non ut Chish. ἀτέλεια. Cf. Koen. ad Gregor. p. 441. Vs. 27. nimium absurdum est commentum Chishulli: εἴ τίς κ' [ἀσινὴς ἦ, ἀτε]λὴς ἔστω, „si quis nil offenderit, immunis esto"; et deinde vs. 28. legit ὁ σεσιμμένος, et interpretatur: „si vero offenderit, mulctam persolvet offensae reus" etc. Similia fere Pric. Nonne hoc nugatorium, immunem vectigalium esse, qui nihil offenderit? Ἀτελὴς verum est, et a Pric. iam restitutum; ὁ σεσιμμένος non quadrat ad lacunarum spatia, multoque minus Chandlerianum ὁ μὲν σεσιμμένος, etiam per se deterius: ὁ σινόμενος Pric. recte, etsi locum male interpretatur. Servata tradita lectione explevi: εἴ τίς κα νε[ί]μ[η, ἀτ]ελὴς ἔστω: *si pascat aliquis in altera civitate, immunis esto*; hoc est, habeto ἐπινομίαν eadem condicione, qua civis: indigena si pro pascuo nihil pependerit domi, etiam alterius urbis civis in altera civitate nihil pendet; sin indigena scripturam solvere debet, debet etiam sociae urbis civis, sed nihil amplius: credo tamen scripturam nullam solutam in Creta esse. De ἐπινομίᾳ cf. ad n. 1569. a. III. Additur: εἰ δέ κα σίνηται, ἀποτεισάτω τὰ ἐπιτίμια ὁ σινόμενος etc. *si quis vero pascenti pecudes rapiat* (quasi pignus capiendo, quod peregrinus pascuo utatur), *qui rapit mulctam solvito* etc. Vs. 29. πρειγήϊα s. πρεσβεῖα (vide de dial. §. 9.) πορήϊω coniungendum et vertendum videtur: *legativa viatici*, quod idem est ac *legativa, quae sunt pro viatico*: πορεῖον est enim ἐφόδιον s. μεθόδιον, quod apud Cretenses hospitalitas iubet ab ea civitate pendi, in qua legatus alterius iter faciat (cf. n. 2554. 61.): aliam rationem sequitur Valck. ad Adon. T. II. p. 153. ed. Berol. qui ἕνεκα ad πορείου supplet, non ex stilo talium decretorum. Ad interiectum ᾧ κα χρείαν ἔχῃ subiectum indefinitum est τις: dedi vero ᾧ. cum Chish. Maitt. et Chandl. ὧν habent Pric. (hinc Reines. Vand.) Valck. Höck. T. III. p. 94. quod durius est. Si spatium sufficeret, mallem ᾧ [τίς κ]α. Vs. 30. Πριανσιέ[ε]ς correxi ex vs. 46. Mox οἱ ἐπίδαμοι τῶν Κόσμων, ni Cosmi viaticum dederint, legatis debent decem stateres solvere. Οἱ ἐπίδαμοι recte Pricaeo, Chishullo, Höckio T. III. p. 84. et p. 474. sunt cives eius civitatis, ex qua sint Cosmi, qui viaticum non dederint: quod falsa admiscuerunt Chishullus et Höckius, moneo universae legationi a civitate tantum decem stateres pendi debere. Mox ἀρχεῖον est Cosmorum curia; ὁ Κόσμος singulari numero non est πρωτόκοσμος, quod comminiscitur Vandal. p. 750. sed *quicunque venerit Cosmus*. Vs. 37. festi nomen latet in ΗΡΟΙ Κ..Σ. Reinesius volebat Ἡρωϊκοῖς vel Ἡραϊκοῖς, quam posteriorem formam non obtruserim titulo pro usitatiore Ἡραίοις, quum praesertim mensis Creticus Ἡραῖος audiat (vide nott. ad 2554. I.); Chish. praeter fidem traditae lectionis dedit Ἡρο[χίοις], quod Ἡρόχια Hesychio sunt Θεοδαίσια, et Θεοδαίσια sollemnia Cretica (n. 2554. 31. 79. ex quibus alter locus simillimus huic): equidem lenius praetuli Ἡρ[ω]ϊκ[οῖ]ς, quum praesertim nihil similitudinis sit inter Θεοδαίσια Cretica, quae Bacchica sunt, et Herochia Iunonia (vide Höck. Cret. T. III. p. 313.). Vs. 40. οἱ τόκ' ἀεὶ κοσμόντες dedi; Chish. τό κ' et hic et in Teiis, in quibus modo τόκα modo τόκ' in hac formula habetur (decr. Sybr. Istr. Lat.). Male de hac dictione disputavit Chish. p. 124. Dorismum τόκα notavit iam Pric. p. 68. male tamen scribens τοκαεί, et verum vidit Valck. ad Adon. T. II. p. 98. Cf. de eo adverbio de dial. §. 8. Vs. 41. ἐν τοῖς Ὑπερβωΐοις de festo intelligunt Pric. Chish. sed Valck. l. c. p. 98. assentiente Neumanno Rer. Cret. spec. p. 96. ὑπερῷϊα (cum digammo) s. superiora conclavia *curiae* esse censet, ubi ab uno ex magistratibus foedus recitandum sit: nam festi eiusmodi nusquam fieri mentionem; et si festum designaretur, certum semper anni diem formulae legendae statutum fuisse, ideoque addi non potuisse illa, καὶ προπαραγγελλόντων ἀλλάλοις πρὸ ἀμερᾶν δέκα, ἤ κα μέλλωντι ἀναγινώσκεν. Non agnosco haec argumenta; et ea, quae ad n. 2554. 31. dixi, removent difficultatem, praesertim si festum hoc Hierapytnae et apud Priansios non eodem celebrabatur tempore: id quod sumere licet, quum ne menses quidem illis iidem sint. Si ὑπερῷα curiae intelligerentur, certe τῷ ἀρχείῳ additum esset; et ridiculum fuisset in foedere definire, in inferioribus an superioribus conclavibus curiae recitanda pacta essent: denique pacta non recitantur in conclavibus huiusmodi, sed in locis publicis spatiosis, ubi conventus agitur, in theatris, foris etc. Concedendum igitur Ὑπερβωΐα esse sollemnia ignota, undeunde appellata. Non magis probo, quod Valck. et Neum. pro ἤ κα vs. 42. volunt ᾗ κα, quod ne dialectus quidem nec Graecitas fert; ᾗ enim (sc. ἀμέρᾳ) non potest illis ἑκατέρῃ, πῇ etc. defendi, quae attuli de dial. §. 4. Πρὸ ἀμερᾶν δέκα ἤ est δέκα ἀμέραις πρότερον ἤ. Vs. 43. si παραγγήλωντι in lapide fuit, ferri id potest (vide de dial. §. 2.), quod vidit etiam Maitt. Falso Chish. παραγγέλλωντι correxit, et dixit παραγγήλωντι esse fabrile erratum: aoristus desideratur, aut παραγγείλωντι aut παραγγέλωντι, ex quibus posterius ob primitivum Pricaei textum praetuli. Vs. 49. cum Maitt. retinui ἐπιγραψάμενος anacoluthon; cf. de dial. §. 10. Similia, quamquam minus dura habent etiam boni scriptores. Ἐπιγραψάμενον, de quo vide var. lect. certe non est verisimile: praestabat dativus. Vs. 51. δίκας pro [κατα]δίκας, quod correxi, videtur quadratarii error esse. Vs. 53. ἐξοδούσαντες est in lapide, variis tentatum coniecturis, quas referre nihil attinet. Esse hoc pro ἐξοδεύσαντες vidit Chish. neque tamen in eo perstitit. Polyb. IV, 54. Αυττίων ἐξωδευκότων εἰς τὴν πολεμίαν πανδημεί. V, 95, 6. Εὐριπίδας δὲ τοὺς Αἰτωλοὺς ἔχων ἐξώδευσε; atque ita etiam V, 94, 3. et Ios. Archaeol. XVII, 8, 3. Sed retinendum esse ἐξοδούσαντες docui de dial. §. 2. Inde a vs. 57. agitur de iudicandis litibus Hierapytniorum et Priansiorum. Hanc partem uberius persecutus est Höckius T. III. p. 87 sqq. a quo mihi tamen in aliquot rebus discedendum est. Primum agitur de causis, quae inciderant inde a cessante κοινοδικίῳ usque ad hoc foedus: quippe hae nondum iudicatae erant. Universa ut videtur Creta olim habuit κοινοδίκιον, cuius participes singulae civitates dicuntur (μετέχειν τῶν κατὰ

κοινοδίκιον s. τοῦ κοινοδικίου Polyb. XXIII, 15, 4. ubi κοινοδίκιον legendum pro κοινοδίκαιον), hoc est institutum, quo efficitur, ut diversarum civitatum causae communi iure dirimantur: hoc sublato praecipitur, ut lites Priansiorum et Hierapytniorum in dicasterio, de quo utrique convenerint, iudicentur, et ipsi huius anni Cosmi lites ad exitum perducant in suo magistratu; et hi obligantur, ut uno mense post tabulam foederis positam constituant praedes, qui spondeant Cosmos hoc facturos. Praedes hos sisti pro mulcta, in quam ex foedere incurrunt Cosmi, si id non fecerint (vs. 70 sqq.), sponte patet: quare vellem Höckius p. 84. restrictius proposuisset quae ad praedes a Cosmis dandos pertinent. Cosmos non potuisse causas statuto tempore ad exitum perducere, nisi ἡγεμόνες δικαστηρίου fuerint, Höckio omnino concedendum: quum vero non utriusque civitatis Cosmi simul in eadem causa potuerint ἡγεμόνες δικαστηρίου esse, consentaneum est eius civitatis Cosmum, ex qua esset is, unde peteretur, in quaque causa praesedisse. Vs. 60. in voce δικαστηρίῳ quadratarius omisit Iota subscr. Altera pars constitutionis pertinet ad lites, quae post foederis confirmationem accidant: de qua quae Höckius dixit, ea nullo modo ferri possunt. Primum dicitur de his: προδίκῳ μὲν χρήσθων καθὼς τὸ διάγραμμα ἔχει, sc. litigantes. Πρόδικον et ceteri et Höckius syndicum s. patronum esse putant; sed cur in his litibus praescribatur ut patrono utantur partes, quum in prioribus litibus nihil de hoc dictum sit? et quis omnino ullum obligabit, ne rem suam ipse agat? Διάγραμμα maxime est *descriptio*; ut διάγραμμα τῶν σκευῶν descriptio et catalogus utensilium, διάγραμμα τιμημάτων (Demosth. de Symmor. p. 183. 20. adv. Euerg. et Mnesibul. p. 1150. 4. p. 1152. 12. Oec. civ. Athen. T. II. p. 104. p. 70.): quo pertinet etiam διάγραμμα musicorum, quae est descriptio sonorum cum numeris suis ex ordine propositorum, quale docui in Commentatione de Timaei Platonici anima mundana. Itaque putes hic agi de descriptione et recensu litium, quae in iudicio agendae sint ea serie qua perscriptae fuerint in diagrammate praesidis: sic πρόδικος esset δίκη, quae ante alias iudicanda esset. Sed huic rei parum convenit dictio προδίκῳ μὲν χρήσθων. Minus etiam de iure προδικίας (s. δίκαις προδίκοις), quod est inter privilegia ut προμαντεία, intelligi locus potest: vide de προδικίᾳ n. 1691. 1692. 1693. 2056. et Vandal. Diss. ad Marm. ill. p. 785. Itaque aliud eligendum. Nempe διάγραμμα potest etiam descriptio ordinis iudiciorum esse, ut edicta magistratuum διαγράμματα vocantur (Casaub. ad Suet. Caes. c. 9.), ut n. 2671. Alexandri Magni constitutio, ex qua iudicatae causae sunt, διάγραμμα appellatur. De tali ordine convenerat opinor prius in στήλαις initio huius tituli memoratis; paulo post vs. 70. τὸ δοχθὲν κοινᾷ σύμβολον in re iudiciaria memoratur, quod et ipsum illis στήλαις videtur comprehensum fuisse. Ille igitur ordo iudiciorum statuerit, ut priusquam ad iudicium deferretur lis, institueretur diaeta, ut Athenis. Diaetetes autem est πρόδικος, et causa apud illum agenda δίκη πρόδικος: ne plura, vide Vandal. l. c. Aristoph. Fragm. p. 127. ed. Dindorf. Hinc πρόδικος nostro loco opponitur dicasterio; pergitur enim πέρὶ δὲ τῶ δικαστηρίω. Igitur conceditur, ut lites, de quibus agitur, primum ad diaetetam sive arbitrum deferantur, quod de prioribus illis et obsoletis causis consentaneum est non statutum esse: hoc est προδίκῳ μὲν χρήσθων (*utuntor arbitro*) καθὼς τὸ διάγραμμα ἔχει. Sin ad iudicium deferenda causa, tum valent quae adduntur: περὶ δὲ τῶ δικαστηρίω οἱ ἐπιστάμενοι κατ' ἐνιαυτὸν παρ' ἑκατέροις Κόσμοι πόλιν σταυνέσθων ἅγ κα ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσ[ι δόξ]ῃ, ἐξ ἆς τὸ ἐπικριτήριον τελε[ῖ]ται etc. Οἱ Κόσμοι σταυνέσθων πόλιν Höckio p. 90. et p. 75. est: „Cosmi urbem (suam quique) administranto et regunto, ut civitati utrique placuerit"; tum vulgo ἐξᾶς legitur, et ἐπικριτήριον sine ulla auctoritate vel ratione exponitur *sacrificium* (Chish. Höck. p. 89.). Ἐξ ἆς scribendum esse vidit Koen. ad Greg. p. 441. de regenda vero per Cosmos ipsorum civitate non agi sponte patet; sed dicitur περὶ τοῦ σταυνέσθαι πόλιν, quippe tertiam quandam, ἅγ κα ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι δόξῃ, *quamcunque* utrique civitati placuerit: et haec res pertinet ad iudicium instituendum de novis litibus. Urbs haec eligitur et constituitur in concione Hierapytniorum et Priansiorum (dicitur enim πόλεσι); sed τὸ σταυνέσθαι Cosmis tribuitur: igitur σταυνέσθαι non est *constituere*, sed debet tamen aliquid simile esse, quippe ex στάω deductum (cf. de dial. §. 9.). Res haec est. De urbe convenitur inter Hierapytnios et Priansios: si conventum fuerit, debent iam Cosmi eam urbem invitare, ut suscipiat negotium mandatum, eique rem committere et auctoritatem ac potestatem dare negotii gerendi. Itaque σταυνέσθαι est *stabilire in negotio hoc* et potestatem rei committere civitati illi, quodammodo ut πόλει ἐκκλήτῳ. Hoc fit, ut componatur τὸ κοινὸν δικαστήριον, quod vs. 48. memoratur: nam ea causa, de qua vs. 48. dicitur, ipsa est ex iis causis, quae post foederis confirmationem inciderint, ideoque agendae sint in eo iudicio, de quo constituendo nostro hoc loco dicitur. Hoc iudicium quomodo constituatur, nescimus: potest vero duplici ratione. Aut enim ἔκκλητος illa civitas sola dat iudices; aut mixtum est iudicium ex Priansiis atque Hierapytniis et additiciis iudicibus ex ἐκκλήτῳ urbe lectis: ut olim Athenis iudicium ἐπὶ Παλλαδίῳ ex Argivis et Atheniensibus mixtum erat. Prius si statuas, ἐπικριτήριον idem est quod paulo ante δικαστήριον: atque ita fere censuit Koen. l. c. positque δικαστήριον hoc ἐπικριτήριον dici, quod ἐπέκρινεν, hoc est, quod iudicabat, postquam prodicus iam arbitratus est. At cur variis vocabulis usi fuerint de re eadem? Potius igitur ex usu apud has civitates vulgo recepto videntur ad commune hoc iudicium utriusque urbis cives lecti esse; quod diserte pronuntiari non opus erat, quia nemo dubitabat, quin hoc faciendum esset; dicitur tantum, quomodo tertia urbs eligenda sit, *ex qua compleantur additicii iudices.* Hoc est opinor, ἐξ ἆς τὸ ἐπικριτήριον τελε[ῖ]ται: ἐπικριτήριον optime dicebatur numerus iudicum additicius. Quod traditum est τέλεται, retinet Koen. l. c. sed forma exemplo caret: dedi τελεῖται,

de quo etiam Chish. cogitabat, idque futurum (ad formam cf. de dial. §. 5. init.) pro τελεσθήσεται (vide Buttm. Gramm. Gr. ampl. T. II. p. 54. not. 10, 1.) s. πληρωθήσεται. Pessime Maitt. Chandl. τελετᾷ. Ceterum has lites Cosmi, qui quoque posthac anno magistratum ineant, debent in suo magistratu absolvere, et post bimestre spatium ab inito magistratu eius rei praedes sistere, pro iis quippe litibus iudicandis, quae interim nuntiatae sint. Quod non potuerunt suscipere, nisi praesides iudicii erant: itaque de ἡγεμονίᾳ δικαστηρίου in his quoque causis idem statuo quod supra de priori litium genere: nisi quod si a Cosmo petebatur, res aliter instituenda erat. Cosmi, qui quoque anno magistratum *ineant*, dicuntur ἐπιστάμενοι s. ἐφιστάμενοι: Valckenarius ad Adon. T. II. p. 99. quem sequitur Neumannus Rer. Cret. spec. p. 78. vult ἐνιστάμενοι ex noto usu, quod paulo post est ἐνεστακότες: sed non opus est ab eodem verbo deduci denominationem horum magistratuum, qui quoque anno *ineant* magistratum, et eorum, qui hoc ipso anno munere *fungantur*: ἐνεστακότες enim est de archontibus huius ipsius anni: denique traditam lectionem tuetur vs. 68. ἐπιστᾶντι ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον: Höckius igitur recte de Valckenarii correctione dubitavit p. 90. Τὸ δοχθὲν κοινᾷ σύμβολον est pactum περὶ τοῦ διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια (cf. Harpocr. v. σύμβολα): hoc tamen symbolum non videtur nostrum hoc pactum esse, sed prius aliquod cum diagrammate coniunctum, de quo supra dixi. Vs. 74. βωλουομέναις in lapide est (cf. de dial. §. 2.). Vs. 76. οἱ ἐνεστακότες ἄρχοντες, ut dixi, sunt Cosmi huius ipsius anni: vide vs. 59 sqq. Sic ὁ ἐνεστὼς νεωποίης n. 2675. Alius usus in mensibus; ὁ ἐνεστὼς μὴν est enim *instans* s. proximus insequens, certe quibusdam in locis.

## 2557.

Lapis *Cretensis*, cuius apographum Ios. Scaliger primum a. 1565. a Mureto, deinde a Franc. Porto habuit; ex hoc dedit Gruterus p. DV. excerpta simul varia lectione ex Collectione veterum legum et senatusconsultorum a Fulvio Ursino ex antiquis tabulis et marmoribus collectorum, quae adiecta sunt calci libri Antonii Augustini de legibus et senatusconsultis (Paris. 1584. fol.). Apographum extabat Romae in schedis Fulvii Ursini. Sed haec Gruteriana et Ursiniana tantum partem *B.* continent: eiusdem quindecim priores versus repperi in schedis Pighii Berolinensibus fol. 60. *a.* Totum deinceps monumentum ex lapide, qui Venetiis in Museo Tarvisiano servabatur, dedit Montfauc. Diar. Ital. p. 72. cum Latina interpretatione; hinc in tabulam aeream translatum extat in Monumentis Trevisanis (postea Iustiniani), quae Venetiis edita sunt. Minusculis deinde cum correctionibus et vitiis dedit partem *B.* Chishullus Antt. Asiat. p. 173 sq. Cf. Barbeyrac. hist. foed. p. 286.

*A.* . . . . . . . . . . . . . . . . . ΑΧΑΙΤΑΓ. . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . ΕΙΕΞΑΛΛΑΡΙΑΣ. . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . .ΜοΣΙωΙΜΕΤΑΤοΥΓΡΑΜΜΑΤοΣ . . . . .
. . . . . ΑΠοΣΤΕΙΛΑΙΔΕΤοΥΣΑΡΧοΝΤΑΣΤοΥΣΠΕΡΙ . . . .
. . . . . ΙΝΤοΥΔΕΤοΥΨΗΦΙΣΜΑΤοΣΤοΑΝΤΙΓΡΑΦοΝΣΦΡΑΓΙ
ΣΑΜΕΝοΥΣΤΕΙΔΑΜοΣΙΑΙΣΦΡΑΓΙΔΙοΠωΣΠΑΡΑΚο
ΛοΥΘωΣΙΝΑΛΛΑΡΙωΤΑΙΤΑΕΨΗΦΙΣΜΕΝΑΠΕΡΙΤοΥΤωΝ

*B.* ΑΛΛΑΡΙωΤΑΝοΙΚοΣΜοΙΚΑΙΑΠοΛΙΣΠΑΡΙωΝΤΑΙΒοΥΛΑΙ
ΚΑΙΤωΙΔΑΜωΙΧΑΙΡΕΝΠΑΡΑΓΕΝοΜΕΝωΝΤωΝΠΡΕΣΒΕΥ
ΤΑΝΠοΘΑΜΕΦΑΝΙοΣΤΕΚΑΙΔοΡΚωοΥΣΑΠΕΣΤΕΙΛΑΤΕ
ΠΡΕΣΒΕΥΣοΝΤΑΣΠΕΡΙΤωΣΥΛωΠοΘΑΜΕΚΑΙΑΝΑΝΕ
ωΣΑΜΕΝωΝΑΥΤωΝΕΝΤΑΙΠΡΕΣΒΕΙΑΙΚΑΤΑΤοΨΗΦΙΣΜΑ
ΤοΠΑΡΥΜωΝΤΑΝΤΕΦΙΛΙΑΝΚΑΙΤΑΝΕΥΝοΙΑΝΤΑΝΥ
ΠΑΡΧοΥΣΑΝΤΑΙΣΠοΛΕΣΙΠοΤΑΛΛΑΛΑΣΔΙΑΦΥΛΑΤ
ΤΕΝΕΠΙΚοΣΜωΝΤωΝΠΕΡΙΦΙΛοΝΒΡοΤοΝΤοΝΕΥΘΥ
ΜΑΧωΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΕΔοΧΘΑΙΑΛΛΑΡΙωΤΑΝ
ΤοΙΣΚοΣΜοΙΣΚΑΙΤΑΙΠοΛΕΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙΜΕΝΤοΝ
ΔΑΜοΝΤωΝΠΑΡΙωΝοΤΙΔΙΑΦΥΛΑΤΤΕΙΤΑΝΦΙΛΙΑΝ
ΚΑΙΤΑΝΕΥΝοΙΑΝΠΡοΣΤΑΝΠοΛΙΝΤΑΝΑΜΑΝΚΑΤΑ
ΤΑΥΤΑΔΕΥΠΑΡΧΕΙΝΚΑΙΠΑΡΙοΙΣΤΑΝΦΙΛΙΑΝΚΑΙΤΑΝΕΥ
ΝοΙΑΝΠΑΡΑΑΛΛΑΡΙωΤΑΝοΠωΣΦΑΙΝωΜΕΘΑΤΑοΜοΙ
ΑΤοΙΣΠΡοΑΙΡοΥΜΕΝοΙΣΑΜΕΣΣΥΝΤΕΛοΝΤΕΣΕΙΜΕΝΔΕ
ΑΛΛΑΡΙωΤΑΙΣΚΑΙΠΑΡΙοΙΣΙΣοΠοΛΙΤΕΙΑΝΜΕΤΕΧω
ΣΙΝΤωΙΤΕΑΛΛΑΡΙωΤΑΙΕΜΠΑΡωΙΚΑΙΘΕΙΝωΝΚΑΙΑΝ
ΘΡωΠΙΝωΝωΣΑΥΤωΣΔΕΚΑΙΤωΙΠΑΡΙωΙΕΝΑΛΛΑ
ΡΙΑΙΜΕΤΕΧωΣΙΚΑΙΘΕΙΝωΝΚΑΙΑΝΘΡωΠΙΝωΝΕΑΝ
ΣΥΝΔοΚΕΙΤΑΥΤΑΤωΙΔΑΜωΙΤωΙΠΑΡΙωΝΑΝΑΓΡΑ
ΨΑΝΤωΝΑΙΠοΛΕΙΣΑΜΦοΤΕΡΑΙΕΣΣΤΑΛΑΝΛΙΘΙΝΑΝ
ΚΑΙΑΝΘΕΝΤωΝΠΑΡΙοΙΜΕΝΕΣΤοΙΕΡοΝΤΑΣΔΑΜΑΤΡοΣ
ΑΛΛΑΡΙωΤΑΙΔΕΕΣΤοΙΕΡοΝΤωΑΠοΛΛωΝοΣΤΑΥ
ΤΑΔΕΕΙΝΑΙΕΦΥΓΙΕΑΙΚΑΙΣωΤΗΡΙΑΙΤΑΝΠοΛΕωΝ
ΑΜΦοΤΕΡΑΝΕΑΝΔΕΤΙΦΑΙΝΗΤΑΙΥΜΕΝΠΡοΣΘΕΙΝΑΙ
ΗΑΦΕΛΑΙΕΥΧΑΡΙΣΤωΜΕΣ ΕΡΡωΣΘΕ

Formam tituli ex schedis Pighii dedi, et ubi hae deficiunt, fere ex Grut. nam Montf. exemplum certe formam inscriptionis non accurate refert. Vss. 17–19. litterae aliquot, quas ex Montf. ibi posuimus, ubi habes, ap. Grut. in praecedentem versum quaeque traiectae sunt. Fundus lectionis est Montf. ex reliquis annoto varietatem, excepta Urs. ubi nulla a Grut. differentia est. *B*. vs. 2. Grut. ΤΩΔΑΜΩ. Vs. 3. Grut. Montf. Pigh. ΠΟΤ, Urs. ΠΟΘ, quod recepi. Vs. 3. Grut. ΦΑΝΙΟΥ, reliqui omnes, etiam Urs. ΦΑΝΙΟΣ; tum Grut. Pigh. ΑΟΡΚΩ, Urs. ΑΡΚΩ, Montf. ΔΟΡΚΩ. Vs. 4. Montf. ΣΥΜΩ, Urs. ΣΥΑΩ, Grut. Pigh. ΣΥΛΩ. Vs. 7. ΔΙΑΦΥΛΑΤΤΕΝ deest ap. Urs. Pighius ΔΙΕΦ etc. Vs. 8. Grut. Pigh. ΦΙΛΟΜΒ etc. Grut. ΤΟΥ pro ΤΟΝ, quod est ap. Montf. Pigh. Urs. Vs. 9. init. Montf. ΜΑΧΟΥ, reliqui quod dedi. Vs. 10. ΤΑΙ deest ap. Urs. Vs. 11. primum Λ deest ap. Urs. Vs. 13. Grut. ΚΑΙΤΟΙΣΠΑΡΙΟΙΣ, Montf. ΤΟΙΣΠΑΡΙΟΙΣ omisso ΚΑΙ, Pigh. ΚΑΙΠΑΡΙΟΙΣ, quod dedi. Vs. 14. Urs. Pigh. ΦΑΙΝΟΜΕΘΑ; tum ΤΑ omittit Urs. Vs. 15. Montf. Urs. ΣΥΝΤΕΛΟΝΤΕΣ, Pigh. ΣΥΝΤΕΛΟΝΤΕ, Grut. ΣΥΝΤΕΛΟΥΝΤΕ. Vs. 16. extr. Montf. ΜΕΤΕΧΟΥ, Grut. ΜΕΤΕΧΩ: Urs. hoc et vs. 17. init. ΣΙΝ omittit, et habet post ΠΑΡΩΙ. Vs. 17. Grut. ΕΝΠΑΡΩΙ. Vs. 20. post ΤΑΥΤΑ Grut. ΚΑΙ insertum habet, quod deest apud Ursin. Montf. Vs. 21. Montf. ΕΙΣ, reliqui ΕΣ. Vs. 22. Urs. ΑΝΤΕΝΤΩΝ. Vs. 23. Montf. ΤΩ suo loco omittit, quod ex reliquis addidi, et in fine addit ΤΟ, quod ex fide reliquorum sustuli. Vs. 24. Grut. ΥΓΕΙΑ; Montf. ΤΩΝ, reliqui ΤΑΝ. Vs. 25. Grut. ΑΜΦΟΤΕΡΩΝ. Vs. 26. Montf. ΔΙΕΛΑΙ, reliqui quod dedi. Spatium vs. 26. vacuum ex Montf.

*A.*

\- - - - - - - - - -
\- - - - - - - - - -
\- - - - α [κ]αὶ? τὰ γ - - -
\- - - ει ἐξ Ἀλλαρίας - - - -
\- - δη]μοσίῳ μετὰ τοῦ γράμματος - -
..... ἀποστεῖλαι δὲ τοὺς ἄρχοντας τοὺς περὶ ....
..... ιν τοῦδε τοῦ ψηφίσματος τὸ ἀντίγραφον σφραγι-
σαμένους τῇ δ[η]μοσίᾳ σφραγῖδι, ὅπως παρακο-
λουθῶσιν Ἀλλαριῶται τὰ ἐψηφισμένα περὶ τούτων.

*B.*

Ἀλλαριωτᾶν οἱ Κόσμοι καὶ ἁ πόλις Παρίων τᾷ βουλᾷ
καὶ τῷ δάμῳ χαίρεν. παραγενομένων τῶν πρεσβευ-
τᾶν ποθ' ἁμέ, Φάνιός τε καὶ Δόρκω, οὓς ἀπεστείλατε
πρεσβεύσοντας περὶ τὤσύλω ποθ' ἁμέ, καὶ ἀνανε-
ωσαμένων αὐτῶν ἐν τᾷ πρεσβείᾳ κατὰ τὸ ψ[ά]φισμα
τὸ παρ' ὑμῶν τάν τε φιλίαν καὶ τὰν εὔνοιαν τὰν ὑ-
πάρχουσαν ταῖς πόλεσι ποτ' ἀλλάλας διαφυλάτ-
τεν· ἐπὶ Κόσμων τῶν περὶ Φιλόνβροτον τὸν Εὐθυ-
μάχω, ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδόχθαι Ἀλλαριωτᾶν
τοῖς Κόσμοις καὶ τᾷ πόλει, ἐπαινέσαι μὲν τὸν
δᾶμον τῶν Παρίων, ὅτι διαφυλάττει τὰν φιλίαν
καὶ τὰν εὔνοιαν πρὸς τὰν πόλιν τὰν ἁμάν, κατὰ
ταὐτὰ δὲ ὑπάρχειν καὶ Παρίοις τὰν φιλίαν καὶ τὰν εὔ-
νοιαν παρὰ Ἀλλαριωτᾶν, ὅπως φαινώμεθα τὰ ὁμοῖ-
α τοῖς προαιρουμένοις ἁμὲς συντελόντες. εἶμεν δὲ
Ἀλλαριώταις καὶ Παρίοις ἰσοπολιτείαν, μετέχω-
σιν τῷ τε Ἀλλαριώτᾳ ἐμ Πάρῳ καὶ θείνων καὶ ἀν-
θρωπίνων, ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ Παρίῳ ἐν Ἀλλα-
ρίᾳ μετέχωσι καὶ θείνων καὶ ἀνθρωπίνων, ἐὰν
συνδοκῇ ταῦτα τῷ δάμῳ τῷ Παρίων. ἀναγρα-
ψάντων αἱ πόλεις ἀμφότεραι ἐς στάλαν λιθίναν,
καὶ ἀνθέντων Πάριοι μὲν ἐς τὸ ἱερὸν τᾶς Δάματρος,
Ἀλλαριῶται δὲ ἐς τὸ ἱερὸν τῶ Ἀπόλλωνος. ταῦ-
τα δὲ εἶναι ἐφ' ὑγιέᾳ καὶ σωτηρίᾳ τᾶν πόλεων
ἀμφοτερᾶν. ἐὰν δέ τι φαίνηται ὑμε[ῖ]ν προςθεῖναι
ἢ ἀφελ[έν], εὐχαριστῶμες. Ἔῤῥωσθε.

*A* est finis epistolae Pariorum, communi dialecto scriptae, qua hi Allariotis Cretae beneficia in eos collata nuntiant. Agebatur de asylo (*B*. vs. 4.); quantum video asyli ius Allariotis petentibus confirmatum a Pariis est, quos iam remunerantur Allariotae (*B*. vs. 14 sq.): exemplum decreti de asylo sigillo publico munitum miserant Allariotis Parii, ut moris fuit (vide in Teiis decreta Cnosiorum et Polyrrheniorum). Parios si diceres asyli confirmationem petisse ab Allariotis, debebat haec confirmatio in litteris Allariotarum scripta esse: de qua re quum ibi nihil legatur, statuendum est quod dixi. Vs. 6. mirum est παρακολουθῶσιν p. εἰδῶσιν, quod in eadem formula habes n. 2332. Ἀλλαριῶται verum est gentilicium, ut in nummis; Steph. Byz. v. Ἀλλωρία habet ex Polyhistore Ἀλλαριάτης. De forma θείνων *B*. vs. 17. pro qua Grut. volebat θείων, cf. de dial. §. 9. et ad mirum istud vs. 19. μετέχωσι et vs. 20. ad asyndeton cf. de dial. §. 10. In fine εὐχαριστῶμες est *largimur* s. *gratificamur*.

## 2558.

*Minoae Cydoniatarum* (Palaeocastro Apocorano); ex Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 2. p. 43. Ex parte restituerunt, sed non recte omnia, Io. Matth. Gesner. Comm. Gotting. Vol. V. a. 1782. p. 63 sq. Neumann. Rer. Cret. spec. p. 91. Müller. Dor. T. II. p. 73. Cf. Höck. Cret. T. III. p. 82. Plurima emendavi ipse.

ΑΙΑΟΛ . . . . . ΚΑΙΕΔΟ . Ε . . . .
ΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΚΛΗΣΘΙ . . ΗΣΣΟ
Σ . ΩΕΠΤΕΑΝΤΙΟΧΟΝΚΑΙΛΙ_ . . ΘΟΚΑ
ΗΝΣΩΣΙΓΕΝΕΟΣΙΕΡΟΠΟΛΙΤΑΣ
ΠΡΟΞΕΝΟΣΗΜΕΝΑΥΤΟΣΚΑΙ
ΕΙΓΟΝΑΥΠΑ . ΧΕΝΔΕΑΥΤΟΣΚΑΙ
ΙΣΟΠΟΛΙΤΕΙΑΝΚΑΙΤΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣ
ΕΝΤΗΣΙΝΙΟΛ_ΙΑΤΕΛΕΙΑΝ . . . ΙΣ
ΑΓ_ΣΙΚΑΙΕΞΑΤΩΣΙΚΑΙΚΑ . ΙΙ¯Α
ΕΑΝΚΑΙΚΔ . Ι . ΤΑΘΑΜ . . ΑΝΚ/ΙΕΝ
ΠΟΛΕΜΩΚΑΙΕΝΕΙΡΗΝΗ

*Ἀ[γ]α[θᾷ τύχ]ᾳ, ἔδο[ξ]ε [τᾷ βουλᾷ*
*καὶ τῷ δάμῳ, Κλησθ[έν]ης Σ[ω-*
*σ[ίν]ω ε[ἶπ]ε· Ἀντίοχον καὶ [Ἀγα]θοκ[λ-*
*ῆν Σωσιγένεος Ἱεροπολίτας*
*προξένος ἦμεν αὐτὸς καὶ*
*ἔ[κ]γονα, ὑπά[ρ]χεν δὲ αὐτο[ῖ]ς καὶ*
*ἰσοπολιτείαν καὶ [γ]ᾶς καὶ οἰκίας*
*ἔν[κ]τησιν, [κα]ὶ ἀτέλειαν [ὧν ἂν ε]ἰς-*
*άγ[ω]σι καὶ ἐξά[γ]ωσι καὶ κα[τ]ὰ*
*γ]ᾶν καὶ κ[α]τὰ θά[λασσ]αν κ[α]ὶ ἐν*
*πολέμῳ καὶ ἐν εἰρ[ά]ν[ᾳ.*

De forma Κλησθένης cf. de dial. §. 2. Hieropolitas hos esse cives Hierapolis Syriae ex nomine Antiochi Syris familiari colligit Gesn. De Hierapoli Cretae ne cogita: haec enim recens est manifesto. Ἔγγονα vs. 6. an ἔκγονα legendum sit, dubites: sed posterius in seqq. est magis frequentatum. Ad emendationem tenendum, Pocockium aliquoties ductus immiscuisse inanes.

## 2559.

*Apteris* (Palaeocastro); ex Pocockii Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 2. p. 42. n. 1.

. . . . . . ΜΟΣΧ . . . . . ΑΟ
. . . . . . ΤΕΑΙΝ_ΙΣ . . ΙΟΣ
. . . ΩΝΙΑΤΑΣ
. . . ΙΝΙΑΤΑΣΠΡΟΞΕΝΟ\
. . ΟΞΕΝΟΣ . ΑΥΤΟΣ
. ΑΙΕΓΓΟΝΟΙΑΥΤΟΣΚΑΙΕ
. ΤΟΛΕΜΑΙΣ
. . ΑΤΡΙΟΣΚΑΙΟ¯ΟΟΝΙΤΑΣΕΥΦΡΟΝΟΣ
. ΙΕΑΡΧΟΣΕΥΝΟΙΣΑΚΑΙΦΙΛΟΝΠΑΡΜΕΝ
ΕΙΩΤΑΙΠΡΟΞΙΟΝΟΙΑΥΤΟΙΚΑΙΕΚΡΟΝΑ

Hoc titulo non decretum de proxenia continetur, sed recensus proxenorum; ex quo genere est etiam n. 2560. in quo unus perscriptus proxenus est. Ordo verborum turbatus est, debetque, ut videtur, ex alia parte alii aliquid addi, fere sic:

I. vs. 1. Ὁ δεῖνα] Μόσχ - - [sc. υἱός et gentilicium], vss. 4. 5. πρόξενος αὐτὸς [καὶ ἔκγονοι.
II. vss. 2. 3. Ἀρίστ]αινος? - - - ιος [sc. υἱός, Ἀπολλ]ωνιάτας, vs. 6. [πρόξενος] αὐτὸς καὶ ἔ[κγονοι.
III. vs. 4. ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος Ἀπολλω]νιάτας
5. πρ]όξενος
6. αὐτὸς κ]αὶ ἔγγονοι.
IV. vs. 7. ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος Π]τολεμαι[εὺς πρόξενος etc.
V. vs. 8. Δαμ]άτριος καὶ - - - νίτας Εὔφρονος,
9. Ἐτ]έαρχος Εὐνοΐ[δ]α? καὶ Φίλ[ω]ν Παρμέν[ωνος? Ἡρακλ]-
10. ειῶται? πρόξ[ε]νοι αὐτοὶ καὶ ἔκ[γ]ονα.

## 2560.

*Gortyne*; ex Pocockii Inscr. ant. I, 4, 2. p. 43. n. 4. unde apposuit Neumann. Rer. Cret. spec. p. 110.

ΦΙΛΟΞΕΝΟΣΑΛΕΞΙΔΟΣ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΣΓΟΡΤΥΝΙΩΝ
ΠΡΟΞΕΝΟΣΚΑΙΠΟΛΙΤΑ
ΑΥΤΟΣΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙ

*Φιλόξενος Ἀλέξιδος Κυρηναῖος Γορτυνίων πρόξενος καὶ πολίτα[ς] αὐτὸς καὶ ἔκγονοι.*

Cf. ad n. 2559. De πολιτείᾳ simul cum proxenia data extra Graeciam continentem monui aliquoties.

## 2561.

*Apteris*; ex eodem ibid. p. 43. n. 2. Initio sex versus oblitterati notantur.

ΚΑΙΡΟΑΝΚΑΙΤΩΔΑΜΩΙΜΝΑΣΗΝΟΝΣΑΔΑΣ
ΝΑΠΑΤΡΩΝΟΣΤΙΜΩΝΑΔΑΜΙΟΝ . ΛΕΟΝ . . . . . ΡΑ
ΟΣΟΡΟΝΤΙΜΩΝΟΣΘΕΧ¯ . ΑΓΩ . ΓΤ . ΠΙ
Τ ΤΙΑ ΤΟΝ

*Ἔδοξε? τ]ᾶ [βωλᾶ] καὶ τῷ δάμῳ Μνασῆνον? - - -*
*Πάτρω]να? Πάτρωνος, Τίμωνα Δαμιο - - - - - - - -*
*- - - Θέω]ρον? Τίμωνος etc.*

Fragmentum decreti honorarii ut videtur.

---

## 2562.

Fragmentum decreti *Hierapytnii*, e Museo Tarvisiano editum ap. Montf. Diar. Ital. p. 74. cum nota.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ΤΟΥΤΟΚΟΝ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ΚΑΤΑΜΗΝ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . ΟΥΤΟΔΗΛΩΘΗΠΡΟΗ . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ΤΩΕΣΩΘΕΝΤΟΥΔΕΙΠΝΟΥ . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . ΝΩΝΕΓΓΙΣΤΑΤΡΙΩΝΑΔΕ . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . ΝΕΤΩΜΕΧΡΙΟΥΕΑΝΑΠΟΔΩΕΑΝΔΕΜ . . . . . . . .
. . . . . . . Μ . . ΜΗΕΣΤΩΤΗΣΓΕΡΟΥΣΙΑΣΑΛΛΑΕΤΕΡΟΣ . . . . . . .
. . . . . . . . ΝΤΟΣΕΑΝΕΑΥΤΗΣΕΙΚΟΝΑΣΑΡΓΥΡΑΣΚΑΤΑΣΚΕΥΑ . . . . . .
. . . . . . . ΝΕΣΤΩΣΑΝΤΩΛΩΙΠΩΧΡΟΝΩΠΑΡΑΤΩΓΡΑΜΜΑ . . . . . .
. . . . . . ΕΡΩΝΕΝΕΚΑΣΤΩΣΥΝΕΤΗΜΑΤΙΜΕΡΙΔΑΟΙΑΝΑΝΚΑΙΟΙΔ . . . . .
. . . . ΥΠΟΤΟΥΓΡΑΜΜΑΤΟΣΕΠΙΤΩΑΝΔΡΙΑΝΤΙΑΓΟΥΣΟΙΣΥΝΕΛΗ . . . . .
. . Ν . . ΩΔΩΣΕΙΤΩΚΟΙΝΩΟΙΝΟΥΤΡΙΕΤΟΥΣΚΕΡΑΜΙΟΝΕΑΝΤΙΣΠΑΡ . . .
. . . . ΔΗΝΑΜΑΠΕΝΤΕΤΟΕΠΙΤΗΜΠΟΜΠΗΝΑΝΚΛΑΡΙΟΝΕΞΑΡΤΙΖΟ . . .
. . . ΙΝΠΟΙΕΙΤΩΕΝΜΕΡΕΙΤΑΔΥΟΤΑΓΜΑΤΑΠΡΩΤΟΝΤΟΜΕΤΑΑΓΟΥ . . Ε . . .
. . . . ΤΟΕΤΕΡΟΝΩΣΑΥΤΩΣΟΥΚΕΞΕΣΤΑΙΤΩΥΠΟΔΕΧΟΜΕΝΩΟΥΔΕΝΙ . . . .
. . . . . . ΑΝΑΠΕΝΤΕΜΗΔΕΝΕΞΕΣΤΩΤΩΝΟΜΩΤΟΥΤΩΥΠΕΝΑΝΤΙ . . . . . .
. ΝΥΝΜΗΔΕΝΟΣΜΗΔΕΚΑΘΟΛΟΥΓΕΙΝΕΣΘΑΙΤΙΕΝΤΗΓΕΡΟΥΣΙΑΧΩΡΙ . . .
. . . ΝΤΟΥΧΡΕΟΝΤΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣΕΠΡΑΧΘΗΕΝΙΕΡΑΠΥΓΝΗΠΡΟΤ . . . .
. . . . ΛΕ . . . ΠΑΤΙΚΩΤΟ—ΛΟΥΚΙΩΕΠΙΔΙΩΤΙΤΙΩΑΚΥΛΕΙΝΩΥΠΑΤΟΙΣ . . . .
. . . . . ΟΥΤΙΤΙΑΝΟΥΥΠΕΡΑΝΘΟΥΣΚΙΘΝΟΥΥΙΟΥΜΗΝΟΣ . . . . ΔΑΚΙΟΥ . . . . .
. . . . ΤΗΓΕΡΟΥΣΙΑΜΟΥΤΟΝΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝΝΟΜΟΝ . . . . ΩΣΠΡΟ . . .
. . . . . . . ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΙΣΠΑΡΗΣΑΝΣΑΜΑΓΟΡΑ . . . Ω . . . . . ΑΝΕΥ . . . . .
. . . . . . . . . ΚΛΑΥΔΙΟΣΥ . . . . . ΘΗΣΒΟΥΛΗΣΠΡΗΓΙΣΤΟΣΤΙΚΛ . . . . . . .
. . . . . . . . . ΣΑΚΕΣΤΙΜΟΣΣΩΤΑΔΟΥΡΟΔΩΝΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ . . . . . . . . .
. . . . . . . . . ΟΣΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣΔΑΜΑΑΣΤΥΝΟΜΟΣΛΟΥΚΙΟΥ . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . ΟΝΑΣΙΩΝΟΝΑΣΙΩΝΟΣΠΟΥΠΛΙΟΣΚΟΡΝΗΛΙΟΣ . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . ΡΟΥ ΝΤΟΣΑΙΛΙΟΣΑΝΤΙΟΧΕΥΣΦΙΛΗΤΩΡΑΝΤ . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . ΑΡΙΘΕΜΙΣΤΙΤΟΣΙΟΥΝΙΟΣΑΡΤΕΜΑΣΓΑΙΟΣ . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . ΑΝΩΡΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣΓΑΙΟΣΑΙΜΙΛΙΟΣΗΛΕ . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . ΤΟΣΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ΕΠΑΦΡΙΩΝΟΣΣΩΤΗΡΙΟΣΣΩΤΗΡΙΟΥ . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ΛΙΟΣΙΟΥΛΙΟΣΑΝΤΙΟΧΟΣΝΟΥΜΕΡΙΟΣ . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . ΟΣΑΠΕΛΛΙΩΝΟΣΜΑΡΚΟΣΑΝ . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . ΟΣΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣΚΡΙΣΠΙ . . . . . . . . . . . . . .

Vs. 13. in textu Montf. est ΑΝΓΛΑΡΙΟΝ, operarum vitio ut videtur; in nota habetur *ἀνκλάριον*.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . τοῦ τὸ κο[ι]ν[ὸν? . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . κατὰ μῆν[α . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . τ]οῦτο δηλωθῇ πρὸ ἡ[μερῶν? . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . τῷ ἔσωθεν τοῦ δείπνου . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . μη]νῶν ἔγγιστα τριῶν. ἃ δὲ . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . νέτω, μέχρι οὗ ἂν ἀποδῷ· ἐὰν δὲ μ[ὴ ἀποδῷ? . . .
. . . . . . . μ . . μὴ ἔστω τῆς γερουσίας, ἀλλὰ ἕτερος [ἀντ' αὐτοῦ? . . . .
. . . . . . . . . ντος. ἐὰν ἑαυτῆς εἰκόνας ἀργυρᾶς κατασκευά[σῃ . . . .
. . . . . . . ν ἔστωσαν τῷ λοιπῷ χρόνῳ παρὰ τῷ γραμμα[τεῖ . . .
. . . . ἱ]ερῶν ἐν ἑκάστῳ συν[σ]τήματι μερίδα οἱ ἀναγκαῖοι δ[εξάσ-
θωσαν?] ὑπὸ τοῦ γραμματ[έ]ος ἐπὶ τῷ ἀνδριάντι Ἀγοῦς οἱ συνελη[λυθότες?
. . ν . . ω δώσει τῷ κοινῷ οἴνου τριέτους κεράμιον. ἐάν τις παρ[ῇ, λα-
βέτω?] δηνά[ρι]α πέντε τὸ ἐπὶ τὴμ πομπὴν ἀνκλάριον ἐξαρτιζό[μενον?
. . . ιν ποιείτω ἐν μέρει τὰ δύο τάγματα, πρῶτον τὸ μετὰ Ἀγοῦ[ς], ἔ[πει-
τα δὲ] τὸ ἕτερον ὡσαύτως. οὐκ ἐξέσται τῷ ὑποδεχομένῳ οὐδενὶ [δοῦναι ἔλατ-
τον ἢ δην]ά[ρι]α πέντε? μηδὲν ἐξέστω τῷ νόμῳ τούτῳ ὑπεναντί[ον . . . .
. νῦν μηδενός, μηδὲ καθόλου γείνεσθαί τι ἐν τῇ γερουσίᾳ χωρὶ[ς . . .
. . . ν τοῦ χρέοντος γραμματέος. Ἐπράχθη ἐν Ἱεραπύ[τ]νῃ πρὸ [γ̄ . . . .
. . . . λε . . [ὑ]πατικῷ τὸ [γ̄]? Λουκίῳ Ἐπιδίῳ, Τιτίῳ Ἀκυλείνῳ ὑπάτοις, [ἐπὶ Πρω-
τοκόσμου] . . ου Τιτιανοῦ Ὑπεράνθους Κίθνου? υἱοῦ, μηνὸς . . . . δακίου . . . . .
. . . . τῇ γερουσίᾳ μου τὸν προγεγραμμένον νόμον . . . . ως προ . . .

τοῖς προ]γεγραμμένοις? Παρῆσαν [Δ]αμαγόρας? . . . ω . . . . . ανευ . . . . .
. . . . . . . [Τι.]? Κλαύδιος Ὑ[περάν]θης βουλῆς πρήγιστος, Τι. Κλ[αύδιος .
. . . . . . . . ς, Ἀκέστιμος Σωτάδου, Ῥόδων Ἐπαφροδείτου, . . . . . . . .
. . . . . . . . . ος, Ἀντίπατρος Δαμᾶ, Ἀστύνομος Λουκίου . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . Ὀνασίων Ὀνασίωνος, Πούπλιος Κορνήλιος . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . ρου, [Κοΐ]ντος Αἴλιος Ἀντιοχεύς, Φιλήτωρ Ἀντ . . . . . . . .
. . . . . . . . . . Ἀρίθεμις, Τίτος Ἰούνιος Ἀρτεμᾶς, Γάϊος . . . . . . . . . .
. . . . . Εὐφρ]άνωρ Εὐφράνορος, Γάϊος Αἰμίλιος Ἠλε . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . τος, Ἐπαφρόδειτος Ἐπαφροδείτου, . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . Ἐπαφρίωνος, Σωτήριος Σωτηρίου . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . Γά]ϊος Ἰούλιος Ἀντίοχος, Νουμέριος . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ος Ἀπελλίωνος, Μάρκος Ἀν[τώνιος? . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . ος Ἐπαφρόδειτος, Κρισπῖ[νος . . . . . . . . . . . .

Decretum hoc, quod in *sacra pugna* datum esse Montf. scribit, factum est *Hierapytnae* (vs. 18.), quod videre iam Chish. Antt. As. p. 126. Valck. ad Adon. T. II. p. 152. ed. Berol. (qui tamen non recte intulit Dorismum Ἱεραπύτνᾳ), estque illud ex eo genere, ex quo Theraeum Epictetae testamentum n. 2448. sed multo recentius. Annus vs. 19. ex magistratibus, Proconsule, Consulibus Romanis, et Hierapytnio magistratu, Protocosmo haud dubie, quod nomen in recentioribus Cretae titulis assumi solet, designatus erat: sed illos Consules adhuc nemo repperit. Tiberio recentiorem esse inscriptionem nomina docent; immo ex nomine *Aelii* vs. 27. Hadriano colligitur non esse antiquiorem, debetque etiam multo recentior esse. Novimus Consulem a. p. Chr. 211. Q. Epidium Rufum Lollianum Gentianum, et Consules a. p. Chr. 125. 162. 249. 286. Vettios Aquilinos: sed nihil hinc lucramur. Nempe titulus est eius aetatis, qua orientali Imperio paruit Creta, recentior Constantino M. ex quo tempore Consularem habuit Creta, qui vs. 19. comparet. De singulis pauca dici certa possunt, neque expleri lacunae, quum praesertim versus haud pauci videantur longiores fuisse, quam colligas ex punctis a Montf. appositis. Agitur de instituendo et regendo sodalitio thiasitarum, in honorem, ut videtur, mulieris. Vs. 4. de epulis dicitur, quales haberi ab huiusmodi thiasitis solent. Vs. 5 sqq. videtur de pecunia dictum esse, quam solvere vel reddere debeant γερουσίας sodales: pecunia videtur illis legata esse, sed ea certa condicione reddenda. Qui non reddiderit, excluditur ex γερουσίᾳ, aliusque pro eo constituitur. Haec quidem γερουσία non urbis Senatus videtur, sed τοῦ κοινοῦ thiasitarum (vs. 12.). Vs. 6. prius ΕΑΝ mutavi in ΑΝ. Vs. 8. patet mulierem instituisse haec; quae quidem dicatur velle κατασκευάσαι ἑαυτῆς εἰκόνας ἀργυρᾶς, similiter atque in testamento Epictetae. Hae imagines videntur apud scribam servandae esse (vs. 9.). Ἱερῶν μερίδα, quae usitata formula est, accipiunto necessarii ἐν ἑκάστῳ συνστήματι (haec est vera correctio nostra), hoc est *in quoque conventu*, opinor. Vs. 11. nomen mulieris Ἀγώ (Ἠγώ) comparere videtur, quod redit vs. 14. De ceteris non dico uberius, quod aperta sunt, quae supersunt, supplementa vero expediri nequeunt. Vs. 13. ἀνκλάριον videtur ἀνακλήριον esse, ex antiquiore dialecto retento Dorismo: vis vocabuli latet. Vs. 17. 18. Neumannus Rer. Cret. spec. p. 83. supplet χωρι[ζόμενο]ν, cui non confido. Χρέοντος si verum, est idem quod χρηματίζοντος. Vs. 18. extr. fuit πρὸ γ̄ Καλανδῶν vel simile et deinde mensis Romanus. Vs. 19. linea horizontalis, quam sic in lapide esse testatur Montf. non potuit aliud nisi numerus esse; dedi γ̄. De Consulari Cretae praeside cf. ad n. 2592. 2593. Vs. 21. τῇ γερουσίᾳ μου mirum est; nisi genitivum velis ex voce νόμον suspendere. Vs. 22. παρῆσαν non cum prioribus iungendum; cf. n. 1732. *a. b.* Est Latinum *scribendo affuerunt.* Vs. 23. βουλῆς πρήγιστος est fere qui Spartae πρέσβυς γερόντων (cf. T. I. p. 610. *a.*): de eo cf. etiam Höck. Cret. T. III. p. 93. Non esse cum Valck. πρείγιστος scribendum, docui de dial. §. 9. nec cum eodem scribendum βουλᾶς. De nomine Ἀκέστιμος vs. 24. cf. n. 2583. Postremo de asyndeto, quod frequentissimum in hoc decreto esse vel ex his, quae supersunt, laciniis patet, dixi de dial. §. 10.

---

## 2563.

Fragmentum genealogiae *Hierapytniae*, fabulosae opinor, ap. Maffei. Mus. Veron. p. XXXVI. Ex hoc Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 249. Höck. Cret. T. III. p. 516.

. . . . . . . . . . . . . . .
ΕΤΕΑΝΩΡΜΕΛΑΝΘΥΡΩ
ΟΥΤΟΣΟΙΚΙΖΟΜΕΝΑΣ
ΤΑΣΙΕΡΑΠΥΤΝΑΣΑΚΜΑ
ΖΕΤΟΥΤ. . . ΓΥΝΑΠΥΡΡΑ
ΚΑΙΤΕΚΝ. . . . . ΝΕΩΝ
ΜΕΛΑΝΘΥ. . . . . ΑΡΟΣ
ΕΧΟΙΤΑΣ. . . . . ΥΛΙΣ
ΕΤΥΜΑΑΠΟΜ.ΛΑΝΘΥΡΩ
.ΕΠΑΜΕΓΕΝΟΣΜΕΛΑΝΘΥΡΩ

Ἐτεάνωρ Μελανθύρω.
οὗτος οἰκιζομένας τᾶς Ἱεραπύτνας ἄκμαζε.
τούτ[ου] γυνὰ Πύῤῥα, καὶ τέκν[α]·
. . . . νέων,
Μελάνθυ[ρος],
. . αρος,
Ἐχοίτας,
. . . . . υλίς,
Ἐτύμα.
Ἀπὸ Μ[ε]λανθύρω ἐπ᾿ ἀμὲ γένος Μελανθύρω·
\- - - - - - - -

Vs. 8. incipiebat nova pars genealogiae progrediens a Melanthyro Eteanoris f. et continuata usque ad eos, qui titulum posuerunt (ἐπ' ἀμέ, vide de dial. §. 7.).

---

## 2564.

Pauci supersunt donariorum tituli n. 2565 sqq. His liceat praemittere hunc *Hierapytnium* ex schedis Pigafettae editum a Grutero p. MCLIV. 10. qui videtur longioris inscriptionis initium esse, qua dedicatum aliquid fuerit. Reieceram hunc ad finem Creticorum; sed quod hac plagula ex parte iam impressa eximendus hoc loco alius erat, quem tum demum comperiebam non esse Creticum, numeri causa hunc praecepi.

ΜΑΡΚΟΣΑΝΤѠΝΙΟΣΘΕΟΠΟΜΠΟΥ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣΚΑΙΠΤΟΛΟΜΑΙΟΣ

Μάρκος Ἀντώνιος Θεοπόμπου ἀπελεύθερος καὶ Πτολ[ε]μαῖος etc.

## 2565.

*Hierapytnae* in marmore quadrato; ex schedis Honorii Belli Pigafetta Grutero, qui edidit p. MLXVII. 7. hinc Cuper. Apoth. Hom. p. 301. (ex hoc Paciaud. Mon. Pelop. T. II. p. 158.), Cornel. Cret. sacr. T. I. p. 248. Neumann. Rer. Cret. spec. p. 99.

ΑΘΑΝΑΙΑΙΠΟΛΙΑΔΙ
ΧΑΡΙϹΤΗΡΙΟΝ
ΥΠΕΡΤΗϹΤΟΥΠΑΤΡΩΝΟϹ
ϹΩΤΗΡΙΑϹ

Ἀθαναίᾳ Πολιάδι χαριστήριον ὑπὲρ τῆς τοῦ πάτρωνος σωτηρίας.

Non „propter sanatum Patronem", ut Cup. sed „*pro salute patroni*". Titulus videtur a republica dicatus. Πάτρωνα esse Latinum *patronum*, multi testantur tituli, ut inter Cretenses n. 2583. quis ille patronus fuerit, alio fortasse monumenti loco scriptum fuit.

## 2566.

In parietinis *Eleuthernarum*; ex codice ms. bibliothecae Lollinianae ed. Donius Class. I. n. 37. p. 11. atque inde Murat. T. I. p. XXXV. 3. item Martorellius de theca calamar. p. 148. et ex hoc Donatus p. 23. 3. cum nota prolixa. Tractavit Dorvill. ad Charit. p. 302. ed. Lips.

ΑΡΧΟΝΙΚΑΖΑΥΛΩ
ΚΑΙΑΕΣΣΑΑΝΑΖΩΣΑ
ΑΡΤΕΜΙΔΙΕΥΑΚΩΙ
ΕΥΞΑΜΕΝΑΥΠΕΡ
ΑΥΣΑΥΤΑΣΕΥΧΑΝ

De duabus tribusve puerperis intelligebat Dorv. *Archonica*, *Zaulone* et *Aëssa*: igitur vs. 5. ἑαυτᾶν vel ἑαυταῖν corrigit: εὐξαμένα ei dualis est pro plurali, ut ipse ait. Sed potius εὐξαμένα et ΑΥΤΑΣ docent unius hoc esse votum. Coniicio vs. 5. init. ΑΥ, ut saepe factum, esse lectum, ubi erat ornamentum, ut ꝏ: et scribo ἑαυτᾶς, Ε pro Σ. Vs. 1. extr. fortasse Α periit, ut duplici mulier nomine usa sit. Sic prodeunt fere haec:

Ἀρχονίκα ἁ Ζαύλω, [ἁ]
καὶ Ἄεσσα, ἀναζῶσα,
Ἀρτέμιδι εὐακ[ό]ῳ
εὐξαμένα ὑπὲρ
[ἑ]αυτᾶς εὐχάν.

Ζαῦλος est pro Σαῦλος ex adiectivo σαυλός, ut ζαυκίτροφος pro σαυκίτροφος, quod ab eadem radice. Ἀναζῶσα videtur pro ἀναζήσασα esse. Εὐακόῳ dedit Mur. neque opus scribi ἐπακόῳ.

## 2567.

*Hierapytnae*; ex schedis Cyriaci Vaticanis ed. Donius I, 56. p. 15. hinc Donatus p. 65. 3. Murat. T. I. p. CXLII. 2. sed illatis mendis. Ex ipso codice Vaticano eodem (n. 5237.) dedit Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 247. Formam tituli ex Donio dedi, lectionem ex Cornelio.

ΤΑΝΔΑΜΑΤΡΑ
ΚΑΙΤΑΝΚΩΡΑΝ
ΑΡΧΕΔΙΚΑΖΗΝΟΦΙ
ΛΩΜΕΤΑΤΑΝΠΕΡΙ
ΣΤΑΣΙΝΥΠΕΡΤΑΣ
ΠΟΛΕΟΣΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΙΔΡΥΣΑΤΟ

Vs. 3. 4. Don. ΖΗΝΟΦΟΙΛΩ; vs. 6. Donius et Corn. ΠΟΛΕΟΣ (non ΠΟΛΕΩΣ, quod auctoritate caret).

Τὰν Δάματρα καὶ τὰν Κώραν Ἀρχεδίκα Ζηνοφίλω μετὰ τὰν περίστασιν ὑπὲρ τᾶς πόλεος ἐκ τῶν ἰδίων ἱδρύσατο.

Ζηνοφίλω in hoc lapide legendum esse vidit etiam Eckhel. D. N. T. II. p. 313. ex nummo Hierapytnio ad Atticam formam cuso, in quo est ΖΗΝΟΦΙ (ib. p. 221.). Fuit igitur ille magistratus Hierapytnius. Περίστασιν *calamitatem* recte interpretatur Muratorius; sed ea quae fuerit, nescitur. Fortasse ea pertinet ad bellum Metelli et cladem Aristonis (cf. Höck. Cret. T. III. p. 512.).

## 2568.

In agro *Hierapytnio*; ex cod. Vatic. n. 1754. edidit Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 245.

ΘΕΑΙΣΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙΚΟΡΙ
ΛΑΡΚΙΑΑΡΤΕΜΙΕΙΣΕΚΤΟΝΙ
ΛΟΝ

Θεαῖς Δήμητρι καὶ Κόρ[ῃ]
[Μ]αρκία Ἀρτεμι[σ]ί[α]? ἐκ τ[ῶ]ν ἰ-
[δίω]ν.

Possis et Ἄρτεμις, quod nomen mulieris esse videtur n. 2569.

## 2569.

In agro *Rhithymnio* (Rhithymna hodie dicitur Retimo) ad radices montis Idaei, haud procul a pago Melidone dicto, ad introitum speluncae; ex autographo Honorii Belli medici Philippus Pigafetta Grutero, qui ed. p. MLXVIII. 1. cum interpretatione Latina Furlani (cf. Nott. p. CCCXV.). Vitiosissime ex schedis Ambrosianis edidit Murat. T. I. p. LL 2. „in montibus Tallaeis prope Callergiam", cui loci designationi nihil tribuendum, quum Tallaeorum montium mentio ex titulo ipso sit petita, nec situs Callergiae definitus sit. Ex Grutero et Muratorio dedit Cornelius Cret. sacr. T. II. p. 138. 140. ex Grutero Fleetwood p. 50. 1. Tractarunt Leich. Misc. Lips. T. I. P. III. p. 450. Dorvill. in Charit. p. 499. ed. Lips. qui schedis nescio quibus et apographo Hug. Grotii usus est. Extat etiam apud Reiskium Anthol. p. 109. n. 649. ex apographo Lipsiensi. Brunckius recepit in Analect. T. III. p. 183. (Iacobs. Animadv. T. III. P. I. p. 382.) et Iacobsius in Anthol. Palat. Append. p. 282. cf. nott. T. III. p. 946.

ΑΡΤΕΜΙΣΗΣΑΛΟΥΣΙΟΥΘΥΓΑΤΗΡ
ΟΥΡΕΣΙΤΑΛΛΑΙΟΙΣΙΝΙΔΡΥΜΕΝΕΜΑΙΑΔΟΣΕΡΜΗ
ΣΠΟΝΔΗΝΚΑΙΘΥΣΙΗΝΔΕΞΟΦΙΛΟΦΡΟΣΥΝΟΣ
ΗΝΣΟΙΣΑΛΟΥΙΟΣΜΗΝΑΣΛΟΙΒΑΙΣΙΓΕΡΑΙΡΕΙ
ΚΤΗΣΕΟΣΕΞΟΣΙΗΣΨΥΧΙΚΑΔΩΡΑΔΙΔΟΥΣ
ΚΑΙΠΡΙΝΜΕΝΖΩΣΗΣΑΛΟΧΟΥΦΑΟΣΕΙΣΟΡΟΩΣΗΣ
ΣΥΝΚΕΙΝΗΙΚΑΤΕΤΟΣΣΟΥΣΕΓΕΡΑΙΡΕΤΟΠΟΥΣ
ΑΝΘΩΝΔΕΝΧΡΟΝΙΣΑΣΕΠΕΤΗΣΙΟΝΟΥΚΑΠΕΔΩΚΕΝ
ΣΥΜΒΙΟΥΑΓΝΟΤΑΤΑΣΤΟΥΔΕΚΑΤΑΦΘΙΜΕΝΑΣ
ΑΛΓΗΣΑΣΦΡΕΝΑΠΟΛΛΑΜΑΘΩΝΔΟΤΙΔΕΙΤΑΓΕΘΕΙΑ
ΤΙΜΑΝΔΙΠΛΗΝΣΟΙΤΗΝΔΕΠΟΡΕΝΘΥΣΙΑΝ
ΚΑΙΣΥΔΕΠΑΝΤΟΚΡΑΤΩΡΕΡΙΟΥΝΙΕΤΟΝΔΕΦΥΛΑΣΣΟΙΣ
ΖΩΟΝΟΠΩΣΤΙΜΑΙΣΟΝΔΙΟΛΟΥΤΕΜΕΝΟΣ

Fundus lectionis est textus Gruteri. Muratorii apographum adeo corruptum est, ut taedeat integram enotare varietatem; neque apographum Lipsiense quae habet, annoto omnia. Vs. 1. Grut. ΑΡΤΕΜΙΣΗΣΑΛΛΟΝΙΟΣ et nihil praeterea; Mur. quod dedi. Vs. 2. vulgo ΤΑΛΛΕΙ etc. ΑΙ pro ΕΙ dedi ex Mur. et sched. Dorv. Ibidem Grut. ΙΔΡΙ etc. (ap. Lips. ἴδρις υἱεῦ); Murat. ΤΑΛΛΑΙΟΙΣΕΙΔΕΥ etc. unde Υ recepi. Vs. 3. Mur. ΘΥΣΙΑΝ; ibidem extr. Mur. ΦΙΛΟΦΡΟΝΕΩΣ, ap. Grut. φιλοφροσύνης. Vs. 4. vulgo ΣΑΛΛΟΝΙΟΣ, pro quo quum ΣΑΛΛΩΝΙΟΣ exspectaris, dedi ex Mur. ΣΑΛΟΥΙΟΣ. Vs. 8. ap. Lips. δὲ χρονίσας et cum Mur. ΕΦΕΤ etc. Vs. 11. Grut. et alterum Dorv. apographum, ΔΙΠΛΗ; ap. Lips. δήλην, Mur. ΔΙΝΑΗΝ: edidi igitur ΔΙΠΛΗΝ, quod alterum Dorv. apographum habet. Vs. 13. Mur. ΤΙΜΑ sine Iota subscr.

Ἄρτεμις ἡ Σαλουΐου θυγάτηρ.
Οὔρεσι Ταλλαίοισιν ἱδρυμένε Μαιάδος Ἑρμῆ,
Σπονδὴν καὶ θυσίην δέξο φιλοφρόσυνος,
Ἣν σοι Σαλούϊος Μηνᾶς λοιβαῖσι γεραίρει,
Κτήσεος ἐξ ὁσίης ψυχικὰ δῶρα διδούς.
Καὶ πρὶν μὲν ζώσης ἀλόχου φάος εἰσοροώσης,
Σὺν κείνῃ κατ' ἔτος σοὺς ἐγέραιρε τόπους·
Ἀνθ' ὧν δ' ἐνχρονίσας ἐπετήσιον οὐκ ἀπέδωκεν,
Συμβίου ἁγνοτάτας τοῦδε καταφθιμένας,
Ἀλγήσας φρένα πολλά, μαθὼν δ' ὅτι δεῖ τά γε θεῖα
Τιμᾶν, διπλῆν σοι τήνδ' ἔπορεν θυσί[η]ν.
Καὶ σὺ δέ, παντοκράτωρ Ἐριούνιε, τόνδε φυλάσσοις
Ζωόν, ὅπως τιμᾷ σὸν δι' ὅλου τέμενος.

De plurimis remitto ad Iacobsii commentarios, ex quibus non multa repeto. Vs. 1. delevi tertium Σ duce vs. 4. Haec linea quid aliud sibi velle possit, nisi hanc puellam carminis esse auctorem, non video. Nam quod Dorv. putat, illam pro patre sacrum obisse et administrasse, id debebat dici, nec dictum est. Vs. 2. *Tallaei montes* memorantur, qui debent ibi quaeri, ubi hoc monumentum positum; ibi enim huic Mercurio sacrificatum est. Non igitur prope Olontem sunt, ut statuit Höckius Cret. T. I. p. 416. sed prope Rhithymnam sub Ida. Ibi igitur potissima est sedes Iovis Tallaei, licet is Olonte quoque templum habuerit, et per illum iurent Latii et Olontii (n. 2554. 95. 178.). Meminit etiam Hesychius v. ubi male simplici Lambda scribitur. Huic Iovi actus agon gymnicus Ταλαιδῖτης, ut est ap. Hesych. ubi rescripserim Ταλλαῖτης. Vs. 4. cur malim *Salvium Menam*, quam *Sallonium*, dixi in varia lectione: nec puto obstare, quod Σαλούϊος choriambus est. Plurimi tamen probarunt lectionem Σαλλόνιος; est etiam qui Ταλλόνιος voluerit. Mox ψυχικὰ δῶρα Dorv. et qui eum sequuntur, ut Schneiderus in Lex. Gr. interpretantur *cruenta sacra*; quod alienum esse ab hoc loco vidit Iac. qui recte cum Grotio *libenter et ex animo data* intelligit.

---

## 2570.

„In vico sive castello Cretae insulae, cui nomen hodie est Πεδιάς, id est *Planities* (il Piano)"; ex codice ms. bibliothecae Lollinianae ed. Donius II, 72. p. 88. et hinc Murat. T. I. p. CDXLV. 2. non sine menda. Ex codice Vaticano n. 1759. titulum hunc habet Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 34. annexum titulo n. 2579. iterumque quasi alium ex Murat. ibidem p. 47. Et n. 2579. quidem manifesto *Lyttius* est, diciturque a Grutero in ruinis Lytti repertus, ubi multi alii tituli manifesto Lyttii reperti sunt; igitur quum idem titulus in Vaticanis schedis dicatur in castello Pediade repertus, patet ad Pediadem quaerendam Lyttum esse; quod fugit Höckium Cret. T. I. p. 408. Pedias vero videtur in plano montano sita, ut Lyttus vocata est διὰ τὸ κεῖσθαι ἐν μετεώρῳ τόπῳ (Steph. Byz. v. Λύκτος, et hinc Eustath. l. c. ab intt. coll. Hesych. v. λυττοί): nec diversa est ab oppido Pediata s. Pidiata, cuius passim mentio fit apud Bondelmontium et in actis Venetorum (vide Cornel. l. c. T. I. p. 2. p. 13. p. 47. p. 79. p. 102. p. 116. T. II.

p. 238. p. 240.). Haec per se satis firma insuper confirmat n. 2574. Hic titulus secundum Honorium Bellum et Pigafettam in ruinis Lytti inventus est, quod ex ipso quoque titulo patet; Cyriacus Anconitanus vero, ubi hunc titulum refert, dicit eum apud Lyttum repertum esse „prope villam, quam *Pisiadam* dicunt." Huius igitur loci situm ubi accuratius definieris, Lytti locus definitus fuerit; interim Pidiatam noto ad Lasitos montes, qui hodie vocantur, collocatam fuisse (cf. Cornel. T. I. p. 47.), ubi Lyttum recte quaesivit Sieber Itin. Cret. T. II. p. 277.

ΤΙΒ·ΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΚΑΙΣΑΡCΕΒΑΣΤΟΣΓΕΡ
ΜΑΝΙΚΟCΤΑCΟΔΟΥCΚΑΙ
ΤΟΥCΑΝΔΡΟΒΑΜΟΝΑCΑΠΟ
ΚΑΤΕCΤΗCΕΝΔΙΑ·Κ·ΠΑΚѠΝΙΟΥ
ΑΓΡΙΠΠΙΝΟΥΤΟ·Β·ΚΑΙΔΟΡΟ
ΘΕΟΥΤΙ . . . . . . . . . . .

Hoc est Donii exemplum, nisi quod ubi Σ dedi ex Cornelio, ibi Donius C habet. Ceterum Cornelii quisquilias mitto. Pro C omnibus locis arbitror Σ fuisse, ut n. 2574.

*Τιβ. Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικὸς τὰς ὁδοὺς καὶ τοὺς ἀνδροβάμονας ἀποκατέστησεν διὰ Κ. Πακωνίου Ἀγριππίνου τὸ β̄, καὶ Δ[ω]ροθέου Τι - - -*

Titulus pertinet ad Claudium Imperatorem, et secundum annum Proconsulis, ut videtur, Paconii Agrippini, quem novimus ex Taciti Ann. XVI, 28 sqq. ubi cf. intt. Ἀνδροβάμων est *semita*; Hesych. ἀνδρόβασμος, στενὴ ὁδός. In fine fortasse Protocosmus Lyttiorum latet.

## 2571.

In Cretae pago *Choustiliana*; ex schedis alienis Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 7. p. 41. n. 3.

ΚΡΑΝ. . . ΑΡΧ . Ν
ΝΕΡΩΝΑΣΤΙΙ
ΤΡΑΙΑ . . . . . ΣΠΟ
ΚΕΤΟ
ΝΙΚ

Haec restitui nequeunt. Vs. 3. tamen patet Τραϊανὸς scriptum fuisse; unde vs. 2. conieceris Νερούας et vs. 1. Αὐτο]κρά[τωρ Καῖσ]αρ. Possis et vs. 5. Γερμα]νικ[ός. Sed in unum haec inter se et cum reliquis componi nequeunt.

## 2572.

In ruinis *Lytti*; ex autographo Honorii Belli Pigafetta Grutero, qui edidit p. MLXXXIV. 9. (cf. Nott. p. CCCXV. p. CCCLV.) Hinc Fabrettus de Col. Trai. p. 237 sq. Vandal. Diss. p. 752. Cornel. Cret. sacr. T. I. p. 35. Titulus haud dubie in ara scriptus fuit.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙCΑΡΙ
ΘΕΟΥΝΕΡΒΑΥΙΩΝΝΕΡΟΥΑ
ΤΡΑΙΑΝΩCΕΒΑCΤΩΑΡΙCΤΩ
ΑΡΜΕΝΙΚΩΔΑΚΙΚΩΑΡΧΙ
ΕΡΕΙΜΕΓΙCΤΩΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗCΕΞΟΥCΙΑCΤΟΙᾹ
ΥΠΑΤΩΤΟΓ̄ΠΑΤΡΙΠΑΤΡΙΔΟC
ΤΩΤΗCΟΙΚΟΥΜΕΝΗCΚΤΙ
CΤΗΛΙΤΤΙΩΝΗΠΟΛΙΣΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥΒΑΝΑΞΙ
ΒΟΥΛΟΥΚΟΜΑCΤΑΤΟΒ̄

Puncta a Grut. inter vocabula posita omisi. Vs. 2. dele secundum Ν. Pro C arbitror Σ ponendum, ut n. 2374.

*Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεοῦ Νερ[ού]α υἱῷ, Νερούᾳ Τραϊανῷ Σεβαστῷ, ἀρίστῳ, [Γε]ρμ[α]νικῷ, Δακικῷ, ἀρχιερεῖ μεγίστῳ, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ια̅, ὑπάτῳ τὸ [ε̅], πατρὶ πατρίδος, τῷ τῆς οἰκουμένης κτίστῃ, Λ[υ]ττίων ἡ πόλις, διὰ Πρωτοκόσμου Βαναξιβούλου Κ[ω]μάστα τὸ β̄.*

Vs. 4. Γερμανικῷ corrigendum esse recte notavit Masson. in Nott. Grut. (p. CCCLV.). Vs. 7. τὸ ε̅ scribendum esse vidit Fabrettus. Annus est post Chr. 107–108. Vs. 9. ferri non potest Λιττίων. Et nummi et scriptores tenent Υ: etiam tituli habent Υ (cf. potissimum ad n. 2576.), tribus exceptis exemplis Pigafettae ab Honorio Bello scriptis n. 2577. 2578. 2586. et binis ex eodem fonte petitis, de quibus statim monebo: in quibus Ι debetur Italis, qui hoc substituere litterae Υ consueverunt. Sed n. 2573. 2575. 2583. Λυττίων est etiam in Gruterianis Italorum exemplis; in duobus Pigafettianis n. 2574. 2579. Υ restitui ex melioribus apographis. Vs. 11. τὸ β̄ manifesto pertinet ad munus Protocosmi bis gestum, ut etiam n. 2577. 2578. atque ut arbitror n. 2580. iudicandum est: certum exemplum habes n. 2583. Cosmi nomen interpreti in nott. Grut. p. CCCXV. ita ut etiam in textu habebatur, est hoc secundo casu: ΒΑΝΑ.Ξ̄.ΙΒΟΥΛΟΥ, vel pro Ξ ex n. 2577. Ζ: Βανᾶ ζ̄, Ἰβούλου; ridicule. Pro Ξ scribendum hic Ξ et pro Ζ n. 2777. Ƶ, et coniunctim legendum Βαναξιβούλου (vide de dial. §. 1.). Vs. 11. Κ[ω]μ. esse corrigendum reliqui tituli docent. Κωμαστὴς in notis ad Grut. p. CCCXV. dicitur esse „magistratus sacrorum faciundorum causa", quod probat Vandal. Ego signavi Κωμάστα, ut patris nomen sit omisso τοῦ, quod saepe fit. Solet enim in Graecis nominibus simplicibus et in Graecis praenomine Romano auctis addi nomen patris, quod omitti solet in nominibus Romanis triplicibus (ut n. 2573 sqq.). Sic n. 2579. diserte habes: διὰ Πρωτοκόσμου [Τί]του? Κουρνίου Διοτέλους υἱοῦ. Iam vero Κωμάστα esse patris nomen, apertius videtur ex n. 2578. ubi est Τ. Φλαουΐου Κωμάστα, qui Protocosmus est ex eadem familia vel ex affini aliqua, et Romano nomine utitur triplici, in quo Κωμάστας est cognomen: quod quum non videret Vandal. p. 753. coniecit cognomen excidisse. Accedit quod n. 2580. legitur Κύρνιος Κωμάστα τὸ . . in quo Κύρνιος nominativus est et idem quod n. 2579. Κούρνιος, et tamen genitivum additum habet Κωμάστα. Omnes hi homines Protocosmi ex nobili aliqua gente Lyttia sunt, in qua, ut solet, frequentatum hoc nomen Κωμάστης.

## 2573.

In parietinis *Lytti*; ex Honorii Belli autographo a Pigafetta Gruterus p. MLXXXIV. 10. et hinc Cornelius l. c. p. 35. Vandal. Diss. p. 751. Est arae titulus.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙCΑΡΙ
ΘΕΟΥΝΕΡΒΑΥΙΩΝΝΕΡΟΥ
ΑΤΡΑΙΑΝΩCΕΒΑCΤΩ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΩΔΑΚΙΚΩ
ΑΡΧΙΕΡΕΙΜΕΓΙCΤΩΔΗ
ΜΑΡΧΙΚΗCΕΞΟΥCΙΑC
ΤΟΙϛΥΠΑΤΩΤΗΣΟΙ
ΚΟΥΜΕΝΗCΚΤΙCΤΗ
ΛΥΤΤΙΩΝΗΠΟΛΙΣ
ΔΙΑΠΡΩΤΟΚΟΣΜΟΥΜ
ΠΟΜΠΗΙΟΥΚΛΕΥΜΕΝΙ
ΔΑ

Pro C repone Σ, ut n. 2574. et vs. 9. 10. Vs. 2. dele secundum N.

Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεοῦ Νερ[ού]α υἱῷ, Νερούᾳ Τραϊανῷ Σεβαστῷ, Γερμανικῷ, Δακικῷ, ἀρχιερεῖ μεγίστῳ, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιϛ, ὑπάτῳ [τὸ ϛ, πατρὶ πατρίδος, τῷ] τῆς οἰκουμένης κτίστῃ, Λυττίων ἡ πόλις διὰ Πρωτοκόσμου Μ. Πομπηΐου Κλευμενίδα.

De Protocosmo hoc cf. n. 2574. 2575. Familia eius nomen traxit ex Pompeio M. qui in Creta res gessit. Post ὑπάτῳ (vs. 7.) is qui transcripsit, omisit integrum versum; quod satis patet ex n. 2574. Nempe ex ὑπάτῳ aberravit ad τῷ, quod ante κτίστῃ fuit. Cosmi eponymi annui sunt; Cleumenidis autem annus incidit in duos annos tribuniciae potestatis Traiani, a. XVI. quo hic titulus scriptus est, et a. XVII. quo n. 2574. A qua vero anni epocha tribunicia Traiani potestas computetur, haud satis liquet; vide Eckhel. D. N. T. VI. p. 454 sqq. Victore teste in Epitome non ante exeuntem Octobrem coeperit eius tribunicia potestas, quippe quum non ultra tres menses collega Nervae fuisse dicatur, qui exeunte Ianuario obiit: Belleius tamen d. XVIII. Sept. coepisse Traiani tribuniciam potestatem putabat. Sed Belleium satis refutavit Eckhelius, unumque hoc Belleio concedere coactus est, nonnullas Asianas urbes in calculo tribuniciae potestatis recessisse a Romano more; qua tamen re concessa non concessum est illud, quod Belleius statuebat, tribuniciae potestatis principium. Utut est, Cretensis annus civilis novicius, quem Traiani aetate obtinuisse probabile est, incipiebat a d. XXIII. Sept. (Ideler. Enchir. Chronol. T. I. p. 426.): igitur, si annus trib. pot. coeperit a d. XVIII. Sept. ita huic Cretensis annus convenerit, ut nisi statuas, secundum titulum a d. XVIII – XXII. Sept. positum esse, non possit annus tribuniciae potestatis duplex eodem Protocosmo titulis inscriptus esse; sin annum tribuniciae potestatis Traiani ab exeunte Octobri computes, minus is congruet cum Cretico. Posterius si sumimus, Cleumenides inierit magistratum a. p. Chr. 113. XXIII. Sept. a. trib. pot. Trai. XVI. ac tum initio magistratus Cleumenidis hic titulus positus fuerit; mox exeunte Octobri incipiebat a. trib. pot. Trai. XVII. ac tum alter titulus n. 2574. in sollitis sollemnibus imperii a Traiano suscepti et renovatae tribuniciae potestatis positus fuerit, aut si malis etiam postea usque ad XXII. Sept. a. 114. Sin prius statuemus, Cleumenides d. XXIII. Sept. a. 112. inito magistratu, pro urbe posuerit titulum n. 2573. post d. XXII. Sept. a. 112. trib. potest. Trai. XVI. sive statim initio magistratus sive postea usque ad d. XVII. Sept. a. 113. alter autem titulus n. 2574. positus fuerit inter d. XVIII – XXII. Sept. a. 113. in fine magistratus Cleumenidis et in sollemnibus initae trib. pot. Trai. XVII.

## 2574.

„In ruinis *Lytti*"; ex Honorii Belli autographo Pigafetta Grutero, qui edidit p. MLXXXIV. 11. Ex hoc dedit Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 36. et prius Vandal. Diss. p. 751. Fabrettus de Col. Trai. p. 257 sq. Rursum ex schedis Cyriaci Anconitani (cod. Vatic. n. 5237. qui solos Creticos Cyriaci titulos continet) dedit Donius III, 12. p. 116. et ex Donio Murat. T. II. p. MLVI. 1. ac denuo ex Cyriaci schedis Cornelius l. c. Cyriacus praescripsit: „Apud Lytton antiquam et mediterraneam urbem magna ex parte deletam, prope villam, quam Pisiadam dicunt." De hoc loco cf. ad n. 2570. Est arae titulus.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙΘΕΟΥΝΕΡοΥΑΥΙΩ
ΝΕΡΟΥΑΤΡΑΙΑΝΩΣΕΒΑΣΤΩΓΕΡΜΑΝΙΚΩ
ΔΑΚΙΚΩΑΡΧΙΕΡΕΙΜΕΓΙΣΤΩΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟΙΖΥΠΑΤΩΤΟΓ
ΠΑΤΡΙΠΑΤΡΙΔΟΣΤΩΤΗΣΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
ΚΤΙΣΤΗΛΥΤΤΙΩΝΗΠΟΛΙΣΔΙΑΠΡΩΤΟ
ΚΟΣΜΟΥΜ·ΠΟΜΠΗΙΟΥΚΛΕΥΜΕΝΙΔΑ

Varietas lectionis non in censum venit nisi Gruteri, Donii, Cornelii. Forma tituli apud omnes hos diversa est; dedi Cornelianam, quae videtur fidissima esse. Fundus lectionis est Corn. reliquorum hae sunt varietates. Grut. C pro Σ. Vs. 1. Corn. ΚΑΙΣ omisso ΑΡΙ, quod addidi ex Don. Grut. Tum Grut. ΝΕΡΒΑ, Don. ΝΕΡΟΥΑ. Vs. 2. Corn. ΤΡΑ ΥΙΑΩ, Grut. Don. quod dedi. Vs. 2. 3. Grut. omittit verba Γερμανικῷ Δακικῷ. Vs. 5. Corn. ΟΙΚΟΥΕΜΕ ΝΗΣ, Don. ΟΙΚΟΥΜΕΝΕΣ, Grut. quod dedi. Tum Don. Corn. ΚΤΗΣΤΗ, Grut. quod dedi. Vs. 6. Grut. ΛΙΤ etc. (cf. ad n. 2572.) Vs. 7. Grut. Don. ΚΛΕΙΜ etc. verum esse ΚΛΕΥΜ. docent tituli n. 2573. 2575.

Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεοῦ Νερούα υἱῷ, Νερούᾳ Τραϊανῷ Σεβαστῷ, Γερμανικῷ, Δακικῷ, ἀρχιερεῖ μεγίστῳ, δημαρ-

χικῆς ἐξουσίας τὸ ιζ̄, ὑπάτῳ τὸ [ϛ̄], πατρὶ πατρίδος, τῷ τῆς οἰκουμένης κτίστῃ, Λυττίων ἡ πόλις διὰ Πρωτοκόσμου Μ. Πομπηΐου Κλευμενίδα.

Vs. 4. pro Γ̄ repone ϛ̄; viderunt iam Masson. in Nott. Grut. p. CCCLV. et Fabrettus. Pertinet ad a. p. Chr. 113–114. Cf. ad n. 2573.

## 2575.

In parietinis *Lytti*; ex Belli schedis Pigafettianis Gruter. p. MLXXXV. 2. et hinc Vandal. Diss. p. 751. Cornel. Cret. sacr. T. I. p. 40.

ΠΛΩΤΙΝΗΝΣΕ
ΒΑCΤΗΝΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΟΣΝΕΡ
ΟΥΑΤΡΑΙΑΝΟΥΚΑΙ
CΑΡΟCCΕΒΑCΤΟΥ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΔΑΚΙ
ΚΟΥΓΥΝΑΙΚΑΛΥΤ
ΤΙΩΝΗΠΟΛΙCΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥΜ
ΠΟΜΠΗΙΟΥΚΛΕΥ
ΜΕΝΙΔΑ

Omnibus locis Σ pro C repone, ut in prioribus.

Πλωτίνην Σεβαστήν, Αὐτοκράτορος Νερούα Τραϊανοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ, Γερμανικοῦ, Δακικοῦ γυναῖκα, Λυττίων ἡ πόλις διὰ Πρωτοκόσμου Μ. Πομπηΐου Κλευμενίδα.

De anno vide ad n. 2573.

## 2576.

Titulus *Lyttius* editus ex Hawkinsii schedis in Walpol. Mem. p. 456. n. 5. ubi simul notatur, non ΛΙΤΤΙΩΝ, sed ΛΥΤΤΙΩΝ vel ΛΥΤΤΩΝ esse in titulis Lyttiis ab Hawkinsio repertis: sed ΛΥΤΤΩΝ corruptum esse per se patet. Repetiit Osannus Auctar. Lex. Gr. p. 143.

ΜΑΡΚΙΑΝΗΝΣΕΒΑ
ΣΤΗΝΘΕΑΝΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΟΣΝΕΡΟΥΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΓΕΡΜΑ
ΝΙΚΟΥΔΑΚΙΚΟΥΑ
ΔΕΛΦΗΝΛΥΤΤΩΝ
ΗΠΟΛΙΣΔΙΑΠΡΩΤΟ
ΚΟΣΜΟΥΤΙΚΛΑΥΔΙ
ΟΥΒΟΙΝΟΒΙΟΥ

Μαρκιανὴν Σεβαστὴν Θεάν, Αὐτοκράτορος Νερούα Τραϊανοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ, Γερμανικοῦ, Δακικοῦ ἀδελφήν, Λυττ[ί]ων ἡ πόλις διὰ Πρωτοκόσμου Τι. Κλαυδίου Βοινοβίου.

Pertinet ad Divam Marcianam, de qua vide Eckhel. D. N. T. VI. p. 468 sq. Haec Diva vocata quantum novimus inde ab a. Chr. 114. (a. u. c. 867.); Traianus vero quum nondum Parthicus vocetur, quod cognomentum coeptum est a. Chr. 116. potest inde tempus tituli definiri. Vs. 10. Κοινοβίου corrigunt Boissonad. Diar. class. Londin. T. XX. p. 302. et Osannus. Verum esse Βοινοβίου dixi de dial. §. 1.

## 2577.

In parietinis *Lytti*, in basi lapidis porphyretici; ex Pigafettae Bellianis Gruter. p. MLXXXV. 4. et hinc Vandal. Diss. p. 753. Cornel. Cret. sacr. T. I. p. 40.

ΜΑΤΙΔΙΑΝCΕΒΑCΤΗΝ
ΛΙΤΤΙΩΝΠΟΛΙC
ΔΙΑΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥ
ΒΑΝΑΖΙΒΟΥΛΟΥΚΩ
ΜΑCΤΑΤΟΒ̄

Repone Σ pro C, ut in prioribus.

Ματιδίαν Σεβαστὴν Λ[υ]ττίων [ἡ] πόλις διὰ Πρωτοκόσμου Βανα[ξ]ιβούλου Κωμάστα τὸ β̄.

Vide ad n. 2572. Pertinet ad a. Chr. 107–108. Augustam iam tum Matidiam Marcianae f. fuisse, ignorabat Eckhel. D. N. T. VI. p. 469 sq.

## 2578.

*Ibidem* in compari lapide; ex schedis iisdem dedit Gruter. p. MLXXXV. 5. et hinc Vandal. Diss. p. 753. Cornel. l. c.

ΜΑΤΤΙΔΙΑΝCΕΒΑCΤΗΝ
ΛΙΤΤΙΩΝΗΠΟΛΙCΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥΤ·ΦΛΑ
ΟΥΙΟΥΚΩΜΑCΤΑΤΟΒ̄

Repone Σ pro C, ut in prioribus.

Ματτιδίαν Σεβαστὴν Λ[υ]ττίων ἡ πόλις διὰ Πρωτοκόσμου Τ. Φλαουΐου Κωμάστα τὸ β̄.

Cf. ad n. 2572. Λ[υ]ττίων dedit iam Wessel. ad Hierocl. Synecd. p. 650. Scribitur *Matidia* et *Mattidia*. Pertinet ad eandem ac n. 2577.

## 2579.

„In ruinis *Lytti*"; ex Pigafettae schedis Gruterus p. MLXXXIV. 8. et hinc Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 34. Sed hic simul aliud exemplum edidit ex cod. Vatic. n. 1759. ubi titulus in castello Pediade repertus dicitur; ibi vero parietinas Lytti superesse docui ad n. 2570. Ceterum huic titulo Cornelius in fine adiectum habet titulum n. 2570. utroque in unum commisto; quare Gruterianum exemplum mutilum esse pronuntiat Cornelius. Omnino, licet n. 2570. huc non pertineat, Gruterianum exemplum mutilatum

aliquot vocibus est; sed haec non videtur causa esse, quare illud mutilum iudicarit Cornelius. Postremo idem Cornelius T. I. p. 48. ubi de Pidiata agit, in codice illo Vaticano castello illi tribui dicit titulum nobis n. 2020. quem Muratorius mutilum dederit atque ut Heracleensem. Sed ille titulus omnino Heracleensis est; nec crediderim Lytti positam esse inscriptionem plane iisdem verbis et prorsus congruentibus cum Heracleensi versuum spatiis conceptam. Vellem Cornelius Creticum apposuisset exemplum: quod quum non fecerit, licebit coniicere, hominem parum iudiciosum, atque insuper in summa industria negligentem, Muratorianum titulum Heracleensem habuisse pro Cretico eo, quem p. 34. dedit, commisto illo ex n. 2579. et 2570. Nam hic ab ipso p. 34. castello Pediadi tribuitur; qui nisi is esset, quem p. 48. in mente habebat, debuisset hoc loco etiam illum afferre, quod p. 48. congerere omnia volebat, quae de Pidiata ipsi innotuerant: quemadmodum ex Muratorio attulit etiam titulum n. 2570. quippe quem homo satis absurdus non videret contineri iam illo, quem p. 34. ediderat. Quae si quis miretur a me ita statui, velim primum Cornelii legat librum, ut cognoscat, quantilli is ingenii fuerit, quantumque isti imputare ineptiae et nugarum liceat.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΔΕΟΥ+ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΠΑΡΘΙΚΟΥ+ΥΙΘΕΟΥΝΕΡΥΑΙ∞ΝΟΝ+
ΤΡΑΙΑΝΟΝΑΔΡΙΑΝΟΝΣΕΒΑCΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΜΕΓΙCΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙΚΗCΕΞΟΥΣΙΑΣΤΟϛ̄ΥΠΑ
ΤΟΝΤΟΓ̄ΛΥΤΤΙΩΝΗΠΟΛΙΣΔΙΑΠΡΩΤοΚοCΜΟΥ
ΤΟΥΚΟΥΡΝΙΟΥΔΙΟΤΕΛΟΥΣΥΙΟΥ

Grut. constanter C, Corn. Σ et C ubi dedi; sed Σ omnibus locis fuisse haud mihi dubium. Formam tituli dedi ex Corn. omissis tamen commatis, quae ille aliquoties interposita habet; Grut. ut solet, vocabula punctis distinxit, quae hic ut in aliis titulis omisi. Sed ex Corn. retinui cruces, quae apud illum longe maiores sunt; haud dubie pro iis fuit siglum ⸫ vel simile, quod inservit distinguendis vocabulis. Fundus lectionis est Grut. quem supplevi ex Corn. Vs. 1. ex hoc est ΔΕΟΥ, omissum a Grut. Vs. 2. ubi dedi ΥΙΘΕΟΥ, Grut. habet ΘΕΟΥ, Corn. ΥΙΕΟΥ, quae composui; ubi ex Corn. dedi ΝΕΡΥΑΙ∞ΝΟΝ, Grut. tantum ΝΕΡΒΑΙ. Ceterum inferioris aetatis forma litterae ω hoc loco a me retenta est ex Corn. pro vera haud dubie Ω, quam vs. 5. bis praestat Grut. Cornelius vs. 5. priore loco ∞, altero Ω habet. Vs. 3. extr. Corn. ΑΡΧΙΕΡΗ, et vs. 4. ΔΗΜΟΝΑΡ etc. et in fine ΤΟΝ3ΥΓΙΑ, vs. 5. init. ΤΟΝΤΟΝΑΥΤ etc. Grut. ibidem ΛΙΤ etc. Corn. ΙΠΟΛΙΣ. Minusculum O bis ex eodem. Vs. 6. ΤΟΥ ΚΟΥΡΝΙΟΥ deest ap. Grut. Cornelius ΔΙΟΤΕΛΟΙΣ ΥΛΟΥ.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα [Θ]εοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱ[όν], θεοῦ Νερ[ο]ύα [υ]ἱωνόν, Τραϊανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστόν, ἀρχιερέα μέγιστον, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ϛ̄, ὕπατον τὸ γ̄, Λυττίων ἡ πόλις διὰ Πρωτοκόσμου [Τί]του? Κουρνίου Διοτέλους υἱοῦ.

Pertinet ad a. Chr. 122–123. Vs. 6. Τίτου incerta est correctio; sed quum n. 2580. Κύρνιος sit filius Comastae (Κύρνιος enim ac Κούρνιος haud dubie idem est nomen, et aut utraque scriptura agnoscenda, aut altera inscriptio ex altera corrigenda est), et n. 2578. *Titus Flavius Comastes* compareat, tamen illa correctio probabilis est. Ex horum enim nominum ratione videtur hic noster Κούρνιος ex eadem esse familia ex qua Κύρνιος Κωμάστα n. 2580. ac proinde rursum ex eadem, ex qua Titus Flavius Comastes n. 2578. ita ut ille quoque ut hic potuerit Titus vocatus esse.

---

## 2580.

In parietinis *Lytti*; ex Pigafettae schedis Gruter. p. MCIV. 24. hinc Vandal. Diss. p. 754. Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 41.

| | |
|---|---|
| | - - - |
| ΚΥΡΝΙΟΣ | Κύρνιος |
| ΚΩΜΑΣΤΑ | Κωμάστα |
| ΤΟ | τὸ .. |

De voce Κύρνιος vide ad n. 2579. unde colligo esse nominativum. Sed Κωμάστα genitivum patris nomen continere videri monui ad n. 2572. Cyrnius hic ex nobili videtur Lyttia familia esse, ex qua plures Protocosmi magistratu functi sunt, ut Banaxibulus *Comastae* f. (n. 2572. 2577.), T. Flavius *Comastes* (n. 2578.), *T. Curnius* s. Cyrnius Diotelis f. (n. 2579.). Cf. ad n. 2572. 2579. Et hoc quoque loco additum τὸ .. docet hunc bis vel saepius magistratu, credo eponymo Protocosmi, functum esse; ita ut fuerit tale quiddam: ἀνέστησεν (vel simile) Πρωτόκοσμος Κύρνιος Κωμάστα τὸ β̄. Quae quum ita videantur, haec verba ex longiore superesse titulo iudico, eaque hoc loco honoribus Augustorum interposui, ut Cyrnii huius titulus coniunctus esset iis titulis, qui necessariorum eius continent memoriam.

---

## 2581.

In basi quadrata inter parietinas *Hierapytnae*, cuius insignium aedificiorum, item theatri, amphitheatri, naumachiae reliquias vidit Cyriacus; ex huius commentariis (cod. Vatic. 5237.) dederunt Donius III, 21. p. 118. et Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 246. ex Donio Murat. T. I. p. CCXLI. 2. Odericus Diss. et Annott. ad Marm. et Numm. p. 127.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣ
ΜΑΡΚΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΣΕΒΑ
ΣΤΟΝΤΟΝΚΥΡΙΟΝ
ΤΗΣΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
Λ·ΦΛ·ΣΟΥΛΠΙΚΙΑΝΟΣ
ΔΩΡΙΩΝ

Αὐτοκράτορα Καίσ(αρα) Μάρκον Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον Σεβαστόν, τὸν κύριον τῆς οἰκουμένης, Λ. Φλ. Σουλπικιανὸς Δωρίων.

## 2582.

*Ibidem* in alia basi; ex eodem Cyriaci codice ed. Donius l. c. n. 22. Cornelius l. c. et ex Donio Murat. l. c. n. 3. Formam versuum dedi ex Corn. a quo non multum differt Donius.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑ
ΛΟΥΚΙΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝΒΗΡΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝΑΡΜΕΝΙΑΚΟΝ
ΤΟΝΚΥΡΙΟΝΤΗΣΟΙΚΟΥΜΕ
ΝΗΣΛ·ΦΛ·ΣΟΥΛΠΙΚΙΑΝΟΣ
ΔΩΡΙΩΝ

*Αὐτοκράτορα Καίσαρα Λούκιον Αὐρήλιον Βῆρον Σεβαστόν, Ἀρμενιακόν, τὸν κύριον τῆς οἰκουμένης, Λ. Φλ. Σουλπικιανὸς Δωρίων.*

---

## 2583.

In parietinis *Lytti*; ex schedis Pigafettianis Gruterus p. MXCIV. 5. et hinc Falconer. ad Inscr. athlet. p. 35. Vandal. Diss. p. 291. p. 632. Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 33. cum Latina translatione Fabii Pacii, Neumannus Rer. Cret. spec. p. 79.

ΛΥΤΤΙΩΝΗΠΟΛΙC
Τ·Φ·ΛΕΟΝΤΙΟΥΥΙΟΝ
ΚΥΡΕΙΝΑΑΚΕCΤΙΜΟΝ
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΝB̄ΑΓΟ
ΡΑΝΟΜΟΝB̄ΞΥCΤΑΡΧΗΝ
ΙΕΡΟΥΑΓΩΝΟCΠΕΝΤΑ
ΕΤΗΡΙΚΟΝΤΟΥΚΟΙΝΟΥ
ΤΩΝΚΡΗΤΩΝΑΡΕΤΗC
ΕΝΕΚΑΚΑΙΤΗCΤΗΝ
ΠΟΛΙΝΑΔΙΑΛΕΙΠΤΟΥΜΕ
ΓΑΛΟΨΥΧΙΑCΗΡΩΑΚΑΙ
ΚΟCΜΟΠΟΛΙΝ
Τ·Φ·ΧΑΡΜΑΤΙΩΝΤΟΝ
ΕΑΥΤΟΥΠΑΤΡΩΝΑ

*Λυττίων ἡ πόλις Τ. Φ(λ). Λεοντίου υἱόν, Κυρείνᾳ, Ἀκέστιμον, Πρωτόκοσμον β̄, ἀγορανόμον β̄, ξυστάρχην ἱεροῦ ἀγῶνος πενταετηρικο[ῦ] τοῦ κοινοῦ τῶν Κρητῶν, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς [περὶ] τὴν πόλιν ἀδιαλείπτου μεγαλοψυχίας, ἥρωα καὶ κοσμόπολιν. Τ. Φ(λ). Χαρματίων τὸν ἑαυτοῦ πάτρωνα.*

Titulus Flaviis Imperatoribus non antiquior; quod moneo ob Vandal. Huic debetur correctio *πενταετηρικοῦ* vs. 7. Ad nomen *Ἀκέστιμος* cf. n. 2562. 24. *Ἥρως* non videtur de defuncto hic esse, sed de vivo, non sine exemplo: Ios. Scaliger in nott. Grut. p. CCCXV. quod de hoc dixit, non dignum relatu. Acestimum suis impensis statua ornavit cliens, sed civitas plebiscito suffragata est, suumque nomen simul inscribi iussit.

## 2584.

*Lappae* (hodie ibi vicus, qui *Πόλις* vocatur); ex schedis Pigafettianis Honorii Belli Gruterus p. MXCI. tum ex vacuo folio vetusti codicis bibliothecae D. Marci Venetae dedit Mabillon. It. Ital. p. 33. et hinc Corsin. Nott. Gr. p. 73. Ex cod. Vatic. n. 5237. Cyriaci schedas continente Donius V, 176. p. 206. et ex Mabillonio et Donio, ut ait, sed ex neutro exacte Murat. T. II. p. DLIV. 1. ex Grutero et deinceps ex Mabillonio Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 250. non sine menda, qui simul addit, eandem, quam Mab. dederit, inscriptionem legi accurate scriptam in eo, quo dixi, Vaticano codice: sed Donius docet differre lectionem. Ex Grutero apposuit Harduinus in opere numismatico sub Lappaeis.

ΛΑΠΠΑΙΩΝ
ΗΠΟΛΙΣΜΑΡΚΟΝΑΥΡΗ
ΛΙΟΝΚΛΗΣΙΠΠΟΝ
ΤΕΙΜΗΣΚΑΙΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

Formam tituli et lectionem, una vs. 5. littera excepta, ex Donio dedi: apud reliquos differunt versuum mensurae: Mab. duos in versus digestum titulum habet, dispositione minime probabili. Vs. 1. Grut. ΛΑΠΠΑΙΟΝ, Mab. ΛΑΜΠΠΑΙΩΝ: credo eum, qui Mabillonii exemplum scripserat, e nota ipsi ex scriptoribus forma *Λαμπαῖοι* per incuriam intulisse M. Cf. de scriptura nominis Wessel. ad Hierocl. Synecd. p. 650. et maxime Höck. Cret. T. I. p. 387. Nummos tamen nota, si Eckhelius verum vidit D. N. T. II. p. 315. tantum ΛΑΠΠΑΙΩΝ habere; nec remota Mabillonii lectione alterius scripturae documentum in marmoribus superest, atque in Teio lapide bis *Λαππαῖοι* habetur in ipsius huius urbis decreto. *Λαμπαῖοι* igitur scriptoribus relinquendi; publice illa civitas *Λάππα* dicta est, ut a Xenione in glossis Creticis ap. Steph. Byz. v. *Λάμπη*: fuitque id Creticae opinor dialecti, pro quo in vulgari sermone omnino *Λάμπη* dici potuerit. Nempe ni fallor Cretenses etiam pro *λάμπω* dixerunt *λάππω*. Vs. 2. Grut. ΤΟΝΜΑΡΚΟΝ, quod in suum exemplum invexit etiam Murat. Male Corn. ΑΥΡΕΛΙΟΝ, quod non ita est ap. Mab. Tum Grut. ΚΛΗ..... ΟΙΠΠΟΝ, omissis reliquis omnibus. Vs. 6. Mab. ΧΑΡ, Don. ΚΑΡΙΝ. Male Cors. hoc ΧΑΡ inter notas posuit, quasi ex *χάριν* decurtatum; cuius usus quod affert alterum exemplum ex Grut. p. MCXXXVI. 2. (ex loco Bucareler in Asia) id nihili est: ille enim titulus est mutilus.

*Λαππαίων ἡ πόλις Μάρκον Αὐρήλιον Κλήσιππον τειμῆς καὶ μνήμης χάριν.*

## 2585.

In parietinis *Hierapytnae*; ex Pigafettae schedis Gruterus p. MXCII. 9. et hinc Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 248.

ΚΛΑΥΔΙΟΝΣΕΝΟ
ΦΙΛΟΥΥΙΟΝΑΠΟΛΙC

Lapis infra fractus.

*Κλαύδιον [Ξ]ενοφίλου υἱὸν ἁ πόλις - - -*

## 2586.

In parietinis *Lytti*; ex iisdem schedis Gruterus p. MCXXVII. 6.

ΘΕΟΜΝΗΣΤΙΑΝΟΝ
ΕΥΝΟΥΑΝΙΤΑΘΕ
ΟΜΝΗΣΤΟΥΤΟΝ
ΙΔΙΟΝΥΙΟΝΦΙΛΟΤΕ
ΚΝΙΑΣΧΑΡΙΝΚΑΤΑ
ΤΟΨΗΦΙΣΜΑΤΗΣ
ΛΙΤΤΙΩΝΠΟΛΕ
ΩΣ

Θεομνηστιανὸν Εὔνου Ἀν[ύ]τα Θεομνήστου τὸν ἴδιον υἱὸν φιλοτεκνίας χάριν κατὰ τὸ ψήφισμα τῆς Λ[υ]ττίων πόλεως.

---

## 2587.

*Gortyne*, „in via a pago Aiosudeka ad ecclesiam Metropoli dictam ducente"; Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 2. p. 43. n. 1.

/ \Σ ι ΑΗΚΗΝΒ. . . .
ΡΙΟΥΑΣΙΑΤΙΚΟΥΓ. . . .
ΝΑΙΚΑΔΙΣΥΠΑΤΟΥΚΑιγ
ΠΑΡΧΟΥΤΗΣΠΩΛΕΩΣΤΗΣΡΩΜΑΙης
ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣΕΝΕΚΑΚΑΙΦΙΛΑΝΔ. . .
ΚΑΙΠ. ΣΛΟΙΠ.. ΣΑΡ. Π. ΚΑΙΠ.. ΡΠΡ
ΠΟΛΙΝΕΥΝΟΙΑΣΙ. . . . . ΙΙΙιΙ
ΙΛΙΡΑ

Quae minoribus litteris scripta sunt, a Poc. ut incerta notata cense.

\- - - - -
Ἀ]σια[τι]κήν, Β[αλε-
ρίου Ἀσιατικοῦ γ[υ-
ναῖκα, δὶς ὑπάτου καὶ [ἐ-
πάρχου τῆς π[ό]λεως τῆς Ῥωμαί[ων,
σωφροσύνης ἕνεκα καὶ φιλανδ[ρίας
καὶ [τῆ]ς λοιπ[ῆ]ς ἀρ[ετῆς] καὶ π[ε]ρ[ὶ τὴν
πόλιν εὐνοίας - - - - - -
\- - -

Sub statua - - - Asiaticae, C. Valerii Asiatici uxoris, qui Cos. iterum fuit a. u. c. 799. (Tac. Ann. XI, 1.) Hunc adde catalogo Praefectorum Urbis.

## 2588.

*Gortyne*; ex Pigafettianis Gruterus p. MXCI. 6. et ex cod. Vatic. n. 1759. minusculis Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 141.

ΚΟΙΝΤΟΝΚΑΙΚΙΛΙΟΝΡΟΥΦΕΙΝΟΝ
ΤΟΝΚΡΑΤΙCΤΟΝΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΚΡΗΤΗCΚΑΙΚΥΡΙΝΗC ΕΕΞΙΩ̄
ΚΥΝΤΗΛΙΟCΠΥΡΡΟCΤΟΝΦΙΛΟΝ
ΑΝΑΞΙΜΕΝΗCΕΥΓΥCΤΡΑΤΟΝΜΙΛΗCΙΟC

Vss. 1–4. Cornelio tres versus sunt; is e regione vocis Κυρήνης habet litteras, quas in margine dedi, a Grut. omissas. Vs. 1. Corn. male Καικιλον. Vs. 5. est ex solo Corn. a me in maiusculas transpositus. Omnibus locis arbitror pro C, quod hae schedae praebere solent, fuisse Σ.

Κοΐντον Καικίλιον Ῥουφεῖνον, τὸν κράτιστον ἀνθύπατον Κρήτης καὶ Κυρ[ή]νης, Κυντ[ί]λιος Πύῤῥος τὸν φίλον. Ἀναξιμένης Εὔ[ρ]υστράτο[υ] Μιλήσιος [ἐποίει. Quae in margine sunt, quid sibi velint nescio.

*Q. Caecilium Rufinum* habes etiam ap. Grut. p. DCCXXIII. 6. in Latina inscriptione. Creta et Cyrenae statim ab initio, postquam in provinciam redactae sunt, videntur coniunctae esse; ex divisione Augusti provincia haec fuit praetoria Senatus Populique Romani (cf. Meurs. Cret. III, 6. et Wessel. ad Hierocl. Synecd. p. 649.); hae vero etiamsi praetorii in eas mittebantur, proconsulares dictae sunt, et praesides etiamsi praetorii sunt, dicuntur proconsules et in titulis, ut ap. Grut. p. CCCCXV. 5. Praetor Proconsul Cretae et Cyrenaicae habetur, et in nummis, ut praesides Cypri praetoriae provinciae in nummis Cypriis Proconsules audiunt haud aliter atque in Cypriis inscriptionibus, denique etiam in scriptoribus. Proconsulibus paruisse Cretam cum Cyrenaica Meursius (l. c.) multis exemplis docet, quae augere ex titulis licet: ex quo genere est noster, Antoninis vix recentior. Hic Praetor sive Proconsul habuit suum Quaestorem; quare ubi Quaestor Cretae et Cyrenaicae commemoratur, non continuo cum Meursio credendum Quaestorem fuisse praesidem provinciae. Unum hoc liquet, Tiberium defuncto praeside a. u. c. 767. illam provinciam reliquisse Quaestori et eius assessori: sed postea restituti Proconsules sunt, in quibus est Cremutius Cordus sub ipso Tiberio. Attamen etiam posthac subinde Quaestores pro Praetore in provinciam hanc missi sunt, qualis est circa imperium Septimii Severi P. Septimius Geta n. 2591. ut etiam in Achaiam (cf. T. I. p. 839. *a*.) et in Bithyniam (n. 2590.), quae praetoriae erant Senatus et Populi ex divisione Augusti. Talis est etiam n. 2589. Plura vide ap. Eckhel. D. N. T. IV. p. 247. Inde a Constantino Magno autem rector Cretae non Proconsul nec Quaestor pro Praetore fuit, sed Consularis (vide ad n. 2592. 2593.). *Pyrrhus* redit n. 2589.

## 2589.

In ruinis *Gortynis* extra portam, ut est apud Cornelium, vel ut apud Gruterum „in vestigiis hippodromi" (potius fori opinor secundum verba *προθύροισι Δίκης*, ac proinde in urbe); ed. Gruterus p. MXCVI. 8. ex Pigafettianis, cum Furlani interpretatione Latina, secundum carminis legem in sex versus digestum; Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 2. p. 43. n. 3. primitiva quam reddo tituli forma servata; ex cod. Vatic. n. 1759. Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 140. minusculis, cum varietate lectionis ex ipso, ut videtur, codice petita. Ex Grutero habent Fleetwood. Syll. p. 145. 1. Bonada T. II. p. 537. Brunck. Lectt. p. 287. ed. Lips. Anthol. T. IV. p. 246. n. 612. *c.* (Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 206.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 179. (Nott. T. III. p. 928 sq.) ex Pocockio, Grutero, Cornelio Neumannus Rer. Cret. spec. p. 85.

ΕΣΠΕΡΙΗΣΠΑΣΗΣΧΘΟΝΟΣ
ΟΒΡΙΜΟΝΙΘΥΝΤΗΡΑ
ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΝΑΘΡΕΙΘΑΡΡΑΛΕΩΝ
ΤΑΜΙΗΝ
ΕΛΛΑΔΟΣΑΓΛΑΟΝΕΡΝΟΣ
ΟΣΕΥΔΙΚΙΗΚΑΙΑΡΩΓΗ
ΚΟΥΦΙΖΩΝΠΟΛΙΑΣΘΗΚΕΝ
ΕΛΑΦΡΟΤΕΡΑΣ
ΤΟΥΝΕΚΑΚΑΙΠΡΟΘΥΡΟΙΣΙ
ΔΙΚΗΣΕΠΙΜΑΡΤΥΡΑΘΕΣΜΩΝ
ΒΟΥΛΗΣΚΑΙΠΥΡΡΟΥΣΤΗΣΕΝ
ΕΦΗΜΟΣΥΝΗ

Fundus lectionis est textus Gruteri; Pocockii et Cornelii varietas, ex qua illum correxi, haec est. Grut. C, Poc. Σ, hic recte. Vs. 1. Poc. ΕΣΠΕΡΙΗΠΑ.Ο... et nihil praeterea. Vs. 2. idem ΙΟΥΝΤ.... Vs. 3. Grut. ΜΑΡΚΕΛΛΟΝΟΘΡΑCΥCΜΑΡΨΕΜΟΡΟC; Corn. in textu *Μαρκελλῖνον ὁ θρασὶς μάρψε μόρος*, Poc. ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΝΘΡΑ.... Manifesto verum est *Μαρκελλῖνον*, sed metro id obstat magnopere; nec vitium emendari potest, si Gruteri textus verus est: nam quod Grut. pro ΟΘΡΑCΥC in margine posuit ex coniectura ΘΡΑΚΗC, prorsus alienum et auctoritate insuper destitutum est. Thracia nihil cum Creta commune habet; nec Quaestor Cretae Thraciaeque potest idem esse: Cretae vero hunc virum Quaestorem fuisse certum est, et Quaestorem pro Praetore (vide nott.). Sane cum Grutero in plurimis consentit Cornelii textus; sed schedae Pigafettae et cod. Vatic. n. 1759. potuerunt ex parte ex eodem manasse fonte. Utut iudicabis, Gruteri et Cornelii textum coniecturis depravatum esse, aperte docent et alia et vs. 6. lectio *Κυκλάδων γῆς* prorsus absona, quum in Creta rector Marcellinus haud dubie fuerit, non in Cycladibus. Verum ibi servavit Poc. servavit margo Cornelii cum Poc. consentiens: ut videas haec marginalia non de nihilo esse. Iam etsi Pocockii lectio ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΝΘΡΑ videatur ad Gruterianum *θρασὺς* deducere, recepi tamen lectionem marginis Corneliani, quae est post *Μαρκελλῖνον*: *ἄθρει θαῤῥαλέων*, quae ultimo Ν in Σ mutato commodum praebet sensum (vide nott.). Vs. 4. Corn. *ταμίν*. Vs. 5. extr. Poc. ΕΡΙΧ. Vs. 6. Grut. ΕΥΔΟΚΙΗΙΚΥΚΛΑΔΩΝΓΗΣ, Corn. in textu *εὐδοκίη* (sine Iota subscr. recte) *Κυκλάδων γῆς*, sed in margine habet *καὶ ἀρωγῇ*. Hoc verum esse docet Pocokii lectio ΕΥΔΙΚΙΗΚΑΙΑΡΩΡ... Vs. 7. init. Corn. Χ, extr. Poc. ΘΕ.... et idem vs. 8. Θ pro Φ (Corn. *ἐλαφοτέρας*), et vs. 9. post ΠΡΟΘ lacunam. Vs. 10. Poc. Λ pro Δ: Corn. text. *ἐπιμαρτύρῳ*, marg. ut Grut. et Poc. *ἐπιμάρτυρα*. Vs. 11. Grut. ΒΟΥΛΗΚΑΙΠΥΡΡΟΝΘΗΚΕΝ, Corn. marg. *βουλῇ καὶ Πύῤῥου θῆκεν*, text. *βουλῆς κάπυρος στῆσε ἐν*, Poc. ΒΟΥΛΗΙΣΑΠ.ΥΡΡΟΥΣΤΙ...: quibus compositis procedit nostra lectio.

*Ἑσπερίης πάσης χθονὸς ὄβριμον ἰθυντῆρα*
*Μαρκελλῖνον ἄθρει θαῤῥαλέω[ς] ταμίην,*
*Ἑλλάδος ἀγλαὸν ἔρνος, ὃς εὐδικίῃ καὶ ἀρωγῇ*
*Κουφίζων πόλιας θῆκεν ἐλαφροτέρας.*
*Τοὔνεκα καὶ προθύροισι Δίκης ἐπιμάρτυρα θεσμῶν*
*Βουλῆς καὶ Πύῤῥου στῆσεν ἐφημοσύνη.*

Titulus eiusdem aetatis est ac n. 2588. quod docet Pyrrhi mentio: in quo sine causa haesit Brunckius et postea Iacobsius. Sed mitto errores interpretum. Marcellinum Quaestorem, pro Praetore ut mihi videri dixi supra (alias enim vix *Ἑσπερίης ἰθυντὴρ* dictus esset), statua honorant Senatus Gortynius et ille Pyrrhus, non defunctum, quod finxit qui titulum interpolavit, sed superstitem, ut solebat. De Cretae Quaestore pro Praetore vide ad n. 2588. *Ἑσπερίης* est *Κρήτης*: Creta enim Hesperi filia (Meurs. Cret. I, 2.). *Θαῤῥαλέως ἄθρει* dictum est, quod antea *ὄβριμον* dictum erat: „etsi ille vehemens et promptus est, specta tamen cum fiducia, quippe iustum et benignum." Possis et *θαῤῥαλέ[ο]ν*; sed hoc ambiguum foret, quod possit cum *ταμίην* coniungi, cui tamen non apte adiunxeris. Ceterum praestabat *θαρσαλέως*. De illo *ἄθρει* cf. n. 2592. De loco ubi positus titulus, quem ad forum, fortasse ad basilicam esse conieci, ubi ius dicebat praeses, cf. n. 2592.

## 2590.

In parietinis *Hierapytnae*; ex Pigafettianis Gruterus p. MXCIV. 7. hinc Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 249.

Λ·ΦΛΑΟΥΙΟ
COΛΠΙΚΙΑΝΟΥ
ΥΙΟΝΦΛΑΟΥΙΟ
ΔΩΡΙΩΝΟCΤ
ΚΑΙΑΝΤΙCΡΑΤΙΓ
ΒΗΘΥΝΙΑC

Lapis in dextera mutilus. Pro C repone Σ.

*Λ. Φλαούϊο[ν*
*Σολπικιανοῦ*
*υἱόν, Φλαούϊο[ς*
*Δωρίωνος, τ[αμίαν*
*καὶ ἀντισ[τ]ράτ[η]γ[ον*
*Β[ει]θυνίας.*

Flavius Dorionis f. videtur cliens esse L. Flavii

Sulpiciani, Propraetoris Bithyniae, estque ex eadem familia ex qua L. Flavius Sulpicianus Dorio in titulis Hierapytniis n. 2581. 2582. qui ab illo denominatus videtur. Initio tituli nomen Propraetoris ita expressum est, ut non ipse Sulpicianus dictus sit, sed pater eius: sed sponte patet filium quoque vocatum Sulpicianum esse. Certe aliter restituere titulum nequeo, nec videntur plura perisse, quam quae supplevi.

## 2591.

*Gortyne*; ex Pigafettianis Gruterus p. MXCIX. 7. et ex cod. Vatic. n. 1759. Cornelius Cret. sacr. p. 143. minusculis. Ex Grutero Corsinus Diss. V. post nott. Gr. p. LXXXVII.

ΠΟΥΒΛΙΟΝΣΕΠΤΙΜΙΟΝ
ΓΕΤΑΝΤΑΜΙΑΝΚΑΙ
ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΙΓΟΝ
ΚΡΗΤΗΣΚΑΙΚΥΡΗ
ΝΗΣΑΝΤΩΝΙΟΣΠΑΡ
ΑΙΒΑΤΗΣΚΑΙΤΕΤΤ
ΙΟΣΜΑΚΕΡΚΑΙΤΕΙ
ΜΑΓΕΝΗΣΣΟΛΩ
ΝΟΣΟΙΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙΤΟΝ
ΦΙΛΟΝ

Fundus lectionis est Grut. Vs. 1. Corn. Πούπλιον, non male. Vs. 2. Grut. ΓΕΤΑΜ, Corn. Γάταν, unde Ν assumpsi. Vs. 4. extr. Grut. ΚΙΡΗ, Corn. Κυεήνης, unde Υ assumpsi. Vs. 5. Grut. Ο pro Ω, quod ex Corn. dedi. Vs. 7–9. Corn. Μαεκεντῖνος Μαγένης Σόλονος οἱ etc. Grut. quod dedi, nisi quod ΣΟΛΩ.|ΝΟΙ habet omisso ΟΣ, quod ex Corn. addidi.

Πούβλιον Σεπτίμιον Γέταν, ταμίαν καὶ ἀντιστράτ[η]γον Κρήτης καὶ Κυρήνης, Ἀντώνιος Παραιβάτης, καὶ Τέττιος Μάκερ, καὶ Τειμαγένης Σόλωνος, οἱ ἀγορανόμοι τὸν φίλον.

De magistratu cf. ad n. 2588. Getam hunc esse fratrem Septimii Severi, recte vidit Eckhel. D. N. T. VII. p. 235. Is provinciae praefuit in imperio fratris (Spartian. Vit. Sept. Sev. c. 8.).

---

## 2592.

*Ibidem*; ex iisdem schedis Gruterus p. MXCVIII. 6. cum Furlani translatione Latina, et ex cod. Vatic. n. 1759. minusculis Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 141. Ex Grutero Fleetwood. Syll. p. 145. 3. Brunck. Lectt. p. 286. ed. Lips. T. IV. p. 246. n. 612. *b.* (Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 205.) Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 151. (cf. Nott. p. 925.)

ΕΙΚΟΝΑΤΑΝΔΕΣΑΘΡΕΙΠΕΛΕΤΑΙΔΕΤΟΥΑΓΝΟΥΥΠΑΡΧΟΥ
ΕΣΚΡΗΤΩΝΠΟΛΙΝΗΝΜΟΥΝΟΣΕΘΗΚΑΝΕΗΝ
ΑΓΧΙΘΥΡΟΣΔΕΣΤΗΚΑΔΙΚΗΣΠΕΛΑΣΕΙΜΙΚΡΙΤΗΣΓΑΡ
ΗΠΙΟΣΙΘΥΔΙΚΟΙΣΤΟΙΣΔΑΔΙΚΟΥΣΙΔΕΟΣ
ΣΤΗΣΕΔΕΚΑΛΛΕΙΝΙΚΟΣΕΝΗΗΣΔΟΓΜΑΤΙΝΗΣΟΥ
ΓΑΙΗΣΙΛΛΥΡΙΔΟΣΔΕΥΤΕΡΟΝΗΕΛΙΟΝ

Varias lectiones eas, quae nulla sunt auctoritate, non annoto, nisi quod, ne ceteros afferam, ap. Iac. vs. 3. per errorem Δίκης pro κριτὴς est et vs. 4. ἀδίκοισι. Fundus lectionis est Grut. Cornelius vs. 1. πελέει τοῦ ἁγνοῦ ὑπέρχου. Vs. 2. Grut. et marg. Corn. ΕΣ: in textu habet ΟΣ, quod cave recipias, quasi ἣν sit *meam* ex usu cetera noto. Vs. 3. Corn. Δίκης κριντοῖσι γάρ εἰμι, et vs. 4. ἠθιδίκοις, vs. 5. Καλλίνικος ἐνείτι δόγματι νήσσου.

Εἰκόνα τήνδ᾽ ἐσάθρει· πέλεται δὲ τοῦ ἁγνοῦ ὑπάρχου
Ἐς Κρητῶν πόλιν, ἣν μοῦνος ἔθηκα νέην.
Ἀγχίθυρος δ᾽ ἕστηκα Δίκης πέλας· εἰμὶ κριτὴς γάρ
Ἤπιος ἰθυδίκοις, τοῖς δ᾽ ἀδικοῦσι δέος.
Στῆσε δὲ Καλλείνικος ἐνηὴς δόγματι νήσου,
Γαίης Ἰλλυρίδος δεύτερον ἠέλιον.

Vs. 1. quin ὑπάρχου sit idem quod ἐπάρχου, non dubito: nec necessario ἐπάρχου scribendum est, licet n. 2593. 2596. ubi eadem habetur varia lectio, ἔπαρχος videatur verum esse. Nomen ὕπαρχος pro ἔπαρχος, quo alias *Praefectus* designatur, non sine exemplo est in scriptoribus (vide Cors. de Praef. Urb. p. 91.), idque certe in carmine tolero. Quodsi hoc composueris cum vs. 6. facile concedes, non Illyrium hominem hic haberi, sed *Praefectum Praetorio Illyrici*, sub quo eparchiam Cretam iam a Cyrenaica separatam regebat Consularis. Vide Meurs. Cret. III, 6. et imprimis Notit. Imp. or. c. 1. Zosim. II, 37. Hierocl. Synecd. p. 649. (ἐπαρχία Κρήτης ὑπὸ Κονσουλάριον). Ita institutum ex divisione Constantini Magni. Hoc igitur non antiquior hic titulus. Vs. 2. ἐς Κρητῶν πόλιν non ad ἁγνοῦ pertinet, ut visum, sed ad πέλεται: „Est vero in urbe ea Cretensium (Gortyne), quam ego solus integritati iuvenili restitui." Quippe eam instaurari iusserat Praefectus. De vs. 3. cf. n. 2589. Vs. 5. barbara est mensura Καλλεῖνικος. Vs. 6. tantum est elogium, ut non minori fere conveniat quam Praefecto Praetorio. Nomen Praefecti haud dubie in alia parte basis scriptum erat.

## 2593.

*Gortyne*; ligno incisum dedit Tournefort Itin. T. I. epist. II. p. 75. et ex hoc vulgaribus litteris Buherius in epistola ad Hagenbuchium p. 111. in Hagenbuchii epistolis epigraphicis, et Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 145. tum ex lapide Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 2. p. 43. n. 5. mutata litterarum forma, ubi simul p. 89. excerpta ex Buherii epistola leguntur. Ex Tourneforto habet etiam Corsinus de Praef. Urb. p. 254.

❦ΠЄΤΡωΝΙΟΝΠΡΟΒΟΝ❦
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝΚΑΙ❦
ΑΠΟЄΠΑΡΧωΝΠΡΑΙΤωΡΙωΝ
❦Γ'❦ΔΟΓΜΑΤΙΤΗCΛΑΜΠΡΑC
ΓΟΡΤΥΝΙωΝΒΟΥΛΗC
ΟΙΚΟΥΜЄΝΙΟCΔΟCΙΘЄΟC
ΑCΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟC❦
ΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟCΥΠΑΤΙ
ΚΟCΑΝЄCΤΗCЄΝ❦

Ita Tourn. nisi quod vs. 1. ΤΡΟ pro ΤΡΩ, et vs. 4. ΥΠ pro ЄΠ habet, quae ex Poc. mutavi. Vs. 7. Poc. ΔΩΣ etc. et vs. 10. ΚΟΙΑ etc. quod inter Errata correxit.

*Πετρώνιον Πρόβον, τὸν λαμπρότατον ἀνθύπατον, καὶ ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίων γ̄, δόγματι τῆς λαμπρᾶς Γορτυνίων βουλῆς Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς ἀνέστησεν.*

De Sexto Petronio Probo, celeberrimo homine, uberrime egit Corsinus de Praef. Urb. p. 252 sqq. Consul fuit in Occidente a. Chr. 371. et quater Praefectus Praetorio; hoc vero loco Probus ter dicitur inter Praefectos Praetorio fuisse, nec Consul nominatur. Igitur titulus hic, si ad Sextum illum Probum refertur, ante a. Chr. 371. scriptus est. Verum in hac re difficultatem video: nam Dositheus, qui hunc lapidem posuit, multo post Cretae Consularis fuit (vide ad n. 2594.); et videtur hic titulus ad Probum aliquem paulo recentiorem referri, qui circa a. 382. a Dositheo et Gortyniis statua ornatus fuerit, necdum tum functus Consulatu sit. Fortasse est ille, qui a. 406. Consul fuit. Similis difficultas est n. 2594. quam alia sustuli ratione: quem titulum si ad a. Chr. $\frac{367}{368}$ referas, Dositheus Consularis Cretae fuerit inde ab a. 367. fere usque ad a. 383. quod minime probabile. Immo si Buherium audimus, etiam usque ad a. 398. ille in eodem magistratu fuerit (vide ad n. 2595.). Quod quamquam ea aetate fieri potuit, tamen quum Dosithei huius plures tituli in annos 382–384. incidere videantur, etiam reliquos ei tempori tribuere malo. Vs. 3. dedi ἐπάρχων, non ὑπάρχων, quod in Dosithei eiusdem titulis n. 2594. 2595. illud sine varietate habetur, et n. 2596. ut hic certe varia lectio ἐπάρχων cum illo consentit. Buh. malit Πραιτωρίου, quod omnino exspectes; cf. n. 2596. Idem vult vs. 4. τὸ γ̄, quod non verum est. Τὸ γ̄ est τὸ τρίτον, sed hoc loco desideratur τρίς. Probus *Proconsul* fuit non Cretae, quae hac aetate non Proconsulem habuit, sed *Consularem* (vide ad n. 2592. et cf. n. 2562.): Proconsul Probus alius provinciae fuit, fortasse Africae (ut ille Probus Cos. a. 371. qua de re vide Corsin.) vel Campaniae (cf. n. 2597.). Sed *Dositheus* fuit *Consularis Cretae*, et in eo munere hanc et quattuor alias statuas (n. 2594–2597.) posuit, postquam eas ponendas decreverunt Cretenses. Hoc incredibile visum Buherio; esse enim sine exemplo, ut Praeses provinciae consensum requisiverit urbis vel κοινοῦ suae provinciae, ubi vellet cui statuam ponere. Immo vero haec est indulgentia et humanitas Praesidis, ut quod urbs vel κοινὸν decrevisset, id ipse perficeret; mirumque est, quod Buherius ignoravit, hac aetate Cretam paruisse Consulari, non Proconsuli. Denique Cretae Consularis Dositheus diserte dicitur n. 2596. 2597.

## 2594.

*Ibidem*; ex schedis Pigafettianis Gruterus p. MXC. 11. (cf. Nott. p. CCCLV.), ex cod. Vatic. n. 1759. Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 142. minusculis. Repetierunt ex Grutero Corsinus de Praef. Urb. p. 244. Guascus ad Mus. Capitol. Inscr. T. I. p. 113.

ΑΓΟΡΙΟΝΠΡΑΙΤΕΣΤΑΤΟΝΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝΑΠΟ
ΕΠΑΡΧΩΝΤΗΣΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΗΣΤΩΝΝΗΣΩΝ
ΔΟΓΜΑΤΙΤΗΣΛΑΜΠΡΑΣΓΟΡΤΥΝΙΩΝΒΟΥΛΗΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣΔΟΣΙΘΕΟΣΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ
ΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣΥΠΑΤΙΚΟΣΑΝΕΣΤΗΣΕΝ

Litterarum forma haud dubie ea quae n. 2593. fuit. Vs. 1. Grut. ΠΡΕΤ etc. Corn. quod dedi: mox ΤΑΤΟΝΛΑΜ etc. Grut. sed Corn. quod dedi. Vs. 1. 2. Corn. ἀπὸ ἐπάρχων, quum Grut. solum ἐπάρχων habeat. Addidi ἀπὸ ex usu horum titulorum et quod lectio ἐπάρχων ad id deducit. Vs. 3. Grut. ΓΟΡΤΥΝΙ, sed Corn. pro hoc Γορτινίων; composui utrumque. Vs. 4. Corn. male Ἀσκληπιοδότης.

*Ἀγόριον Πραιτε[ξ]τᾶτον, τὸν λαμπρότατον ἀπὸ ἐπάρχων τῆς βασιλευούσης [Ῥ]ώ[μ]ης [❦], δόγματι τῆς λαμπρᾶς Γορτυνίων βουλῆς Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς ἀνέστησεν.*

Massonus voluit ἔπαρχον, et emendationem Ῥώμης praecepit (vide nott. Grut.), mirumque est istud ineptum τῶν νήσων non sustulisse Corsinum. De formula cf. n. 2595. Ut, unde ΩΝ posset natum esse, intelligeres, apposui foliolum (cf. n. 2593.). Ceterum neque unquam Creta ἔπαρχον habuit, et tum Cretae rector fuit Dositheus; nec hic Vettius Agorius unquam Cretae praefuit, de cuius muneribus satis liquet ex titulis Grut. p. MCII. 2. CDLXXXVI. 3. Praefectus Urbi fuit a. $\frac{367}{368}$ tandem a. 384. Praefectus Praetorio Italiae et Illyrici, et non multo post decessit Consul designatus. Hic titulus, si cum Massono legas ἔπαρχον, in ipsa videatur eius Praefectura Urbis positus; id quod statuit Corsinus. Sed si ἀπὸ ἐπάρχων legas (hoc est, unum ex Praefectis Urbis, qui eo usque magistratum gesserant), titulus potuit recentior esse, potestque adeo anno 382. vel 383. tribui, antequam Agorius Praefectus Praetorio designaretur: ante quod munus magistratum nullum gessit

inde a Praefectura Urbis, quod satis patet ex lapidibus. Et profecto lapides n. 2595. 2596. credo etiam n. 2597. ad eos circiter annos pertinent. Ex quibus lapidibus quum pateat, Dositheum tum Consularem Cretae fuisse, haud dubie etiam hoc monumentum circa id demum tempus scriptum est.

## 2595.

*Ibidem*; indidem Gruterus p. MCII. 1. et ex cod. Vatic. n. 1759. Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 143. minusculis. Ex Grutero habet Corsinus de Praef. Urb. p. 273.

ΒΑΛΕΡΙΟΝΣΕΒΗΡΟΝΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝΚΑΙ
ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣΤΑΤΟΝΕΠΑΡΧΟΝΤΗΣΒΑΣΙ
ΛΕΥΟΥΣΗΣΡΩΜΗΣΔΟΓΜΑΤΙΤΟΥΚΟΙΝΟΥ
ΤΗΣΚΡΗΤΩΝΕΠΑΡΧΙΑΣ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣΔΟΣΙΘΕΟΣΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ
ΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣΥΠΑΤΙΚΟΣΑΝΕΣΤΗΣΕΝ

Vs. 2. Grut. **K**, ubi **X** dedi ex Corn. Ceterum pro **Σ** fuit **C**, ut opinor, et **ω** pro **Ω**, ut n. 2593. **C** est etiam n. 2596.

[Φλάβ]ιον Σεβῆρον, τὸν λαμπρότατον καὶ μεγαλοπρεπέστατον ἔπαρχον τῆς βασιλευούσης Ῥώμης, δόγματι τοῦ κοινοῦ τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς ἀνέστησεν.

Severum Praefectum Romae Italicae non agnoscit Buherius in Hagenbuchii Epist. epigr. l. c. ad n. 2593. Gothofredum in ea re secutus, quem tamen sibi non constitisse docuit Corsinus: quod vero Buherius Praefectum Constantinopolis Severum, qui a. 398. fuit (L. 14. Cod. Theod. De Numerariis) intelligendum putat, id etiamsi Constantinopolis et ipsa Regia et Roma (ἡ βασιλεύουσα et Ῥώμη) dicta est, quod ex Bulenger. Imp. Rom. II, 8. et Spanhem. in Iulian. Orat. I. p. 30. demonstrat, ferri non potest. Etenim in tali titulo exacta esse verba debent, et certe τῆς βασιλευούσης Ῥώμης νέας dicendum fuit: nec Dosithei magistratum tamdiu perdurasse probabile. Cf. ad n. 2593. Quodsi secundum ea, quae ad n. 2593. 2594. rettuli a me tamen ipso improbata, iam a. 367. Consularem Cretae Dositheum fuisse putes, etiam augebitur difficultas. Multo praestat hos Dositheanos titulos omnes ad a. 382. 383. vel insuper ad insequentem referri: idque de nostro in promptu. Nam a. 382. *Severum* aliquem Praefectum Urbi fuisse recte statuit Corsinus adversus Gothofredum; hunc esse Nostrum, temporum docet congruentia, idque censet etiam Hagenbuchius Epist. epigr. p. 222. cui omnino assentior. Nec nisi huic anno Nostrum tribuas, ulli eum poteris anno tribuere, quod nullus hac aetate vacuus in Fastis est; nisi velis ad suffectionem confugere. Iam etsi Corsinus non demonstravit, eum Severum qui a. 382. Praefectus Urbi fuit, non differre a *Flavio Plaudio* (s. *Placido*) *Severo*, quem Praefectum Urbi fuisse Latina marmora docent, tamen non improbabilis haec sententia est. Quam qui non admiserit, is poterit nostro loco Βαλέριον retinere; equidem in tanta schedarum, ex quibus hic titulus traditur, corruptione audeo mutare istud Βαλέριον, nec me retinet consensus schedarum utrarumque, Vaticanarum et Pigafettae, quae in vitiis apertissimis consentientes ex communi fluxerunt fonte. Quae n. 2594. consensu habeant **ΤΩΝ ΝΗΣΩΝ** pro **ΡΩΜΗΣ**, quidni **ΒΑΛΕΡΙΟΝ** habeant pro **ΦΛΑΒΙΟΝ**? Nempe qui transcripsit **ΒΑΛ** legerat pro **ΦΛΑ**; mox videre sibi **Ρ** visus est, quod fuit **Β**: sic sponte eo delapsus est, ut **Ε** insuper inferret, ac nobis iam **ΒΑΛΕΡΙΟΝ** praeberet pro **ΦΛΑΒΙΟΝ**. Ita omnis tollitur difficultas, et utroque Severo iam in unum conflato, Flavio illo et hoc qui ferebatur Valerio, neutri in Fastis locus deest.

## 2596.

*Ibidem*; indidem Gruterus p. MXCIV. 4. et ex eodem codice Cornelius ibid. p. 142. minusculis.

Υ·ΦΛ·ΥΠΑΤΙΟΝΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑ
ΤΟΝΑΠΟΥΠΑΤΩΝΚΑΙΑΠΟΕΠΑΡ
ΧΩΝΠΡΑΙΤΩΡΙΟΥΔΟΓΜΑΤΙΤΟΥ
ΚΟΙΝΟΥΠΑCΗCΤΗCΕΠΑΡΧΙΑC
ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟCΔΟCΙΘΕΟCΑC
ΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟCΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟC
ΥΠΑΤΙΚΟCΤΗCΚΡΗΤΩΝΕΠΑΡ
ΧΙΑCΑΝΕCΤΗCΕΝ

Versus secundum Grut. disposui, nisi quod qui apud illum vss. 1. 2. sunt, apud nos tres efficiunt ex arbitrio constitutos. Nempe ap. Grut. vs. 1. clauditur vocula **ΑΠΟ** et vs. 2. incipit a voce **ΥΠΑΡΧΩΝ**: sed Corn. praebet ἀπὸ ὑπάτων καὶ ἀπὸ ἐπάρχων; quod quum reciperem, necessario mutandi versus erant. Quis enim Cornelium credet de suo illa addidisse? Pro **Ω** fuit haud dubie **ω**, ut n. 2593.

[Τ.] Φλ. Ὑπάτιον, τὸν λαμπρότατον ἀπὸ ὑπάτων καὶ ἀπὸ ἐπάρχων Πραιτωρίου, δόγματι τοῦ κοινοῦ πάσης τῆς ἐπαρχίας Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας ἀνέστησεν.

Vs. 1. **Τ** pro **Υ** correxit iam Massonus in nott. ad Grut. p. CCCLV. *Hypatium* Consulem ordinarium habes a. 359. Praefectum Praetorio a. 382–383. (Cors. de Praef. Urb. p. 268.). Hic titulus igitur non vetustior est his annis, et videtur a. 383. aut paulo post scriptus, quum Hypatius Praefectura iam fun-

ctus esset: alias enim ἔπαρχον, non ἀπὸ ἐπάρχων esset dictum. Utrum vero Hypatius ille Cos. a. 359. hic Noster sit et praeter ordinem posthac Praefectus Praetorio creatus, an Noster statim post Praefecturam suffectus alii Consul sit, in medio relinquo. De eparchia Cretae Consulari satis dictum ad n. 2592. 2593.

## 2597.

*Ibidem*; ex schedis iisdem Gruterus p. MXC. 20. ex codice Vaticano eodem minusculis Cornelius ibid. p. 141. et ex Grutero quasi a priori exemplo diversum p. 145. unde qualis hic editor sit iudicabis. Ex lapide dedit Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 2. p. 43. n. 2. ex Grutero Martorellius Thec. calam. T. II. p. 523. Cors. de Praef. Urb. p. 276. Doctissime illustravit Mazochius In mutilum Campani amphitheatri titulum p. 39.

Γ ΑΝΙΚΙΟΝΒΑΣΣΟΝ
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝΚΑΜΠΑΝΙΑΣ
ΔΟΓΜΑΤΙΤΟΥΚΟΙΝΟΥΠΑΣΗΣ
ΤΗΣΕΠΑΡΧΙΑΣΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ
ΔΟΣΙΘΕΟΣΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ
ΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣΥΠΑΤΙΚΟΣ
ΤΗΣΚΡΗΤΩΝΕΠΑΡΧΙΑΣ
ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ

Formam tituli dedi ex Poc. T maius ter ex Grut. Sed C, non Σ, in eo fuisse recte iudicavit Mazochius collato n. 2596. addo Ω mutandum in ω esse (cf. n. 2593.). Vs. 1. Grut. omissa prima littera ΑΝΙΚΙΟΝ, Poc. ... ΝΙΚΙΟΝ: lego Γ. Ἀνίκιον ex Corn. lectione Γανίκιον. Vs. 2. init. Poc. .. Ν etc. Vs. 4. Poc. ΔΟΓΜΑΤΙΤΟΤΟΥ etc. Vs. 4. extr. Grut. ΠΑ ΣΑΣ, Poc. Corn. quod dedi. Vs. 5. 8. Poc. solus ΕΠΑΡΧΕΙΑΣ. Retinui ἐπαρχίας, ut in reliquis Creticis; dicitur tamen etiam ἐπαρχεία, ut in Cypriis n. 2638. Vs. 5. extr. Poc. ΜΕΝΗΣ et vs. 6. ΔΩΣ etc. et ΑΣΚΑΙΕΠΙΟΛΟΤΟΣ. Vs. 7. extr. Grut. ΥΠΑΘΗ ΚΟΣ, Corn. ὑπατηκὸς ἐν, Poc. quod dedi; idem ante hoc ΟΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ.

Γ. Ἀνίκιον Βάσσον, τὸν λαμπρότατον ἀνθύπατον Καμπανίας, δόγματι τοῦ κοινοῦ πάσης τῆς ἐπαρχίας Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσκληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος ὑπατικος τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας ἀνέστησεν.

*Anicius Bassus* a Corsino Praefectus Urbi reponitur a. 383. neque illum eo magistratu posse recentius functum esse docet idem; nec vero multo prius eius Praefectura poni potest. Una autem cum Praefectura Urbis Proconsul Campaniae fuit (vide lapidem Latinum ap. Cors.), quo solo elogio ipse utitur ap. Murat. T. I. p. CDLXIV. 7. ut hic. Proconsuli Campaniae, quae alias tantum Consularem vel Correctorem habuit, quid coniunctionis cum Cretensibus intercesserit, bene docuit Maz. A Campanis enim Capuae colonis, de quorum fundis vide Sueton. Caes. c. 20. Vellei. II, 81. Octavianus, ut militibus agros divideret, partem terrae emit atque illis in Cnosia terra agros dedit, quorum fructum etiam Dionis aetate eos cepisse constat; unde Velleius iis ab Octaviano reditus duodecies HS. in Creta insula datos scribit (vide Dion. XLIX, 14. Vellei. l. c.).

---

## 2598.

In pago *Cretae* Choustiliana; ex schedis alienis Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 7. p. 41. n. 2.

| | |
|---|---|
| ΣΩΤΙΩ | Σωτίω[ν |
| FΙΚΑΔΙΟΝΟΣ | Fικαδίονος. |
| ΣΩΣΑΝΑΡΟΣ | Σώσαν[δ]ρος |
| ΔΕΣΙΩ | Δε[ξ]ίω. |

Titulus hic epitaphius reliquis privatis inscriptionibus vetustior ideoque in horum capite positus est. Non ausus sum digamma tollere, de quo vide de dial. §. 1. Ceterum malim Fικαρίωνος.

## 2599.

In urbis *Vaxi* parietinis; ex Pigafettianis Gruterus p. MCXXX. 9. hinc Fleetwood. Syll. p. 236. 2. Bentl. in Callim. Lav. Pallad. 130. (ed. Ern. T. II. p. 13.) Brunck. Anal. T. III. p. 316. n. 753. (Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 339.) Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 235. cf. Nott. p. 938.

ΜΗΜΟΥΕΝΥΒΡΙΣΗΣΑΓΝΟΝΤΑΦΟΝΩΠΑΡΟΔΙΤΑ
ΜΗΣΟΙΜΗΝΙΣΗΠΙΚΡΟΝΕΠΑΓΕΣΙΜΗ
ΠΕΡΣΕΦΟΝΑΤΕΚΟΡΑΔΑΜΑΤΕΡΟΣΑΜΑΠΑΡΕΡΠΩΝ
ΕΙΠΩΝΑΡΑΤΕΙΩΓΑΙΑΝΕΧΟΙΣΕΛΑΦΡΑΝ

Μή μου ἐνυβρίσ[σ]ῃς ἁγνὸν τάφον, ὦ παροδῖτα,
Μή σοι μηνίσ[ω] πικρὸν ἐπ᾽ Ἀγεσί[λᾳ]
Περσεφόνᾳ τε κόρᾳ Δαματέρος· ἀ[λλ]ὰ παρέρπων
Εἶπ[ὸ]ν Ἀρατείῳ· Γαῖαν ἔχοις ἐλαφράν.

Vs. 1. ἐνυβρίσσῃς ante nos emendatum. Vs. 2. Fl. putabat deam esse Epagesimen (certe Ἐπαγεσίμα scribendum erat), dictam ἀπὸ τοῦ ἐπάγειν sc. vindictam. Bentleius egregie ἐπ᾽ Ἀγεσίλᾳ etc. Ἀγεσίλας enim *Pluto* est. Bentleianum inventum corrupit Ruhnkenius Epist. crit. p. 113. scribens ἐπ᾽ Ἀγεσίλας, ut ἐπιμηνίσῃ dictum et tmesi divisum sit. Sic Σ in fine addendum fuit, et elegantia Bentleianae correctionis perit. Ceterum Bentl. etiam μηνίω scripsit; Ruhnk. retinet μηνίσῃ. Ego dedi μηνίσω, etsi fortasse μηνίσῃ retineri potest, sc. ὁ τάφος: sed praestat prius. Mox ἀλλὰ debetur Bentleio; εἰπὸν Fleetwoodius correxit.

## 2600.

In parietinis *Lytti*; ex Pigafettianis Gruterus p. MCIV. 22. et hinc Cornelius Cret. sacr. T. I. p. 41.

ΑΡΕΤΟΣ
ΑΡΧΩΝΔΑ

Ἄρετος Ἀρχώνδα.

## 2601.

In parietinis *Hierapytnae*; indidem edidit Gruterus p. MXCII. 10. et ex hoc Cornelius l. c. p. 248.

ΑΡΙϹΤΟΜΕ
ΔΗϹΑΠΟΛ

Ἀριστομ[ή]δης Ἀπολ[λωνίου vel Ἀπολ[λοδώρου?

## 2602.

*Hierapytnae*; sub statua; indidem Gruterus p. MCXXXVI. 5.

ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣΑΡΙΣΑΡΙΣΤΟΜΙΔΙΣ
ΙΤΑΝΙΟΣΕΠΟΙΚΟΣΕ

Hic titulus solum videtur artificis nomen continere, et nomen eius, qui statuam posuit, et eius, cui posita est, in alia parte basis scriptum fuisse. ΑΡΙΣ videtur tantum semel scriptum et errore scribae schedas exarantis duplicatum esse, ut confusae sunt illae schedae. Lego igitur:

Δαμοκράτης Ἀριστομ[ή]δ[εο]ς
Ἰτάνιος ἔποικος
ἐ[ποίει.

Ἔποικος, hoc est nunc μέτοικος, Hierapytnae Damocrates fuit ex oppido Cretae Itano. Alias ἔποικος est *colonus*: sed coloni in colonia sua cives sunt; itaque si Hierapytnam colonia deducta esset undeunde quocunque tempore, eiusque particeps fuisset ille Damocrates Itanius, ut Hierapytnae colonus esset iam Hierapytnius. Nam quod Athenienses coloni in suis coloniis retinent aliquando Atheniensium nomen, id nemo Itanio accommodabit.

## 2603.

*Lytti*; ex Pigafettianis Gruterus p. MCIV. 23. et hinc Cornelius Creta sacra T. I. p. 41.

ΔΑΜΟ
ΤΙΜΑΓΟΡΑ

Δαμο - - Τιμαγόρα.

## 2604.

In *Creta* ibidem ubi n. 2598. Ex schedis alienis Pocockius ibidem ubi n. 2598. edidit n. 1.

ΕΡΩΣΕΡΩΤ
ΟΣΤΡΥΦΑΙΝ
ΑΕΡΩΤΟΣ

Ἔρως Ἔρωτος.
Τρύφαινα Ἔρωτος.

## 2605.

In parietinis *Lytti*; ex Pigafettianis Gruterus p. MCXXXVI. 8.

ΕΥΦΡΟΣΥΝΑΔΗΜΙ
ΤΕΙΜΑΝΤΟΡΑΙΛΗΣΙΙΤ
ΤΙΟ.ΜΟ.ΜΝΗΜΗΣΧΑ...

Εὐφροσύνα Δημ[έα? Ἀδ]ειμάντ[ῳ? κ]αὶ [Κ]λησί[ππῳ?] - - μνήμης χά[ριν.

Nomen Κλήσιππος in Creta habes n. 2584. Formam dictionis eam fere statui quae est n. 2606. 2608.

## 2606.

*Ibidem*; ex iisdem Gruterus p. MCXLVI. 1.

ΚΛΩΝΑΚΑΣΩΤΗ
ΡΟΜΕΜΠΤΩΓΥΝΑΙ
ΚΙΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ
ΚΑΛΛΙΠΠΙΑΝΟΣΦΙΛΩΝΙ
ΤΩΠΑΤΡΙΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

Κλ[ε]ωνακᾶ[ς?] Σωτήρ[α? ἀ]μέμπτῳ γυναικὶ μνήμης χάριν.
Καλλιππιανὸς Φίλωνι τῷ πατρὶ μνήμης χάριν.

Retinui Σωτήρα, quod Cretenses η pro ει olim posuerunt; vide de dial. §. 2. licet Σώτειρα sit n. 2609.

## 2607.

*Ibidem*; ex iisdem Gruterus p. MCXXXVI. 12.

ΠΡΙΝΙΟΣ
ΔΙΟΜΗΔΗ
ΤΕΡΤΙ
Σ Ω Ζ Ω

Πρί[μ]ιος Διομήδη[ς].
Τερτί[α] Σω[σ]ώ.

Et Πρίμιος et Σωσὼ nomina aliunde nota sunt.

## 2608.

*Ibidem*; ex iisdem Gruterus ibid. 13.

ΣΥΜΦΕΡΟΥΣΑ
ΝΕΙΚΑΝΟΡΙ
ΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

Συμφέρουσα Νεικάνορι μνήμης χάριν.

### 2609.

*Ibidem*; ex iisdem Gruterus p. MCXLVI. 5.

ΣωΤΕΙΡΑ
ΣΥΝΕΤω
ΤωΑΝΔΡΙ
ΧΧ...
ΚΑΡΠΟ.../.ΟΡΙΑΤΗ
ΑΜΕΜΠ.....ΥΝΑΙΚΙ
ΜΝΗΜΗΣ.....ΙΝ

Σώτειρα Συνέτῳ τῷ ἀνδρί.
[Ὁ δεῖνα] Καρπο[φ]ορίᾳ τῇ ἀμέμπ[τῳ γ]υναικὶ μνήμης [χάρ]ιν.

### 2610.

*Ibidem*; ex iisdem Gruterus p. MCXXXVI. 14.

ΣωΜΑΝΤΙΣΣωΤΕ
ΛΟΥΣΚΛΕΙΩΡΟΥΦΟΥ
ΕΥΔΑΙΜΟΝΕΣ
ΧΑΡΙΤΩΝΜΝΗΝΗΣ
ΧΑΡΙΝ

Σώμαντις Σωτέλους,
Κλειὼ Ῥούφου,
εὐδαίμονες.
Χαρίτων μνή[μ]ης χάριν.

Σώμαντις est ex σώζω et μάντις. Χαρίτων, sc. posuit.

### 2611.

In *Lytti* parietinis; ex iisdem schedis Gruterus p. MCXXXVI. 9.

ΚΑΛΥΔΙΑΦΙΛΟΥ
ΜΕΝΗΚΑΛΥΔΙΑ
ΠΑΠΦΙΛΙΚΛΙΑ
ΦΙΟΔΕΙΣΙΑΛΙΣ
ΜΝΗΜΗΣ

Κ[λα]υδία Φιλουμενὴ Κ[λα]υδίᾳ Πα[μ]φίλ[ῃ τῇ?] κ[α]ὶ Ἀφ[ρ]οδεισιά[δ]ι [>] μνήμης [χάριν].

Vs. 4. ultimum Σ videtur ex siglo natum esse.

### 2612.

*Ibidem*, in operculo sepulcri marmorei; ex iisdem Gruterus p. MCXLVII. 2.

ΦΛ·ÆΛΠΙΔΙΑΝΟΣ

Dele A ligatum. Φλ. Ἐλπιδιανός.

---

## SECTIO DECIMA.

### CYPRUS.

### 2613.

In oppido Larnaka s. Larnika, quantum video, ac proinde ex parietinis *Citii*, quae hodie Tschitti dicuntur; ed. Ios. de Hammer topogr. Ansichten auf einer Reise in die Lev. p. 177. n. 43. et ex hoc Welckerus in Mus. Rhen. a sese et Naekio editi Ann. I. Fasc. II. p. 290.

ΚΡΗΤΑΜΕΝΠΑΤΡΙΣΜΟΥΟΔΟΙΔΟΡΕ·ΤΙΚΤΕΔΕΜΑΤΗΡ
ΝΙΚΩΣΩΣΕΙΑΝΑΞ.Δ...ΜΟΣΓΕΝΕΤΑΣ
ΠΡΑΞΑΓΟΡΑΣΔΟΝΟΜΕΣΧΟΝΕΠΙΚΛΕΕΣΟΝΠΡΙΝΕΠΑΝΔΡΩΝ
ΘΗΚΑΤΟΛΑΓΕΙΔΑΣΚΟΙΡΑΝΟΣΗΓΕΜΟΝΑ

Vs. 2. dele primum E. Vs. 3. apud Hamm. duas lineas complet, quod videtur typothetae deberi.

Κρῆτα μὲν πατρίς μου, ὁδοιπόρε, τίκτε δὲ μάτηρ
Νικώ, Σωσιάναξ δ' [ἦεν ἐ]μὸς γενέτας·
Πραξαγόρας δ' ὄνομ' ἔσχον ἐπικλεές· ὃν πρὶν ἐπ' ἀνδρῶν
Θήκατο Λαγείδας κοίρανος ἡγεμόνα.

Titulus est ex aetate *Ptolemaei I. Lagi f.* vel paulo post scriptus. Ἡγεμὼν ἐπ' ἀνδρῶν non poetica dictio est, sed nomen praefecti militum; cf. n. 2621. et not. Quare etiam communem formam pro Dorica retinui.

### 2614.

Lapis effossus in parietinis *Citii* prope Larnaka, et domo proxeni Britannici, qui ibi habitat, illatus; ed. Sestinus in Itinerario (Viaggio da Constantinop. a Bassora) P. II. p. 144. et denuo ex lapide Ios. de Hammer l. c. p. 176. n. 42.

.ΕΡΕΝΙΚΗΝΤΗΝΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟ:::::
.ΥΝΑΙΚΑΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣΦΡΟΥΡΑΡΧΟ::::
ΚΑΙΚΑΤΑΚΙΤΙΟΝΚΑΙΒΟΙΣΚΟΣΚΑΙΟΙΚΥΝ·ΗΓΕΜΩΝ

Vs. 1. 2. maiores, quas dedi, lacunas notavit Sest. Vs. 3. init. K omittit Sest. Ibidem extr. dedi Hammeri lectionem; sed eius apographa nota haud libera coniecturis esse. Sest. ΚΑΙΟΙΚΥΝΑΙ:::::: Titulus adeo simplex et ab adulatione alienus est, ut ad *Ptolemaei I.* Lagidae uxorem Berenicen, non Euer-

getae I. Berenicen referendus videatur; itaque vs. 1. extr. fortasse nihil prorsus nisi Y periit, aut fuit Πτολεμαίο[υ Σωτῆρος. Ad Euergetae I. uxorem si rettuleris, exspectes hoc loco dictum fuisse Πτολεμαίου ἀδελφὴν καὶ γυναῖκα, ut in lamina aurea Aegyptiaca: quamquam in Cypro illud ἀδελφὴν etiam omitti potuit. Vs. 2. extr. ob insequens καὶ κατὰ Κίτιον intercíderit κατὰ et nomen loci necesse est. Vs. 3. sub fin. punctum post KYN omnino delendum. Ita cum Visconto apud Hammerum corrigas καὶ οἱ [σ]υνηγεμ[ό]ν[ες: sed litteras ΕΜΩΝ, quae desunt apud Sest. videtur Hammerus addidisse, et K ab utroque editore lectum non temere abiiciendum arbitror. Succurrunt κυνηγοί, quorum duces ἀρχικυνηγοι: de quibus allato etiam Callixeni loco, κυνηγοὺς ipsos in pompa Philadelphi memorantis, dixit Letronnius Rech. sur l'Égypte p. 57. Igitur scripserim:

B]ερενίκην τὴν βασιλέως Πτολεμαίο[υ - - γ]υναῖκα, Ποσείδιππος φρούραρχο[ς κατὰ - - -] καὶ κατὰ Κίτιον, καὶ Βοΐσκος καὶ οἱ κυνηγ[οί.

## 2615.

Baffae, ubi olim *Paphus nova*; ed. Ios. de Hammer ibid. p. 182. n. 55.

.ΟΝΘΕΟΝΣΟΤΗΡ.
.ΑΣΙΑΣ......
ΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΥ

Πτολεμαῖ]ον θεὸν Σ[ω]τῆρ[α], - - - Ἀσίας? - - -
[- - - ἕνεκεν] τῆς εἰς ἑαυτού[ς.

Videtur ad *Ptolemaeum Soterem* pertinere, sed fortasse ad defunctum (cf. ad n. 2620.): Etiam Imperatoribus Romanis sane σωτήρων cognomentum datum: sed certe non piaculum facio, quod Ptolemaeorum titulis hunc interpono.

## 2616.

In parietinis *Curii*; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 31, 4. (cf. p. 36.) et recte restituit Letronnius Journ. des Sav. Mart. 1827. p. 171.

ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑΤΟΝΕΓΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣΘΕΟΝΕΠΗΑΝΩΝ

Βασιλέα Πτολεμαῖον θεὸν] Φιλομήτορα, τὸν ἐ[γ] βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης] Κλεοπάτρας, θε[ῶ]ν Ἐπ[ιφ]ανῶν.

Pertinet ad *Ptolemaeum VI. Philometorem*.

## 2617.

Basis quadrata marmoris cani, olim *Citii* prope Larnaka, nunc in Museo regio Berolinensi ex dono Comitis Sackii, qui eam una cum apographo mihi misso accepit a P. Angelato, Dr. interprete in Cypro habitante. Ed. titulum Paulus Lucas Itin. Gr. Asiae min. Maced. et Africae T. II. p. 328. 5. et ex schedis S. Lisle Chishullus Antt. As. p. 88. cum commentario, Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 1. p. 42. Muratorius T. IV. p. MMXVII. 3. cui miserat P. Frölichius S. I. ex schedis Domini De la Condamine excerptum a P. Etschlagero S. I. denique ex lapide Richterus Itin. p. 568. n. 26. (cf. Franckii commentarios p. 203 sq.). Habent etiam alii, ut Champollion-Figeac Annal. Lagid. T. II. p. 406. Letronnius Rech. sur l'Égypte p. 54.

ΗΠΟΛΙΣ
ΑΓΙΑΝΔΑΜΟΘΕΤΟΥΚΡΗΤΑΤΟΝΑΡΧΙΣΩΜΑΤΟΦΥΛΑΚΑ
ΚΑΙΕΠΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣΕΙΣΒΑΣΙΛΕΑΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝΚΛΕΟΠΑΤΡΑΝ
ΤΗΝΑΔΕΛΦΗΝΘΕΟΥΣΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑΣΚΑΙΤΑΤΕΚΝΑ
ΑΥΤΩΝΚΑΙΤΗΣΕΙΣΑΥΤΗΝΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ

Formam tituli et litterarum dedi ex lapide; ut non opus sit priorum differentiam annotare: hodie aliquot litterae prorsus detritae sunt, ut praeter paucas alias vs. 4. ultimae AN, et vs. 6. vox ΑΥΤΩΝ; haec addidi ex prioribus exemplis. ΑΥΤΩΝ vs. 6. non vs. 5. scriptum fuisse et vestigia docent et Richteri exemplum, qui ibi αὐτοῦ supplet, atque insuper Poc. qui etsi titulum non prorsus ad genuinam formam edidit, tamen versus recte divisos praebet; quod non fecit Chish. Mendas priorum notare non opus.

Ἡ πόλις Ἁγίαν Δαμοθέτου Κρῆτα, τὸν ἀρχισωματοφύλακα καὶ ἐπὶ τῆς πόλεως, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς βασιλέα Πτολεμαῖον καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν τὴν ἀδελφήν, θεοὺς Φιλομήτορας, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ τῆς εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας.

Ex aetate *Ptolemaei VI. Philometoris*. Ἁγίας Doricum p. Ἡγίας. De ἀρχισωματοφύλακι cf. Chish. et Letr. p. 56 sq. Ὁ ἐπὶ τῆς πόλεως est qui alias ἐπιμελητὴς τῆς πόλεως, qualis Demetrius Phalerensis fuit Athenis; cf. n. 2621.

## 2618.

Lapis longus 2', latus 1', ex ruderibus *Paphi veteris* (Kukla), nunc Vindobonae in Museo imperiali; ed. Ios. de Hammer l. c. (ad n. 2613.) p. 179. n. 49. et in aere ad p. 151. Petrettinus Papyr. Gr. Aegypt. p. 70 sqq. Ex Hammero habent plures, ut Saint-Martin Journ. des Sav. 1821. p. 539. et ii, quos in notis memorabo. Cf. etiam Letronn. Rech. Égypt. p. 416.

ΒΑΣΙΛΕΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ
ΘΕΟΝ ΕΥΠΑΤΟΡΑ

ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ

Dedi ex aere, nisi quod in hoc aliquoties Λ pro Α, semel Λ pro Δ, et quod Θ an Θ fuerit, inde non liquet.

Βασιλέα Πτολεμαῖον θεὸν Εὐπάτορα Ἀφροδίτῃ.

Deceptus comparatione lapidis Rosettani, ubi sacerdos Regum Ptolemaeorum qui fuit, is dicitur sacerdos omnium usque ad Epiphanem, qui tum ipsum regnavit, et *Epiphanis* etiam ipsius, in papyro Ptolemaico a me a. 1821. edito verba θεοῦ Εὐπάτορος rettuli ad Ptolemaeum Euergetam II. et quod sequitur θεῶν Εὐεργετῶν ad Cleopatram et filium Ptolemaeum Alexandrum, qui vulgo Φιλομήτορες Σωτῆρες. Sed in sacerdotis designatione video nunc omissos esse hos Φιλομήτορας Σωτῆρας, in quorum regno ille papyrus scriptus, θεῶν Εὐεργετῶν autem referri ad Euergetam II. et uxorem, et θεοῦ Εὐπάτορος ad Ptolemaei VI. Philometoris filium infantem, qui in catalogo regum vulgo omitti solet, quod paucos tantum menses regnavit: quem Eupatorem vocatum esse olim non notum ex ullo monumento erat. Sed hunc infantem esse *Eupatorem* papyri Ptolemaici, rectissime monuerunt Champollion-Figeac (Éclaircissemens sur le contrat de Ptolemaïs p. xxv sqq.) et eum secutus Letronnius (Rech. sur l'Ég. p. 124.) ac Saint-Martin (Journ. des Sav. 1822. p. 559.). Novam mentionem huius Eupatoris infantis attulerunt praescripta papyri a Cassato reperti, ubi tamen is male ante Ptolemaeum VI. Philometorem, cuius filius erat, positus est: καὶ θεῶν Ἐπιφανῶν, καὶ θεοῦ Εὐπάτορος, καὶ θεοῦ Φιλομήτορος καὶ θεοῦ Εὐεργέτου etc. (Journ. des Sav. l. c. p. 556.). Ad hunc igitur puerum titulum Cyprium rettulit Champ. nec sane video quidni Paphii, antequam illum interficeret Euergetes II. allato statim de patris Philometoris obitu nuntio regis sui pueruli statuam dedicare Veneri potuerint. Ita censet etiam Petrettinus. Sed Letronnius l. c. p. 125 sq. Eupatorem Paphiae inscriptionis censet Philopatorem esse Euergetae I. successorem, ut eius uxor Arsinoe in papyro Ptolemaico audit Εὐπάτωρ, atque ut ap. Ioseph. Archaeol. XIII, 3. Philopator semel dicitur Εὐπάτωρ: in qua sententia fuit etiam Saint-Martin (l. c. p. 560.). Suam rationem defendit posthac Champollion (Notice de deux Papyrus Égyptiens, Paris. 1823. p. 10. Journal Asiatique T. III. p. 43.): cui assentior. Arsinoe enim quod in papyro Ptolemaico Εὐπάτωρ dicitur, error esse scribae videtur; Iosephi vero locus eo magis corruptus censendus, quod paulo post ille scriptor eundem regem Φιλοπάτορα dicit.

## 2619.

*Ammochosti propre Salaminem* (Famagustae), in fronte interiori portae, qua ad mare itur, sub inferiori cardine forium ex oppido egredienti ad sinistram; litteris parvis et leviter sed bene sculptis. Ed. Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 1. p. 42. n. 4. et ex lapide Vidua Inscr. ant. tab. 30, 2. (cf. p. 35.). Tractavit Letronnius Journ. des Sav. a. 1827. p. 170.

ΟΛΥΜΠΙΑΔΑΤ . . .
ΘΕΟΔΩΡΟΥΤΟΥ . . .
ΒΑΣΙΛΕΩΣΤΟΥΣΤΙ . . .
ΚΑΙΑΡΧΙΕΡΕΩΣΤΟΚΟΤΟ
ΚΥΠΡΟΝΓΡΑΜΜΑΤ . . .
ΤΕΧΝΙΤΟΝ

Formam tituli dedi ex Vid. Vs. 1. pro ΠΙΑ Vid. lacunam habet. Vs. 2. extr. Poc. ΤΟΣ, Vid. ΤΟΥ... Vs. 3. Poc. omittit secundum Σ; ibid. extr. Poc. ΣΑΓ, Vid. ΣΤΙ... Vs. 4. extr. Poc. ΤΟΚ.ΤΟ, Vid. ΤΟΚΟΙ..; composui utrumque, ne quid periret, Viduae Ι censens esse Pocockii Τ.

Ὀλυμπιάδα τ[ὴν τοῦ δεῖνος, γυναῖκα δὲ
Θεοδώρου τοῦ [δεῖνος, τοῦ συγγενοῦς τοῦ
βασιλέως, τοῦ στ[ρατηγοῦ καὶ ναυάρχου
καὶ ἀρχιερέως το[ῦ] κ[α]τ[ὰ
Κύπρον, γραμματ[έως τῶν περὶ τὸν Διόνυσον
τεχνιτ[ῶ]ν.

Difficillima est huius tituli restitutio. Ex vs. 5. videtur latitudo scripturae colligi posse: formulam τῶν περὶ τὸν Διόνυσον desumpsi ex n. 2620. ubi quod additum est καὶ θεῶν Εὐεργετῶν, id non necesse est hic quoque exaratum fuisse iudices, quod hic titulus prius potuit scriptus esse, quam Dionysiaco cultui addita esset religio deorum Euergetarum. Ad hanc latitudinem direxi supplementa, quod probabile est plurimos versus eiusdem fuisse mensurae: si vs. 4. statuo breviorem esse, non id sine exemplis facio: potuit ibi vitium lapidis scripturae obesse. Vs. 1. Letr. aut τὴν θυγατέρα aut τὴν γυναῖκα supplet; ut latitudinem exaequarem, assumpsi utrumque, omisso tamen θυγατέρα, ut solet. Patrem Theodori vs. 2. excidisse eandem ob causam statui. Reliqua vs. 3. 4. Letr. explevit; ne plura, cf. n. 2622. qui longe simillimus est: τὸν συγγενῆ τὸν βασιλέως, τὸν στρατηγὸν καὶ ναύαρχον καὶ ἀρχιερέα τὸν κατὰ τὴν νῆσον. Sed praecipua difficultas est vs. 4. ubi Viduae lectio ΤΟΚΟΙ[ΝΟΝ legi suadet; igitur coniectum est: τὸ κοινὸν τῶν κατὰ Κύπρον γραμματέων τῶν Διονυσιακῶν τεχνιτῶν ἀνέθηκε. At κοινὸν γραμματέων τῶν τεχνιτῶν vix in Cypro fuit: fuit κοινὸν τῶν τεχνιτῶν, quod suum habet scribam, ut quodvis κοινόν (exempli causa confer Teia huiusmodi sodalitiorum acta), habet insuper suum pontificem s. ἀρχιερέα, ut hi τεχνῖται n. 2620. Mihi videtur quis hanc statuam dedicarit, in alio latere lapidis scriptum fuisse; hoc loco additum erat, qualis ille pontifex fuisset. Sed τοῦ κοινοῦ τῶν τεχνιτῶν non potest fuisse ἀρχιερεύς: hoc enim inferri nequit; fuit *Cypri universae pontifex*, qui variis designatur formulis. Sic n. 2633. dicitur aliquis ἀρχιερεὺς τῆς νήσου. Et n. 2622. qui nostro simillimus, habes ἀρχιερέα τὸν κατὰ τὴν νῆσον; hinc n. 2624. corrige ἀρχιερέα τ[ὸ]ν [κ]ατὰ τὴν νῆ[σο]ν. Dicas quidem τῶν potius retinendum esse et supplendum ἱερῶν, ut habetur n. 2637. ἀρχιέρεια τῶν κατὰ Κύπρον Δήμητρος ἱερῶν: at ἱερῶν omitti haud facile potuit. Itaque ille ἀρχιερεὺς τῆς νήσου est etiam ἀρχιερεὺς ὁ κατὰ τὴν νῆσον dictus: pro quo ut n. 2637. nostro loco dictum κατὰ Κύπρον. Sic prodit nostra correctio ἀρχιερέως το[ῦ] κ[α]τ[ὰ] Κύπρον. Υ omisit Vid. cum Poc. ut n. 2624. omisit Κ. N. 2637. ut hoc obiter addam, qui sim-

pliciter *ἀρχιερεὺς* audit, is Paphi tantum sacerdos fuisse videtur, ut qui n. 2620. *ἀρχιερεὺς τῆς πόλεως.* Ceterum haec tria strategi, nauarchi, pontificis munera coniuncta esse solebant (cf. n. 2622.); hinc iunguntur particula *καί*: ab hoc seiunctum munus *γραμματέως τῶν τεχνιτῶν*; quare ante vocem *γραμματέως* non additum est *καί.*

## 2620.

Olim in ruinis *Paphi veteris*, nunc in Britannia; ed. Ios. de Hammer l. c. (ad n. 2613.) p. 180. n. 50.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΠΑΦΙΑΙ
ΗΠΟΛΙΣΠΑΦΙΩΝΚΑΛΛΙΠΠΟΝΚΑΛΛΙΠΟΥΔΙΣ.ΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΣΑΝΤΑΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΚΑΙΑΡΧΙ..ΟΝΤΑΤΗΣ
ΠΟΛΕΟΣΚΑΙΤΩΝΠΕΡΙΤΟΝΔΥΟΝΥΣΟΝΚΑΙΘΕΟΥΣΕΥΕΡ..ΤΑΣ
ΤΕΧΝΙΤΩΝΤ..ΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΗΣΠ.....Γ......
ΑΡΧΗΣΑΝΤΑΚΑΛΛΩΣΤΟ..

Vs. 6. dele alterum Λ.

*Ἀφροδίτῃ Παφίᾳ ἡ πόλις Παφίων Κάλλιππον Καλλίπ[π]ου δὶς [γ]ραμματεύσαντα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, καὶ ἀρχι[ερεύ]οντα τῆς πόλε[ω]ς καὶ τῶν περὶ τὸν Δ[ι]όνυσον καὶ Θεοὺς Εὐερ[γέ]τας τεχνιτῶν, τ[ὸν] γραμματέα τῆς π[όλεως], γ[υμνασι]αρχήσαντα καλῶς τὸ ..* sc. *ἔτος* (cf. n. 1053. et passim).

Restituit Viscontus ap. Hamm. De *ἀρχιερεῖ τῆς πόλεως* cf. ad n. 2619. ubi monui esse diversum ab *ἀρχιερεῖ τῆς νήσου.* *Θεοὶ Εὐεργέται* dubites sintne Euergetes I. an II. et uxor: hic et n. 2621. ego refero ad *Euergeten II.* ut n. 2622. Sacerdotes Euergetarum superstitum fuisse hos, vix negaris: defunctorum si fuissent, nescio quidni etiam praecedentium simul regum sacerdotium adiunctum esset, ut Alexandriae secundum papyros. Euergetes I. autem num vivus Cypri habuerit sacerdotem, dubito: paulatim enim haec invaluit adulatio. Ipse quidem Euergetes I. deum sese appellasse non videtur; quod fecerunt posteriores, quantum scio inde a Philometore: in lamina certe aurea Aegyptiaca Euergetes I. tam arroganti cognomento non utitur. Sane iam Soterem Lagidam *Θεὸν* vocavit superstitem architectus (vide Eckhel. D. N. T. IV. p. 9.); nec certum est in nummis Philadelphum superstitem non esse deum vocatum (cf. Eckh. l. c.): sed tamen tam late quam posthac haec sive superstitio sive impietas nondum tum propagata erat.

## 2621.

Prope *Citium* inter parietinas castelli; ed. Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 1. p. 32. n. 3. ex schedis alienis.

ΜΕΛΑΓΚΟΜΑΝΦΙΛΟΔΑΜΟΥΑΧΙΤΩΛΟΝΤΩΝΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΕΠΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣΗΓΕΜΟΝΑΚΑΙΙΠΠΑΡΧΗΝ
ΕΠΑΝΔΡΩΝΚΑΙΙΕΡΕΑΘΕΩΝΕΥΕΡΓΕΤΩΝΑΡΙΣΤΩ
ΔΙΩΝΟΣΚΡΗΣΣΑΤΟΝΤΑΤΕΡΑΤΟΥ:ΑΝΔΡΟΣΑΥΤΗΣ
ΜΕΛΑΓΚΟΜΟΥΤΟΥΕΠΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣ:ΚΑΙΤΑΤΟΥΤΩΝ
ΠΑΙΔΙΑ

Interpunctiones delendae videntur. Vs. 1. tolle Χ.

*Μελαγκόμαν Φιλοδάμου Αἰτωλόν, τ[ὸ]ν γενόμενον ἐπὶ τῆς πόλεως, ἡγεμόνα καὶ ἱππάρχην ἐπ' ἀνδρῶν, καὶ ἱερέα Θεῶν Εὐεργετῶν, Ἀριστὼ Δίωνος Κρῆσσα, τὸν [π]ατέρα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Μελαγκόμου, τοῦ ἐπὶ τῆς πόλεως, καὶ τὰ τούτων παιδία.*

Aetatis *Euergetae II.* videri dixi ad n. 2620. De illo *ὁ ἐπὶ τῆς πόλεως* cf. n. 2617. Quum titulus hic scriberetur, Melancomas filius eo fungebatur munere; prius functus erat pater Melancomas, qui iam *ἡγεμὼν καὶ ἱππάρχης ἐπ' ἀνδρῶν* est. *Ἡγεμόνα ἐπ' ἀνδρῶν* vidimus iam n. 2613. idem munus et *ἱππάρχου ἐπ' ἀνδρῶν* offerunt papyri Aegyptiaci. Sic papyrus Taurinensis I. p. 1. vs. 15. (Peyron. T. I. p. 24.) *παρ' Ἑρμίου τοῦ Πτολεμαίου τῶν περὶ αὐλὴν διαδόχων καὶ ἡγεμόνος ἐπ' ἀνδρῶν.* Papyrus Taurinensis II. vs. 2. (Peyron. T. I. p. 172.) *Ἡρακλείδῃ τῶν ἀρχισωματοφυλάκων καὶ ἱππάρχῃ ἐπ' ἀνδρῶν.* Papyrus Parisiensis Saltianus VII. (Peyron. T. I. p. 74.) *Ἐπὶ Διονυσίου τοῦ ἐπὶ τάγματος ἱππαρχῶν ἐπ' ἀνδρῶν [καὶ ἐκ τῶν] περὶ αὐλὴν διαδόχων καὶ ἐπ[ιστά]του τοῦ [Π]αθυρί[το]υ.* Item IV. Saltianus (Peyron. T. I. p. 75.) *Ἱππάρχῃ ἐπ' ἀνδρῶν.* Etiam inscriptio Aegyptiaca a Franckio edita et suo repetenda loco meminit *ἱππάρχου ἐπ' ἀνδρῶν.* Mirum hoc *ἐπ' ἀνδρῶν* ita interpretatur Peyronus, ut *ἡγεμὼν* et *ἱππάρχης ἐπ' ἀνδρῶν* sit, qui vere ducat copias, *ἡγεμὼν* vero (et *ἱππάρχης* opinor) simpliciter dictus civilibus officiis vacarit, honorario nomine dux, non re: ac sane alii *ἡγεμόνες* simpliciter dicuntur, ut Papyr. Taurin. I. pag. 1. vs. 7. Illud prorsus concederem, nisi iam Lagidae aetate receptum illud *ἡγεμόνος ἐπ' ἀνδρῶν* nomen esset (n. 2613.); qua aetate non verisimile est *ἡγεμόνος* et *ἱππάρχου* nomina in meros iam detorta titulos esse. Nec tamen multum discedo a Peyrono. Si, quid oppositum illi *ἐπ' ἀνδρῶν* esse possit, quaeras, vix reperies aliud nisi *ἐπὶ πόλεως* et *ἐπὶ χώρας*: et hoc formulae rationem expedire videtur. Fuerint quidam *ἡγεμόνες ἐπὶ πόλεων* et *ἐπὶ νομῶν* etc. qualis est *ὁ ἐπὶ πόλεως*, quem modo vidimus; tales potuerunt etiam hipparchi quidam esse: qui

praeter civilia quaedam munera domi praeessent rebus militaribus, delectui et reliquae administrationi militari. Alii nullam eiusmodi habuerint provinciam nec sedem fixam, sed ducebant copias ipsas, sive ex provinciis conscriptas sive mercenarias. Rhodi aliquid simile videmus: ubi ἁγησάμενος ἐπὶ τᾶς χώρας κατὰ πόλεμον habetur n. 2524. in quo titulo etsi κατὰ πόλεμον additum est, tamen στραταγὸς ἐπὶ τᾶς χώρας a duce militum peregre proficiscentium distulisse videtur. Ceterum de copiis Aegyptiacis vide Droysen. de Lagidarum regno Ptolemaeo VI. Philometore rege p. 24 sqq. Nomen Ἀριστὼ habes n. 1709. *b.* vs. 4.

## 2622.

Inter parietinas *Curii*, in colle silvoso, unius horae itinere a pago Piscopi occidentem versus; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 32. 2. (cf. p. 36.), hinc Letronn. Journ. des Sav. 1827. p. 127.

ΣΨΙΓΙΕ V
ΣΕΛΕΥΚΟΝΒΙΘΥΟΣΤΟΝΣΥΓΓΕΝΗΤΟΝΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΤΟΝΣΤΡΑΤΗΓΟΝΚΑΙΝΑΥΑΡΧΟΝΚΑΙΑΡΧΙΙΕΡΕΑ
ΤΟΝΚΑΤΑΤΗΝΝΗΣΟΝΚΟΥΡΙΕΩΝΗΠΟΛΙΣ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΕΙΣΒΑΣΙΛΕΑ
ΠΤΟΛΕΜΕΟΝΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝΚΛΕΟΠΑΤΡΑΝ
ΤΗΝΑΔΕΛΦΗΝΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝΚΛΕΟΠΑΤΡΑΝ
ΤΗΝΓΥΝΑΙΚΑΘΕΟΥΣΕΥΕΡΓΕΤΑΣ
ΓΤΕΑΥΤΗΝΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ

Vs. 2. deleverim ultimum I. Quae ante versum primum scripta vides, fortasse ex antiquiore titulo supersunt; nisi fuit Ψ. Γ. (ψήφισμα γερουσίας, quam habes n. 2639. συγκλήτου enim, quod coniectum est, ferri nequit).

Σέλευκον Βίθυος, τὸν συγγενῆ τὸν βασιλέως, τὸν στρατηγὸν καὶ ναύαρχον καὶ ἀρχιερέα τὸν κατὰ τὴν νῆσον, Κουριέων ἡ πόλις ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς βασιλέα Πτολεμ[αῖ]ον καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν τὴν ἀδελφὴν καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν τὴν γυναῖκα, θεοὺς Εὐεργέτας, [καὶ τῆς εἰς] αὐτὴν εὐεργεσίας.

Βίθυς videtur ex ἰθὺς esse cum digammo Argis ad Curienses propagata. De συγγενεῖ regis nota hodie omnia; cf. tamen Letronn. Rech. Ég. p. 91. De ἀρχιερεῖ τῷ κατὰ τὴν νῆσον cf. ad n. 2619. Vs. 8. ΓΤΕ muta in ΕΙΣ, et cf. n. 2617. 6. Titulus est aetatis *Euergetae II.*

## 2623.

Prope *Citium*, in salinis; ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 1. p. 32. n. 2. ex schedis alienis.

.ΟΝΑΡΙΣΤΙΠΕ.....ΑΜΙΕΑ
ΓΟΝΚΑΙΑΝΔΡΟΜΑΧΟΝΟΙΤΑΠ
ΟΤΩΝΠΑΡΑΣΕΓΟΤΩΝΕΚ
ΑΙΞΕΝΟΛΟΓΗΘΕΝΤΩΝΓΟΓ
ΔΟΥΣΥΝΑΠΟΣΤΑΛΕΝΤΩΝ
ΛΙΔΟΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ:ΚΑΙΕΥ
ΚΑΙΚΑΣΡΑΙΣΣΑΚΑΕΟΠ

- - - ον Ἀριστιπ[πίδου Λ]αμιέα? [τὸν συγγενῆ τὸν βασιλέως, τὸν
στρατη]γόν, καὶ Ἀνδρόμαχον Οἴτα? Π - - - - [τὸν ἡγεμόνα? τῶν
στρατιω]τῶν [τῶν] παρα[γ]εγο[νό]των ἐκ - - - - - -
- - - κ]αὶ ξενολογηθέντων [ὑπ]ὸ? Γ - - - - [καὶ μετ' - - -
- - - δου? συναποσταλέντων, - - - - - -
- - - λιδος ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐ[νοίας τῆς εἰς βασιλέα
Πτολεμαῖον] καὶ [β]ασ[ίλ]ισσα[ν] Κ[λ]εοπ[άτραν etc.

Cf. n. 2617. 2622. Aetatis est aut *Ptolemaei VI. Philometoris* aut *Ptolemaei VII. Euergetae II.*

## 2624.

Ktimae prope *Paphum*; ex schedis alienis Vidua Inscr. ant. tab. 34. 1. cf. p. 37. Paulo aliter ac nos restituit Letronnius Journ. des Sav. 1827. p. 173.

ΒΑΣΙΛΕΩΣΤΟΝΣΤΡΑΤΗΓΟΝΚΑΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΑΤΩΝΑΤΑΤΗΝΝΗΤΩΝ
. . . . . . . . . . . . ΑΓΑΘΙΑΣ
. . . . . . . . . . . . . .

[Ἡ πόλις Παφίων τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος cum gentilicio, τὸν συγγενῆ τὸν] βασιλέως, τὸν στρατηγὸν καὶ ἀρχιερέα τ[ὸ]ν [κ]ατὰ τὴν νῆ[σο]ν, [ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ καλοκ]ἀγαθίας etc.

Cf. n. 2620. de forma tituli, quam initio sumpsi, de συγγενεῖ et ceteris ac maxime de pontifice n. 2619. cum not. et n. 2622. Ἀρετῆς ἕνεκα dedi ut n. 2617. 2622. 2623.

## 2625.

Ex parietinis *Salaminis* prope Famagustam, basis quadrata marmoris cani in sinistra ita fracta, ut quantiscunque supplementis locus sit; ab Angelato interprete habuit Sackius Comes: nunc est in Museo regio Berolinensi. Ed. Vidua l. c. tab. 28. 3. cf. p. 34. tractavit Letronnius l. c. p. 168 sq. Ego ex lapide potissimum edo, primo versu ex schedis Angelati paululum suppleto. Litterae sunt bene incisae et distinctissimae.

- - ΤΗΥΣΜΥΝΗΗΛΕΥΚΟΥΤΟΥ
- - - - - ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣΤΩΝΔΥΝΑΜΕΩΝ
- - ΟΤΙΜΟΝ ΕΚΑΤΑΙΟΥ
- - - ΑΥΤΗΣ ΠΑΤΕΡΑ

Vs. 1. hodie tantum ΥΝΗ etc. superest; Vid. [Γ]ΥΝΗ etc. Ang. habet ΤΗΥΣΜΥΝΗ, in quo Μ manifesto est ΑΓ, finis nominis proprii et initium vocis γυνή. Vs. 2. Γ ex Vid. et Ang.; hodie est Ι.

- - - - υσ[α, γ]υνὴ ἡ Λεύκου τοῦ
ἐπιστάτου καὶ] γραμματέως τῶν δυνάμεων
- - - - ότιμον Ἑκαταίου
τὸν ἑ]αυτῆς πατέρα.

Recte vs. 2. Letr. dedit ἐπιστάτου καὶ ex inscr. Aegypt. Βασιλέα Πτολεμαῖον, Θεὸν Εὐεργέτην, Θεῶν Ἐπιφανῶν, Ἀπολλόδωρος Ἀέτου, τῶν πρώτων φίλων, ὁ ἐπιστάτης καὶ γραμματεὺς τῶν κατοίκων ἱππέων. Vs. 3. init. fortasse addendum τῶν ἐν Κύπρῳ vel τῶν κατὰ Κύπρον, quod si artius scriptum erat, non excedebat spatium secundi versus in sinistram. Inscr. Aegypt. Πτολεμαῖος ὁ γραμματεὺς τῶν ἐν τῷ περὶ Ἐλεφαντίνην δυνάμεων. Γραμματέα ἐπὶ ξένων habes apud Arrian. Exp. Alex. III, 5, 4. Vs. 3. Διότιμον vel Φιλότιμον etc. suppleri potest.

## 2626.

Ex ruinis *Citii*, in suburbio ad oram maritimam, quod vulgo La Marina di Larnaka vocatur, penes Constantinum Zegno. Ed. Vidua l. c. tab. 31. 2. cf. p. 36. Litterarum formam dedi ex schedis Angelati a Comite Sackio acceptis.

ΗΠΟΛΙΣ
ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΝΧΡΥΣΙΠΠΟΥ
ΤΟΝΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ

Ἡ πόλις Ἀντίπατρον Χρυσίππου τὸν γυμνασίαρχον.

## 2627.

In pago *Chytria*, qui triplex est, Ano Chytria, Kato Chytria et Palaechytria, manifesto in loco *Chytrorum*, veteris urbis, in planitie ad montem Olympum (Santa Croce, Oros Stauros), in coemeterio prope Graecum sacellum semirutum, iuxta viam, quae Famagustam ducit. Ed. Richter. Itin. p. 568. n. 25. (cf. p. 322. et notas Morgensternii p. 630. et Franckii commentarios p. 202 sq. coll. p. 515.) Vidua l. c. tab. 30. 1. (cf. p. 35.)

ΙΑΣΟΝΑ..ΑΙ..ΤΟΚΡΕΟΝΤΟΣ
ΤΟΝΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝΚΑΙΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ
ΟΙΠΑΛΑΙΣΤΙΙΤΑΙΤΙΜΗΣΧΑΡ...ΓΡ....

Vs. 1. Vid. ΙΑΣΟΝΑ et nihil praeterea; quod dedi, habet Richt. qui vs. 2. integrum dedit (Vid. valde lacunosum). Vs. 3. Richt. ΠΑΛΑΙ.ΠΙΤΑΙ, Vid. ΠΑΛΑΙΣΤ..ΤΑΙ, quae composui, Richteri litterâ Π in ΤΙ dissolutâ, quod Τ habet Vid. In fine Vid. ΚΑΙ....., Richt. ΧΑΡ...ΓΡ....

Ἰάσονα Ἀ[ρισ]τοκρέοντος, τὸν φιλόπατριν καὶ γυμνασίαρχον, οἱ παλαιστ[ρ]ῖται τιμῆς χάρ[ιν ἔ]γρ[αψαν?

Post Ἰάσονα noli inserere τόν, sed vacuum statue, ut n. 2625. Παλαιστρῖται sunt qui in palaestra exercentur.

## 2628.

Ex *Paphi novae* reliquiis (Baffae); ed. Ios. de Hammer l. c. (ad n. 2613.) p. 182. n. 54.

ΠΑΦΙΩΝΗΡΥΔΗΝ

Ἡ πόλις] Παφίων Ἡρ[ώ]δην etc.

Sic recte Hamm. supplet; cf. n. 2620. Refertur ad Herodem Iudaeum, aut Magnum aut Magni filium Antipam aut alium ex ea familia, quae Graecis addictissima fuit.

---

## 2629.

Kuklae s. Kukliae, ad aram in ecclesia D. Epiphanii semiruta, ex ruderibus *Paphi veteris*; ed. Ios. de Hammer l. c. p. 181. n. 51. Ali Bey El Abbassi, Hispanus, etiam Castillo's dictus, vero nomine Badia y Leblich, in narratione de itinere per Africam et Asiam a. 1803-1807. facto, Anglice et Parisiis etiam Gallice edita, ed. Angl. T. I. p. 300. tab. 35. in aere (cf. censuram Hammeri in Annal. litt. Vindob. 1816. n. 7. p. 100 sqq. imprimis p. 107.), Turner. Itin. T. II. p. 566. Vidua l. c. tab. 33. 2. (cf. p. 36.) ex schedis alienis, et ex Vidua Letronn. Journ. des Sav. 1827. p. 173 sqq.

ΜΑΡΚΙΑΙΦΙΛΙΠΠΟΥΘΥΓΑΤΡΙΑΝΕΨΙΑΙ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΘΕΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΓΥΝΑΙΚΙ
ΠΑΥΛΟΥΦΑΒΙΟΥΜΑΞΙΜΟΥΣΕΒΑΣΤΗΣ
ΠΑΦΟΥΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ

Formas litterarum ex aere Hispani dedi, nisi quod aliquot apud illum litterae corruptae sunt: versuum mensuram ex eodem aere; nec multum differunt ceteri. Fundus lectionis est textus Viduae; potissimas annoto varias lectiones, non vitia omnia. Vs. 1. **M** omittit Hamm. dimidiatum fere praebet Hisp. Turner **NIKIAI**. Iota subscr. vocis Μαρκίᾳ omittit Hamm. Tum Vid. omittit **PI**; Hamm. **ΘΥ ΓΑ.PI**, Hisp. **ΘΥΙΑΙ**ιι. In fine Vid. addit iteratum **AI** (Letr. δὲ, quod alias addi solet, sed hic non fuisse videtur): id omisi cum Hisp. Turn. Hammer habet tantum **ANEΨI** - - Vs. 3. extr. **Σ** omittit solus Hamm. habent ceteri omnes, licet id deesse in lapide Hamm. in nota dixerit. Postularat hanc litteram iam Viscontus ap. Hamm. Marcia enim non potuit Augusta dici. Vs. 4. pro primo **H** solus Hamm. lacunam habet.

Μαρκίᾳ Φιλίππου θυγατρί, ἀνεψιᾷ Καίσαρος θεοῦ Σεβαστοῦ, γυναικὶ Παύλου Φαβίου Μαξίμου, Σεβαστῆς Πάφου ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος.

Paphus cognomento *Augustae* ornata est a. u. c. 739. (Dio Cass. LIV, 23.), Maximus Cos. fuit a. 743. inter hos annos Maximum Proconsulem Cypri fuisse, quae inde ab a. u. c. 732. (vide Eckhel. D. N. T. II. p. 84. coll. Strab. XVII. extr.) provincia fuit Proconsularis Praetoria, non male coniicit Letr. ac tum collocatam Marciae esse statuam; neque obesse notat, quod Augustus Deus vocetur, quo titulo etiam vivum ornarint Aegyptii et Asiani. Philippus pater Marciae, postquam ex alio coniugio hanc genuit, uxorem duxit Attiam Cn. Octavii viduam, matrem Octaviani, qui posthac dictus est, Augusti. Hac igitur ratione Marcia Augusti consobrina non est; quare Letr. coniicit, priorem Philippi uxorem, matrem Marciae, fuisse Attiae, matris Augusti, sororem. Nempe Marciae mater matertera Augusti fuit (Ovid. Fast. VI, 809. ex Ponto I, 2, 141.). Ita non opus esse duobus, quos Massonus statuerat, L. Marciis Philippis, quorum alter vitricus Augusti, alter maritus materterae Augusti fuerit.

## 2630.

*Ammochosti prope Salaminem* (Famagustae), sub altiore cardine forium earundem ubi n. 2619., ad dextram; ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 1. p. 42. n. 1. Vidua l. c. tab. 30. 3. (cf. p. 35.) et hinc Letronnius l. c. p. 170. a quo tamen nobis discedendum fuit.

- - - - - -
ΔΙΑΒΙΟΥΑΥΤΟΥ
ΔΙΔΥΜΩΝΥΙΩΝΔ
ΤΙΒΕΡΙΟΥΚΑΙΓΕΡΜΑΝΙΚΟ[Υ]
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΩΝΤΩ
- - - - - -

Vs. 1. Poc. **KIOY**; vs. 2. Poc. **N** pro **M**, Vid. **IΩN** p. **YIΩN**. Vs. 3. Poc. **ΓIPME...ΘYKAIΓ.YA**. Vs. 4. extr. Vid. **XONIΩ**, Poc. **XΩNT**. Ultimi versus vestigia superesse docet Vid. et in eo numeri notam conspici.

- - - - - - - -
- - - - - ἀρχιερέως]
διὰ βίου, αὐτοῦ [τε καὶ τῶν
διδύμων υἱῶν Δ[ρούσου,
Τιβερίου καὶ Γερμανικοῦ,
γυμνασιάρχων τῶ[ν - -
- - - - - - -

Titulus pertinet ad *Drusum* Tiberii Imp. filium, Pontificem (cf. Eckhel. D. N. T. VI. p. 204.), et geminos eius filios, *Tiberium* et *Germanicum Gemellos*. Huius alterius nomen hucusque non cognitum ex hoc primum titulo eruo; sed id casu divinaverat Harduinus in Plin. T. I. p. 729. Obiit is quadrimus a. u. c. 776. Reliqua intelligi nequeunt; nec video quo pertineat illud γυμνασιάρχων τῶ[ν; neque audeo γυμνασιαρχούντων scribere. Fortasse fuit tale quiddam: ὑπὲρ σωτηρίας - - Δρούσου etc. διὰ γυμνασιάρχων τῶν ἐν τῷ .. ἔτει, τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δεῖνος. Drusum Tiberii f. etiam nummis honorarunt Cyprii (vide Eckhel. D. N. T. III. p. 85.).

## 2631.

In oppido Larnaka, ex parietinis *Citii*, in marmore candido; ex schedis alienis ed. Vidua l. c. tab. 31. 1. (cf. p. 35 sq.) Habeo etiam ex schedis Angelati, ex quibus formam litterarum dedi.

ΗΠΟΛΙΣ
ΚΟΙΝΤΟΝΙΟΥΛΙΟΝΚΟΡΔΟΝΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΑΓΝΕΙΑΣ

Ἡ πόλις Κόϊντον Ἰούλιον Κόρδον ἀνθύπατον, ἁγνείας sc. ἕνεκεν, nisi hoc potius additum fuit ut n. 2635. Cordus hic Proconsul Cypri fuit ante annum Claudii Imp. duodecimum; vide n. 2632.

## 2632.

Ex parietinis *Curii*; ed. Vidua l. c. tab. 32. 1. (cf. p. 36.) ex schedis alienis, tractavit Letronnius Journ. des Sav. 1827. p. 171.

ΚΛΑΥΔΙΩΙΚΑΙΣΑΡΙΣΕΒΑΣΤΩΙ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΩΙΑΡΧΙΕΡΕΙΜΕΓΙΣΤΩΙ
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΠΑΤΡΙΠΑΤΡΙΔΟΣΚΟΥΡΙΕΩΝΗΠΟΛΙΣ
ΑΠΟΤΩΝΠΡΟΚΕΚΗΙΜΕΝΩΙΠΟΙΟΥΛΙΟΥ
ΚΟΡΔΟΥΑΝΘΥΠΑΤΟΥΛΟΥΚΙΟΣΑΝΝΙΟΣΒΑΣΙΛΗΟΥ
[Υ]ΠΑΤΟΣΚΑΘΙΕΡΩΣΕΝ L ΙΒ

Κλαυδίῳ Καίσαρι Σεβαστῷ,
Γερμανικῷ, ἀρχιερεῖ μεγίστῳ,
δημαρχικῆς ἐξουσίας Αὐτοκράτορι,
πατρὶ πατρίδος, Κουριέων ἡ πόλις.
ἀπὸ τῶν προκεκ[ρ]ιμένω[ν ὑ]πὸ Ἰουλίου
Κόρδου ἀνθυπάτου Λούκιος Ἄννιος Βάσ[σος ἀνθ]ύ-
πατος καθιέρωσεν |ιβ.

Titulus pertinet ad a. Chr. 52. a. u. c. 805. Qui consecravit, vs. 6 sq. scriptus est, L. Annius. Proconsulem eum Cypri fuisse, Cordi successorem, vidit Letr. qui eum cognomine Βασίλειος vocatum censebat, vel patris nomen Βασιλήου s. Βασιλείου vs. 6. extr. latere putabat. Sed recte censor in Annal. litt. Heidelb. 1828. p. 403. vidit litteras ΛΗΟΥ in ΑΝΘΥ mutandas esse, sublato illo vs. 7. [Υ]: idem ΒΑΣΙ putat decurtatum cognomen esse. Mihi incredibile est Proconsulis cognomen esse decurtatum. Alienas schedas edidit Vidua, in quibus paulo plus licet quam in Viduanis ipsis exactissime transcriptis. Utut vitium natum censebis, pro ΒΑΣΙ est ΒΑΣΣΟΣ scribendum: *L. Annius Bassus* est Cos. a. Chr. 70. hic a. 52. Proconsul Cypri fuit praetorius.

## 2633.

Ex *Citii* parietinis in lapide nigro ap. D. de Vezin; ed. Sestinus l. c. ad n. 2614.

ΗΒΟΥΛΗ
ΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΥΛΑΟΝΙΟΥΣΤΟΝΤΟΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑΤΗΣΝΗΣΟΥ

Ἡ βουλὴ Τιβέριον Κλαύδιον Ὕλ[λ]ον? Ἰοῦστον, τὸν ἀρχιερέα τῆς νήσου. Cf. ad n. 2619.

## 2634.

*Ammochosti prope Salaminem*; ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 1. p. 42. n. 3. et maxima ex parte Turner. Itin. T. II. p. 537.

ΝΕΡΟΥΑΝΤΡΑΙΑΝΟΝΚΑΙΣΑΡΑ
. . ΝΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝΥΙΟΝΘΕΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΗΠΟΛΙΣ ΙΓ

Vs. 1. Poc. ΤΡΛΙ etc. Turn. ΤΡΑΙ.
Αὐτοκράτορα] Νερούαν Τραϊανὸν Καίσαρα
Σεβαστόν, ἄριστο]ν, Γερμανικόν, υἱὸν θεοῦ
Νερούα] Σεβαστοῦ, ἡ πόλις |γ.

Titulus circa a. Chr. 100. scriptus. Vs. 2. initio si omittas vocem ἄριστον, versus haud explebitur.

## 2635.

Kuklae s. Kukliae, ex parietinis *Paphi veteris*; ed. Hispanus l. c. ad n. 2629. in aere.

ΘΕ )Α )ΤΘΝΣΕ FYFΘXTONX FNı'ꞌX FΩΣ
ΙΝΕı ꞌATNEONF N XA
E ΓΝΛ ΕΝ Ε∖Ε∖ ∖ΙΣ

Nihil intelligo vs. 1. 2. etsi initio aliquis ΣΕΒΑΣΤΟΝ legerit. Vs. 3. haud dubie fuit ἁ]γν[είας ἕν]ε[κ]εν [ἡ πό]λις; cf. n. 2631.

## 2636.

*Citii* (Larnaka); ex schedis alienis Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 7. p. 41.

ΗΠΟΛΙΣ
ΓΑΙΟΝ:ΤΕΤΤΙΟΝ.ΡΑΙΚΙΛΙΑΝΟΝ
ΥΙΟΝΓΑΙΟΥΤΕΤΤΙΟΥ
ΡΑΙΚΙΛΙΑΝΟΥ

Ἡ πόλις Γάϊον Τέττιον [Κ]αικιλιανόν, υἱὸν Γαΐου Τεττίου [Κ]αικιλιανοῦ.

## 2637.

Ex parietinis *Paphi veteris*, Kukliae ad ostium meridionale ecclesiae Graecae, in pariete, litteris rudibus; ed. Ios. de Hammer l. c. (ad n. 2613.) p. 183. n. 56. Vidua Inscr. ant. tab. 33, 1. (cf. p. 36.) ex schedis alienis, Turner Itin. T. II. p. 565. Tractavit Letronnius Journ. des Sav. 1827. p. 174 sq. Aliqua correxit Car. Fr. Hermannus in censura Letronnianae commentationis Annal. litt. Heidelb. 1828. p. 404. Nos prope omnia ex apographis correcta damus.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΙΠΑΦΙΑΙ
.ΑΙΟΝΟΥΜΜΙΔΙΟΝΤΗΡΗΤΙΝΑΚΟΥΑΔΡΑΤΟΝ
ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΤΟΝΚΑΙΠΑΝΤΑΥΧΙΑΝΟΝΓΑΙΟΥ
ΤΗΡΗΤΙΝΑ
ΟΥΜΜΙΔΙΟΥΠΑΝΤΑΥΧΟΥΥΙΟΝ
ΤΟΥΑΡΧΙΕΡΕΩϹΚΑΙΓΥΜΝΑϹΙΑΡ
ΧΗϹΑΝΤΟϹΚΛΑΥΔΙΑΑΠΦΑΡΙΟΝ
ΤΕΥΚΡΟΥΘΥΓΑΤΗΡΗΑΡΧΙΕΡΕΙΑΤΩΝ
ΚΑΤΑΚΥΠΡΟΝΔΗΜΗΤΡΟϹΙΤΡΩΝ
ΤΟΝΕΑΥΤΗϹΥΙΩΝΟΝΕΥΝΟΙΑϹ
ΧΑΡΙΝΕΗ

Fundus lectionis est Vid. ex quo etiam formam tituli dedi. Hamm. Σ pro C. Turneri exemplum valde lacunosum est. Vs. 1. Vid. ΔΙΤΗΗΠΑΦΙΑ, Hamm. ΔΕΥΦ. ΜΙΠΑΦΙΑΙ, Turn. ΔΙΤΗΙΙΙΑCΙΑΜ. Iota igitur voci Παφίᾳ addidi, item voci Ἀφροδίτῃ, etsi posthac I subscr. deest. Articulo τῇ interponendo nec spatium favet nec similis titulus n. 2620. Vs. 2. init. Vid. ΔΙΟΝ; ΑΙΟΝ Hamm. Turn. Tum Vid. ΟΥΜΑΙ ΔΙΟΝ, Hamm. ΟΥΜΙΔΙΟΝ, Turn. ΟΥ..ΜΙΑΙΟΝ. Compositis Vid. et Turn. fit ΟΥΜΜΙΔΙΟΝ. Vs. 4. Vid. ΠΑΝΤΑ.ᐞΙΑΝΟΝ, Turn. ΠΑΝΤΑΥ....ΙΑΝΟΝ, Hamm. quod dedi. Vocem Τηρητίνᾳ vs. 5. solus Hamm. post Πανταύχου υἱὸν habet. Vs. 6. solus Hamm. ΟΥΜΙΔ etc. Ibid. Hamm. ΧΟΥ, Vid. Turn. ΧΟΙ. Vs. 7. Vid. ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΩΝ, Hamm. ΤΟΥΑΡΧΙΕΡΕΟΣ, Turn. ΤΟΥ et lacunam: dedi Hamm. sed Ω ex Vid. Tum Vid. ΓΥΜΗΛΕΙΑΡ, Hamm. quod dedi, Turn. lacunam. Vs. 8. Hamm. ΑΠΦΑΡΙΑ, Turn. ΑΙΙΦΑΠΟΝ. Vs. 9. Hamm. ΘΥΓΑΤΕΡΙΑΡΧΙΕΡΕΙΑ; Vid. ΘΥΓΑΤΗΡΗ ΑΡΧΙΕΡΕΑ; Turn. ΘΥΓΑΤΗΡΗΑΡΧΙ.....Α. Vs. 10. extr. Vid. ΙΤΕΩΝ, Hamm...ΡΟΝ, Turn. lacunam et ΩΝ. Hinc componitur ΙΤΡΩΝ, hoc est ἱ[ε]ρῶν, quod voluit Car. Fr. Hermannus. Vs. 11. Vid. ΤΩΝ, Hamm. Turn. ΤΟΝ: Turn. deficit post ΕΑΥΤΗ. Vid. ΗΩ ΝΟΝ, Hamm. ΥΙΟΝΕΝ, quae composui. Vs. 12. ΕΗ non habet Hamm. nisi quod in fine repetiti minusculis textus habet ΙΒΙ.

Ἀφροδίτῃ Παφίᾳ [Γ]άϊον Οὐμμίδιον, Τηρητίνᾳ, Κουαδρᾶτον, τὸν ἀρχιερέα, τὸν καὶ Πανταυχιανόν, Γαΐου, Τηρητίνᾳ, Οὐμμιδίου Πανταύχου υἱόν, τοῦ ἀρχιερέως καὶ γυμνασιαρχήσαντος, Κλαυδία Ἀπφάριον Τεύκρου θυγάτηρ, ἡ ἀρχιέρεια τῶν κατὰ Κύπρον Δήμητρος ἱ[ε]ρῶν, τὸν ἑαυτῆς υἱωνὸν εὐνοίας χάριν.

Illud in fine ΕΗ aut de nihilo est, aut fuit Ψ. Β. (ψηφίσματι βουλῆς), cui favet Hammeri ΙΒΙ, aut ornamentum; nolim certe scribi [ἦ]: ac quominus addatur τῆς εἰς ἑαυτήν, vel verbum ἔθηκεν, ἀνέστησεν etc. impedire forma tituli symmetrica videtur. Ummidii hi Graeci sunt, qui nomen habent ex *T. Ummidio Quadrato* Praeside Syriae sub Claudio, cuius frequens apud Tacitum mentio. Vera scriptura est *Ummidius*; cf. intt. Tac. Ann. XII, 45. De ἀρχιερεῖ cf. n. 2620. et ad n. 2619.

## 2638.

Marmor magnis litteris inscriptum, ex Cypro, manifesto *Salamine*, in urbem Aleppo translatum et ibi apud Anglos negotiatores servatum; ed. Chandler. Inscr. Append. p. 92. n. 7. Supplevit Marinus Act. Fratr. arval. P. II. p. 748. et paulo aliter Barthol. Borghesius de diplomm. imperial. in Memoriis Instit. archaeol. Rom. Fasc. I. p. 49. (Rom. 1832.)

ΚΥΡΕΙΝΑ·ΦΛΑΚΚΟΝ
ΚΑΙΑΝΤΙCΤΡΑΤΗΓΟΝ·ΑΥΤΟΚ
ΙΑΝΟΥCΕΒΑCΤΟΥ·ΕΠΑΡΧΕΙΑC·ΛΟΥ
\CΤΗC·ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝΟΔΩΝΑΥΡΗΛΙΑC·ΚΛ
ΧΟΝ·ΤΑΜΙΑΝΡΩΜΑΙΩΝΧΙΛΙΑΡΧΟΝ
Δ̄·ΑΝΔΡΩΝ·ΟΔΩΝΕΠΙΜΕΛΗΤΗ
\ΛΑΜΙΝΙΩΝ·ΤΙΜΗCΧΑΡΙΝ·▷

Supplementa a Marino rectissime reddita appono prope omnia in dextra; in sinistra enim lapis non multum videtur laesus esse.

\- - - - - - - - - -

Κυρείνᾳ, Φλάκκον - - - - - - [πρεσβευτὴν
καὶ ἀντιστράτηγον Αὐτοκ[ράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ ἐπαρχείας Λου[σιτανίας, ἡγεμόνα λεγ. γ̄ Σεβ]αστῆς, ἐπιμελητὴν ὁδῶν Αὐρηλίας κα[ὶ Τριουμφάλης, στρατηγόν, δήμαρ]χον, ταμίαν Ῥωμαίων, χιλίαρχον [λεγ. - - ἀρχὴν ἄρξαντα
δ̄ ἀνδρῶν ὁδῶν ἐπιμελητή[ν - - - - ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
Σα]λ[α]μινίων τιμῆς χάριν.

Vs. 3. pro ἡγεμόνα potest etiam πρεσβευτὴν scribi. Dictionem ἀρχὴν ἄρξαντα δ̄ ἀνδρῶν bene illustravit Marinus: huic coniungendum videtur ὁδῶν ἐπιμελητήν, ita ut universa dictio *Quattuorvirum vialem* designet. Borghesius initio scribit Γάϊον Καλπούρνιον, et post Φλάκκον addit ὕπατον, οἰωνιστήν et tum πρεσβευτὴν etc. intelligitque *Calpurnium Flaccum*, ad quem Hadrianus rescripsit (Dig. XXXVII, 9, 8.), eundemque putat esse Consulem *C. Calpurnium Flaccum* ap. Murat. T. I. p. CDXXXIX. 1.

## 2639.

Ex parietinis *Salaminis* prope Famagustam, in marmore candido admodum crasso, utrinque laeso magis quam fracto; Sackius Comes ex Cypro abstulit; nunc est in Museo regio Berolinensi. Ed. Vidua Inscr. ant. tab. 29. 1. (cf. p. 34.) cuius exemplum pauculas litteras vitiatas exhibens correxit et supplevit Letronnius Journ. des Sav. 1827. p. 169. Nos damus ex lapide.

ΚΑΤΑCΑΛΑΜΙΝΑ
ΓΕΡΟΥCΙΑ
ƆΝCΩCΟΥΑΓΟΡΑΝΟΜΗCΑΝ
ΡΟΝΟΗΤΕΥCΑΝΤΑΔΕΚΑΠΡΩΤΕΥC
ΑΙΕΤΕΡΑCΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑCΤΗΠΑΤ
ΕΚΤΕΛΕCΑΝΤΑ ❦

Ἡ] κατὰ Σαλαμῖνα
γερουσία
- - - ον Σώσου ἀγορανομήσαν[τα,
π]ρονοητεύσαντα, δεκαπρωτεύσ[αντα
κ]αὶ ἑτέρας λειτουργίας τῇ πατ[ρίδι
ἐκτελέσαντα.

Προνοητὴς est nomen officii, ut in Syriaco titulo, qui suo edetur loco. Vidit iam Letr. Cyprus a rebus Syriacis non aliena est; ex Syria advecta Cypriae etiam Veneris religio et alia multa.

---

## 2640.

Kuklae, in solo *Paphi veteris*, in pariete ecclesiae Graecae; ed. Ios. de Hammer l. c. (ad n. 2613.) p. 182. n. 53.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣΚΑΙΔΙΟΣΠΟΛΥΕ - - - ΗΡΑΣ

Ἀφροδίτης καὶ Διὸς Πολ[ι]έ[ως καὶ] Ἥρας.

## 2641.

In oppido Larnaka prope *Citium*, in domo proxeni Britannici, basis marmorea prope cubica duos pedes alta; ed. Sestinus l. c. ad n. 2614. p. 142. Ios. de Hammer l. c. p. 176. n. 41. nunc est Top-hanae prope Constantinopolin, ut comperi ex schedis a Panofka nostro missis, quas scripsit De Varennes; sed in his lapis dicitur ex insula Proconneso allatus esse.

ΚΑΥΣΣΕ:::::::
ΔΙΙΚΕΡΑΥΝΙΩΙ:::::::::
ΑΦΡΟΔΙΤΗΙΠΟΛΕΙ
ΔΗΜΩΙΟΜΟΝΟΙΑΙ
ΑΥΙΑΝΙΑΚΑΙΑΥΙΑΝΙΟΣ
ΤΑΣΣΤΟΑΣΚΑΙΤΑ
ΕΝΑΥΤΑΙΣΠΑΝΤΑ
ΕΚΤΟΥΙΔΙΟΥ

Fundus lectionis est textus Sest. ex quo simul formam tituli dedi. Vs. 1. deest ap. Hamm.; Sest. ΚΑΥΣΣΕ....... legit, Var. ΚΑΙΣ; retinui prius, quamquam potest ibi Καίσαρι scriptum fuisse. Vs. 2. extr. Sest. ΟΙ, Var. Ω, Hamm. ΩΙ; Hamm. non signat lacunam. Vs. 3. Hamm. ΤΗ pro ΤΗΙ. Vs. 4. Hamm. ΔΗΜΩ, Sest. ΔΗΜΟΙ, Var. ΔΗΜΩΙ. Vs. 5. Hamm. ΑΥΑΝΙΑΚΑΙΑΥΑΝΙΑΝΟΣ; Sest. Var. quod dedi.

- - - -
Διῒ Κεραυνίῳ - - -
Ἀφροδίτῃ, πόλει,
δήμῳ, ὁμονοίᾳ,
Αὐιανία καὶ Αὐιάνιος
τὰς στοὰς καὶ τὰ
ἐν αὐταῖς πάντα
ἐκ τοῦ ἰδίου.

Retinui nomina vs. 5. ut scripta sunt; etsi coniici potest Αὐρ. Ἀνία καὶ Αὐρ. Ἄνιος p. Ἀννία et Ἄννιος, qui possint denominati esse ex Annio Basso Cypri olim Proconsule (n. 2632.).

## 2642.

In *eodem* loco, in muro domus dirutae; ed. Ios. de Hammer l. c. p. 181. n. 51.

ΤΗΑΓΑΘΗΤΥΧΗ

Τῇ ἀγαθῇ τύχῃ.

## 2643.

In loco veteris Limasol, olim *Amathuntis*, in muro ante ianuam Hassani, Turcae rustici; ed. idem l. c. p. 178.

ΑΠΟΤΟΥΗΡΑΙΟΥΕΩΣΤΟΥ
ΛΙΘΟΣΤΡΑΤΟΥΤΑΔΕΝΔΡΑ
ΑΙΣΙΜΟΣΕΦΥΤΕΥΣΕΚΑΙΑΝ
ΕΘΗΚΕΝΤΟΙΣΘΕΟΙΣΚΑΙ
ΤΟΝΝΑΟΝΟΣΑΝΔΕΤΙΤΟΥΤΩΝ
ΕΞΑΛΕΙΨΗ- - - - - - - - -
ΟΙΘΕΟΙΜΗΓΕΝΟΙΝΤΟΕΡΚΟΣ

Ἀπὸ τοῦ Ἡραίου ἕως τοῦ λιθοστρ[ώ]του τὰ δένδρα Αἴσιμος ἐφύτευσε καὶ ἀνέθηκεν τοῖς θεοῖς καὶ τὸν ναόν. ὃς ἂν δέ τι τούτων ἐξαλείψῃ - - - - - - - - - οἱ θεοὶ μὴ γένοιντο ἕρκος.

## 2644.

Prope *Amathuntem* ad viam in monte sive rupe; ed. Ios. de Hammer l. c. p. 179. n. 48. Hispanus l. c. ad n. 2629. in aere, Vidua Inscr. ant. tab. 31. 3. (cf. p. 36.) ex schedis alienis; ex Vidua Letronnius Journ. des Sav. 1827. p. 171.

ΛΟΥΚΙΟΣΟΥΙΤΕΛ
ΛΙΟΣΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ
ΤΗΝΑΝΑΒΑΣΙΝΤΑΥ
ΤΗΝΣΥΝΤΗΑΨΙΔΙ
ΕΚΤΟΥΙΔΙΟΥΚΑΤΕΣΚΕΥ
ΑΣΕΝ

Hamm. et Vid. per tres versus digesserunt, non tamen prorsus eosdem: ego dedi exemplum Hispani, sed lectione ex ceteris restituta, quod apud Hispanum prorsus perversa est. Vs. 3 sq. Hamm. ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝΑΝΑΒΑΣΙΝ, Vid. ΤΗΝΑΝΑΒΑΣΙΝΤΑΥΤΗΝ, quod etiam Hisp. habet, sed litteris aliquot leviter

corruptis. Vs. 5. Vid. ΤΩΝΙΔΙΩΝ, Hisp. ΤΟΥΙΝΟΥ; pro N ex Vid. ΔΙ recepi. Hamm. omisit verba *ἐκ τοῦ ἰδίου*.

*Λούκιος Οὐιτέλλιος Καλλίνικος τὴν ἀνάβασιν ταύτην σὺν τῇ ἀψῖδι ἐκ τοῦ ἰδίου κατεσκεύασεν.*

Graecus hic Callinicus ex L. Vitellio, Imperatoris patre, Orientis rebus praefecto (Tac. Annal. VI, 32.), nomen duxit; cf. ad n. 2637.

## 2645.

Ex *Citii* parietinis ad Larnakam, in tabula marmorea; ed. Richter Itin. p. 569. n. 27. et commentatus est Franckius in Inscr. Richter. p. 205.

| | |
|---|---|
| . . . ΕΠΙΣΚΕΥ . . . | - - *ἐπισκευ[άσαντες?* - - - |
| . . . ΙΣΙΔΩΡΟΣΜΑ . . . | - - *Ἰσίδωρος Μά[ρκου* - - - |
| . . . ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ . . . | - - *Σεκούνδου* - - - - - |
| . . . ΥΙΟΣΜΑΡΚΟΣ . . . | - - *υἱός, Μάρκος* - - - - |
| . . . ΑΝΕΘΗΚΑΝΕ . . . | - - *ἀνέθηκαν ἐ[κ τῶν ἰδίων?* - |
| . . . ΚΕΛΣΟΝΦΑΒΑ . . . | - - *Κέλσον, Φαβ[ί]α?* - - - |
| ΑΝ . . . | *ἀν* - - - - |

## 2646.

*Lapethi*; ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 4. s. 1. p. 42. n. 2.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΣΛΕΟΝΤΟΣ
ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΕΥΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

*Ἀπολλώνι[ο]ς Λέοντος Στρατονικεῦ, χρηστὲ χαῖρε.*

Ferri possit etiam *Ἀπόλλωνις*, ut *Δήμητρις* et talia; sed Pocockii apographa adeo incerta sunt, ut O inserere liceat.

## 2647.

*Leucosiae*, quae hodie Nicosia, prope Turcicum templum aedibus praefecti proximum, in capulo marmoris cani sine operculo, longitudine metr. II et centimetr. XII, altitudine metr. I et centimetr. VII, inscriptio maiori fronti inscripta, longa centimetra LXVII, alta centimetra XLII, cuius duae priores lineae quasi dedita opera deletae sunt. Vss. 3 sqq. extant in Richteri Itin. p. 566. n. 23. (cf. p. 316. et de forma litterarum p. 626.) Dein vss. 1-2. ex diario Richteri apponuntur p. 645. Multa deinceps de hoc lapide dixit Morgensternius in Itin. Richter. p. 643-679. Franckii afferens restitutionem et interpretationem eamque refutans, et sua deinde addens. Rectius posthac edidit Vidua Inscr. ant. tab. 29. 2. (cf. p. 34.) Cf. Letronn. Journ. des Sav. 1827. p. 169 sq. Nuperrime tractavit Welckerus Syllog. (a. 1828.) p. 41 sqq. et in Appendice „Zu der Sylloge Epigrammatum Graecorum" p. 44 sqq. atque ut alios mittam, post scriptos nostros commentarios Franckius Inscr. Gr. et Lat. Richter. p. 42-86. et in Addendis p. 483-498.

Κ Α Ν Τ Ρ Ο Χ Α Δ Η Ν Β Α Ι Ν Η C Φ Ι Λ Є
ω Π Α Ρ Ο Δ Є Ι Τ Α Β Α Ι Ο Ν Є Π Ι C [Χ Ο Υ]
ΗΒΗCЄΝ . ΑΝΑ . . . . . ΧΟΡΟCΤΟΔЄCωΜΑΚΑΛΥΠΤЄΙ
ΓΑΙΑΛΑΒΟΥCΑΓЄΡΑCΤΟΥΘΟΔЄΔωΚЄΠΑΛΑΙ
ΗΓΑΡΜΟΙΨΥΧΗΜЄΝЄCΑΙΘЄΡΑΚΑΙΔΙΟCΑΥΛΑC
ΟCΤЄΑΔЄΙCΑΙΔΗΝΑΤΡΟΠΟCЄΙΛЄΝΟΜΟC
ΤΟΥΤЄΛΑΧΟΝΜЄΓΑΔωΡΟΝΥΠΑΥΤωΝΟΥΡΑΝΙωΝωΝ
ЄΥΛΑΛΙΟCΓΑΜΙΚΟCΜΟΥΝΟCЄΝΙΦΘΙΜЄΝΟΙC

Vs. 1. 2. maioribus litteris scripti sunt; ceterum hi cum reliquis in eadem exarati area et iisdem lineis circumducti sunt, quod diserte dicit Richt. Fundus lectionis est Viduae textus. Vs. 1. pro ΝΤ Richt. ΝΠ et p. ΒΑΙΝΗC idem .ΔΙΝΗ omissis ceteris. Vs. 2. Richt. ΗCΠΑΡΟΔЄΙΤΑ . . ω . . . Π omissis ceteris. Vs. 3. Richt. nihil nisi ΑΟΡΟCΤΟ ΔЄЄωΓΙΑΚΑ. Vid. in priore ibi lacuna unam vel duas, in secunda quattuor vel quinque litteras intercidisse dicit. Vs. 4. Richt. ΤΑΛΛΑΛΑΒΟΥCΑ ΓΟΡΑC et in fine ΠΑΛΑΙ, ubi Vid. ΠΑΑΑΙ. Vs. 5. Richt. ΜΟΝ . . . ΧΗ. Vs. 7. ultima ΩΝ in uncis habet Vid. extra uncos Richt.

*Κἂν τροχάδην βαίνῃς, [φίλε ὦ] παροδεῖτα, βαιὸν ἐπίσ[χου].*

Haec separanda a distichis sunt, cola incondita, quae heptametrum constituunt; eiecto tamen *φίλε ὦ* restituitur hexameter (cf. n. 954.). De ultima vocis *παροδῖτα* producta vide Herm. ad Orph. p. 769. Sequitur epigramma elegiacum:

*Ἤι[ρ]ησεν [Θ]ανά[του με μ]όρος· τὸ δὲ σῶμα καλύπτει*
*Γαῖα, λαβοῦσα γέρας τοῦθ', ὃ δέδωκε, πάλ[ιν].*
*Β]ῆ γάρ μοι ψυχὴ μὲν ἐς αἰθέρα καὶ Διὸς αὐλάς,*
*Ὀστέα δ' εἰς Ἀΐδην ἄτροπος εἷλε νόμος.*
*Τοῦτ' ἔλαχον μέγα δῶρον ὑπ' αὐτῶν Οὐρανιώνων*
*Εὐλάλιος γαμικός, μοῦνος ἐνὶ φθιμένοις.*

Initio dedi *ἤρησεν*, de qua forma vide Lobeck. ad Phrynich. Parerg. p. 717. et reliquum versum facile absolvi. *Ἤιρησεν* habet etiam Franckius in Addendis libri post scriptos meos commentarios editi, sed addit *μακάρων με χορός*: *μόρος* etiam aliis in mentem venerat. Vs. 2. (4.) scripsi *πάλιν*: corporis donum terra, quae dederat, *repetiit*. Mox *μου ψυχὴν* dedit Morg. sed eleganter simul coniecit *ψυχὴ μόλ' ἐς* etc. *Ἡ γάρ μοι ψυχή*, quod Welckerus dedit, non vide-

tur ferri posse. Ego scripsi β]ῆ, quod posthac vidi etiam Franckio placuisse. Tum Fr. Διὸς αὐγὰς ex Homerico Ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετ' αἰθέρα καὶ Διὸς αὐγάς et similibus locis. Sed recte hoc Morg. reiecit allatis locis ubi Διὸς αὐλή occurrit, Odyss. δ, 74. Aeschyl. Prom. 122. Eurip. Hippol. 68. nisi in hoc loco Ζανὸς cum seqq. coniungendum. Quodsi αὐλὴ Διὸς usitatum est, non haerendum in Διὸς αὐλαῖς. In fine γαμικὸς videtur esse *nuptiis aptus*; qui iam μοῦνος ἐνὶ φθιμένοις est, quod ante nuptias obiit, ut in Anthol. Palat. VII, 340. ἀνέρι μούνῳ ὑπὲρ γαίης, οἰχομένης ἀλόχου. Ita Morg. Μέγα δῶρον hoc a diis Eulalio datum, ut anima ad superos rediret, Morg. non male ad *initiatum mysteriis* refert, etsi eius argumenta non omnia probo; tu confer n. 2161. *b.* et not. Mysteria Cerealia in Cypro fuisse coniicias ex n. 2637.

## 2648.

*Amathunte*, in ara sepulcrali; ed. Ios. de Hammer l. c. (ad n. 2613.) p. 177. n. 44.

| | |
|---|---|
| ΔΗΜΗΤΡΙЄ | Δημήτριε |
| ΦΙΛΟΔΟΡΟΥ | Φιλοδ[ώ]ρου |
| ΧΡΗϹΤЄΧΑΙΡЄ | χρηστὲ χαῖρε. |

## 2649.

*Ibidem*, in ara sepulcrali earum, quae ibi sunt, minima et „vetustissima" (immo nisi lectio fallit, recentissima); ed. Ios. de Hammer l. c. p. 178. n. 46.

ΚΑΛΙΝЄ
ΤЄΧΡЄϹ
ΤЄΧЄΡЄ

Dele prius ΤЄ.

Καλ[λ]ῖνε χρ[η]στὲ χ[αῖ]ρε.

Vitia fortasse lapicidae sunt, nisi titulus idem est qui n. 2650.

## 2650.

„In *Cypro*", ex Gallandi epistola manuscripta; unde mutata versuum mensura dedit Spon. Recherch. d'Antiq. p. 236. (Rei antiq. sel. Qu. p. 498. in Poleni Suppl. utr. Thes. T. IV.)

| | |
|---|---|
| ΚΑΛΛΙΤΥΧΗ | Καλλιτύχη |
| ΧΡΗΣΤΗ | χρηστὴ |
| ΧΑΙΡΕ | χαῖρε. |

## 2651.

„In *Cypro*", ex eadem epistola; ed. idem l. c. p. 235. (in Pol. Thes. p. 498.). Formam litterarum dedi ex Gall. epist.

| | |
|---|---|
| ΟΛΥΜΠΙΑΣ | Ὀλυμπιὰς |
| ΧΡΗΣΤΗ | χρηστὴ |
| ΧΑΙΡΕ | χαῖρε. |

## 2652.

*Amathunte*, in ara sepulcrali; ed. Ios. de Hammer l. c. (ad n. 2613.) p. 178. n. 45.

| | |
|---|---|
| ΠΙΝΔΑΡЄΠΙΝΔΑΡΟΥ | Πίνδαρε Πινδάρου |
| ΧΡΗϹΤЄΧΑΙΡЄ | χρηστὲ χαῖρε. |

# PARS TERTIA DECIMA.

## INSCRIPTIONES CARIAE.

---

## SECTIO PRIMA.

### CNIDUS, HALICARNASSUS.

### 2653.

*Cnidi*; ed. Leakius Itin. As. p. 226.

ΑΒΟΥΛΑΚΑΙΟΔΑΜΟΣ
ΑΥΡΗΛΙΑΝΕΙΡΗΝΗΝΘΥΓΑΤΕΡΑΜΕΝ
ΝΕΙΚΑΔΑΓΥΝΑΙΚΑΔΕΤΟΥΠΑΝΤΑ
ΑΡΙΣΤΟΥ.ΜΑΡ.ΑΥΡ.ΕΥΔΟΞΟΥΔΙΣ
ΙΕΡΕΩΣΔΙΑΒΙΟΥΤΟΥΜΕΓΙΣΤΟΥΚΑΙΕΝ
ΦΑΝΕΣΤΑΤΟΥΘΕΟΥΗΛΙΟΥΚΑΙΔΑΜΙ
ΟΥΡΓΟΥ,ΑΡΕΤΑΒΙΟΥΚΑΙΣΩΦΡΟΣΥΝΑ
ΚΕΚΟΣΜΑΙΜΕΝΑΝ,ΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΣΑΝ
ΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣΚΑΙΕΠΙΦΑΝΩΣ,ΤΑΝΤΕΙ
ΜΑΝΑΝΑΣΤΑΝΤΟΣΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΤΟΥΑΝΔΡΟΣΑΥΤΑΣΚΑΘΑΤΑΠΑΤΡΙΔΙ
ΥΠΕΣΧΕΤΟ
ΘΕΟΙΣ

Vs. 8. **ΑΙ** videtur in **Η** mutandum.

*Ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος Αὐρηλίαν Εἰρήνην, θυγατέρα μὲν Νεικάδα, γυναῖκα δὲ τοῦ πάντα ἀρίστου Μάρ. Αὐρ. Εὐδόξου δίς, ἱερέως διὰ βίου τοῦ μεγίστου καὶ ἐνφανεστάτου θεοῦ Ἡλίου, καὶ δαμιουργοῦ, ἀρετᾷ βίου καὶ σωφροσύνᾳ κεκοσμ[η]μέναν, πανηγυριαρχήσασαν φιλοτείμως καὶ ἐπιφανῶς, τὰν τειμὰν ἀναστά[σα]ντος ἐκ τῶν ἰδίων τοῦ ἀνδρὸς αὐτᾶς, καθ᾽ ἃ τᾷ πατρίδι ὑπέσχετο, θεοῖς.*

Dorismus in hoc titulo aliquoties neglectus est. *Eudoxus* est nomen vetus Cnidium, quod celebre reddidit Cnidius ille geometra et astronomus. Δὶς significat Eudoxum hunc Eudoxi filium esse; vide ad n. 2186. Vs. 6. 7. δαμιουργὸς est nomen magistratus Cnidii; id Argis repetitum esse monui T. I. p. 594. quod ab Argivis originem repetant Cnidii. Non nesciebam Cnidios Lacedaemoniorum colonos esse (Herodot. I, 174.); sed communiter in eam regionem expedierunt Lacedaemonii et Argivi (Diod. V, 53.), hi Epidauro opinor potissimum profecti, unde Cnidi colitur Aesculapius (cf. Müller. Dor. T. I. p. 104.); atque etiamsi Lacedaemonii conditorum sibi nomen vindicabant, praevaluisse Argivos Cnidi ut in ceteris eius tractus civitatibus, ipsum docet demiurgorum institutum. Δαμιουργὸν magistratum in alia quoque Dorica huius loci inscriptione legi docet Leakius; tertium exemplum est n. 2654. *Solis* cultus videtur idem esse qui apud Rhodios: illi etiam πανήγυριν, cui praefuit Irene, actam esse probabile est: quacum coniunctum fuisse coniicias γυμνικὸν ἀγῶνα πενταετηρικόν, cuius ut apud Cnidios acti meminit inscriptio a Leakio laudata ea, quam supra dixi.

### 2654.

Scutum lapideum rotundum, ad scalam bibliothecae publicae Cantabrigiensis, quod Fiot Lee, Dr. ex Aegypto attulisse dicitur. Ed. Dobraeus et explicuit Diar. class. Lond. T. XXX. p. 141. 148. (Ros. Inscr. p. 409. 418.), qui Corcyraeum vel alius Doricae civitatis esse putat. Habeo etiam apographum Mülleri ex lapide factum. Collata damiurgi mentione et subscripto θεοῖς, quae ut hic ita n. 2653. in Cnidio conveniunt titulo, non dubitavi *Cnido* vindicare titulum.

. . . . . . . . .
ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΤΟΥΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΤΟΥΙΕΙ . . . . ΟΥΣ
ΣΤΡΑΤΗ . . . ΑΝΤΑ
ΤΑΝΛΕ . . . . ΑΝΕΞΑ
ΜΗΝΟΝ . . . . . . . . ΑΜΙ
ΟΥΡΓΟΥ . . . . . . ΙΦΛΑ
ΚΟΥΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΘΕΝ
ΤΑΧΡΥΣΕΟΙΣΣΤΕΦΑ
ΝΟΙΣΠΕΝΤΕ
ΘΕΟΙΣ

Multae litterae ut incertae notantur. Vs. 6. litteras **ΛΕ** ex Müllero inserui. Ibid. forma litterae ξ est ex Müll. item forma A. Vs. 9. prima littera Müllero est **Ρ**, Dobraeo in textu **Φ**, in Addendis notarum **Κ** visa: dedi **Κ**. Vs. 10. Dobr. operarum vitio **ΣΤ**ΡΕΦΑ.

*[Τὸν δεῖνα] Ἀθηναίου τοῦ Ἀθηναίου τοῦ Ἱε[ροκλέ]ους, στρατη[γήσ]αντα τὰν [δ]ε[υτέρ]αν ἑξάμηνον [τὰν ἐπὶ δ]αμιουργοῦ . . . . . [ου] Φλά[κ]κου, καὶ στεφανωθέντα χρυσέοις στεφάνοις πέντε, θεοῖς.*

Magistratus igitur tum Cnidiis semestres fuerunt certe ex parte, ut Teniis et Delphis. Nempe eponymus annuus fuit, eiusque annus in duo dispertiebatur semestria, quorum singula alios habebant praeter eponymum magistratus. Cf. n. 1699 sqq. et titulos, quos Tenios esse T. II. p. 250. monui, n. 202 sqq. Vs. 5. fortasse *στρατηγ.* fuit; H saltem notatur incertum esse.

---

## 2655.

*Halicarnassi* (Bodrun) in marmore candido eximiae pulchritudinis et probe polito; ex schedis I. G. Werninckii, centurionis nautici Britannici, qui ante aliquot annos Odessae diem supremum obiit, a Comite Strangfordo acceptis nobiscum communicavit Bröndstedius. Aliud exemplum a. 1832. Sympheropoli misit mihi amicus Frid. Dubois, iussu Stempovskii, qui id ex Werninckiano transcripserat.

ΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΜΕΤΑΓΡΑΨΑΙ - - - - - -
ΙΙΙΛΗΣΤΗΣΠΑΡΕΣΤΩΣΗΣΤΟΙΣΑΓΑ - - - -
ΟΥΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣΤΟΥΣΘΜΙΟΥΤΟΥΣΓΕΓ - - - -
ΑΠΟΤΗΣΚΤΙΣΕΩΣΚΑΤΑΓΕΝΟΣΙΕΡΕΙΣΤΟΥΠΟ - -
ΝΟΣΤΟΥΚΑΤΙΔΡΥΘΕΝΤΟΣΥΠΟΤΩΝΤΗΝΑΠΟΙΚΙ - -
ΤΡΟΙΣΗΝΟΣΑΓΑΓΟΝΤΩΝΠΟΣΕΙΔΩΝΙΚΑΙΑΠΟΛΛΟ - -
ΕΙΣΙΝΔΕΕΝΑΥΤΗΙΙΕΡΕΙΣΤΟΥΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣΟΙΔΕ

| | | | |
|---|---|---|---|
| ΤΕΛΑΜΩΝΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣΕΤΗΙΒ | | ΑΘΗΝΙΠΠΟΣΑΤΟΥΑΤ | |
| ΑΝΤΙΔΙΟΣΤΕΛΑΜΩΝΟΣ | ΚΖ | ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΟΥΣ | Ν |
| ΥΠΕΡΗΣΤΕΛΑΜΩΝΟΣ | Θ | ΠΟΛΕΙΤΗΣΑΝΔΡΟ | |
| ΑΛΚΥΟΝΕΥΣΤΕΛΑΜΩΝΟΣ | ΙΒ | ΣΘΕΝΟΥΣ | Ε |
| ΤΕΛΑΜΩ ΑΝΤΙΔΙΟΥ | ΚΒ | ΕΥΑΙΩΝ | |
| ΥΡΙΕΥΣ ΑΝΤΙΔΙΟΥ | Η | | |
| ΑΝΘΑΣ ΑΛΚΥΟΝΕΩΣ | ΙΘ | | |
| ΝΗΣΙΩΤΗΣ ΥΡΙΕΩΣ | ΚΘ | ΠΟΛΕΙΤΟΥ | ΚΝ |
| ΙΠΠΑΡΧΟΣ ΑΙΘΑΛΕΩΣ | Ζ | ΠΟΛΕΙΤΗΣ | |
| - - ΡΝΕΥΣ ΑΝΘΑ | ΙΖ | | |
| - - - ΛΥΚΡΙΤΟΣ ΝΗΣΙΩΤΟΥ | ΚΕ | ΕΥΑΙΩΝΟΣ | ΚΑ$\overset{\text{V}}{\text{Θ}}$ |
| - - - - ΛΕΥΣ ΙΠΠΑΡΧΟΥ | ΙΘ | ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ | ΚΖ |
| - - - - ΔΡΩΝ ΦΥΛΕΩΣ | ΚΕ | | |
| - - - - ΗΦΟΣ ΙΕΡΩΝΟΣ | ΙΔ | | |
| - - - - ΙΔΩΝΙΟΣ ΑΡΙΣΤΕΑ | ΚΑ | | |
| - - ΡΟΣΘΕΝΗΣ ΑΝΔΡΩΝΟΣ | ΚΓ | | |
| ΙΠΠΑΡΧΟΣ ΦΥΛΕΩΣ | Δ | | |
| ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ | Θ | | |
| ΦΙΛΙΣΤΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ | ΙΖ | | |
| . ΥΑΝΔΡΟΣ ΑΝΔΡΩΝΟΣ | ΚΒ | | |
| . ΗΜΟΦΙΛΟΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ | Ζ | | |
| - - - ΡΑΤΗΣ ΚΡΑΤΙΝΟΥ | ΙC | | |
| - - - ΙΣΠΛΟ Ο Χ | Λ | | |

Lapis infra integer videtur; col. II. vs. 13–16. in dextra post ea, quae supersunt, lapis attritus est, sed utrum ibi aliquid scriptum fuerit nec ne, non patet. Vs. 2. post *τῆς* lacuna est in Bröndstedii apographo, non in altero: fortasse ibi vitium marmoris est. Vs. 3. Br. ΤΟΥΣΘΜΙΟΥ, Dub. ΤΟΙΣΟΜΙΟΥ. Vs. 5. Dub. ΚΑΘΙΔΡΥ etc. quod non audeo recipere. Vs. 12. 13. Br. ΑΝΤΙΔΙΩΝ, Dub. quod dedi. Vs. 25. Dub. ΔΙΟΣΚΟΡ etc. Vs. 27. Dub. ΙΒ pro ΚΒ, et vs. 29. ΙΖ. Col. II. vs. 11. pro ultimo Ε Dub. C, et vs. 13. ΚΝ, quod etsi ferri non potest, adscivi, quia veri vestigium inesse patet. Manifesta apographi, quod mihi Dubois misit, vitia non attuli.

- - - - *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, (εἰπόντος* vel *γραμματεύοντος* vel simile) *τοῦ δεῖνος τοῦ Ἀ]ριστοκλέους· μεταγράψαι [ἐκ τῆς ἀρχαίας στή]λης τῆς παρεστώσης τοῖς ἀγά[λμασι τοῖς τ]οῦ Ποσειδῶνος τοῦ [Ἰ]σθμίου τοὺς γεγ[ενημένους] ἀπὸ τῆς κτίσεως κατὰ γένος ἱερεῖς τοῦ Πο[σειδῶ]νος τοῦ κατιδρυθέντος ὑπὸ τῶν τὴν ἀποικί[αν ἐκ] Τροι[ζ]ῆνος ἀγαγόντων Ποσειδῶνι καὶ Ἀπόλλ[ωνι.*

*Εἰσὶν δὲ ἐν αὐτῇ ἱερεῖς τοῦ Ποσειδῶνος οἵδε·*

1) Τελαμὼν Ποσειδῶνος ἔτη ιβ
2) Ἀντίδιος Τελαμῶνος κζ
3) Ὑπέρης Τελαμῶνος θ
4) Ἀλκυονεὺς Τελαμῶνος ιβ
5) Τελαμώ[ν] Ἀντιδίου κβ
6) Ὑριεὺς Ἀντιδίου η
7) Ἄνθας Ἀλκυονέως ιθ
8) Νησιώτης Ὑριέως κθ
9) Ἵππαρχος Αἰθαλέως ζ
10) Ἀλκυο]νεὺς Ἄνθα ιζ
11) Πο]λύκριτος Νησιώτου κε
12) Φυ]λεὺς Ἱππάρχου ιθ
13) Ἄν]δρων Φυλέως κε
14) - - - ηφος Ἱέρωνος ιδ

15) Ποσε]ιδώνιος Ἀριστέα κα
16) Ἀνδ]ροσθένης Ἄνδρωνος κγ
17) Ἵππαρχος Φυλέως δ
18) Δημήτριος Διοσκουρίδου θ
19) Φίλιστος Δημητρίου ιζ
20) Ε]ὔανδρος Ἄνδρωνος κβ
21) Δ]ημόφιλος Θεοδώρου ζ
22) - - κ]ράτης Κρατίνου ις
23) [Ἀνδροσθένη]ς Π[ο]λ[είτα]? λ?
II, 8 24) Ἀθήνιππος ......
Ἀνδροσ[θ]ένους ν
25) Πολείτης Ἀνδροσθένους ε
26) Εὐαίων Πολείτου κ[η]
27) Πολείτης Εὐαίωνος, καθ᾽
ὑ(οθεσίαν) Ἀπολλωνίδου, κζ

Quae in decreto ipso supplevi, satis aperta sunt; vs. 5. de industria retinui formam *κατιδρ.* ad Ionicum morem. Praescripta decreti ex n. 2656. ampliora supplere poteram; sed nolui hoc facere, quod forma eorum in hoc videtur paulo alia fuisse ac n. 2656. Quod genitivum *εἰπόντος* dedi, potest pluribus defendi exemplis, ut n. 2264. Sed imprimis memorabilis est antiqua illa columna, ex qua sacerdotum nomina transcripta sunt: cuius generis antiquitus extitisse plures concessi iam T. I. p. 63. *a.* notissimusque est catalogus sacerdotum Argivarum, de quo uberius dicere supersedeo: Fourmontianis n. 44 sqq. nemo hinc auctoritatem addet prospero successu. Et Halicarnassius quidem hic catalogus quo tempore transcriptus ex prisca tabula est, obsoleverat ibi iam Dorica dialectus: itaque illud vix uno et altero ante Christianam epocham saeculo factum videtur: prisca vero illa tabula fortasse non multo ante eum scribi coepta erat, qui ultimo loco exaratus est. Qua de re utut iudicabis, non erit quisquam, qui fabulosa nomina initio catalogi collocata tum, quum illi heroes vixisse dicuntur, inscripta esse credat, sed plurimi opinor concedent, primam certe nominum partem omnino fictam a posterioribus sacerdotibus esse. Et primus profecto sacerdos, Telamon Neptuni f. prorsus fabulosus est: hic autem et qui succedunt, cui fere tempori ex mente auctoris tribuendi videantur, iam quaeremus. Et Halicarnassus quidem Troezeniorum Doriensium colonia (Herodot. VII, 99.) vel quod eodem redit Argivorum (Mel. I, 16. adde Vitruv. II, 8, 12.) non potest ante Heraclidarum reditum condita haberi; alioquin enim non Doriensium esset colonia, quos tamen conditores ipse Herodotus Halicarnassius praedicat; immo recte post Codri demum obitum conditam perhibet Strabo XIV. p. 653. ubi de Rhodiis dicit: *Δωριεῖς δ᾽ εἰσίν, ὥσπερ καὶ Ἁλικαρνασσεῖς καὶ Κνίδιοι καὶ Κῷοι. οἱ γὰρ Δωριεῖς οἱ τὰ Μέγαρα κτίσαντες μετὰ τὴν Κόδρου τελευτὴν οἱ μὲν ἔμειναν αὐτόθι, οἱ δὲ σὺν Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ τῆς εἰς Κρήτην ἀποικίας ἐκοινώνησαν, οἱ δ᾽ εἰς τὴν Ῥόδον καὶ τὰς λεχθείσας ἀρτίως πόλεις ἐμερίσθησαν. ταῦτα δὲ νεώτερα τῶν ὑφ᾽ Ὁμήρου λεγομένων ἐστί· Κνίδος μὲν γὰρ καὶ Ἁλικαρνασσὸς οὐδ᾽ ἦν πω· Ῥόδος δ᾽ ἦν καὶ Κῶς* etc. In eadem fere sententia videtur Pausanias fuisse II, 30, 8. ubi non Antham Aëtii patrem, Neptuni filium, Pittheo Troezenio, Pelopis filio, aequalem Halicarnassum condidisse dicit, sed Aëtii posteros: *πολλοῖς δὲ ἔτεσιν ὕστερον ἐς ἀποικίαν ἐκ Τροιζῆνος σταλέντες Ἁλικαρνασσὸν ἐν τῇ Καρίᾳ καὶ Μύνδον ἀπῴκισαν οἱ γεγονότες ἀπ᾽ Ἀετίου τοῦ Ἄνθα.* Rem confirmat Callimachus apud Steph. Byz. v. *Ἁλικαρνασσός: αὐτὸς δὲ ὁ Ἄνθης ἐκ Τροιζῆνος μετῴκισε, λαβὼν τὴν Δυμάνων φυλήν* (Doricam), *ὡς Καλλίμαχος.* Sic de hac re iudicavit iam Müllerus Dor. T. I. p. 104. 107 sqq. Doricae autem huius coloniae ductor, non quidem regius, sed sacerdotalis ex Neptuno oriundus, ut recte iudicavit Müllerus l. c. p. 108. Anthas fuit, cuius meminit Callimachus: unde Halicarnassii *Ἀνθεάδαι* vocati sunt (Steph. Byz. v. *Ἀθῆναι*): sed ille Anthas, qui Dores duxit, non potest Neptuni ille filius haberi, qui potius debet antiquior et fabulosus iudicari gentisque auctor vel unus ex auctoribus pluribus; de qua re posthac dicam. Ne multa, hic Anthas, cuius meminit Callimachus, videtur col. I. vs. 14. teneri: *Ἄνθας Ἁλκυονέως.* Sed quid faciemus superioribus sacerdotibus? Hi quoque Halicarnassi munere functi esse dicuntur: tabula enim eos tantum sacerdotes refert, qui Halicarnassi fuerunt *ἀπὸ τῆς κτίσεως*: et diserte dicuntur sacerdotes *τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ κατιδρυθέντος ὑπὸ τῶν τὴν ἀποικίαν ἐκ Τροιζῆνος ἀγαγόντων* etc. Nempe Dorienses in hac plaga coloni maiorem sibi auctoritatem et ius antiquius vindicare conati sunt fingenda vetustiore horum locorum possessione: ut Rhodii finxerunt Tlepolemi expeditionem, Coi et vicini eam, cuius duces Phidippus et Antiphus Heraclidae fuisse feruntur (vide Müller. l. c. p. 107 sqq.), ut Triopii et Triopiorum sacrorum, quae Doribus Cariae et vicinarum insularum communia fuerunt, constitutio ad Triopam vel Argivum vel Erysichthonis patrem Heliaden referebatur (vide ad Schol. Pind. Pyth. II. p. 315.), ut prior quoque Doriensium in Cretam expeditio, ex Thessalia suscepta, videtur ficta esse (Höck. Cret. T. II. p. 15 sqq.). Quid mirum igitur, si Halicarnassii quoque multo ante reditum Heraclidarum Troezene deductam suam coloniam fingebant? Ac sane Strabo parum secum consentiens Neptuni filium Antham, qui ante Troezenem et Pittheum Pelopidas urbem Troezenem tenuerat, Halicarnassum condidisse perhibet VIII. p. 374. *Τροιζὴν δὲ καὶ Πιτθεὺς οἱ Πέλοπος ὁρμηθέντες ἐκ τῆς Πισάτιδος, ὁ μὲν τὴν πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ κατέλιπεν, ὁ δὲ Πιτθεὺς ἐβασίλευσεν ἐκεῖνον διαδεξάμενος, Ἄνθης δὲ ὁ προκατέχων πλεύσας Ἁλικαρνασσὸν ἔκτισεν· ἐροῦμεν δ᾽ ἐν τοῖς Καρικοῖς καὶ τοῖς Τρωϊκοῖς.* Hic igitur antiquior Anthas est etiam lib. XIV. p. 656. intelligendus, ubi de Halicarnasso: *οἰκισταὶ δ᾽ αὐτῆς ἐγένοντο ἄλλοι τε καὶ Ἄνθης μετὰ Τροιζηνίων*: Apollodorus ap. Steph. Byz. v. *Ἁλικαρνασσὸς* antiquiorem an recentiorem Antham urbis conditorem statuerit, non liquet. Ad hanc igitur quasi praeceptam coloniam refer priores sacerdotes, qui vss. 7–13. scripti sunt. Sic tamen exspectes primum sacerdotem Antham Neptuni filium fuisse, non Telamonem Neptuni filium. Sed Strabonem probabile est priorem illam et fabulosam coloniam Anthae tribuisse, quod Anthas posteriorem et veram duxit, atque ita Antham utrumque

confudisse. Halicarnassia tabula priorem coloniam non Anthae Neptuni filio, sed Telamoni fratri aliunde non cognito tribuebat: ab hoc autem ipso, non quod ex Pausania conieceris, ab eius fratre Antha, Aëtii patre, descendere fabulabantur Antham Halcyonei f. Quamquam hic eiusdem gentis fuisse atque Anthas ille fabulosus ipsis Halicarnassiis visus est: quod nominum docet ratio. Nam Anthas Troezenius Neptuni filius, qui ante Pittheum fuit, fratrem habuit Hyperetem: utrumque Neptunus genuit ex Halcyona Atlantis filia (Pausan. II, 30, 7. coll. IX, 22, 5.): hinc Telamonis, utpote illorum fratris, filius alter *Hyperes* est (vs. 10.), patruo cognominis; hinc eiusdem tertius filius *Halcyoneus* vocatur ex avia nominatus; hinc Halcyonei filius rursum vocatur *Anthas* ex avi fratre. Huc deducta re, etsi heroum tam remotorum tempora exquirere ludicrum videtur, tamen id patet, Telamonem Neptuni filium debere Troicis superiorem poni, quod in Pitthei fere Pelopidae aetatem incidit, Antham Halcyonei f. autem non posse Heraclidarum reditu superiorem statui. A Telamone vero ad Antham Halcyonei f. quum anni effluxerint nonaginta, si Antham post Codrum demum sacerdotio functum ex tabulae sententia putes, non poterit Telamon ulla ratione Troicis superior statui. Sin praeter verum ipsi Heraclidarum reditus tempori Anthae sacerdotium assignaverit tabula, prout inter Ilii excidium et reditum Heraclidarum vel sexaginta vel octoginta annorum intervallum sumpseris, Telamonis sacerdotii initium vel triginta vel decem ante Troiae casum annis assignabitur. Igitur si vulgares Eratosthenis calculos sequimur, Halicarnassus a. a. Chr. 1214. vel 1194. a Telamone condita iudicanda est, Anthas vero incidet in a. 1124. vel 1104. sin Parii chronici data sequemur, numerus augendus erit. Tacito quidem referente Halicarnassii a. p. Chr. 26. urbem suam mille et ducentos annos stetisse asseverabant (Annal. IV, 55.): unde tamen nihil accurati definire licet. Iam ut Anthae initium in a. a. Chr. 1104. ponamus, et succedentium sacerdotum annos eos sumamus, quos supra apposui, licet duo numeri incerti sint; quoniam ab Antha usque ad finem tabulae anni 414 computantur, finis ultimi sacerdotis incidet a. a. Chr. 691. Olymp. 22, 2. Colonia ipsa deducta dicitur Apollini et Neptuno, cuius hi sacerdotes sunt: etenim hi potissimi Triopiorum sacrorum dii sunt una cum Cerere et Proserpina; quae sacra domi retinuisse Halicarnassios etiam postquam exclusi a Communi Triopio sunt, non est quod ambigas. De Triopiis diis vide quae dixi ad Schol. Pind. Pyth. II. p. 315. et Müller. Dor. passim; eundem de Halicarnassiis religionibus Neptuni et Apollinis cf. T. I. p. 104. not. et de Apolline cf. n. 2661. De singulis nominibus dico paucissima. Omnes hos sacerdotes esse ex Telamonis Neptuni et Halcyonae f. gente sponte patet: successio autem manifesto non per electionem fit, licet haec etiam in gentiliciis sacerdotiis subinde locum habuerit, sed iure; nec vero iure primogeniturae: nam filii omnes patri alter post alterum succedunt, ita ut frater natu proximus excipiat vetustiorem; dein succedunt patrueles omnes, et sic opinor deinceps secundum gradus, ea quidem ratione, ut qui ex patre natu maiore genitus sit filius praeferatur filiis patruorum, post maiorem natu illum genitorum ex eodem patre. Nempe universis filiis idem in sacerdotium ius fuit; sed quum unus tantum succedere posset, expectandum cuique erat, donec locum faceret is, qui in eodem gradu ante ipsum censebatur. Hoc ex ipsa deinceps sacerdotum serie demonstrabo. Dicat quidem aliquis, defuncto cuique successisse eum, qui in universa gente esset natu maximus: quae successio est *ex senioratu*, quem dicunt: sed series sacerdotum potius ad illam, quam dixi, successionem secundum gradus et in quoque gradu ordinem collateralem deducere videtur. Videamus iam singula. Post *Telamonem* habentur tres eius filii, *Antidius*, *Hyperes*, *Halcyoneus* (hi duo unde nomen traxerint, vide supra): succedunt Antidii, qui fratrum natu maximus fuit, filii duo *Telamon* et *Hyrieus*. Vides illam, quam posui, successionis rationem. Hyrieum nota, ut Telamonem, ex antiquiore eiusdem gentis heroe nomen inditum habere: prior enim et notus Hyrieus, ut Telamon eiusque fratres, ex Neptuno et Halcyona Atlantis filia natus est, atque insuper Hyperenor et Aethusa; cuius Hyriei filii sunt Nycteus, Lycus, Orion Antidii patrueles (cf. Apollod. III, 10, 1. et ibi Heyn.). Sane hos Antidio aequales esse incommodum est; sed Hyriei vetustioris proles ad Boeoticas fabulas pertinet, quae mirum foret si prorsus concinerent cum Halicarnassiis. Septimus demum sacerdos est *Anthas* Halcyonei f. et hic historiae fide niti videtur; priores fabulosi et ficticii sunt. Hic eodem, quem dixi, successionis ordine excipit Hyrieum patruelem, cuius pater natu maior fuit quam Anthae pater. Antham demum excipit Hyriei filius *Nesiotes* uno quam Anthas gradu inferior. Proximus est *Hipparchus* Aethalei f. Aethaleum puta eodem gradu quo Hyrieum et Antham positum esse, sed iure posteriorem Hyrieo, priorem Antha, defunctumque esse antequam Anthas sacerdos factus est. Nomen eius admonet nos Aethusae, de qua paulo ante dixi. Quodsi de Aethalei loco recte iudicavi, eius filio Hipparcho ordine quem statui legitimo succedit *Halcyoneus* Anthae f. Huius nomen vs. 17. mutilatum est: P muta in O. Initio si spatium supplemento non sufficere videtur, tribuam hoc transcribenti, qui ideo vacuum reliquerit post PNEYΣ. Sequitur uno gradu inferior *Polycritus* Nesiotae filius; tum Hipparchi filius eodem quo Polycritus gradu: eius nomen ab initio mutilatum malui explere Φυ]λεύς ex vs. 20. 24. quam Αἴθα]λεύς ex vs. 16. quod comparato utroque versu finitimo duae tantum litterae perisse videntur. *Phyleo* succedit filius *Andron*; huic *Hieronis filius*: igitur Hiero debet eidem ac Phyleus gradui tribui, ita tamen ut posteriore loco quam Phyleus census fuerit. Et memorabile Hieronis nomen; nam Hieronis Syracusarum tyranni inter maiores fuit Telines, qui Triopia sacra ex Telo insula in Siciliam attulisse videtur, qua de re disputavi ad Schol. Pind. l. c. Fortasse igitur Telinis familia cum Triopiorum sacrorum antistitibus aliquatenus coniuncta fuit, fluxitque hinc Hieronis Syracusii nomen, non ut olim putavi ab his sacris nominato Hierone Dinomenis f. sed illato hoc nomine multo prius in Telinis familiam, quod id in sacra Telamoniadarum gente illi familiae

quod nulla in iis mentio fit confirmationis asyli, quae p. Chr. 22. contigit haud dubie (Tac. Ann. III, 62 sq.), videntur illi paulo prius, fortasse occasione eius ipsius cognitionis scripti esse, quam illo anno de asylorum iure decrevit Senatus Romanus. Tuebantur enim tum Stratonicenses religionem Iovis et Triviae, prolato etiam D. Augusti decreto; quod ipsum *a.* vs. 3. nominatum esse merito statuit Chishullus. Pars supplementorum, quae dedi, debetur Chishullo; a quo ubi discedo, monebitur. Statim vs. 1. praeter ea, quae ex Chandl. aliter constitui, Chish. dedit Διο-ν]υσίου γραμματέως; nostrum ex vs. 10. ductum est. Post μεγίστων θεῶν Chish. inseruit προνοίᾳ Χρυσαορέως Διὸς καὶ etc. Sed προνοίᾳ vix admittitur lacunae spatio; τῇ arbitror ferri posse omisso substantivo ἐπικουρίᾳ s. βοηθείᾳ, ut ap. Dem. ἐκ τῆς Φιλίππου sc. χειρός, et similia alibi multa. Iuppiter hic non Chrysaorensis est, sed Πανημέριος, ut n. 2716. 2717. vocatur; sed n. 2720. 2721. dicitur Πανάμαρος, et sic quoque n. 2719. Παναμάρου corrigendum esse patet. Cum hoc praeter Iunonem, cuius n. 2719. mentio fit (cf. etiam n. 2722. ubi tamen aliud Iovis cognomentum), Hecaten cultam esse patet ex hoc titulo; quocum conspirat n. 2720. Idem Stratonicensis cultus, ut modo vidimus, a Tacito memoratur, idem n. 2693. ubi de nomine Stratoniceae Hecatesia monui; ad eumque cultum in nummis Stratonicensibus pertinet ara inter taedas ardentes (Eckhel. D. N. T. II. p. 590.). Mox σεσῶσθαι pendet ex εἰπόντος; sed deinceps quasi antea dictum fuerit ἐπειδὴ εἶπεν, additur καλῶς δὲ ἔχει et καθίδρυται, quae suspensa sunt ex suppresso ἐπειδή: omnino vero praestabat ἔχειν et καθίδρυσθαι. Vs. 4. ubi αὐτοὺς dedi, Chish. habet θεούς; sed debebat certe τοὺς θεοὺς dici: eiusdem supplementum etiam vs. 6. emendavi. Vs. 7. Chish. εὐσεβοῦν αὐτοὺς [διατελεῖ]. Ibid. εὖ γεγονότων pro vulgari εὐγενῶν dictum est; Chishullum si audis, hi sunt iidem qui alias παῖδες ἀμφιθαλεῖς dicuntur: at ἀμφιθαλεῖς sunt *patrimi et matrimi*, ut Zosimus ait ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, hoc est *superstites* (non ut Chish. putat *eminentiores*). Vs. 8. ne quis in medio ἄξεται haereat, vide Steph. Thes. L. Gr. Chishullus in illa lacuna explenda aberravit a vero. Vs. 9. ad θαλλοῦ supple στεφάνοις ex usu. Vs. 11. Chish. αἱρεῖσθα[ι τοσούτους]: dedi ἀντὶ τούτων: A post lacunam fuit N. Vs. 12. Chish. ἴσ[ην εἰς τὸν πάντα] αἰῶνα: eiusdem supplementum etiam vs. 13. mutavi. Vs. 15. Chish. pessime δεσμω[τηρίῳ ἐνέχωνται]. Nota παιδοφύλακας esse ministros publicos, παιδονόμον magistratum: unde animadversionis ratio diversa explicanda est. Vs. 18 sq. constructio est: ποιοῦντα (*agentem*) δι' εἰσαγγελίας ἢ ἄλλης sc. γραφῆς; ut dicitur ἐρήμην ὀφλεῖν: Chish. dederat δίκην εἰσαγγελίας, quod multas ob causas ferri nequit. Vs. 19. Chish. καὶ [τοῦ παιδευτι]κοῦ εὐνούχου. Eunuchus hic *minister templi* videtur; nam publice pueris ministri impositi erant παιδοφύλακες δημόσιοι (vs. 8. 15.): igitur ἱερατικοῦ dedi, oppositione δημοσίων. Vs. 20. ubi supplevi παιδονόμῳ, Chish. habet παρέδρῳ sine ulla ratione; secunda lacuna ibi haud dubie iusto amplior ap. Chish. est; quod etiam vs. 21. de secunda lacuna statuo: nam ille omnino nimium licenter in titulis prope omnibus versatus est, de quo iam in Creticis conquestus sum. Ille quomodo has lacunas simplici via a me expletas tractaverit, taedet referre. Quod vs. 20. dedi, ita intellige: „Nomina puerorum ex templi Hecates territorio et vicinia conscriptorum eadem ratione scripta edenda esse, qua puerorum ex urbe lectorum nomina edenda esse supra praeceptum sit." Quippe remittitur ad vs. 12. ubi aliquid simile iubetur; licet nihil ibi de magistratu et senatu dictum sit. Nempe vs. 20. horum mentio addita est, quod pueri extra urbem conscribendi a sacerdote, non a magistratu leguntur; igitur sacerdos iubetur puerorum a se lectorum nomina senatui et per hunc magistratui pueris praeposito edere. Vs. 22. με[τέχοντα et [ὑπὸ] de meo dedi; videtur deinceps de praerogativis horum puerorum dici, postquam inter ephebos lecti sint.

Tit. *b* ad eandem videtur rem pertinere, sed est diversus a priore; certe si de forma litterarum recte est relatum. Vs. 1. εἰκόνα λιθίνην volebat Chish. sed certum est quod reposui. Conceditur alicui sive ex pueris sive ex magistratibus, ut imaginem suam tabula picta expressam proponat; deinde agitur de inscribendo tribus locis decreto. Primum universum decretum inscribendum esse praecipitur in pronao Serapii in παιδικῇ, quae fortasse stoa fuit, idque haud dubie in pariete; Serapium templo Iovis Panemerii coniunctum fuit (cf. n. 2716. 2717.). Dein Hecates sacerdos in templo deae, non parieti, sed columellae singulari inscribere debet partem quae ad ipsum pertineat (τὰ διαφέροντα, *passum concernentem* hodie vocant). Postremo decretum in exedra curiae inscribi iubetur. Vs. 4. Chish. inepte dedit ἀναστῆσαι [τὴν] λιθίνην.

## 2716.

Prioribus titulis addo *Stratonicenses* hunc et sequentem, quod Iovi Panemerio dicati sunt, licet barbaros et aetate inferiores quam reliquorum, quos deinceps posui, aliquot. Prior hic editus est a Pocockio Inscr. ant. II, 7. p. 14. n. 16. et dicitur sub Chishulliano n. 2715. *a* esse, deinde a Chandlero Inscr. ant. P. I. p. 28. n. LXIX. qui vidit in eodem pariete in quo n. 2715. *b*, hoc est in pariete *Serapii*. Habeo etiam a Müllero ex cod. Sherard. p. 47. Chishullus quoque Ant. As. p. 160. 162. meminit huius tituli.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Formam litterarum dedi ex Chandlero ac Sherardo. Vs. 1. Z est ex Sher. secundum H ex Poc. Sher. tum quattuor puncta habet Sher. tria Chandl. et Poc., hic additis insuper apicibus quattuor inconditis; ω ex Sher. (Chandl. Poc. O). Vs. 5. Poc. ΑΛΛΟΔΑΠΟΝΘΑ etc. Ibidem pro minuto C apud Chandl. est ọ, atque itidem vs. 8. Vs. 6. Poc. ENEKE. Vs. 10. Chandl. ΟΧΟϹ.. AM etc. Sher. ΟΧΟϹΑΜ etc. Poc. ΟΧΟΣΓ. AM etc. Minutiora omitto.

excidisse manifestum est ex mensura reliquarum lacunarum et ex aliis indiciis: igitur non Παναίτιον scribendum est. Honorari patrem cum filiis satis patet collato n. 2721. qui ad eosdem refertur homines: filii sunt Thrason et Leon (οἱ υἱοὶ αὐτοῦ n. 2721. vs. 12.); sed Thrason est Hieroclis filius (n. 2720. 12.): igitur vs. 2. Ἱεροκλέα inserendum est. Hierocles hic cognatam uxorem duxerat, ut fit fere in sacerdotalibus familiis; igitur nihil mirum est quod uxor est Hieroclis filia, nempe quod eadem nomina in iisdem gentibus frequenter redire solent. Mox Iovis cognomina Ῥεμβηνόδου et Σεράπιδος supplevi ex Stratonicensibus titulis n. 2722. 2716. Vs. 5. fortasse Ἀπφίας vel Ἀφφίας fuit. Vs. 7. Να[κ]ράσου ausus sum coniicere: notum est Lydiae oppidum, cui nomen *Nacrasa*. Vs. 9. δειπνίσαντα (s. δειπνεύσαντα) τοὺς πολίτας dedi collato n. 2719. Vs. 17. videtur de M. Antonino Philosopho cogitandum. Vss. 18. 19. explevi ex titulo Aphrodisiensi; vs. 10. quoque tale supplementum inserui ad similitudinem aliorum titulorum Aphrodisiensium, ubi quidam dicuntur senatui pecuniam reliquisse εἰς αἰωνίους κλήρους vel εἰς αἰωνίων κλήρων διανομάς.

## 2721.

*Ibidem*, in altero latere eiusdem lapidis; ex eodem l. c. n. 15.

ΕΣΕΙΤΩΝΗΞΕΝΕΔΙΑ....
ΙΩΝΤΟΝΠΡΩΤΟΝΕΝΙΑΥΤ....
ΕΔΩΚΕΑΡΓΥΡΙΟΥΑΠΟΚΥ...
ΚΑΙΘΕΜΗΣΕΤΩΥΔΙΩΚΙΝΔΥ..
ΕΠΡΕΣΒΕΥΣΕΝΔΕΜΕΤΑΤΟΥΣ..
ΟΜΕΝΟΥΣΣΥΣΜΟΥΣΕΠΙΤΟΝΚΥΡ.
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΤΙΤΟΝ/.
ΟΝΑΔΡΙΑΝΟΝΑΝΤΩΝΙΝΟΝΙΣΤΗΝΗ
..ΟΝΙΔΑΡΩΜΗΝΠΡΟΙΚΑΥΠΑΡΧΩΝΥΠ.
ΒΛΟΜΗΚΟΝΤΑΕΤΗΣΚΕΛΟΘΗΣΑΤΗΠΟΙ
ΜΥΡΙΑΔΕΣΚΕΥΠΟΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΙ
ΕΡΑΤΕΥΣΑΝΔΕΠΑΛΙΝΟΙΥΙΟΙΑΥΤΟΥΘΡΙ.
ΣΩΝΜΕΝΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥΧΡΥΣΑΟΡΕΟΥ
\ΕΩΝΔΕΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥΠΑΝΑΜΑΡΟΥ.
ΛΑΘΟΝΕΠΡΕΣΒΕΥΕΝΧΡΟΝΟΝ

- - - - - - - - - - -. τὸν πρῶτον ἐνιαυτ[ὸν - - - ] ἔδωκε ἀργύριο[ν] ἀπὸ κυ - - - καὶ .. μησε τῷ [ἰ]δίῳ κινδύ[νῳ], ἐπρέσβευσεν δὲ μετὰ τοὺς [γεν]ομένους σ[ι]σμοὺς ἐπὶ τὸν κύρ[ιον] Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τίτον [Αἴλι]ον Ἀδριανὸν Ἀντωνῖνον ἰς τὴν ἡ[γεμ]ονίδα Ῥώμην προῖκα, ὑπάρχων ὑπ[ερε]β[δ]ομηκονταέτης, κ[αὶ] ἐ[δ]όθησα[ν] τῇ πό[λει ✕] μυριάδες κε ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ἱεράτευσαν δὲ πάλιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ Θρ[ά]σων μὲν τοῦ Διὸς τοῦ Χρυσαορ[ί]ου, [Λ]έων δὲ τοῦ Διὸς τοῦ Παναμάρου [κ]αθ' ὃν ἐπρέσβευεν χρόνον.

Cf. ad n. 2720.

## 2722.

*Stratoniceae* in eodem *Serapii* pariete in quo n. 2715. *b.* vidit Chandlerus et transcriptum a sese edidit Inscr. ant. P. I. p. 28. n. LXVIII. et in Syllabo p. x. aliquid ad explicationem contulit, simul annotans etiam in Sherardi codice p. 49. (cod. Ask. II, 15.) extare apographum, quod nos habemus a Müllero. Ex his Sherardi schedis norat etiam Chishullus, qui Antt. Asiat. p. 162. ex vs. 10. 11. affert nomen Διὸς Ῥεμβεινόδου pro lectione schedarum Ῥεμβηνόδου, credo quod Ͱ putabat esse ΕΙ. Ceterum Sherardi exemplo emendationes et notam adscripsit Chishullus, quas simul mecum communicavit Müllerus. Tractavit Welckerus Spicil. epigr. II. p. 13. Syllog. epigr. p. 182 sqq.

ΝΗΜΟΣΥΝΟΝΑΝΘΡΩΠ.....ΡΗΣΙΟΝ ΛΛ
ΥΡΟΝΜΕΤΡΗΣΑΣΜΟΥΣ.....ΑΓΜΑΤΙ Λ
ΙΕΜΟΝΤΕΚΑΤΕΡΟΝΜΗΝΑ..ΠΕΜΒΟΛΟΥΣ ΛΑ
ΑΝΑΑΝΤΙΣΕΤΥΧΕΤΗΣΑΠΑΙΔΕΥΤΟΥΤΥΧΗΣ ΛΛ
ΠΑΡΗΣΙΑΝΟΜΟΙΑΝΟΥΚΕΧΩΝΒΡΟΤΟΙΣ ΚΗ
ΠΑΡΗΓΟΡΕΙΤΑΙΒΑΙΟΝΑΡΙΘΝΜΗΣΑΣΤΑΔΕ ΛΑ
ΥΤΩΣΕΓΡΑΨΑΤΟΙΣΦΙΛΟΙΣΙΧΡΗΣΙΜΟΝ Α
ΣΥΜΟΙΠΡΟΝΟΙΑΛΟΙΠΟΝΕΙΣΤΟΔΕΥΤΕΡΟΝ ΛΑ
ΕΥΠΕΡΙΝΟΗΤΟΝΗΔΥΝΑΓΓΕΙΛΑΙΣΤΙΧΟΝ Λ
ΥΠΕΡΤΑΤΟΙΣΓΑΡΗΜΩΝΕΥΧΗΝΗΡΗΚΑΙΔΙΙ
ΡΕΜΒΗΝΟΔΩΠΕΡΑΣΑΣΤΗΝΕΤΗΣΙΑΝΧΑΡΙΝ
ΕΥΔΑΙΜΟΝΗΣΑΣΔΕΛΤΟΝΑΝΑΤΙΘΩΘΕ
SΑΦΕ

## 2719.

*Stratoniceae* in basi statuae in parietinis theatri; ed. Chandlerus Inscr. ant. P. I. p. 29. n. LXX. Formam litterae A dedi ex Chandleri Syllabo.

ΤΙΤΟΥΦΛΑΒΙΟΥΛΕΟΝΤΟΣΥΙ
ΟΥΚΥΡΕΙΝΑΑΙΝΕΙΟΥΦΙΛΟΡΩ
ΜΑΙΟΥΚΑΙΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΚΑΙΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΟΣΥΙΟΥΤΗ[Σ]
ΠΟΛΕΩΣΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΟΣ
ΠΡΟΣΤΟΥΣΣΕΒΑΣΤΟΥΣΙΣΡΩ
ΜΗΝΚΑΙΜΕΤΑΤΩΝΑΛΛΩΝ
ΚΑΙΤΑΣΔΙΑΝΟΜΑΣΤΗΠΑΤΡ[Ι]
ΔΙΕΠΙΤΥΧΟΝΤΟΣΑΡΧΙΕΡΑ
ΤΕΥΣΑΝΤΟΣΜΕΓΑΛΟΠΡΕ
ΠΩΣΕΝΗΑΡΧΙΕΡΩΣΥΝΗΚ[ΑΙ]
ΜΟΝΟΜΑΧΙΑΣΚΑΙΚΥΝΗΓΙΑΣ[Ε]
ΝΕΤΕΛΕΣΕΝΙΕΡΑΤΕΥΣΑΝΤΟΣ
ΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥΠΑΝΑΜΑΡΟΥΣ
ΗΡΑΙΟΙΣΚΑΚΕΙΜΕΝΤΑΣΓΥΝΑΙ
ΚΑΣΚΗΡΥΓΜΑΤΙΥΠΟΔΕΞΑ
ΜΕΝΟΣΠΑΣΑΣΕΝΔΕΤΩΓΥ
ΜΝΑΣΙΩΠΑΝΤΑΣΤΟΥΣΠΟ
ΛΕΙΤΑΣΜΙΑΗΜΕΡΑΔΕΙΠΝΕ[Υ
Σ]ΑΝΤΟΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑ[Ν]
ΤΟΣΤΕΕΛΚΥΣΤΩΕΛΑΙΩΕΝΓΥ
ΜΝΑΣΙΑΡΧΙΑΚΑΙΑΓΩΝΑΕΚΤΩΝ
[Ι]ΔΙΩΝΕΠΟΙΗΣΕΝΠΟΛΛΑΣΠΡΕΣ
ΒΕΙΑΣΚΑΙΕΚΔΙΚΙΑΣΤΗΠΑΤΡΙ
ΔΙΠΑΡΑΣΧΟΜΕΝΟΥΖΗΣΑΝ
ΤΟΣΤΕΕΠΙΦΑΝΩΣΚΑΙΚΟΣΜ[Ι]
ΩΣΑΝΕΣΤΗΣΕΝΤΙΤΟΣΦΛΑ[·ΛΕ]
ΟΝΤΟΣΥΙΟΣΚΥΡΕΙΝΑΑΡΙΣΤΟ[Υ]

Litterae X forma haec est X. Quae uncis inclusa habes in textu primitivo, Chandl. addidit.

*Τίτου Φλαβίου Λέοντος υἱοῦ, Κυρείνᾳ, Αἰνείου, φιλορωμαίου καὶ φιλοσεβάστου καὶ φιλοπάτριδος, υἱοῦ τῆ[ς] πόλεως, πρεσβεύσαντος πρὸς τοὺς Σεβαστοὺς ἰς Ῥώμην καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς διανομὰς τῇ πατρ[ί]δι ἐπιτυχόντος, ἀρχιερατεύσαντος μεγαλοπρεπῶς, ἐν ᾗ ἀρχιερωσύνῃ κ[αὶ] μονομαχίας καὶ κυνηγ[εσ]ίας [ἐπ]ετέλεσεν, ἱερατεύσαντος τοῦ Διὸς τοῦ Παναμάρου [ἐν] Ἡραίοις, κἀκεῖ μὲν τὰς γυναῖκας κηρύγματι ὑποδεξαμένο[υ] πάσας, ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ πάντας τοὺς πολείτας μιᾷ ἡμέρᾳ δειπνε[ύσ]αντος, γυμνασιαρχήσα[ν]τός τε ἑλκυστῷ ἐλαίῳ, ἐν [ᾗ] γυμνασιαρχίᾳ καὶ ἀγῶνα ἐκ τῶν [ἰ]δίων ἐποίησεν, πολλὰς πρεσβείας καὶ ἐκδικίας τῇ πατρίδι παρασχομένου, ζήσαντός τε ἐπιφανῶς καὶ κοσμ[ί]ως. ἀνέστησεν Τίτος Φλά[βιος Λέ]οντος υἱός, Κυρείνᾳ, Ἀριστό[κλειτος?*

Titulus videtur Antoninorum aetatis esse; unde Σεβαστοὶ numero plurali. Vs. 14. Παναμάρου dedi et Σ mutavi in Ε: vide de nomine dei ad n. 2715. *a.* Κἀκεῖ refer ad locum, ubi Heraea celebrata sunt, de quibus cf. n. 2693. et de cultu Iunonis Stratoniceae adde n. 2722. Ἑλκυστῷ ab Hesychio explicatur λείῳ (quod non videtur corrigendum cum Schneidero); *mollissimum oleum* recte vertit Chandl. Gymnasiarchi est oleum praebere; unde dicitur γυμνασιαρχήσαντος ἑλκυστῷ ἐλαίῳ. In fine Ἀρίστου ferri non potest; suppleas Ἀριστόδημος, Ἀριστοκλῆς etc. sed praetuli Ἀριστόκλειτος ob titulum n. 2693.

## 2720.

*Stratoniceae*; ed. Pocockius Inscr. ant. II, 7. p. 14. n. 14. et hinc ex parte Osannus Auctar. Lex. Gr. p. 102. coniecturis tamen verum non assecutus. Meminit tituli Chandlerus Inscr. Syllab. p. X.

ΟΔΗΜΟΣΚΑΙΗΓΕΡΟΥΣΙΑΕΤΟΙΜΗ
ΣΑΝΠΑΝΑΙΤΙΟΥΤΟΥΘΡΑΣΩΝΟΣ
. . . ΤΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝΠΕΡΕΑΤΟΥΠΑ
. . ΤΗΣΕΚΑΤΗΣΤΡΙΣΚΑΙΔΟΦΟΡΟΥ
. . ΟΣΑΥΤΟΥΑΦΙΑΤΗΣΙΕΡΟΚΛΕ
. . ΑΔΙΟΣΧΡΥΣΑΟΡΙΟΥΙΕΡΕΑ ΔΙ
. . ΕΡΕΑΔΙΟΣΝΑΡΑΣΟΥΙΕΡΕΑΔΙ
. . ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝΤΩΝΝΕΩΝ
. . /ΣΔΙΣΔΟΝΤΑΔΕΤΗΠΟΛΙ
. . ΩΝΙΟΝΑΡΓΥΡΙΟΝΤΕΤΕΛΕΚ.
. . ΑΙΠΡΕΣΒΙΑΣΕΤΙΜΗΣΑΝΔΕ
. . ΝΘΡΑΣΩΝΑΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣΛΕ
. . ΝΣΕΒΑΣΤΩΝΓΥΜΝΑΣΙΑΡ
. . \ΤΟΥΠΑΝΑΜΑΡΟΥΚΑΙΛΕΟΝ
. . ΩΝΑΤΕΑΡΧΙΕΡΕΑΤΩΝΣΕΒΑΣ
. . ΝΕΩΝΙΕΡΕΑΔΙΟΣΧΡΥΣΑΟΡΙΟΥ
. . ΙΛΙΚΙΑΝΥΟΥΣΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
. . ΜΕΤΑΤΟΥΠΑΤΡΟΣΕΙΣΑ
. . ΥΑΝΑΠΛΗΡΩΣΑΝ⋇Μ\
. . ΡΟΚΛΗΣΚΑΙΤΗΣΓΕΡΟΥΣΙΑ
. . ΑΝΟΜΙΝ

*Ἡ βουλὴ καὶ] ὁ δῆμος καὶ ἡ γερουσία ἐτ[ί]μη[σαν Ἱεροκλέα] Παναιτίου τοῦ Θράσωνος, [ἀρχιερέα] τῶν Σεβαστῶν, [ἱ]ερέα τοῦ Πα[ναμάρου Διὸς καὶ] τῆς Ἑκάτης τ[ῆ]ς [δ]ᾳδοφόρου [μετὰ τῆς γυναικ]ὸς αὐτοῦ Ἀφία[ς] τῆς Ἱεροκλέ[ους, ἱερέ]α Διὸς Χρυσαορίου, ἱερέα Δι[ὸς Ῥεμβηνόδου? ἱ]ερέα Διὸς Να[κ]ράσου? ἱερέα Δι[ὸς Σεράπιδος?], γυμνασίαρχον τῶν νέων, [δειπνίσαντα τοὺς πολίτα]ς? δίς, δόντα δὲ τῇ πόλι [εἰς διανομὴν αἰ]ώνιον ἀργύριον, τετελεκ[ότα δὲ καὶ ἄλλας ἀρχὰς κ]αὶ πρεσβίας. ἐτίμησαν δὲ [καὶ τῶν υἱῶν τὸν πρεσβύτερο]ν? Θράσωνα Ἱεροκλέους, [ἀρχιερέα τῶ]ν Σεβαστῶν, γυμνασίαρ[χον τῶν νέων, ἱερέα Διὸς] τοῦ Παναμάρου, καὶ Λέον[τα τὸν νεώτερο]ν, [δ]ὶ[ς]? ἀρχιερέα τῶν Σεβασ[τῶν, γυμνασίαρχον τῶν] νέων, ἱερέα Διὸς Χρυσαορίου, - - - [καθ' ἡ]λικίαν [τ]οῦ Φιλοσόφου, [ἀργύριον δόντα] μετὰ τοῦ πατρὸς εἰς ἀ[ιωνίων ἔργων κατασκε]υ[ὴ]ν ἀναπληρῶσαν ⋇ μ[υριάδας? - - - - Ἱε]ροκλῆς, καὶ τῆς γερουσία[ς - - - - - - -*

Vs. 1. 2. litterae ΤΟΙΜΗΣΑΝ Pocockii coniecturae debentur; scribendum esse ἐτίμ. non ἐτείμ. docet vs. 11. Initio ad latitudinem aequandam praemisi ἡ βουλὴ καί: cf. n. 2724. Ante Παναιτίου aliquid

scripsi utile amicis; tu iam, lector, meo provisu in posterum secundo loco nuntia intellectu facilem suavemque versum (carmen). Nam summis diis Iunoni et Iovi Rhembenodo votum nostrum solvens, annuam hanc gratiam, felix tabulam consecro diis." Vs. 1. Chish. ἀνθρώπ[οισι τοῦτ' ἐτ]ήσιον, Welck. ἀνθρώπ[οισιν ἡμε]ρήσιον, deficiente una littera, nisi in fine γ' addas. Praestat opinor quod dedi. Vs. 2. Chish. ἐφε]ῦρον et Μουσ[ῶν ἐντ]άγματι; Welck. ε]ὖρον et Μουσ[έων προστ]άγματι, quod una littera longius iusto est. Vs. 3. νόμι]μον dedit Chishullus; qua voce menses triginta dierum designari videntur, quasi *νομίμους* dictum sit; χἄτερον est pro *καὶ μὴ νόμιμον*, quod ad quintum potissimum mensem rettulerim; *ἐπεμβόλους* dicit menses unius et triginta dierum. Chish. dedit *μῆνα καί*, quod ferri nequit. Welck. *μῆνάς τ' ἐπεμβόλους*, quod, si *νόμιμον* verum est, non potest admitti ob numerum elementorum: A quum desit ap. Sher. sine audacia potest in H mutari. Νόμιμον autem quare certum putem, patebit infra, ubi de auctore carminis dicam. Vs. 4. Welck. dedit *ἀλλ' ἄν*, litteras ΛΝΑ mutans in ΑΛΛ, quod quis non probaverit? Sed Λ deest ap. Sher.; retento igitur NA Chish. dedit ἵ]να: quod verum esse infra apparebit. Παρηγορεῖται futurum est (*πάνυ ἀμαθὲς* hoc post *ἵνα* dicit Thomas; sed certe dictum est). Vs. 6. ineptum istud N vocis *ἀριθνμήσας* necessarium est. Vs. 8. μο[υ] correxi; Welck. de dea Προνοίᾳ cogitabat; sed aperte inest is sensus, quem supra posui. Ἀγγεῖλαι est pro imperativo. Vs. 11. Ῥεμβήνοδος (non Ῥεμβείνοδος, quod excluditur elementorum numero) Ζεὺς nominatur, aliunde non cognitus: is, quum in Serapio titulus inscriptus sit, debet una cum Iove Panamaro cultus esse; cf. ad n. 2715. ubi simul de Iunone monui. Hic Panamari cultus quum Hecatesio coniunctus sit, Ῥεμβηνόδου nomen cum Triviae sacris aliquid communionis habere Chishullo visum est, potestque ex *ῥέμβειν*, *ἐν* et *ὁδὸς* barbare formatum esse. Iuno vero nolim eadem habeatur atque Hecate, licet hoc coniiciat Welckerus noster; postremo alienus ab hoc cultu est Iupiter Chrysaorius, cuius idem doctus mentionem hic iniecit. *Annuam gratiam* anne auctor dixit, quod in anni ratione versatur haec inscriptio? Sed finita interpretatione barbari epigrammatis monendum est esse id acrostichon; quod quum ex vss. 5–12. animadvertissem, simul intellexi vs. 3. 4. litteras initiales debere N et I esse. Sic prodit Μένιππος εὗρε. Fortasse hic ex posteris est celebris *Menippi Stratonicensis* rhetoris, quem audivit Cicero (Brut. 91. Strab. XIV. p. 660.). In fine quae subscripta sunt, notam chronologicam esse iudico. Primus ductus nihil est nisi siglum annorum numeris praemitti solitum, alias L sive Ɩ, quod vulgo pessime putatur λυκάβας esse. Iam si E sumas esse ἔ[τους]: neque enim ΑΦΕ probabile est esse 1505, quod maior hic numerus est, quam qui ab ulla chronologica epocha deduci possit: ΑΦ retrorsum legendum erit, ut in multis huiusmodi notis. Sic annus erit ΦΑ, qui ab epochâ Seleucidarum Stratoniceae conditorum computabitur aptissime; isque incipit auctumno p. Chr. 189.

## 2723.

*Stratoniceae*; ex Pocock. Inscr. ant. II, 7. p. 13. n. 5.

| | |
|---|---|
| ΟΣ | - - - ος |
| . . ΙΑΡΙΣΕΟΥΚΟΡΑ | τοῦ] Ἀρισ[τ]έου, Κ[ω]ρα[σέως, |
| . . . ΝΤΟΣ | νικῶ]ντος |
| . . . ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝΙΕ | - - παγκράτιον ἱε- |
| . . . ΑΓΟΝΑΚΤΙΑΑΓ. . | ρὸν?] ἀγ[ῶ]ν[α] Ἄκτια ἀγ[ενεί- |
| . ΝΚΑΙΤΟΚΟΙΝΟΝ | ω]ν? καὶ τὸ κοινὸν [Ἀσίας? |
| . . ΥΣΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ | ἄνδρα]ς? παγκράτιον, - - |
| πΑΝΚΡΑΤΙΟΝ | - - παγκράτιον, |
| . . . ΠΥΘΙΑΝΕΜΕΑ | Ὀλύμπια?] Πύθια, Νέμεα, [Ἴσθμια? |
| παΝΚΡΑΤΙΟΝΗΡΩΤΟ | παγκράτιον [π]ρῶτο[υ ἐπὶ τῆς |
| . ΜΕΝΗΣΣΤΕΦΑΝΟ | οἰκου]μένης? στεφαν[ω- |
| φορΟΝΕΝΠΕΡΙΟΔΟ | θέντ]ο[ς] ἐν περιόδ[ῳ. |

Vs. 12. ΦΟΡ a Poc. de coniectura additum est. Ad rem cf. n. 2682. et similia. Ἀριστέου nomen Stratoniceae usitatum (vide n. 2727. et nummos). Aristeam Stratonicensem s. Chrysaorensem post Olymp. 178. simul pancratio et lucta vicisse tradit Pausanias V, 21, 10. sed hoc loco de filio Aristeae agi videtur. Vs. 2. Κωρασέως dedi collatis titulis n. 2725. 2726. 2731. (cf. etiam n. 2728.): semel atque iterum ubi O pro Ω reperitur in hac voce, nota elementi *ω μεγάλου* formam in his Stratonicensibus titulis frequentem esse Ω, quae facillime confunditur cum O. Κώρασα nomen loci est Caricum, ut Μύλασα, Πλάρασα, Βάργασα, Πήδασα, Ἄρπασα, ut Κόρβασα Pisidiae; intellige vicum Chrysaorensium, qui tribui Stratonicensium nomen dederit. Cf. de huius rei ratione ad n. 2693. 2694. Adde n. 2727. 2728. 2731.

Formas litterarum ex Chandleri Syllabo designavi, ubi eae in ipso textu non expressae erant. Φ tamen supra et infra lineolas horizontales appositas habet. Vs. 1. quinque puncta ex Sher. dedi (Chandl. quattuor habet); nempe Sher. legit ΑΝΘΡΩΠ . . . . . Η ΣΙΟΝ. In fine Chandl. addit Γ, quod recte omittit Sher. Vs. 3. Sher. omittit primum Ι, et habet ΜΗΝ . . . . ΕΜΒΟΛΟΥΣ, Chandlerus habet ΜΗΝΑ . . . ΠΕΜΒΟΛΟΥΣ, quod retinui, sed dempto ad ductum Sherardi uno puncto. Vs. 4. Sher. omittit primum Λ. Vs. 6. Sher. ΑΡΙΟΝΜ etc. Ν vacare apertum dixeris; sed non vacat. Vs. 8. Sher. ΣΥΝΟΙ. Vs. 10. Sher. ΠΑΡ, Chandl. ΓΑΡ. Quae in dextro margine habes, addidi ex Sher. Refertur ad has notas numerales, quod Chandlerus dicit: „Fracto lapide periit alia columna, exceptis quibusdam litteris initialibus."

Μ]νημόσυνον ἀνθρώπ[οις τόδ' ἡμε]ρήσιον $\overline{\lambda}[\alpha]$
Ε]ὗρον, μετρήσας μουσ[ικῷ συντ]άγματι $\overline{\lambda}$
Νόμι]μόν τε [χ]ἄτερον μῆν' [ἠδ' ἐ]πεμβόλους, $\overline{\lambda\alpha}$
Ἵ]να, ἂν τις ἔτυχε τῆς ἀπαιδεύτου τύχης, $\overline{\lambda}[\alpha]$
Παρησίαν ὁμοίαν οὐκ ἔχων βροτοῖς, $\overline{\kappa\eta}$
Παρηγορεῖται βαιὸν ἀριθνμήσας τάδε. $\overline{\lambda\alpha}$
Ο]ὕτως ἔγραψα τοῖς φίλοισι χρήσιμον. $[\overline{\lambda}]$
Σύ μο[υ] προνοίᾳ λοιπὸν εἰς τὸ δεύτερον $\overline{\lambda\alpha}$
Εὐπερινόητον ἡδὺν ἀγγεῖλαι στίχον. $\overline{\lambda}$
Ὑπερτάτοις γὰρ ἡμῶν εὐχὴν Ἥρῃ καὶ Διΐ $[\overline{\lambda\alpha}]$
Ῥεμβηνόδῳ περάσας, τὴν ἐτησίαν χάριν, $[\overline{\lambda\alpha}]$
Εὐδαιμονήσας δέλτον ἀνατιθῶ θε[οῖς. $\overline{\lambda}]$
⌊$\overline{\alpha\phi}$ ἔ[τους?

Toto caelo aberrat Chandlerus, qui hac formula librum seu pugillares a poeta vel scriptore diis Aphesiis dedicari scribit: quem hominem cur coniiciat esse Sosandrum (n. 2715. *a.*), nulla prorsus causa est: auctor quis sit, infra docebo. Aphesios autem deos, quos ad ludos equestres et curules pertinere Welckerus recte notat, ex fine tituli petiit Chandl. ubi θεοῖς Ἀφεσίοις legit: sed verbo θεοῖς versus finiri neque ultimos ductus illis addendos esse mox patebit. Welckerus auctorem librum chronologicum de temporis et anni mensura conscripsisse putat. Sed paucis aperiam tituli rationem, quae latuit editores. Nihil his versibus dedicatur; sed carmen ipsum ex voto dicatur diis: quod sub finem significatum est. Atque id quidem etsi pessimum est, sive dictionem et rationem grammaticam spectas, sive metrum, quod vs. 1. non bonam habet caesuram sive diaeresin, vs. 3. 5. 10. 11. spondeum in sede pari, vs. 4. hiatum turpissimum, vs. 10. 11. pede longius est; tamen ex his nihil potest emendando tolli: non potest vs. 4. cum Iacobsio apud Welck. scribi ἂν τύχῃ τις τῆς etc. non vs. 10. cum eodem ὑπὲρ γὰρ ἡμῶν (ὑπερτάτοις servat utrumque apographum, et recte). Quid quod ne Ν quidem vs. 6. abiici potest? Quippe his sublatis perit carminis vis, quae tota ex numero litterarum pendet. Et numerus quidem litterarum certus in dextra cuique versui adscriptus est; praeter has ibi nihil videtur fuisse exaratum, nisi putes mensium nomina adscripta fuisse: quod tamen non necesse est statui. Neque initio quidquam periit, quod tamen statuebat Chandlerus. Viam mihi monstravit Chishulli notula haec: „Est anni Iuliani forma tum noviter ex edicto Caesaris inter Asianos et Syro-Macedonas publicata, at non sine arcana per eius loci sacerdotes emendatione." Idem numeros ad Sherardiani apographi ductum ita correxit ut feci, et supplevit tres ultimos, et primum numerum ad Octobrem, ultimum ad Septembrem rettulit, intermediosque ex ordine ad reliquos anni Iuliani menses, ita ut numeri exacte quadrent in anni Iuliani formam: quae tamen his numeris cum versibus ipsis intercedat ratio, non dicit. Ratione inita intellexi, quemque versum tot continere litteras, quot in margine signatae sunt; igitur auctor inscribendum rude hoc carmen curavit, ut id ediscerent, et computandis litteris invenire possent, quot dies competerent cuique mensi; ad quam rem hoc solum opus erat, ut ordinem mensium memoria tenerent. Illud tamen falsum est, hoc carmen Caesaris fere aetate scriptum esse; immo id multo recentius est, nec proprie ad Iulianos menses pertinet, sed ad Asianos, quorum initia discrepant a Iulianis. Nempe tenemus hic annum Stratonicensem, quem in potissimis certe cum vulgari Asiano consentire, eo est probabilius, quod unus ex Asianis mensibus *Stratonicus* est. Asianus autem annus vulgaris, qualem ex Hemerologio Florentino novimus, incipit d. 24. Sept. mensesque ex ordine hi sunt (Ideler. Enchir. Chronol. T. I. p. 414.):

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Καισάριος | a d. | 24. Sept. | habet d. | 30 | 31 |
| Τιβέριος | - | 24. Oct. | - | 31 | 30 |
| Ἀπατούριος | - | 24. Nov. | - | 31 | 31 |
| Ποσειδεών | - | 25. Dec. | - | 30 | 31 |
| Λήναιος | - | 24. Ian. | - | 29 | 28 |
| Ἱεροσέβαστος | - | 22. Febr. | - | 30 | 31 |
| Ἀρτεμίσιος | - | 24. Mart. | - | 31 | 30 |
| Εὐαγγέλιος | - | 24. April. | - | 30 | 31 |
| Στρατόνικος | - | 24. Mai. | - | 31 | 30 |
| Ἑκατόμβαιος | - | 24. Iun. | - | 31 | 31 |
| Ἄντεος | - | 25. Iul. | - | 31 | 31 |
| Λαυδίκιος | - | 25. Aug. | - | 30 | 30 |

Cum hoc anno quomodo dissentiat Stratonicensis, docent numeri in dextra a me appositi: ex quibus patet mensium dies Stratonicensium consentire cum Bithynorum calendario (Ideler. Enchir. Chronol. T. I. p. 421.), nisi quod apud Bithynos ultimus mensis 31, paenultimus 30 dierum est. De numero enim dierum in singulis versibus nulla potest dubitatio iniici; nam in novem prioribus mensibus habes eum ex Sherardi apographo; decimi vero et undecimi mensis dierum numerum numerus elementorum evincit intemeratus (31): unde duodecimum habuisse 30 dies, iam sponte patet. Interpretando ne longior sim, addo sententiam carminis absurdi: „Mnemosynum hoc hominibus quotidianum inveni, poetica compositione demetiens et legitimum mensem et non legitimum et intercalarios, ut si quis incultiorem fortunam nactus sit, non aeque promptam ac convenit mortalibus mentem habens, consoletur se paululum numeratis his litteris. Sic ego hoc

## 2727.

*Ibidem*, ex eodem l. c. n. 9.

ΚΑΤΕΔΩΡΟΣ
ΛΡΙΣΣΤΕΟΥΠ
ΥΠΕΡΤΟΥΥΙΟΥ
αριΣΤΕΟΥΤΟΥ
· · κατΕΔΩΡΟΥΙ̅Ε̅
μνημεΙΑΣΕΝΕΚΕΝ

Vs. 6. male suppletus a Poc. est. Lege:

*Ἑ]κατέδωρος [Ἀ]ριστέου [Ἱ̅ε̅.] ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ Ἀριστέου τοῦ [Ἑ]κατεδώρου Ἱ̅ε̅. μνείας ἕνεκεν.*

Retinui insolens Ἑκατέδωρος utpote bis scriptum diserte et recurrens insuper n. 2728. Recta ratio postulabat Ἑκατόδωρος. Nota vero nomen hoc Stratonicensibus frequentatum ex Hecates ibi cultu manasse. Duplici Σ in voce Ἀριστέου vs. 2. non confido apud Poc. etsi id alias usitatum est. Ι̅Ε̅ vs. 5. quod etiam vs. 2. restitui, cave putes designare, quot annos vixerit defunctus: nam n. 2728. huiusmodi notae etiam vivorum nominibus adscriptae sunt, ac n. 2731. etiam apertius est, decurtata haec locorum nomina esse. Haud dubie hic vici Chrysaorensis, qui in tribum cesserit, mentio latet; cf. collata ad n. 2723. Stephano Byzantio Ἱεραμαὶ est πόλις Καρίας, et gentile Ἱεραμεύς; hoc nomen quin significetur, nihil obstat: *Hieracome* enim, quam Stephanus itidem Cariae tribuit, longius dissita est.

## 2728.

*Ibidem*, ex eodem l. c. n. 8.

ΔΙΟΝΙΣΙΟΣ
ΣΥΚΛΕΙΔΟΥ
Κ̅Ζ̅ ΖΗ
.ΚΑΙΜΗΛΑΣΝΕΙΚΑΝ
ΔΡΟΥΛΟ̅.ΖΗΔΙ
ΟΔΟΤΟΝΕΚΑΤΕ
ΔΟΡΟΥΚ̅Ζ̅ΜΝΙΑΣ
ΕΝΕΚΕΝΕΘΑΨΑΝ
ΙΣΤΗΝΙΔΙΑΝΟΣΤΟ
ΘΗΚΗΝ

*Διον[ύ]σιος [Ε]ὐκλείδου Κ̅[Σ̅]? (ζῇ),*
*καὶ Μη[ν]ᾶς Νεικάνδρου Λ̅[Α̅]? (ζῇ)*
*Διόδοτον Ἑκατεδ[ώ]ρου Κ̅[Σ̅]? μνίας ἕνεκεν*
*ἔθαψαν ἰς τὴν ἰδίαν ὀστοθήκην.*

De scriptura Ἑκατέδ. cf. ad n. 2727. Notas ΚΖ et ΛΟ non designare defunctorum aetatem patet, quod duo priores superstites sunt; nec quisquam crediderit, etiam superstites adscripsisse, quot annos nati essent. Igitur illae notae aliud significant, haud dubie id quod ad n. 2727. 2723. posui. Κ̅Ζ̅ videtur in Κ̅Σ̅ mutandum, ut sit Κωρασεύς. Λ̅Ο̅ mihi videtur Λ̅Α̅ fuisse, Λαγιναῖος s. Λαγινίτης, quod est gentilicium πολιχνίου Καρίας, ut ait Stephanus, eiusque Stratonicensis (Strab. XIV. p. 660. et Steph. Byz. v. Λαγινία.).

## 2729.

*Stratoniceae*, in ara sepulcrali; ex Chandleri Inscr. ant. P. I. p. 30. n. LXXIV. et schedis Sherardi p. 46. (cod. Ask. II, 16.)

ΚΟΜΥΡΙΑΚΟΣ
ΚΑΙΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΚΑΡΠΩΤΩΤΕΚΝΩ
ΜΝΙΑΣΧΑΡΙΝ

Sher. vs. 2. ΑΡΤΕΜΙΝ.

*Κομυριακὸς καὶ Ἀρτεμι[σία]? Κάρπῳ τῷ [ἰδίῳ] τέκνῳ μνίας χάριν.*

Vs. 1. possis et Κ̅ο̅. (*Quintus*) Μυριακός, vel Κολλυριακός. Ἀρτεμισία debetur Chandleri coniecturae; fortasse tamen Ἀρτέμιν legendum est, quod ex usu alibi a nobis illustrato idem est atque Ἀρτέμιον: si modo Ἀρτέμιον iustum nomen est.

## 2730.

*Stratoniceae*; ex Sherardi schedis p. 46. (cod. Ask. II, 9.) misit Müllerus.

ΘΥΛΙΑΔΗϹΛΕΩ
ΝΙΔΙΤΩΙΔΙΩ
ΠΑΙΔΙΩΜΝΕ.
ΑϹΕΝΕΚΕΝ

*Ο]ὐλιάδης Λεωνίδ[η]? τῷ ἰδίῳ παιδίῳ μνε[ί]ας ἕνεκεν.*

Οὐλιάδης nomen in Caricis habes n. 2698. (cf. n. 2701.) et virum Chrysaorensem Uliaden memorat titulus n. 1590. 19.

## 2724.

*Stratoniceae* in magna basi vel ara ad tugurium prope sepulcra; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 7. p. 13. n. 12. Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 29. n. LXXI. Habeo etiam a Müllero ex cod. Sherard. p. 47.

ΟΔΗΜΟΣ
ΚΑΙΗΒΟΥΛΗΚΑΙΗΓΕΡΟΥΣΙΑΕΣΤ
ΕΦΑΝΩΣΕΝΚΑΙΕΘΑΨΕΝΔΗΜΟΣΙΑ
ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΝΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥΑΝ
ΔΡΑΑΓΑΘΟΝΓΕΝΟΜΕΝΟΝΓΥΜΝΑ
ΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑΤΩΝΝΕΩΝΚΑΙΙΕΡΑΤΕΥ
ΣΑΝΤΑΚΑΙΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑΠΡΟΣ
ΤΟΥΣΣΕΒΑΣΤΟΥΣ ❦ ΚΑΙΕΝΠΟΛ
ΛΟΙΣΚΑΙΜΕΓΙΣΤΟΙΣΕΥΧΡΗΣΤΟΝ
ΓΕΝΟΜΕΝΟΝΤΗΠΑΤΡΙΔΙΑΜΕ...ΩΣ
...ΤΟΥΓΕΝΟΥΣΠΑΡΕΣ............

Non affero pessimas Sherardi et Pocockii lectiones, quum usque ad vs. 9. Chandleri apographum purissimum sit: tantum annoto vs. 3. Pocockium habere ΝΟΣΟΝΚΑΙΕΘΑΨΑΝ. Vs. 10. extr. Poc. ΤΗΠΑΤΡΙΔΔΙ...Σ, Sher. ΤΗΔΑΜΩ.ΟΣ. Vs. 11. Chandl. ...ΕΟΝΓΕΝΟΥΣΙΝΑ.....; Sher. nulla praecedente lacuna ΤΟΥΓΕΝΟΥΣΠΑΡΕΣ, et duodecim deinceps puncta habet; Poc. .‾/ ΤΕΝΟΥ ΠΑΡΑΣ....... Hinc adscivi quae convenire videbantur.

*῾Ο δῆμος καὶ ἡ βουλὴ καὶ ἡ γερουσία ἐστεφάνωσεν καὶ ἔθαψεν δημοσίᾳ ᾿Αρίστιππον ᾿Αρτεμιδώρου, ἄνδρα ἀγαθὸν γενόμενον, γυμνασιαρχήσαντα τῶν νέων καὶ ἱερατεύσαντα καὶ πρεσβεύσαντα πρὸς τοὺς Σεβαστούς, καὶ ἐν πολλοῖς καὶ μεγίστοις εὔχρηστον γενόμενον τῇ πατρίδι ἀμέ[μπτ]ως, [ἄξιον] τοῦ γένους παρεσ[χημένον αὑτόν.*

## 2725.

*Stratoniceae*; ed. Pocockius Inscr. ant. II, 7. p. 14. Nos damus potissimum ex schedis Sherardi p. 47. a Müllero acceptis (cod. Ask. II, 16.).

..ΔΗΜΟΣΕΘΑΙΕΝΠΟΣ..ΙΠΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥΤΟΥ
ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥΚΩΡΑΕΗΑΝΔΡΑΑΓΑΘΟΝΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΚΑΙΕΥΝΟΥΝΤΗΙΠΑΤΡΙΔΙΚΑΙΠΕΡΙΤΩΝΜΕΓΙΣΤΩΝ
ΚΑΙΑΝΑΓΚΑΙΟΤΑΤΩΝΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑΠΡΟΣΤΗΝ
ΣΥΝΚΛΗΤΟΝΚΑΙΠΟΛΛΩΝΑΓΑΘΩΝΑΙΤΙΟΝΓΕΝΟΜΕΝ
ΤΗΙΠΑΤΡΙΔΙΚΑΙΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΑΕΝΡΩΜΗΙ..Ω...

Fundus lectionis est Sherardianum apographum; quae ex Poc. receperim, docet varietas lectionis potissima haec. Vs. 1. Sher. ...ΗΜΟΣ, Poc. .ΙΔΗΜΕΣ. Sher. ΠΟΣΙΤΤΟΝ, Poc. ΠΩΣ..ΠΕΙΑ, ex quo alterum Π adscivi et lacunam inserui. Sher. mox ΔΟΡΟΥ, Poc. ΔΩΡΟΥ. Vs. 2. pro ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥΚΩΡΑΕΗ Poc. .ΜΒΑΚΛΕΨΙΥΙΥΚΜεΡΑΞΗ. Vs. 4. primum Ο ex Poc. dedi (Sher. Ω). Vs. 5. Sher. ΣΥΝΚΛΗΤΩΝ, Poc. ΣΥΝΚΛΗΙΤΗΟΝ; Sher. ΑΙΤΙΩΝΓΕΝΟΜΕΝ., Poc. ΑΙΤΙΟΝΠΟΝΟΜΕΝο; tum ɴ addidit Poc. vs. 6. init. et hoc et ultimum vs. 5. ο ex coniectura. Vs. 6. Sher. ΤΕΛΕΥΤΕΣΑΝΤΑΕΝΡΩΜΗΙ, Poc. ΠΟΛΕΥ ΤΗΣΑΜ.ΑΕΝΟΥΩΜΗΝ.Ω..., ex quo pro altera parte ultimi Ν unius litterae lacunam signavi et addidi .Ω...

*῾Ο] δῆμος ἔθα[ψ]εν Ποσ[ειδ]ιπ[π]ον Διονυσοδώρου τοῦ ῾Ηρακλείτου Κωρα[σ]ῆ, ἄνδρα ἀγαθὸν γενόμενον καὶ εὔνουν τῇ πατρίδι, καὶ περὶ τῶν μεγίστων καὶ ἀναγκαιοτάτων πρεσβεύσαντα πρὸς τὴν σύνκλητον, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιον γενόμεν[ον] τῇ πατρίδι, καὶ τελευτήσαντα ἐν ῾Ρώμῃ [προμοίρως?*

Cf. n. 2724. et ad n. 2723. Titulus hic Imperatorum aetatem antecedere videtur; Iota mutum nusquam in eo neglectum est.

## 2726.

*Stratoniceae*; ex Pocock. Inscr. ant. II, 7. p. 13. n. 10.

ΟΔΗΜΟΣΕΘΑΙΚΕΝ
ΣΙΛΙΝΟΝΣΩΣΑΝΔΡΟΥΚΟΡΑΖΙΔΑ
ΤΗΝΓΥΝΑΙΚΑΤΗΝΑΝΔΡΟΝΟΣ
ΤΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΥΚΩΡΑΙΕΩΣ
ΕΖΗΚΥΙΑΝΣΩΦΡΟΝΟΣ
ΚΑΙΓΕΓΗΝΕΜΕΝΗΝΕΜΠΑΣΙΝ
ΑΞΙΑΝΤΩΝΚΑΛΛΙΣΤΩΝ
ΕΠΑΙΝΩΝ

*῾Ο δῆμος ἔθα[ψ]εν Σιλ[ή]ν[ι]ον? Σωσάνδρου Κ[ω]ρα[σ]ίδα, τὴν γυναῖκα τὴν ῎Ανδρ[ω]νος τοῦ Διονυσίου Κωρα[σ]έως, ἐζηκυῖαν σωφρόν[ω]ς καὶ γεγ[ε]ν[η]μένην ἐμ πᾶσιν ἀξίαν τῶν καλλίστων ἐπαίνων.*

Ad nomen *Σωσάνδρου* cf. n. 2715. *a.* et de nomine tribus s. vici notam ad n. 2723.

# SECTIO QUARTA.

## APHRODISIAS.

In titulis Aphrodisiadis maximam partem ineditis primo loco posui acta publica cum honoribus Augustorum; dein diis dedicata et similia donaria; tum recensus praemiorum, quae victoribus ludorum proposita sunt; post haec titulos urbibus, viris, qui a civitate vel a privatis honorati erant, et separatim ludorum victoribus, ac deinceps feminis positos; postremo epitaphia.

## 2737.

*Aphrodisiade* (Dscheyra, Geyra, Keira); titulum *a* in marmore oblongo exaratum Sherardus a. 1705. transcripsit eo profectus cum Antonio Picenini medicinae doctore, titulum *b* postea, a. 1716. cum Lislio revisens Aphrodisiadem. Ex Sherardianis edidit Chishullus Antt. Asiat. illum p. 150 sqq. hunc p. 152 sq. notasque addidit p. 161 sq. Ex Chishullo petiit Oberlinus Tacit. ed. T. II. P. II. p. 835. item Dirksen Vers. z. Krit. u. Ausl. der Quellen d. Röm. Rechts p. 198 sqq. Priorem titulum ex codice Sherardi p. 6. transcripsit Müllerus; alterum, qui p. 26. ibidem extat, ex solo Chishullo habeo. Praeterea prioris versus XXIII (1-20. et 40-42.) extant in schedis Spanhemianis bibliothecae regiae Berolinensis.

*a.*

ΓΜΕΝΟΣΤ̊Β̄ΚΑΙ
ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝΤΗΔ..
ΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝΠΡΑ
ΓΜΑΤΩΝΔΙΑΤΑΞΕΩΣ
ΠΛΑΡΑΣΕΩΝΚΑΙΑΦΡΟ
ΔΕΙΣΙΕΩΝΑΡΧΟΥΣΙΝ
ΒΟΥΛΗΔΗΜΩΧΑΙΡΕΙΝ
ΕΙΕΡΡΩΣΘΕΕΥΑΝΕ
ΧΟΙΥΓΙΑΙΝΩΔΕΚΑΙ
ΑΥΤΟΣΜΕΤΑΤΟΥΣΤΡΑ
ΤΕΥΜΑΤΟΣΣΟΛΩΝ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥΥΜΕΤΕΡΟΣ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΣΕΠΙ
ΜΕΛΕΣΤΑΤΑΠΕΦΡΟΝ
ΤΙΚΩΣΤΩΝΤΗΣΠΟ
ΛΕΩΣΥΜΩΝΠΡΑΓ
ΜΑΤΩΝΟΥΜΟΝΟΝ
ΗΡΚΕΣΘΗΕΠΙΤΟΙΣ
ΓΕΓΟΝΟΣΙΝΟΙΚΟΝΟ
..ΜΑΣΙΝΑΛΛΑΚΑΙ
ΗΜΑΣΠΑΡΕΚΑΛΕΣ
ΕΝΕΙΣΤΟΤΟΥΓΕΓΟ
ΝΟΤΟΣΥΜΕΙΝΕΠΙ
ΚΡΙΜΑΤΟΣΚΑΙΔΟΓΜΑ
ΤΟΣΚΑΙΟΡΚΙΟΥΚΑΙΝΟ
ΜΟΥΑΝΤΙΠΕΦΩΝΗΜΕ
ΝΑΕΚΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝ
ΔΕΛΤΩΝΕΞΑΠΟΣΤΕΙ
ΛΑΙΥΜΕΙΝΤΑΑΝΤΙΓΡΑ
ΦΑ°ΕΦΟΙΣΕΠΑΙΝΕ
ΣΑΣΤΟΝΣΟΛΩΝΑΜΑΛ
ΛΟΝΑΠΕΔΕΞΑΜΗΝΕΣ
ΧΟΝΤΕΕΝΤΟΙΣΥΠΕΜΟΥ
ΓΕΙΝΩΣΚΟΜΕΝΟΙΣ
ΩΚΑΙΤΑΚΑΘΗΚΟΝΤΑ
ΑΠΕΜΕΡΙΣΑΦΙΛΑΝ
ΘΡΩΠΑΑΞΙΟΝΗΓΗ
ΣΑΜΕΝΟΣΤΟΝΑΝ
ΔΡΑΤΗΣΕΞΗΜΩΝΤΕΙ
ΜΗΣΥΜΕΙΝΤΕΣΥ
ΝΗΔΟΜΑΙΕΠΙΤΩΕΧΕΙΝ
ΤΟΙΟΥΤΟΝΠΟΛΕΙΤΗΝ
ΕΣΤΙΝΔΕΑΝΤΙΓΡΑΦΑ
ΤΩΝΓΕΓΟΝΟΤΩΝΥ
ΜΕΙΝΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΝ
ΤΑΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ
ΑΥΜΑΣΒΟΥΛΟΜΑΙ
ΕΝΤΟΙΣΔΗΜΟΣΙΟΙΣ
ΤΟΙΣΠΑΡΥΜΕΙΝ
ΓΡΑΜΜΑΣΙΝΕΝΤΑΞΑΙ
ΓΡΑΜΜΑΤΑΚΑΙΣΑΡΟΣ ❦

*b.*

\- - - - - - - - - - - - - - -
..ΚΑΙΑΕΣΘΛΑΤΕ....ΑΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣΕΙΝΑΙΤΩ..ΔΙΚΑΙΩΚΑΙΤΑΙΣ.......................
..ΤΗΝΠΛΑΡΑΣΕΩΝΚΑΙΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝΧΡΗΣΘΑΙΜΗΤΕΕΓΓΥΗΝΕ..........................
.ΑΙΚΕΛΕΥΣΙΝΟΜΟΛΟΓΕΙΝΑΤΕΤΙΝΑΕΠΑΘΛΑΤΕΙΜΑΣΦΙΛΑΝΘΡΩ.................
ΙΤΗΣΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΔΙΑΤΑΞΕΩΣΤΩΙΔΙΩΕΠΙΚΡΙΜΑΤΙΠΛ..................
.ΠΡΟΣΕΜΕΡΙΣΑΝΠΡΟΣΜΕΡΙΟΥΣΙΝΣΥΝΕΧΩΡΗΣΑΝΣΥΝΧΩΡΗΣΟΥΣΙΝΤΑ............
.ΕΝΕΣΘΑΙΟΜΟΙΩΣΤΕΑΡΕΣΚΕΙΝΤΗΣΥΓΚΛΗΤΩΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΠΛΑ................
ΩΝΤΗΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝΚΑΙΤΗΝΑΤΕΛΕΙΑΝΑΥΤΟΥΣΠΑΝΤΩΝΤΩΝΠΡΑΓ..........
..ΑΠΕΡΚΑΙΤΙΣΠΟΛΙΤΕΙΑΤΩΚΑΛΛΙΣΤΩΔΙΚΑΙΩΚΑΛΛΙΣΤΩΤΕΝΟΜΩΕΣΤΙΝ..........
....ΥΤΟΥΡΩΜΑΙΩΝΤΗΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝΚΑΙΤΗΝΑΤΕΛΕΙΑΝΕΧΕΙΦΙΛΗΤΕΚΑΙΣΥ......
........ΤΕΜΕΝΟΣΘΕΑΣΑΦΡΟΔΙΤΗΣΕΝΠΟΛΕΙΠΛΑΡΑΣΕΩΝΚΑΙΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩ.
......ΣΤΩΤΑΥΤΩΤΩΔΙΚΑΙΩΤΑΥΤΗΤΕΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑΩΔΙΚΑΙΩΚΑΙΗΔΕΙΣ.........
.....ΣΙΑΣΕΣΤΙΝΕΝΕΦΕΣΩΚΥΚΛΩΤΕΕΚΕΙΝΟΥΤΟΥΙΕΡΟΥΕΙΤΕΤΕΜΕΝΟΣΕΙΤ...
...ΤΟΠΟΣΑΣΥΛΟΣΕΣΤΩΟΠΩΣΤΕΗΠΟΛΙΣΚΑΙΟΙΠΟΛΕΙΤΑΙΟΙΠΛΑΡΑΣΕΩΝ............
....ΝΚΩΜΩΝΧΩΡΙΩΝΟΧΥΡΩΜΑΤΩΝΟΡΩΝΠΡΟΣΟΔΩΝΠΡΟΣΤΗΝΦΙΛΙΑΝΤΟ.
...ΙΝΚΡΑΤΩΣΙΝΧΡΩΝΤΑΙΚΑΡΠΙΖΩΝΤΑΙΤΕΠΑΝΤΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΑΤΕ.........
......ΙΑΤΙΝΑΑΙΤΙΑΝΕΚΕΙΝΩΝΔΙΔΟΝΑΙΜΗΔΕΖΥΝΕΙΣΦΕΡΕΙΝΟΦΕΙΛΩΣΙΝ
......ΟΙΣΚΑΤΟΥΣΑΝΜΕΤΑΤΑΥΤΑΕΝΕΑΥΤΟΙΣΚΥΡΩΣΙΝΧΡΩΝ.............

## 2731.

*Ibidem*, in ara parieti infixa; ed. Pocockius Inscr. ant. II, 7. p. 13. n. 1. Chandlerus Inscr. ant. P. I. p. 30. n. LXXII. Ex schedis Sherardi p. 46. (cod. Ask. II, 9.) misit Müllerus.

ΟΒΩΜΟΣ
ΚΑΙΗΟΣΤΟ
ΘΗΚΗΝΕΙΚΗ
ΦΟΡΟΥΤΟΥ
ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ
ΤΡΑ̅Λ̅ΚΑΙΜΟΥ
ΣΗΣΤΗΣΙΕΡΟ
ΚΛΕΟΥΣΚΟ̅~

Vs. 6. Poc. ut dedi, Sher. ΤΡΑΑΚΑΙΜΟΥ, Chandl. ΤΡΑ̅Λ̅ΚΑΙΛΑΟΥ. Vs. 8. extr. Poc. ΚΟ̅, Chandl. Κ̅~, Sher. ΚΟ̅C̅.

῾Ο βωμὸς καὶ ἡ ὀστοθήκη Νεικηφόρου τοῦ ῾Ιεροκλέους Τραλ. καὶ Μούσης τῆς ῾Ιεροκλέους Κ[ω].

Si Musa soror est Nicephori, quod non improbabile, mireris, quod dispar sit nota gentilicia: Nicephorus enim est *Trallianus*, Musa autem opinor *Corasis* Chrysaorensis (cf. de his rebus ad n. 2723. et titulos ibi citatos). Sed fortasse habitationem mutarat Nicephorus atque ita in alium vicum et tribum translatus est: quod etsi ex more Atticorum iudicanti non videbitur probabile, tamen quidni Stratoniceae factum putabimus? Nam notae urbi Trallibus aegre tribuerim Nicephorum nostrum; potuit etiam Chrysaorensium vicus aliquis *Tralles* vocatus esse.

## 2732.

*Ibidem*; ex Pocockii Inscr. ant. II, 7. p. 13. n. 11.

Φ̅Λ̅Α̅ΓΕΝΕΘΛΟΣ
ΝΕΙΚΥΑΤΟΥΙΔΙΟΥΤΕΚΝΟΥ
ΜΝΕΑΣΧΑΡΙΝ

Φλά(βιος) Γενέθλ[ι]ος? Νεικ[ία]? τοῦ ἰδίου τέκνου μνε[ί]ας χάριν.

## 2733.

*Ibidem* in pariete domus; ed. Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 30. n. LXXIII.

ΠΕΤΡWΝΙΟϹ
ΚΑΙΑΠΦΙΟΝ
ϹΩΤΗΡΙΔΟϹ
ΤΟΥΘΡΕΜ
ΜΑΤΙΟΥ
ΜΝΕΙΑϹ
ΧΑΡΙΝ

Πετρώνιος καὶ Ἄπφιον Σωτηρίδος τοῦ Θρεμματίου μνείας χάριν.

*Apphium* uxor est *Petronii*, *Soteris* eorum alumna: quod ob Chandleri falsam interpretationem moneo.

## 2734.

*Stratoniceae*, ex Pocockii Inscr. ant. II, 7. p. 13. n. 4.

. ΙΙΕΤΟΣΗΕΜΕΝΙΠ
ΟΥΚΡΕΙΝΟΜΟΣ
ΔΑΙΜΟΣΙΝ

Nihil nisi δαίμοσιν certum est.

## 2735.

*Ibidem*, ex eodem l. c. n. 6.

ΣΑΙΕΠ . ΠΡΟΤΟΣΚΤΟΝ
ΕΛΑΤΩΝΚΑΙΣΑΤΕ

An vs. 1. est πρῶτος?

## 2736.

*Ibidem*, ex eodem l. c. n. 3.

ΩΝΛΕΟΤΟΣΙΟ

-- ων Λέο[ν]τος ῾Ι[ε.]?

Leontis nomen usitatissimum Chrysaorensibus ac Stratonicensibus esse vidimus ad n. 2693. In fine sumpsi id latere, de quo n. 2727. dixi.

*aut beneficii figeretur.* Notabile etiam, quod in aede Telluris interrogatus a Senatu Antonius, num inter acta C. Caesaris *immunitates* aliquae *datae? nullae, respondebat*: manifesto, ut propria ipsius epistola nunc indicat, mendacio. Vide praeter Philippicam primam Dionis lib. XLIV. in ipso fine, et Plutarchum in Antonio." Nec Chish. oblitus est verborum Ciceronis Phil. V, 4. ,,Decreta falsa vendebat (Antonius); regna, civitates, immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi. Haec se ex commentariis Caesaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat." Sed istas Caesaris litteras, quae in fine tit. *a* perierunt, postea edicto confirmavit Antonius nomine Triumvirorum: id quidem et ipsum periit. Cum hoc coniunctum erat Senatusconsultum, cuius pars superest tit. *b*: falsumne fuerit an verum nescio; nam Senatusconsulta quoque finxisse Antonius ferebatur (Cic. Phil. V, 4.). Ceterum male Chish. hoc Senatusconsultum non differre a decreto Augusti coniicit: immo Augusti decretum pro Aphrodisiensibus non videtur ullum extitisse. Nam apud Tacitum (Ann. III, 62.) sylleptice locutum Dictatoris Caesaris decretum ad Aphrodisienses, Augusti decretum ad Stratonicenses refertur; quare ille non pluraliter *decreta* dixit, sed singulariter *decretum*: unde n. 2715. *a.* nullum Caesaris Dictatoris pro Stratonicensibus decretum memoratur, sed tantum Augusti. Postremo in nostro titulo una cum SC. iusiurandum, a Romanis haud dubie et Aphrodisiensibus vicissim praestitum, et lex aliqua desunt; ὁρκίων mentionem habes similiter n. 2484. II. in foedere Romanorum et Astypalaeensium.

Utrumque titulum ex Latinis exemplis translatum esse sponte patet: quo augetur restituendi difficultas. Plurima supplementa Chishulli sunt, qui in his titulis perite versatus est. Tamen tit. *a.* vs. 2. non laudo quod in litteris ΤΗΔ... quaesivit dictionem τῇ δευτεραίᾳ, voluitque hac significari secundum Triumviratum, fere inde ab a. u. c. 717. Nam etsi Octaviani in nummis habetur IIIVIR. ITER. R. P. C. in Antonio tamen huius notae exemplum desidero; nec τῇ δευτ. dici potuit, sed debebat τὸ β̅ scribi. Igitur ΤΗΔ muto in ΤΗ[Σ, nec lacunam statuo, cuius speciem Sherardo obtulerit vitium lapidis: ceterum post ΤΗΔ Sher. duo tantum puncta, non ut Chish. tria habet. Quodsi quid ibi perierit, exspectes potius τριῶν ἀνδρῶν [τῶν τῆς] τῶν δημ. etc. sed prius τῶν melioris soni causa omissum iudico. Apud Iosephum Archaeol. XIV, 12. notante Chishullo edictum Antonii sic incipit: Μάρκος Ἀντώνιος αὐτοκράτωρ, τριῶν ἀνδρῶν καταστάντων περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων. Initio post αὐτοκράτωρ posui lacunam, quod fortasse τὸ β̅ vel τὸ γ̅ additum erat. Vs. 26. ἀντιπεφωνημένα Chish. illustrat dictionis eiusdem exemplo ap. Ioseph. Archaeol. XIV, 10, 26. sed quod *antiphona* liturgiarum huc refert, nihil est; haec enim ex musicorum usu dicendi sic vocata sunt, qui alius est generis. Ad finem tituli confert Chishullus verba Antonii ad Tyrios ap. Ioseph. l. c. XIV, 12, 5. περὶ οὗ (διατάγματος ἐμοῦ) βούλομαι ὑμᾶς φροντίσαι, ἵν' αὐτὸ εἰς τὰς δημοσίας ἐντάξητε δέλτους.

Caesaris decretum, quod annexum erat, Antonius nomine Triumvirorum confirmarat ἐπικρίματι: quod et ex Antonii litteris patet et ex Senatusconsulto. Hoc anno u. c. 713. factum videtur, quum Antonius in Asiam profectus esset ad cogendas pecunias militibus promissas: a. u. c. 715. autem, L. Marcio et C. Sabino Coss. acta Triumvirorum a Senatu confirmata sunt (tradit Dio XLVIII, 34.): itaque huic anno tribuendum Senatusconsultum, quod tit. *b* continetur. Huius tituli initium ex compari Senatusconsulto apud Ioseph. Archaeol. XIV, 10, 10. haud male supplevit Chishullus, cuius supplementa etiam in reliquis secutus sum, ubi nihil monui. Chish. tamen dedit ὁ Γάϊος Καῖσαρ: tum vs. 1. idem scripsit καὶ ταῖς [νομοθεσίαις ταῖς ἰδίαις τὴν πόλιν] τὴν etc. quod ferri non potest, et mox κατὰ τὸ παρὸν δόγμα. Vs. 5. 6. supplementum τα[ῦτα βέβαια γ]ενέσθαι confirmatur loco Iosephi modo citato. Vs. 7. αὐτοὺς locum non habet; igitur dedi οὕτως, et mox [ἥ] τις, quo posito structura demum constat: fuit opinor ΗΤΙΣ. Chish. retentis traditis vocabulis suppleverat: τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστὶν [χρωμένη, ἢ ἀπὸ δήμο]υ τοῦ Ῥωμαίων: in quo et structura laborat et χρωμένη superfluum est. Quod ego dedi, versum puta ex Latino *optimo iure optimaque lege est.* Si quid addendum post ἐστίν, adde ἐλευθέρα. Vs. 11. init. retinui Chishullianum ἱερὸν ἔ]στω, etsi potest etiam scribi ἄσυλον ἔ]στω; dein vero delevi τῷ post ταὐτῷ, et ante Ἐφε]σίας (vs. 12.) inserui θεᾶς: Ἀρτέμιδος non scripsi, quod lacuna notante Chish. minor est quam pro hoc supplemento. De re addit Chish. ,,Quum vero eadem hic Veneri Aphrodisiensi ac Dianae Ephesiae iura sint concessa; repetenda ea ex Strabone: quo auctore Alexander Dianae Ephesiae templum stadii unius circuitu sacrum et inviolatum esse voluit. Huic aliquantum addidit Mithridates. At Antonius noster tanto Ephesi honore post pugnam Philippicam exceptus et urbis partem aliquam asyli iure honestavit." Vide Strab. XIV. p. 641. unde patet Mithradatem circuitum paulo ampliorem stadii intervallo asyli iure donasse, Antoniumque hoc spatium duplicasse, sed Augustum Antonii hoc donum revocasse utpote damnosum. Verum in Senatusconsulto hoc de finibus asyli Aphrodisiensis nihil dictum est; itaque hi videntur ex eo colligendi fuisse, quod de Ephesio asylo statuerat Antonius. Mox ubi scripsi εἴτ[ε ἄλλος], Chish. dedit εἴτ[ε ἱερός]: idem ante κωμῶν inseruit τῶν. Χωρία Chishullo *castella* sunt; sed hoc non verisimile est ob additum ὀχυρωμάτων, licet castella aliquando χωρία dicantur. Hoc loco *praedia* intellige, quae fere etiam Belleii sententia est in Mem. Acad. Inscr. T. XXXVII. p. 422. Belleius vero quod ὀρῶν legit, nihili est. Aliquot restitutiones incertas esse fateor; sed non novi meliores Chishullianis. Sub fin. μὴ φόρον διδόναι dictum esse sumpsimus, ut n. 3045. habes εἶναι ἀφορολόγητον ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων.

Iota subscr. constanter deest. Tit. *a*. vs. 1. rectius dedi ex schedis utrisque. Vs. 8. ἐῤῥωσθε, quod ap. Sher. quantum video corruptum est, diserte habetur in Spanh. ut ap. Chish. Vs. 10. ΤΟΥ, quod in textu primitivo omisit Chish. addidi ex schedis utrisque et minusculis Chishulli. Vs. 12. schedae utraeque ΗΜΕΤΕΡΟΣ: retinui tamen Chishullianum. Vs. 15. schedae utraeque ΤΗΚΩΣ, Chish. quod dedi. Vs. 30. O minutum, quod ex Sher. addidi, siglum est interpunctioni inserviens. Vs. 40. extr. sustuli Ν et addidi vs. 41. init. ex schedarum utrarumque fide. Vs. 51. extr. ex Sher. foliolum addidi. Minutas aliquas Sherardi schedarum varietates omitto. In tit. *b* lacunarum spatia secundum Chishulli supplementa designavi, quamquam incerta ista spatia esse iudico.

*a.*

[Μ. Ἀντώνιος αὐτοκράτωρ - - ὕπατος ἀποδεδει]γμένος τὸ β̄ καὶ [τὸ γ̄], τριῶν ἀνδρῶν τῆ[ς] τῶν δημοσίων πραγμάτων διατάξεως, Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων ἄρχουσιν, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. Εἰ ἔῤῥωσθε, εὖ ἂν ἔχοι, ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ στρατεύματος. Σόλων Δημητρίου ὑμέτερος πρεσβευτὴς ἐπιμελέστατα πεφροντικὼς τῶν τῆς πόλεως ὑμῶν πραγμάτων οὐ μόνον ἠρκέσθη ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν οἰκονο[μή]μασιν, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς παρεκάλεσεν εἰς τὸ τοῦ γεγονότος ὑμεῖν ἐπικρίματος καὶ δόγματος καὶ ὁρκίου καὶ νόμου ἀντιπεφωνημένα ἐκ τῶν δημοσίων δέλτων ἐξαποστεῖλαι ὑμεῖν τὰ ἀντίγραφα. ἐφ᾽ οἷς ἐπαινέσας τὸν Σόλωνα μᾶλλον ἀπεδεξάμην ἔσχον τε ἐν τοῖς ὑπ᾽ ἐμοῦ γεινωσκομένοις· ᾧ καὶ τὰ καθήκοντα ἀπεμέρισα φιλάνθρωπα, ἄξιον ἡγησάμενος τὸν ἄνδρα τῆς ἐξ ἡμῶν τειμῆς, ὑμεῖν τε συνήδομαι ἐπὶ τῷ ἔχειν τοιοῦτον πολείτην. Ἔστιν δὲ ἀντίγραφα τῶν γεγονότων ὑμεῖν φιλανθρώπων τὰ ὑπογεγραμμένα· ἃ ὑμᾶς βούλομαι ἐν τοῖς δημοσίοις τοῖς παρ᾽ ὑμεῖν γράμμασιν ἐντάξαι.

Γράμματα Καίσαρος.

*   *   *   *   *

*b.*

[Ὕπατοι λόγους ἐποιήσαντο· Ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ, περὶ ὧν Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων ἔκρινεν, „αὐτοὺς κατὰ τὰ δί]καια ἐσθλά τε [πάντ]α ἐλευθέρους εἶναι, τῷ [τε] δικαίῳ καὶ ταῖς [κρίσεσιν ταῖς ἑαυτῆς τὴν πόλιν] τὴν Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων χρῆσθαι, μήτε ἐγγύην ε[ἰςφέρειν", τούτοις κατὰ τόδε τὸ δόγμα κ]αὶ κέλευσιν ὁμολογεῖν· ἅ τέ τινα ἔπαθλα, τειμάς, φιλάνθρω[πα τρεῖς ἄνδρες ο]ἱ τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων διατάξεως τῷ ἰδίῳ ἐπικρίματι Πλ[αρασεῦσι καὶ Ἀφροδεισιεῦσι] προσεμέρισαν, προσμεριοῦσιν, συνεχώρησαν, συνχωρήσουσιν, τα[ῦτα βέβαια γ]ενέσθαι. ὁμοίως τε ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ, τὸν δῆμον τὸν Πλα[ρασέων καὶ Ἀφροδεισιέ]ων τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀτέλειαν [ο]ὕτ[ω]ς πάντων τῶν πραγ[μάτων ἔχειν, καθ]άπερ καί, [ἥ]τις πολιτεία τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστίν, [ὑπὸ τοῦ δήμο]υ τοῦ Ῥωμαίων τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀτέλειαν ἔχει, φίλη τε καὶ σύ[μμαχος οὖσα. Τὸ δὲ] τέμενος θεᾶς Ἀφροδίτης ἐν πόλει Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέω[ν ἱερὸν ἔ]στω ταὐτῷ δικαίῳ ταὐτῇ τε δεισιδαιμονίᾳ, ᾧ δικαίῳ καὶ ᾗ δεισ[ιδαιμονίᾳ τὸ θεᾶς Ἐφε]σίας ἐστὶν ἐν Ἐφέσῳ, κύκλῳ τε ἐκείνου τοῦ ἱεροῦ εἴτε τέμενος εἴτ[ε ἄλλος?] τόπος ἄσυλος ἔστω. ὅπως τε ἡ πόλις καὶ οἱ πολεῖται οἱ Πλαρασέων [καὶ Ἀφροδεισιέω]ν κωμῶν, χωρίων, ὀχυρωμάτων, ὅρων, προσόδων, πρὸς τὴν φιλίαν τὸ [ἐφ᾽ ἡμ]ῖν κρατῶσιν, χρῶνται καρπίζωνταί τε πάντων πραγμάτων ἀτε[λεῖς, μήτε φόρον? δ]ιά τινα αἰτίαν ἐκείνων διδόναι μηδὲ [ξ]υνεισφέρειν ὀφείλωσιν, [ἀλλ᾽ αὐτ]οῖς κατ᾽ οὖσαν μετὰ ταῦτα ἐν ἑαυτοῖς κύρωσιν χρῶν[ται - - - - - - - - -

Tituli hi diserte ad *Plarasensium et Aphrodisiensium urbem* referuntur, quam unam fuisse ex ipsis verbis harum inscriptionum satis patet. Et Plarasensium quidem mentio perraro fit. Steph. Byz. Πλάρασσα πόλις Καρίας· τὸ ἐθνικὸν Πλαρασσεύς. Apollonius in Caricis ap. Steph. Byz. v. Χρυσαορίς: Ταυροπολῖται μὲν συνεμάχουν καὶ Πλαρασσεῖς, ἔτι καὶ Χρυσαορεῖς δέ, ubi nota illos cum Tauropolitis coniungi, qui non videntur diversi ab Aphrodisiensibus esse (vide n. 2746.). Praeterea extant nummi cum inscriptione ΑΦΡ]ΟΔΙϹΙΕΩΝ·ΠΛΑΡΑΣΕΙΩΝ (Eckhel. D. N. T. II. p. 575.). Credo Plarasa et Aphrodisiadem ab initio vicos fuisse Caricos, itidemque Tauropolin, eosque postea in unam compositos urbem esse. Acta haec pertinent ad libertatem Aphrodisiensibus et Plarasensibus concessam et confirmatum ius asyli Venerei. Et *liberos* quidem Aphrodisienses etiam Plinius H. N. V, 29. praedicat (cf. insuper n. 2741. 2845.); religionesque illi et Stratonicenses Tiberio imperante decreto Dictatoris Caesaris, ob vetusta in partes merita, et recenti Augusti decreto tutati sunt (Tac. Ann. III, 62.). Sed hoc loco Antonii Triumviri epistolam habemus, quem Tiberio Imp. silentio transmissum esse animadvertit Chish. quod eo everso, ut ait Strabo, omnia eius acta rescissa sunt: quare etiam nomen Antonii de industria deletum est initio tituli *a*. Antonius, quando haec scribebat, fuit COS. DES. II. ET III. igitur epistola tit. *a* consignata ad annos u. c. 715–719. referenda est. Distinctius nihil definere licet: nam quod Chish. annum u. c. 717. sumit, hoc est primum fere annum secundi Triumviratus, id ex falso supplemento versus secundi petivit, de quo mox dicetur. Mittit autem hac epistola Antonius, ut ipse ait, decretum accessorium (ἐπίκριμα), quo concessa Aphrodisiensibus beneficia ab ipso confirmata erant, praeterea senatusconsultum (δόγμα), iusiurandum (ὅρκιον) et legem ad illas res pertinentem: sed quod universum negotium ex C. Iul. Caesaris decreto originem habebat, eodem quippe quod postea Tiberio Imp. protulerunt Aphrodisienses, hoc ipsum continuo additur Antonii ipsius litteris (tit. *a*. extr.). „Has vero litteras," ait Chishullus, „nunc mittit Aphrodisiensibus unus qui id potuit Antonius. Nam, quod questus est paulo ante Cicero Phil. I, 7. 10. eo uno auctore commentarioli, chirographa et libelli Caesaris sunt probati: eo uno dispensante immunitates datae et vectigalia sublata a mortuo iam C. Caesare: idque contra auctoritatem Senatus, qui censuerat, *ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Caesaris*

Vs. 2. Spanh. ΑΠΠΟΥΛΗΙΟΣ, Müll. ΑΠΟΥ etc. Mass. ΑΠΠΟΥΛΙΟΣ. Idem vs. 2. extr. Σ addidit. Praeterea Müll. ΑΠΟΔΕΔΕΙΜ. Vs. 3. Mass. ex correctione ΤΟΒ̄.ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΝ, Müll. ΤΩΒ.ΑΦΡΟΔΙΣΕΙΩΝ, Spanh. ΑΦΡΟΔΙΣΕΩΝ. In fine Spanh. Mass. ΧΑΙΡΕιΝ, Müll. ΧΑΙΡΕΝ. Vs. 4. extr. Spanh. ΑΓΩΝΑ.. Vs. 6. Müll. ΑΝΤΩΝΙΝΩΝ. Vs. 6. med. deficit Mass. Vs. 7. Müll. ΔΟΣΑΝ, Spanh. quod dedi. Vs. 9. lacunam ex Spanh. dedi. Huius apographum deficit inde a vs. 10. usque ad vs. 12. ubi rursum incipit a voce ΑΓΩΝΑ. Vs. 13. Müll. ΔΗΘΕΚ, Spanh. et Mass. quod dedi: Mass. enim hunc versum exhibet usque ad *διαθηκῶν*. Vs. 15–19. desunt in Spanh. Vs. 20. 21. in fine lacunas signat Müll. non Spanh. Ut alia Spanh. vitia mittam, vs. 22. extr. illae schedae ΤΕΤΡΑΕΤΗΡΙΔΑΣΤΑΛΟ.., Müll. ΤΕΤΡΑΕΤΗΡΙΔΑΣΕΣΤΑΧΡΩ.. Vs. 23. Müll. ....ΚΙΛΛΙΩΝ, Spanh. Ⱶ..ΚΙΛΛΗΩΝ. Mox Ν singulare ex Spanh. interposui.

*Ἀγαθῇ τύχῃ, Μάρκος Οὔλπιος Ἀππουλήϊος Εὐρυκλῆς, ἀρχιερεὺς Ἀσίας ἀποδεδειγμένο[ς] ναῶν καὶ τῶν ἐν Σμύρνῃ τ[ὸ] β̄, Ἀφροδισ[ιέ]ων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. Βουληθέντων ὑμῶν πρόνοιαν ποιήσασθαί με καὶ τῶν κατὰ τοὺς ἀγῶνας διά τε τὴν πρὸς τὸν μέγιστον Αὐτοκράτορα εὐσέβειαν Μάρκον Αὐρήλιον Κόμοδον Ἀντωνῖνον Σεβαστόν, καὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς διαθεμένους μνήμην, καὶ διὰ τὴν τῆς πόλεως δόξαν, ἤδη καὶ τῶν ἀπὸ τῆς συνόδου π[ολ]λάκις ἐντυχόντων μοι, οὐδὲ τοῦτο τὸ μέρος κατέλιπον ἀδιάκριτον, ἑπόμενος τῇ κατὰ τὴν λογιστείαν τά[ξ]ε[ι] καὶ προθυμίᾳ, μέχρι νῦν τῆς περὶ τοὺς ἀγῶνας καταστάσεως ἐνλειπούσης διὰ τὴν τῶν χρημάτων παρασκευήν, ὀφειλόντων συναυξη[θῆ]ναι κατά τε τὰς τῶν τελευτησάντων γνώμας καὶ κατὰ το ἀξίωμα τοῦ πόρου, ἀφ' οὗ [χ]ρὴ τοὺς ἀγῶνα[ς] ἐπιτελεῖσθαι. ἀγὼν μὲν δὴ ὁ ἐκ τῶν Φλαβίου Λυσιμάχου διαθηκῶν προελήλυθεν εἰς ἀρχ[α]ίου πόρου μυριάδας δώδεκα, ὡς δύνασθαι ἀπὸ τούτων παρὰ ἔτη τέσσερα πληροῦσθαι τὸν μ[ο]υσικὸν ἀγῶνα καθὰ τῷ διαθεμέν[ῳ] ἔδοξεν. αἱ δὲ μετὰ τὰς δώδεκα μυριάδας ο[ὖ]σαι ἐν ἐκδανεισμῷ καὶ ὁ προσγεγ[ο]ν[ὼ]ς τούτοις τόκος μέχρι ἀρχῆς [τοῦ ἔ]τους ποιεῖ κεφαλ[α]ίου δηναρίων μυριάδας τρεῖς δηνάρια χείλια ὀκτ[α]κόσια τριάκοντα ἐννέα· δ[ύ]νασθε οὖν ἀρχομένου τοῦ ἔτους τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἐπιτελεῖν ἀγαθῇ τύχῃ ἐπὶ ἄθλοις ταλαντιαίοις καὶ ἀγωνίσμασιν κατὰ τὰ ἆθλα. προθεσμία δὲ εἰς τὸν ἑ[ξ]ῆς χρόνον καὶ τὴν ἐπιοῦσαν τετραετηρίδα ἔστα[ι] χρ[όνος] ὁ ἀπὸ [Βαρβ]ιλλήων τῶν ἐν Ἐφέσῳ - - - - Ἀσίας - -*

ΑΣΤΟΙΣ ΑΨΑΜΕΝΟΙΣΤΟΝΔΕΤΟΠΟΝΚΟΙΝΟΠΟΗΣΑ
ΝΟΣΚΑΙΤΟΙΣΔΙΑΤΥΧΗΝΚΑ.ΑΝΜΗΜΕΤΑΛΑΒΟΥΣΙΝΑΥΤΟΥ

- - - - - - - . - . ἀνα]λήψε[ω]ς Διοσκουρίδην Δημέου, ὅπ[ω]ς ἐ[πὶ τὸ ἀνειμένον το]ῖς θεο[ῖς] τέμενος σώφρον[α καὶ] εὐσχήμονα καὶ δικαίαν [τοῦ] τόπου προστασίαν ἔχῃ· τῇ δὲ νουμ[η]νίᾳ τοῦ Βοηδρομιῶνος, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἀρχὴν ἀνέλαβεν, ἐπηνγείλατο μὲν ἐγγράφ[ω]ς [ἐν τῇ ἐ]κκλησίᾳ κρεαδοτήσειν τοὺς ἀλειψαμένους ἅπαντας, καὶ δώ[σει]ν ἑκάστῳ βοείου κρέως μνᾶν Εὐβοϊκήν, καὶ ἀλείψειν δι' ἐνιαυτοῦ πολίτας ἅπαντας καὶ τοὺς ἐφηβευκότας τῶν παροίκων καὶ [Ῥω]μαίους ἅπαντας, ἐβεβαίωσεν δὲ τὴν ἐπαγγελίαν, παραστή[σ]ας μὲν τοῖς ἐντεμενίοις θεοῖς τὴν θυσίαν, τὰ δ' ἀπ' αὐτῆς κρέ[α διανείμ]ας τοῖς [ἀπογρ]αψαμένοις, τὸν δὲ τόπον κοινοποιησά[με]νος καὶ τοῖς διὰ τύχην κα[κὴ]ν μὴ μεταλαβοῦσιν αὐτοῦ.

Expuli falsas Chandleri coniecturas, quas non referam, et posui alias. Initium tituli quale fuerit divinare non possum; sed dicebatur de aliquo (et quis hic fuerit nisi Dioscurides Demeae f.?), qui ite-

phanephori praemissum erat voci στεφαναφόρου, nisi ΤΟΥΘΕΟΥ dixeris depravatum esse, quod non audeo pronuntiare ob n. 2855. ubi vide not. qua simul quid sibi velit τοῦ μετὰ Νίκανδρον doceo. Illud vero tempus, ad quod usque Prienenses tenuerint illam terram sine ulla Samiorum eam ob rem ira, designatur Stephanephoro eo, sub quo causa ad Lysimachum delata sit; additur insuper, ne apud Lysimachum quidem negasse Samios Πριανεῖς ἔχειν τὰν αὐτῶν χώραν: unde coniicio hanc terram, hoc est τὸ φρούριον καὶ τὴν περὶ τὸ φρούριον χώραν, diversam esse a Cario et Dryusa, de quibus non idem concessisse Samii videntur, certe si statuamus, causam in parte *A* memoratam, de Batinete, esse ipsam quae apud Lysimachum acta erat (cf. supra ad *A*). Vs. 7. vox ἀκούσματι debetur Chandlero: nempe utrosque audivit Lysimachus (cf. n. 2254.). Multis vero annis post actam apud Lysimachum causam Samii repetierunt eam, de qua hic agitur, terram: hac de re dicitur *B*. extr. et *C*. init. quae duae partes videntur plane fere connecti posse. *Antiochus Antiochi f.* appellatur diserte *B*. vs. 9. et *C*. vs. 3. comparet Θεοῦ: non dubium igitur est, quin sit Antiochus *Deus*, non Antiochus Magnus. Quantum intelligo, hic misit εὐθέτας (ordinatores); tum dicuntur iterum fines terrae constituti esse super castello, ita opinor, ut posthac possederunt Prienenses. Vox εὐθέτης, etsi aliunde non cognita, tamen non videtur incerta: hinc est εὐθετεῖν. Πάλιν refer ad aliam ante Antiochum constitutionem, quae intercidit et significatur τοῖς διῳκημένοις *B*. vs. 5. 6. Παροριζεσθαι pro praeterito nihil habet offensionis. Antiocho Deo successit Seleucus Callinicus: quo regnante Ptolemaeus Euergetes Asiam occupavit. Huius dux vel praefectus fuerit *Antiochus*, ad quem *C*. vs. 4. pertinent verba τὸν ὑπὸ βασιλέως Πτολεμαίου τετα[γ]μένον; apud quem quod nihil Samii de repetenda hac terra dixerint, inde Prienenses merito causam suam firmant. Nempe videntur utrique etiam apud illum de talibus causis egisse. Τεταγμένον vix videtur dubium esse; paulo aliter et vi aliquatenus diversa n. 2267. Δίκαιος τεταγμένος ὑπὸ τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον, quod omnino usitatius. Vs. 5. 7. κατακεχωρισμένα sunt ea, quae in acta relata sunt; cf. *A*. vs. 9. (ubi sunt ea, quae in librum relata) et inscriptiones passim. Postremo in fine partis *C* additur haec, de qua agitur, terra Prienensibus.

In fine huius partis *C* nihil prorsus deest, lapidemque hunc infra non esse fractum sponte patet: hinc consentaneum est finem hunc esse utriusque sententiae, primoque loco scriptam fuisse illam de Cario et Dryusa, quae fragmine *A* continetur, quum praesertim illius extrema et partis *B* initium inter fragmina *A* et *B* intercidisse probabile sit. Supersunt duo fragmina *D* et *E*. Ex his *D* initio nihil desiderandum relinquit: consentaneum igitur lapidem *D* initio non fuisse mutilatum: quo aptius adiungetur fini lapidis *C*, transeunte scriptura ex priore lapide in alterum infra appositum, ut solet. Et commodissime post iudicatam utramque causam designabantur fines, prout illi ex prioribus sententiis constituendi erant, transitu orationis aptissimo: Ὅρους δὲ ἀπεδείξαμεν etc. (*D*. vs. 1.). Sed in fine lapidis *D* aliquid deest; nec minus initio lapidis *E*: quibus componendis ex initio lapidis *E* commodum finium lapidi *D* inscriptorum supplementum conciliatur. Denique lapis *E* continet notas temporum editae sententiae subscriptas, quae in fine universae sententiae ponendae erant. Quodsi dixeris, lapidem *E* continuisse potius finem prioris sententiae, cuius pars fragmine *A* comprehenditur; obest illud, quod, si sententiae priori subscripta illa erant, quae lapide *E* continentur, similia debebant sententiae alteri, cuius finis est in lapide *C* subscripta esse. Sed lapis *C* in fine integer est, et inscriptio illius subsistit paulo post initium ultimi versus in formula εἴμειν Πριανέων: ut facile videas ibi non addita fuisse subscripta talia, qualia lapidi *E* continentur, in quo post ἐπείμειν Πριανέων nullo relicto intervallo addita sunt subscripta: τὰν δὲ ἀπόφασιν etc. Itaque notae temporum non singulis sententiis, sed universo titulo subscriptae erant. Quodsi hoc tenueris, necesse est finium descriptionem (fragm. *D*) interponas lapidibus *C* et *E*: alia enim lapidum compositio non relinquitur. Quibus praemonitis pergo iam ad ipsam finium descriptionem, quae in fragmine *D* satis bene servata est. Quaedam in ea correximus, quae iam ap. Panofk. p. 102. habes: ut vs. 1. pro ΜΕΝΕΝ scripsimus tantum ΜΕΝ, et ΣΑΜΙΟΙ[ΠΟΤ] pro ΣΑΜΙΟΙΣΟΤΙ. Primus terminus vs. 2. designatur: ὁ πρᾶτος λόφος ὁ πετρώδης etc. Hic vs. 7. dicitur ὁ πρᾶτος ἀποδειχθείς. Vs. 8 sqq. aliquoties habetur ἐθήκαμεν ὅρον, non ἐπεκολάψαμεν: discrimen hoc est, quod ὅρος ἐγκόλαπτος in saxo vivo inciditur (cf. n. 536. 2418.), θετὸς autem est lapis collocatus cum inscriptione. Vs. 9. 12. ἔστε est p. μέχρι. Vs. 9. extr. Chandl. scripsit ἄλλον τὸν [ὅρον]; Panofka ἄλλον τὸν retinuit, τὸν p. ὃν accipiens: quod ego dedi, firmatur usu dicendi, qui in hoc titulo observatur. Vs. 10. correxi πετρ[ῶ]ν[α], quod vix dubium. Vs. 10. extr. Chandl. dedit ὡς [ἁ φάραγξ] παραφέρει: sed παραφέρει esse absolutum, recte monitum: *ut circuitus est circum collem.* Vs. 13. quod dedi [παρ' αὐ]τὰν refer ad φάραγγα (cf. vs. 9.). Abrumpitur lapis post vs. 13. finiumque descriptio desinit in fragmine *E*. vs. 11. verbis ἐπείμειν Πριανέων; cf. *D*. vs. 5. 6. Ἐπείμειν p. εἴμειν hoc loco dictum videtur, quod haec terrae pars *accedebat pristinae possessioni.* Εἴμειν p. εἶμεν quater habes *C*. vs. 8. *D*. vs. 5. 6. et hoc loco: idem extat in Agrigentino decreto, ubi et ἀνεθέμειν, ἀποδόμειν, et in Rhodio titulo n. 2525. *b*. προτιθέμειν et εἴμειν. Nempe ut γεγόνειν, ἀμφισβατήκειν (*B*. vs. 6. 7.) dixerunt Rhodii, quos in hac ipsa re secuti sunt Agrigentini eorum nepotes, ita hoc etiam ulterius utrique transtulerunt ad formam εἴμειν. Postremo universa sententia concluditur subscriptis eiusmodi, qualia iudices ἔκκλητοι subscribere solebant (vide n. 2265.). In hac sane parte versus videntur breviores fuisse aut litterae maiores: quod neminem offendet inscriptionum peritum: est enim haec quasi appendix, quae aliâ potuit formâ perscribi, ut a prioribus distingueretur. Ἀπόφασιν vocabulum prorsus

manni disputatio de Iove Naio Dodonaeo in Exc. III. ad Demosth. Mid. p. 531. ed. Reisk. (ed. Buttm. a. 1823. p. 125.). Quo loco emendatio *τῷ Διῒ τῷ Ναΐῳ* nuperrime recte recepta est, sed laborant adhuc reliqua, licet partem eorum pridem emendaverim. Nunc addam, verba *τοὺς δὲ ἀπάγειν*, quae intulit Buttmannus, esse expellenda, et inserto ibi *καί*, quod post *χαλκῆν* demendum est, ita esse scribendum: *αἱρετοὺς πέμπειν κελεύει θεωροὺς ἕνεκα τούτου διὰ ταχέων, καὶ τῷ Διῒ τῷ Ναΐῳ τρεῖς βοῦς καὶ πρὸς ἑκάστῳ δύο οἶς, τῇ δὲ Διώνῃ βοῦν καὶ ἄρνα* (vulgo *ἄλλα*) *ἱερεῖα, καὶ τράπεζαν χαλκῆν πρὸς τὸ ἀνάθημα* etc.

---

## 2909.

In *Panionio* ad Mycalen, quo loco nunc est vicus Tschangli, in ecclesia Mariae Virginis; a. 1673. repprerunt Britannici peregrinatores Pickering et Salter cum aliis; aeri incisum dedit Whelerus Itin. p. 268. ex quo habet Vandal. Diss. p. 394. qui tamen nihil praestitit.

ΕΠΙΠΡΥΤΑΝΕΩΣΑΜΥΝΤΟΡΟΣΕΔΟ
ΞΕΝΙΩΝΩΝΤΗΒΟΥΛΗΤΩΝΛΕΒΕΔΙ
ΩΝΑΞΙΟΝΤΩΝΑΝΑΓΡΑΠΨΑΙΕΙΣΣΤΗ
ΛΗΝΤΕΛΕΣΙΤΟΙΣΕΟΥΤΩΝΚΑΙ - -
ΣΤΗΣΑΙΕΙΣΠΑΝΩΝΙΟΝΠΕΡΙ
ΤΗΣΔΙΚΗΣΤΗΣΓΕΝΟΜΕΝΗΣΠΕΡΙ
ΤΗΣΙΕΡΑΤΕΙΗΣΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥ
ΜΟΥΛΗΙΟΥΚΑΙΤΗΣΗΚΗΕΔΟΥΜΑΙ
ΑΥΤΟΙΣΚΑΤΑΠΕΡ- - -ΛΟΤΟΙ-ΑΞΙΟΥΣ
ΕΠΙΧΙΟΥΠΡΥΤΑΝΕΩΝΤΟΣΛΕΒΕ
ΔΙΟΙΣΚΑΤΑ - - - - - - - - . . . :

Vs. 3. dele Π. Vs. 4. extr. nulla lacuna est, nec vs. 9. ante ΑΞΙΟΥΣ.

*Ἐπὶ πρυτάνεως Ἀμύντορος ἔδοξεν Ἰώνων τῇ βουλῇ· τῶν Λεβεδίων ἀξιο[ύ]ντων ἀναγράψαι εἰς στήλην τέλεσι τοῖς ἑ[ω]ϋτῶν καὶ στῆσαι εἰς Παν[ι]ώνιον περὶ τῆς δίκης τῆς γενομένης περὶ τῆς ἱερατείης τοῦ Διὸς τοῦ [Β]ουλ[α]ίου καὶ τῆς Ἥ[ρ]η[ς], δοῦ[ν]αι αὐτοῖς κατάπερ [καὶ αὐ]τοὶ ἀξιοῦσ[ιν]. Ἐπὶ Χίου πρυτανε[ύο]ντος Λεβεδίοις κατα* - - - - - - - -

Controversia s. *διαδικασία* de sacerdotio fuerat inter Lebedios et aliam Ioniae civitatem, quae Vandalio est Mycalensium: sed Mycalenses nullam constituerunt civitatem, censi quippe in Prienensibus. Neque Amyntor est prytanis Mycalensium sed *κοινοῦ τοῦ Ἰώνων*, ut *κοινὰ* habuisse suos eponymos docuimus ad Boeotica. Sacerdotium illud fuit Iovis et Iunonis, et Iovis quidem *βουλαίου*, quem consentaneum est in Panioniis cultum esse. Neptuni vero Heliconii ad Mycalen culti sacerdotium quum competeret Prienensibus (Strab. VIII. p. 384. XIV. p. 639.), probabile est Iovis quoque et Iunonis, qui una culti videntur, sacerdotium sibi vindicasse Prienenses. *Τέλεσι τοῖς ἑ[ω]ϋτῶν* est *suo sumptu*. Vs. 10. incipiebat, ut videtur sententia ipsa, quae ab *ἐκκλήτῳ* iudicio lata erat secundum Lebedios.

---

# SECTIO SEXTA.

### MAGNESIA AD MAEANDRUM, TRALLES, NYSA.

In fine Caricorum titulorum et quasi transitu ad Lydios coniunxi has tres interioris ad Maeandrum tractus urbes, quod Maeandro flumini in septentrionem adiacentes ambiguae sunt inter Cariam et Lydiam, et Cariae tamen quam Lydiae rectius tribui videntur. Strabo quidem Ionicae orae descriptioni illas continentis urbes annexuit; sed Ionia quum antiquitus inter Cariam et Lydiam divisa fuerit, et hanc nos divisionem sequamur, aliorum scriptorum ratio nobis sequenda est. Et *Magnesiam* quidem a Plinio quoque Ioniae tributam vulgo plurimi Caricam vocant, Caremque eius conditorem suppeditant; et Cariae annumeratur a Ptolemaeo, ex divisione provinciarum haud dubie. Idem Tralles et Nysam Cariae vindicat cum Plinio; Steph. Byz. illas Lydiae, hanc Cariae tribuit: sed iam sub Persarum imperio Cariae dynastis traditas esse Tralles, docet primus, qui infra editur, titulus Trallianus.

---

## 2910.

Marmor candidum, Choiseulianum a Fauvelio Athenis missum, catal. Dubois. n. 206. ubi editum est, nunc in Museo Parisino catal. Clarac. n. 654. altum 1′ 5″, latum 1′ 8″. Athenis in ecclesia D. Ioannis viderat Fourmontus, ex cuius schedis habeo. Praeterea bis extat in schedis Fauvelii Köhlerianis, ubi trium horarum spatio Athenis Hymettum inter et Pentelicum montem repertum fertur; et semel in schedis Pittaci, qui pessima fide in Thessalia repertum dicit. Aeri incisum dedit Claracus in tabulis n. 665. Tractavit Müllerus Dor. T. I. p. 259. T. II. p. 503. (altero loco nos potissimum secutus); uberiusque de titulo dixit Rochettus in commentatione: Mémoire sur la forme et l'administration de l'état fédératif des Béotiens, p. 28-36. ubi titulus ex ipso lapide editur: sed nec Rochettus neque auctores catalogorum Choiseuliani et Musei Parisiensis rei rationem perspexerunt. Tabula haec marmorea Athenis posita erat; sed satius duxi referre in titulis *Magnesiae ad Maeandrum*, ad quam pertinet potissimum.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Lacunas initio versuum signavi partim ex Fourm. partim ex Fauvelio et Pittaco, quibus auctoribus binis discimus initio versuum multa deesse, eaque fracturâ lapidis, ut annotat Roch. Versuum et litterarum formam ut plurimum dedi ex aere Claraci; quamquam in situ primae quoque versu litterae hunc

rum susceperit munus *προστάτου τεμένους*: quo refertur vs. 4. *τὴν ἀρχὴν ἀνέλαβεν*. Hinc vs. 1. *ἀναλήψεως* dedi. Vs. 2. ΣΩΦΡΟΝΟΝ quid possit aliud esse nisi *σώφρονα καί*, non video. Ceterum in hoc *τεμένει* manifesto gymnasium fuit. Vs. 10. *ἀπογραψαμένοις* est *nomina professis*. Vs. 11. eo refer, virum hunc aditum, ad gymnasium potissimum opinor, etiam iis concessisse, qui ob paupertatem ab illo exclusi erant, quippe quum nihil ad sumptus necessarios conferre possent.

## 2907.

In muro urbis *Prienae*, non magnis litteris, difficilibus lectu; ed. Chandlerus cum translatione Latina ibid. n. 37. p. 13. hinc Brunckius Léctt. p. 288. in ed. Lips. Analect. T. IV. p. 179. (cf. Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 42.) et Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 376. (cf. Nott. T. III. p. 961.)

ΥΠΝΩΔΗΣΦΙΛΙΟΣΚΥΠΡΙΟΣΓΕΝΟΣΕΞΑΛΑΜΙΝΟΣ
ΥΙΟΣΔΥΣΤΟΝΟΕΝΑΠΛΟΚΟΝΕΙΔΕΝΟΝΑΡ
ΘΕΣΜΟΦΕΡΟΥΣΤΕΑΓΝΑΣΠΟΤΝΙΑΣΕΜΦΑΡΕΣΙΛΕΥΚΟΙΣ
ΟΨΕΣΙΔΕΝΤΡΙΣΣΑΙΣΗΡΩΑΤΟΝΔΕΣΕΒΕΙΝ
ΗΝΩΓΟΝΠΟΛΕΙΩΣΦΥΛΑΚΟΓΧΩΡΑΝΤΑΠΕΔΕΙΞΑΝ
ΩΝΕΝΕΚΑΙΔΡΥΣΕΝΤΟΝΔΕΘΕΙΟΝΦΙΛΙΟΣ

*Ὑπνώδης Φίλιος, Κύπριος γένος ἐξαλαμῖνος,*
*υἱὸς δ' Ὑ[ψί]ονο[ς], [Ἄνδρ]οκ[λ]ον εἶδεν ὄναρ*
*θεσμοφ[ό]ρους θ' ἁγνὰς πότνιας ἐμ φάρεσι λευκοῖς·*
*ὄψεσι δ' ἐν τρισσαῖς ἥρωα τόνδε σέβειν*
*ἤνωγον πόλεως φύλακον, χώραν τ' ἀπέδειξαν·*
*ὧν ἕνεχ' ἵδρυσεν τόνδε θεὸν Φίλιος.*

Statuae herois divino honore culti haec subscripta erant. De scriptura *ἐξαλ.* pro *ἐξ Σαλ.* (Salamine Cypri) vide supra ad Cretica T. II. p. 402. *a.* (coll. Eckhel. D. N. T. II. p. 320.) Vs. 2. igitur, quum *ἐξαλαμῖνος* non sit nomen viri, quaerendum nomen patris Philii est. Brunckius cum licito hiatu dedit *υἱὸς Ἀριστονόου ἄπλοκον*: et in ea regione quaerendum nomen esse certum est, quod nec Graece formatum est adiectivum *δυστονόεν*, nec somnium funestum. Sed in litteris ΟΕΝ vix potest genitivi terminatio inesse; Ν igitur ad sequentia trahendum. Post *υἱὸς* vero probabile est *δ'* additum esse: non opus fuit scribi *δέ*, quod vs. 3. *τε ἁγνὰς* et vs. 6. *ἕνεκα ἱδρ.* exaratum est: his duobus locis enim vocalis non abiecta est, ne consonam quoque mutare necesse esset. Sic genitivo illi relinquuntur elementa ΥΣΤΟΝΟΕ, quae in ΥΨΙΟΝΟΣ mutare facile. Ὑψίων esse formam comparativam pridem docui; igitur nomen est simile nomini *Κρείσσων* (n. 2852.). Vs. 3. coniunctio *τε* offensioni fuit interpretibus; quare Iac. scripsit ΣΕΜΝΑΣ p. ΤΕΑΓΝΑΣ. Sed *τε ἁγνὰς* haud videtur dubium esse; unde Guil. Dindorfius in litteris ad me datis rectissime annotavit ante verba *εἶδεν ὄναρ* nomen proprium herois statuendum esse, ac simul nuntiavit amicum eius doctissimum coniicere *Αἴπυτον*. Nam Aepytus Nelei f. Prienes conditor fuit (Strab.). Mihi nomen in litteris ΝΑΠΛΟΚΟΝ latere videtur; unde quis coniiciat *Νάοκλον* (p. *Ναῦκλον*). Sed hic Tei conditor fuit, non Prienae. Postremo nihil est verisimilius visum quam *Ἄνδροκλον*, qui Pherecyde teste universae Ionicae coloniae praefuit, licet Ephesi tantum conditor dicatur: atque illius posteri Ephesi sacra Eleusinia retinuerunt (Strab. XIV. p. 632 sq.): unde illius cum Thesmophoris deabus coniunctio in hoc lapide. Quodsi cui nimium differre ductus traditi videbuntur, velim nomen inveniat, quod ad illos accedat propius. Hanc nostram correctionem eatenus probat etiam Dindorfius, ut tamen *Ἄνδροκλον* in solis litteris ΑΠΛΟΚΟΝ latere putet; in prioribus vero non nomen patris quaerit, sed accuratiorem definitionem status, in quo fuerit Philius, quum offerretur somnium; nam *ὑπνώδης* (*somniculosus*) ipsius *somni* notionem nondum continere. Itaque vs. 2. scribit *υἱὸς ὑποστάζων*. Vs. 4. *ἥρωα* dactylum constituit, qui usus hodie notissimus est, frequens imprimis apud Pindarum. Vs. 5. ΠΟΛΕΙΩΣ et vs. 6. ΘΕΙΟΝ esse in marmore annotat Chandl. Priore versu omnes editores *χῶρον* scribunt: quod omnino praestat. Ceterum Philius statuam hanc posuerit, ut Prienensium sibi conciliaret gratiam; et posteri eius videntur Prienae cives fuisse (cf. n. 2908.).

## 2908.

*Prienae* infra templum Minervae, in area ubi strata iacebant marmora, in basis statuae parte; ed. Chandlerus ib. n. 40. p. 16. qui etiam supplementum, quod vs. 3. extr. habetur, praebet.

ΟΔΗΜΟΣ
ΦΙΔΙΟΝ ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΥ
ΝΙΚΗΣΑΝΤΑΠΑΙΔΑΣΠΑΝΚΡΑΤΙΟ[Ν
ΝΑΑΤΑΕΝΔΩΔΩΝΗΙ

*Ὁ δῆμος Φί[λ]ιόν Θράσυβούλου, νικήσαντα παῖδας παγκράτιο[ν] Νᾶα τὰ ἐν Δωδώνῃ.*

*Φίλιον* dedi ut n. 2907. etsi ibi non Prienensis est sed Cyprius; fortasse enim Philius Thrasybuli f. est unus ex posteris Cyprii illius, ita quidem, ut Cyprius ille pius homo, qui Prienensium saluti collocanda statua numinis providerat, civitate a Prienensibus donatus fuerit (cf. ad n. 2907.). Vs. 3. 4. Viscontus Mus. Pio-Clem. T. V. p. 66. legit *παγκράτιον ἄατα*, *sine damno*, satis mire. *Νᾶα* sunt *Νάϊα* s. *Νᾷα*, Iovi Naio acta. Egregie hoc marmore confirmatur Butt-

Tacitus Ann. III, 62. „Proximi Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis nitebantur, quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis fidem atque virtutem Magnetum decoravere, uti Dianae Leucophryenae perfugium inviolabile foret." Fortasse ad hos Magnetes etiam locus Taciti Ann. IV, 55. pertinet. Accuratiora desidero. Nam quod secundum scriptores Mithradati fortiter restiterunt Magnetes (Liv. Epit. lib. 81. Appian. Bell. Mithrad. 21.), ideoque liberi a Romanis iudicati sunt (Appian. ibid. 61.), id ad Magnetes Sipylum colentes referendum, qui et Mithradaticorum impetum repulerunt (Pausan. I, 20, 3.) et libertate donati a Romanis sunt (Strab. XIII. p. 621.). Cave tamen, quod Appianus Bell. Mithrad. 21. dicit: *ἐς Μαγνησίαν καὶ Ἔφεσον καὶ Μυτιλήνην παρῆλθεν (ὁ Μιθρ.), ἀσμένως αὐτὸν ἁπάντων δεχομένων*, ideo putes ex Appiani sententia Magnesiam ad Maeandrum favisse Mithradati, quasi haec verba ad aliam ac Sipylenam referantur Magnesiam: potius hic quoque Appianus de Magnetibus Sipylenis dicit, eosque Mithradati restitisse posthac demum addit: *ἁπάντων* vero cum grano salis, ut aiunt, intelligendum est. Receperunt eum fere omnes; restiterunt tamen Sipyleni Magnetes. De Magnesia ad Maeandrum in neutram partem Appianus dicit quidquam. Vs. 11. inde a litteris ΤΑΣ videtur Magnetum postulatum scriptum fuisse, et deinceps sententia Panhellenum.

## 2911.

*Magnesiae ad Maeandrum s. ad Lethaeum* reliquias superesse prope locum Inekbazar Epheso in meridiem, sed paululum orientem versus, nunc constat abunde. Parietinas has exploravit Hamiltonus repperitque moenium, theatri, stadii et templi Dianae Leucophryenae vestigia, quod descripserunt Vitruvius VII. Praef. Strabo XIV. p. 647. Plura vide ap. Leak. Diar. itin. As. min. p. 242 sqq. De hoc loco apponam, quae in schedis Köhlerianis repperi: „A 5 lieues au nord de *Soquei*, résidence ordinaire de l'Aga qui commande cette partie de la Natolie, et à l'extrémité de la plaine où ce village est situé, on entre dans un grand bassin que de trois côtés entourent des montagnes, et que l'on nomme en Turc *Iné-bazar* (marché des vaches). Là, sur les bords d'un ruisseau, à une heure et demie au sud de *Pagalick*, se trouvent les ruines isolées d'une ville dont il n'est fait mention dans aucun des auteurs modernes qui ont écrit sur l'Asie mineure. Si l'on en excepte une longue suite d'édifices très considérables et passablement conservés, le reste n'offre qu'un volumineux amas de débris qui ne m'a rien présenté de remarquable qu'un morceau de bas relief qui semble avoir eu pour but de représenter la bataille des Amazones." Ibi igitur in basi, duos pedes lata et paulo super quattuor pedes ex solo extante, scripta haec sunt in iisdem schedis a me reperta. Meminit huius tituli etiam Leakius l. c. p. 245.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΝΕΡΟΥΑΝ
ΚΑΙΣΑΡΑΣΕΒΑΣΤΟΝΠΑ
ΤΕΡΑΠΑΤΡΙΔΟΣΑΡΧΙΕΡΕ
ΟΣΜΕΓΙΣΤΟΝΔΙΜΑΡΧΙΚΙΣ
ΕΧΟΥΣΙΑΣΥΠΑΤΟΝΟΤΟΤΡΙ
ΤΟΝΧΙΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΥΒ
ΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΑΝΕ
ΘΗΚΑΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΤΟΣΤΙΤΟΥ
ΦΛΑΟΥΙΟΥΔΗΜΟΧΑΡΙΔΟΣ
ΥΙΟΥΚΥΡΕΙΝΑΔΗΜΟΧΑΡΙ
ΔΟΣΤΟΥΑΡΧΙΕΡΕΟΣΚΑΙ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣΤΟΥΔΗΜΟΥ

*Αὐτοκράτορα Νερούαν Καίσαρα Σεβαστόν, πατέρα πατρίδος, ἀρχιερέ[α] μέγιστον, δ[η]μαρχικ[ῆ]ς ἐ[ξ]ουσίας, ὕπατον τὸ τρίτον, [ἡ] φιλοσέβαστο[ς] βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἀνέθηκαν.*

*Ἐπιμεληθέ[ν]τος Τίτου Φλαουΐου, Δημοχάριδος υἱοῦ, Κυρείνᾳ, Δημοχάριδος, τοῦ ἀρχιερέ[ω]ς καὶ γραμματέ[ω]ς τοῦ δήμου.*

Pertinet ad a. u. c. 850.

## 2912.

*Ibidem* in basi, inter templi Dianae Leucophryenae parietinas; ed. Leakius l. c. Parisiis apud Huyotum vidit Müllerus, sed apographum non accepit. Cf. etiam Letronn. Journ. des Savans Jul. 1825. p. 398.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑ
ΤΟΝΓΗΣΚΑΙΘΑΛΑΣ
ΣΗΣΔΕΣΠΟΤΗΝΜΑΡ·
ΑΥΡ·ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΕΥ
ΣΕΒΗΕΥΤΥΧΗΣΕ
ΒΑΣΤΟΝΜ·ΑΥΡ·ΣΤΡΑ
ΤΟΝΕΙΚοΣΚ.ΣΙΛΙΚΙΟΣ
ΙΕΡΟΚΛΗΣ·Κ·Μ·ΑΥΡ·
ΟΦΙΛΗΤΟΣ·Κ·ΑΥΡ.....
ΜΑΣ·Κ·ΑΥΡ.....ΤΑΣ
ΟΙΑΡΧΙΕΡΕΙΣΚΑΙΓΡΑΜ
ΜΑΤΕΙΣΑΝΕΣΤ
ΛΟΓΙΣΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΚΡΙΣΠΟΥΑΣΙΑ....

Vs. 9. init. O delendum videtur.

*Αὐτοκράτορα Καίσαρα, τὸν γῆς καὶ θαλάσσης δεσπότην, Μάρ(κον) Αὐρ(ήλιον) Ἀντωνεῖνον, Εὐσεβῆ, Εὐτυχῆ, Σεβαστόν, Μ(άρκος) Αὐρ(ήλιος) Στρατόνεικος, Κ(όϊντος) Σιλίκιος Ἱεροκλῆς, Κ(όϊντος) Μ(άρκος) Αὐρ(ήλιος) Φίλητος, Κ(όϊντος) Αὐρ(ήλιος) [Ἀρτε]μᾶς? Κ(όϊντος) Αὐρ(ήλιος) .....τας, οἱ ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς ἀνέστ[ησαν], λογιστεύοντος Κρίσπου Ἀσιά[ρχου.*

Titulus hic ad Caracallam pertinet, non ad M. Antoninum philosophum. Vide elogia Caracallae ap. Eckhel. D. N. T. VII. p. 210. p. 221 sqq. Hoc intellexit iam Letr. Vs. 8. duplex praenomen *Quintus Marcus* non offendit hac aetate. De logista cf. n. 2741. unde etiam intelliges non male hoc munus convenire Asiarchae.

ΑΓΑΘΗΙ·ΤΥΧΗΙΛΕΥΚΙΠΠΟΣ
........ΜΑΤΟΓΕΝΟΜΕΝΟΝΥΠΟΤΩΝΠΑΝΕΛΛΗΝΩΝ
........ΠΡΟΣΤΩΜΑΙΑΝΔΡΩΠΟΤΑΜΩΑΠΟΙΚΟΙ
........ΙΤΩΝΕΝΘΕΣΣΑΛΙΑΠΡΩΤΟΙΕΛΛΗΝΩΝ
........ΣΤΗΝΑΣΙΑΝΚΑΙΚΑΤΟΙΚΗΣΑΝΤΕΣΣΥΝΑ
........ΠΟΛΛΑΚΙΣΙΩΣΙΚΑΙΔΩΡΙΕΥΣΙΚΑΙΤΟΙΣΕ
........ΕΝΟΥΣΑΙΟΛΕΥΣΙΤΙΜΗΘΕΝΤΕΣΚΑΙΥΠΟ
.......ΙΑΙΩΝΔΙΑΣΕΠΟΙΗΣΑΝΤΟΣΥΜΜΑ
........ΩΡΕΩΝΕΞΑΙΡΕΤΩΝΤΥΧΟΝΤΕΣΥ
........ΡΙΑΝΟΥΠΑΤΡΟΣΤ̅°ΑΙΛΙΟΥΚΑΙΣΑΡοΣ
........ΡΟΣΑΔΡΙΑΝΟΥΑΝΤΩΝΙΝΟΥΤΑΣ....
- - - - - - - - - - -

---

non ubivis secutus sum, sed ex parte Rochettum: et vs. 9. Ξ pro Ξ est ex Fourm. Vs. 1. punctum ex Dub. et Clar. solis. Roch. post ΤΥΧΗΙ punctum ponit. Vs. 1. extr. Fourm. ΠΣ de suo, ut videtur. Ceterum in uno et altero exemplo ductus vel littera hinc inde deest, quam ex alio habeo; sed haec singillatim referre supersedeo, nisi quod vs. 4. 5. primus ductus est ex Fauv. Pitt. et Roch. (Rochettus tamen C pro Σ vs. 5. init. habet). Vs. 10. post Τ̅ (sic Pitt. Fourm. reliqui Τ) est exiguum ° ex Clar. id puncti loco est, quod habent ceteri, nisi quod Fourm. comma dat. In reliquis nihil prorsus incertum est. In fine deesse plura patet ex Dub. defectum notante; Roch. alium censet lapidem appositum fuisse.

Ἀγαθῇ τύχῃ Λεύκιππος.
Ψήφισ]μα τὸ γενόμενον ὑπὸ τῶν Πανελλήνων.
Ἐπειδὴ Μάγνητες οἱ] πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ἄποικοι
ὄντες Μαγνήτων] τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ, πρῶτοι Ἑλλήνων
διαβάντες εἰ]ς τὴν Ἀσίαν, καὶ κατοικήσαντες σὺν ἄ-
λλοις Ἕλλησι] πολλάκις, Ἴωσι καὶ Δωριεῦσι καὶ τοῖς ἐ-
κ τοῦ αὐτοῦ γ]ένους Αἰολεῦσι, τιμηθέντες καὶ ὑπὸ
τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμ]αίων δι' ἃς ἐποιήσαντο συμμα-
χίας πρὸς αὐτόν, καὶ δ]ωρεῶν ἐξαιρέτων τυχόντες ὑ-
πὸ Τραϊανοῦ Ἀδ]ριανοῦ, πατρὸς Τ. Αἰλίου Καίσαρος
Αὐτοκράτο]ρος Ἀδριανοῦ Ἀντωνίνου, τὰς (vel τὰ σ-)
- - - - - - - -

Neque apponam nec refellam quae ab aliis tentata sunt, sed mea paucis absolvam. Magnetes qui ad Maeandrum habitarunt, Aeolibus annumerati (Strab. XIV. p. 648.), ex Thessalia Magnetum patria oriundi sunt, sive illi Delphorum posteri fuerunt Didymos prope Pheras montes incolentium (ut censet Strabo XIV. p. 647. cf. Aristotelem vel Theophrastum ap. Athen. IV. p. 173. E.), sive decimati Pheris ab Admeto (Parthen. Erot. c. 5.). Cf. etiam Plin. H. N. V, 31. Conon. Narr. 29. Strab. XIV. p. 636. Hi post Troica primum Magnesiam Cretae condiderunt, de qua non exponam uberius; unde Magnesia ad Maeandrum Magnetum Thessaliae et Cretensium colonia audit (Strab. XIV. p. 636.): ex Creta vero in Asiam profectis ducem sese praebuit Leucippus Lycius, Bellerophontae ex posteris (Parthen. l. c.), vel Carum ex gente (Schol. Apollon. Rhod. I, 584.): cuius amore capta Leucophrye Mandrolyti f. prodidit urbem, quae posthac Magnesia vocata est, prius opinor Mandrolytia (unde depravatum nomen Androlitia ap. Plin. H. N. V, 31.). Cf. de Leucophrye ad n. 2914. Huius igitur Leucippi mentionem vs. 1. factam puto; nempe tabula videtur statuae apposita fuisse, quam conditori Athenis statuerint Magnetes. Neque enim nomen Λεύκιππος apte cum iis coniungi poterit, quae vs. 2. dicta sunt, etiamsi dixeris Leucippum esse auctorem decreti vel attulisse hoc decretum, ut si scribatur Λεύκιππος ἀπήνεγκε τὸ ψήφισμα: non enim satis intelligere liceret, unde et quo attulisset. Non male dictum videtur: ἀγαθῇ τύχῃ Λεύκιππος: *bona fortuna* hic positus est *Leucippus*. Iam quum vs. 3 sqq. manifesto initium decreti honorarii habeatur, vs. 2. iudico ab initio esse breviorem, utpote indicem decreti: Ψήφισμα τὸ γενόμενον ὑπὸ Πανελλήνων. Ex titulo non recte suppleto Panhellenum ad Maeandrum concilium aliquod finxit Rochettus; sed Panhellenes, qui inde ab Hadriano convenire solebant, Athenis sedem habent, ubi titulus hic positus: hi in favorem Magnetum scripserunt decretum, quod sub statua Leucippi perscribebatur aptissime. Conferri possunt, quae Panhellenes iidem eadem aetate in honorem M. Ulpii Appuleii Euryclis Aezanitae decreverunt (v. titulos Aezanitarum Phrygiae). Et credo hoc decreto Magnetes ad Maeandrum in Panhellenii societatem esse receptos: cui argumento conveniunt elogia illis tributa fere omnia. Decreti ipsius pauca supersunt: initio versuum par litterarum supplendarum numerus nec praestari nec postulari potest, quod litterae non aeque magnae omnes fuerunt et ligaturae admistae sunt. Nec commendabo, quae ipse supplevi; unum hoc moneo vs. 5. 6. tantum de eo dici, Magnetes saepe cohabitasse cum aliis Graecis: quo certius constaret, iure eos Panhellenibus accedere. Quare cave tale quiddam rescribas: καὶ κατοικήσαντες συν[ηνδραγάθουν; in quo κατοικήσαντες nimis vacuum est. Ceterum cum Doribus habitarint in Creta, fortasse etiam in Caria aliquando; Ionia et Aeolis quum conderentur, Ionibus et Aeolibus auxilium tulerunt, nondum tum opinor urbe sua occupata, sed una cum illis habitantes (cf. Conon. l. c.): cum Milesiis et Myusiis etiam posthac obtinuerunt campum Maeandrium (Strab. XIV. p. 648.). Quae de Romanorum veterum in Magnetes benevolentia ob συμμαχίας dicuntur, ad bella cum Antiocho et Mithradate gesta refer.

## 2916.

*Ibidem*; ex schedis iisdem.

| | |
|---|---|
| . . . ΟΥΟΕΟΔ⁝ | - - - - - - - - - - |
| . ΑΙΣΤΙΜΑ⁝ | τ]αις τιμαῖς? |
| . ΟΙΓΗΣΑΡΕ | - - [τ]ῆς Ἀρ[τ]έ[μιδος - - |
| . ΤΕΦΑΝΩΙ | σ]τεφάνῳ - - - - - |
| . ΟΛΕΩΣΔΙΑ | π]όλεως διά [τε τὴν πρὸς τοὺς |
| . ΝΟΡΩΠΟΥ | ἄ]ν[θ]ρώπου[ς εὔνοιαν καὶ ἀρετ- |
| ΗΝΚΑΙΔΙΑ | ην καὶ διὰ [τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς] |
| ΕΥΣΕΒΕΙ | εὐσέβει[αν etc. |
| - - - - - | |

Vs. 2. fortasse *πρώταις* vel *καλλίσταις τιμαῖς* scriptum erat, ut in Aphrodisiensibus. Vs. 3. extr. pro Ε fuit Ɇ.

## 2917.

*Ibidem*; ex schedis iisdem.

ΔΕΙΕ
ΑΡΤΝΙ
ΤΡΟΣ·Μ
ΓΡΑΜΜΑ
ΣΥΝΕΔΡΙ
ΝΕΟΠΟΙΩ
ΧΙΑΝΟΥ. . .
ΤΟΝΜΕΤΑ.
- - - - - -
- - -

Vs. 2. fortasse ΑΡΤΕΜΙ legendum (Ἀρτέμιδος). Vs. 4. *γραμματεύς*, 5. *συνέδριον*, 6. *νεωποιοὶ* memorati erant.

## 2918.

In pago Yermensik s. Djsermanscheik, qui in proxima *Magnesiae ad Maeandrum* vicinia est in via Scalâ novâ Guzelhissar versum; ed. Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 128.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ΗΕΟΡΕΤΡΟ | ΗΕΟΡΟΕ | Ἡ [σ]ορ[ὸς] Τρο- | Ἡ σορὸ[ς |
| ΦΙΜΑΤΖΗ | ΤΥΧΙΚΟΥ | φίμα[ς]? ζῇ. | Τυχικοῦ, |
| | ΚΛΑΥΔΙΟΥ | | Κλαυδίου |
| | ΓΕΡΜΑΝΝΟΥ | | Γερμανοῦ? |

---

## 2919.

Urbs Aidin Guzelhissar, s. brevius Guzelhissar, quae Pocockio et aliis Magnesia ad Maeandrum visa erat, non alia est nisi *Tralles*, Thracum, a quibus nomen habet, atque Argivorum colonia (Strab. XIV. p. 649.), sive ut ait Agathias (Hist. II, 17.), Pelasgorum, non alios ut videtur intelligens nisi Argivos antiquitus Pelasgos: unde Larissa prope Tralles et Larissaeus Iuppiter Trallibus cultus (vide ad n. 2926.). Urbis situm pridem perspexit Sherardus in schedis, longoque tempore post Barbiaeus de Bocagio in nott. ad translationem Itin. Chandl. et rectissime demonstravit Leakius Diar. Itin. As. min. p. 242 sqq. ne plures afferam. Rem satis demonstrant tituli, qui diserte ibi reperti dicuntur, n. 2929. 2930. 2956., cf. etiam n. 2935. Nec dubium est, quin reliqui quoque tituli, qui Trallibus tribuendi ob ipsum argumentum sunt, in illo sint oppido reperti. Addo Latinam inscriptionem indidem prolatam ap. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 2. s. 9. n. 4. p. 17.

TRAIA]NVS HADRIANVS I[MPERATOR
\TRALLIBVS CONSISTENI
NTINIANVM LEG
NE]QVID DESIDERAR[ETVR

Igitur quidquid inscriptionum a Poc. ad Magnesiam ad Maeandrum relatum est, huc transtuli, exceptis una, quam ad Christiana reieci, unaque et altera, quas in Teiis reperies; has Teias in Magnesiis posuerat Poc. quod locum Guzellir confudit cum urbe Guzelhissar. Trallianorum autem titulorum vetustissimus hic est, inter parietinas Trallium repertus; nunc Parisiis apud Davidem, olim Galliarum Smyrnae proxenum generalem, editus a Rochetto Monumm. inedd. T. I. p. 190.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Vitia omnia lapicidae esse dicuntur.

Ἔτεος |||||| μηνὸς ἑ[β]δόμ[ου β]ασιλε[ύ]οντος Ἀρταξέσσεω, ἐξσατραπεύοντος Ἱδριέως, ὅσα ἐψηφίσαντο Τραλ[λ]εῖς, ἱκετηρίην εἶναι Διονύσῳ Βακχίῳ τῷ δημοσίῳ, ἱκέτην μὴ ἀδικεῖν· [χῶ]ρος ἱερὸς ἄσυλος Διονύσο[υ] Βάκχου· τὸν ἱκέτην [μὴ] ἀδικεῖ[ν] μηδὲ ἀδικούμενον [περι]ορᾶν· εἰ δὲ μή, ἐξώλη εἶναι καὶ αὐτ[ὸν] καὶ τὸ γένος α[ὐ]το[ῦ.

Quae correxi, omnia habet iam Rochettus. Vs. 1. ἑβδόμω Doricum non posse ferri, satis liquet; Ionice enim scriptus titulus, non Dorice. Βασιλέοντος bis etiam in Mylasensibus titulis habetur, sed ibidem est

## 2913.

*Ibidem*; edidit Leak. l. c. p. 246. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis, ex quibus vs. 1. ultimam litteram, vs. 6. ultimum ductum, omnesque quas vs. 5. habes litteras addidi.

...ΔΕΣΠΟ.....
...ΡΑΤΟΡΑΚΑ....
..Μ.ΑΥΡ.ΑΝΤΩ...
..ΝΟΝΕΥΣΕΒΗΕ....
....Τ.ΝΔΟΜ.Ϻ
...ΣΔΙΔΙΑΝΟΣΟ/-..
...ΕΥΣΚΑΙΓΡΑΜΜΑ
...ΣΤΗΣΜΑΓΝΗΤΩΝ
...ΕΩΣΚΑΙ..

Τὸν γῆς καὶ θαλάσσης] δεσπότην [Αὐτοκ]ράτορα Κα[ίσαρα] Μ. Αὐρ. Ἀντω[νεῖ]νον, Εὐσεβῆ, Ε[ὐτυχῆ, Σεβασ]τ[ό]ν, Δομ. Μ... ς Διδιανὸς ὁ ἀ[ρχιερ]εὺς καὶ γραμμα[τεὺ]ς τῆς Μαγνήτων [πόλ]εως καὶ - - - - - - - - -

Cf. n. 2912. et refer ad eundem Caracallam.

## 2914.

*Ibidem*; ed. idem l. c. *A* et *B* in eodem sunt lapide.

*A.* . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . ΙΕ
ΡΕΙΑΕΓΕΝΕΤΟΑΡΤΕ
ΜΙΔΟΣΛΕΥΚΟΦΡΥΗ
ΝΗΣΑΦΡΟΔΕΙΣΙΑΝ
. . . . . . . . . .

*B.* ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΙΕΡΕΙΑΕΓΕΝΕΤΟΑΡ
ΤΕΜΙΔΟΣΛΕΥΚΟΦΡΥ
. . . . . . . . . . . .

- - - - - - - - - - -

*A.* Ἀγαθῇ τύχῃ?] ἱέρεια ἐγένετο Ἀρτέμιδος Λευκοφρυηνῆς Ἀφροδεισία Ν - - -

*B.* Ἀγαθῇ τύχῃ, ἱέρεια ἐγένετο Ἀρτέμιδος Λευκοφρυ[ηνῆς ἡ δεῖνα etc.

Leucophrys olim Tenedos vocata est; item oppidum in Maeandrio campo ad Lethaeum, ubi Dianae templum sanctissimum (Xenoph. Hell. III, 2, 19. IV, 8, 17. ed. Schn. coll. Nicandro Ge. II. ap. Athen. XV. p. 683. C.). Ad hoc oppidum pertinet etiam Leucophrye virgo, cuius memini ad n. 2910. Ab eodem videtur Dianae Leucophryenae (non Leucophrynae, ut vulgo vocant) nomen cum caerimoniis manasse: quae Diana fortasse Amazonum dea fuit, quas a Magnesia ad Maeandrum non alienas esse colligas ex lemmate ad n. 2911. ut Amazon cum Cybela comparet in nummis Magnesiae Sipyli: et invicem apud Maeandrios Magnetes Dindymenae fuit templum (Strab. XIV. p. 647.). Tenedos quin etiam, prius Leucophrys, aliquid videtur Amazoniae religionis conservasse (vide Mus. philol. Cantabr. Nov. 1831. p. 118.). Attamen ipsa Magnesiae in urbe fuit Leucophryenae Dianae templum; vide de illa et eius templo maxime Tac. Ann. III, 62. Vitruv. Praef. lib. VII. Strab. XIV. p. 647. Pausan. I, 26, 4. III, 18, 6. Inscr. Gr. n. 3137. II. et cf. Heynii antiq. Aufs. Fasc. I. p. 109. Buonarot. Osserv. ist. p. 87. In eodem Magnesiae templo sepulta erat Leucophrye virgo, cuius ope urbs expugnata est (Clem. Protr. 3. Arnob. I, 6. utroque enim loco pro Leucophryne est Leucophrye substituenda). Anne igitur duo fuere templa, alterum Magnesiae, alterum Leucophrye, et tamen Leucophrye virgo, quae ad Leucophryn oppidum potissimum pertinere debet, Magnesiae in templo sepulta fuerit? Crediderit hoc aliquis, qui etiam Mileti Leucophryenam Dianam cultam esse meminerit (Appian. B. C. V, 9.), nisi hic error est auctoris Magnesiam et Miletum confundentis. Sed res potius longe aliter comparata est. Etenim Magnesia primum alio ac postea loco, sed tamen in vicinia Leucophryis posita erat; quare non mirum, quod Magnes Bathycles Leucophryenae simulacrum fecit et dicavit, quodque eiusdem statuam dedicarunt Themistoclis filii Magnesiam habitantis (Pausan. ll. cc.). In vetustiore illa Magnesia templum Dindymenae Themistoclis aetate fuit (vide Strab. l. c.). Hoc, ait Strabo, nunc non superest διὰ τὸ τὴν πόλιν εἰς ἄλλον μετῳκίσθαι τόπον· ἐν δὲ τῇ νῦν πόλει τὸ τῆς Λευκοφρυηνῆς ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος. Nempe in locum Leucophryis translata erat Magnesia, manebatque ibi templum quo Leucophrys oppidum pridem clarissimum fuerat. Ceterum neutram ad Maeandrum Magnesiam tangit nomen Παλαιμαγνησία n. 3137. III. quam ad Sipylum fuisse docebo.

## 2915.

Inter reliquias *Magnesiae ad Maeandrum* (Inekbazar); ex schedis Köhlerianis.

ΟΛVΔΕVΚΟΥΤ......
ΠΟΝΣΑΥΛΗΣΗ......
ΠΟΛΕΜΟΚΡΑΙΗΣ...
ΜΟΚΒΠΟΥΣ........
ΕϹΙΑΧΧΒΙΟΝΩ,.....
ΠΟΝΣ....ΙΟΒΠΟ....
ΚΒΛ.¯ΗΣΠΟΛΕΜΟ...
ΡΑΤΟΥΣ..ΠΟΛΑΙΣ...
- - - - - - -

Π]ολυδεύκου[ς? - -
σ]πον[δ]αύ[λ]ης - -
Πολεμοκρά[τ]ης [Πολε]-
μοκ[ράτ]ους - - -
- - - - - -
πόλ[εως? τ]ὸ β̄? Πο[λεμο]-
κ[ράτ]ης Πολεμο[κ]-
ράτους - - - -
- - - - - -

antiquiore transcriptus vel fictus sit; sicut Tiberio imperante Cyri, Darii, Alexandri auctoritate asyla sua confirmare studuerunt urbes Asiae (Tac. Ann. III, 60 sqq.): et eo, ut recentiore aetate confectam hanc inscriptionem iudicet, inclinat Müllerus de vas. Volcient. p. 40. qui in litteris ad me datis inde censet miram inscriptionis huius formam melius posse explicari.

## 2920.

Inter locum Omerbeili et *Tralles*, prope fontem; ed. Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 131. Omerbeili haud procul Trallibus abest, inter Guzelhissar et Yermensik.

M/..........
CL.......
X...VIII
ΜΑΝΟΣΑΚΥΑΙΟΣ
ΜΑΝΟΥΥΠΑΤΟ
ΡΩΜΑΙΩΝ
ΚΟ
ΕΑC..........
FLOR.........
ΛΕΥΚΙΟ.......
ΝΟΣΜ.........
ΤΑΝ..........

Vs. 4 sqq. est: Μάν[ι]ος Ἀκύ[λ]ιος - - Μα[νί]ου, ὕπατο[ς] Ῥωμαίων, vs. 10. Λ]εύκιο[ς vel alius eiusdem nominis casus. Ille est Cos. a. u. c. 653. ut taceam antiquiores. De Trallianorum cum Romanis amicitia cf. Tac. Ann. IV, 55. ubi tamen eorum pro hac re argumenta parum valida dicit; ac sane illi ab Antiochi ac Mithradatis steterunt partibus.

## 2921.

*Trallibus* (Guzelhissar) in coemeterio Iudaeorum; ed. ibid. p. 135.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ......ΚΑΙΣΑΡΙΣΕΒΑΣΙ
ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΑΝΕΣΤΗΣΕΤΙ
ΚΛΑΥΔΙΟΣΔΙΑΔΥΜΕΝΟ

Αὐτοκράτορι - - - - Καίσαρι Σεβα[στῷ] ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέστησε Τι(β). Κλαύδιος Διαδ[ο]υμενό[ς.

## 2922.

*Trallibus* (Aidin Guzelhissar); ed. Arundell Itin. septem eccles. As. in tabulis, correxit Letronnius Journ. des Sav. Nov. 1829. p. 692.

ΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΟΔΗΜΟΣΚΑΘΙΕΡΟΣΕΝ
ΑΝΑΘΕΝΤΟΣΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΤΙΕΕΡΙΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΟΥΑΡΤΕΜΙΔΟΡΟΥΥΙΟΥΚΥΡΕΙΝΑ
ΔΙΩΓΕΝΟΥΣΕΝΤΟΙΤΗΣΓΥΝΙΙΛ
ΙΑΡΧΙΑΣΧΡΟΙΙΩΙ

Τιβέριον Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστόν, Γερμανικόν, Αὐτοκράτορα, ὁ δῆμος καθιέρ[ω]σεν, ἀναθέντος ἐκ τῶν ἰδίων Τι[β]ερίου Κλαυδίου Ἀρτεμιδ[ώ]ρου υἱοῦ, Κυρείνα, Δι[ο]γένους, ἐν τ[ῷ] τῆς γυ[μνασ]ιαρχίας χρό[ν]ῳ.

---

## 2923.

*Ibidem* in coemeterio; ed. Pocock. Inscr. ant. p. 17.

ΕΠΙΣΤΑΤΟΥΝ
ΤΟΥΤΕΙΧΟΥΣΚΑΛΟ
ΤΟΥΞΗΝΟΔΟΤΟΥ
ΟΥΤΟΥΜΕΤΑΘΥΜΟΥ
ΚΑΕΙΤΟΥΤΟΥΚΛΕΠΣ
ΤΗΝΟΙΚΟΔΟΜΙΑΝΤΟ
ΚΟΥΣΤΟΥΛΙΘ.ΝΟΥΑ
\ΩΝΟΣΜΗΚΟΣΕΠΙ
..ΚΟΝΤΑΗΓΕΝΟΜΕ
ΡΑΧΜΑΙ
ΠΙΣ

Ἐπιστατούν[των τῆς οἰκοδομίας?
τοῦ τείχους Καλο - - - - -
τοῦ [Ζ]ηνοδότου, - - - - -
ου τοῦ Με[γ]αθύμου, - - - -
κ[λ]είτου τοῦ Κλε[ιτ - - ἐπὶ?]
τὴν οἰκοδομίαν το[ῦ - - τεί-
χ]ους τοῦ λιθ[ί]νου ἀ[πὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἀπόλ-
λ]ωνος? μῆκος ἐπὶ - - - -
..κοντα ἡ γενομέ[νη δαπάνη?
δ]ραχμαὶ - - - - - -
etc.

Pertinet ad instaurationem moenium, haud dubie post terrae motum, quo Tralles Augusti in principatu afflictae sunt: qua de re apponam epigramma, quod Agathias transcripsit in fundo prope Tralles, cui nomen Σιδηροῦς, atque edidit Hist. II, 17. ita a Niebuhrio recte constitutum:

Κλασθείσας πάτρας σεισμῷ ποτε Κάνταβριν ἐς γᾶν
Χαιρήμων ἔπτα πατρίδα ῥυσάμενος:
Καίσαρι δ' εἰλιχθεὶς περὶ γούνασι τὰν μεγάλαυχον
ὤρθωσε Τράλλιν, τὰν τότε κεκλιμέναν.
ἀνθ' ὧν συγγενέες τοῦτο βρέτας, ὄφρ' ἐπὶ βωμῷ,
οἷα δίκα κτίσταν, τάνδε φέροιτο χάριν.

ΕΤΕΟΣ ΙΙΙΙΙΙΙ ΜΗΝΟΣΕ.ΔΟΜΩ
.ΑΣΙΛΕΟΝΤΟΣΑΡΤΑΣΕΣΣΕ
ΩΕΞΣΑΤΡΑΠΕΥΟΝΤΟΣͰΙΔΡΙΕ
ΩΣΟΣΑΕΨΗΦΙΣΑΝΤΟΤΡΑΛ
ΔΕΙΣΙΚΕΤΗΡΙΗΝΕΙΝΑΙΔΙΟ
ΝΥΣΩΙΒΑΚΧΙΩΙΤΩΙΔΗΜΟΣΙ
ΩΙΙΚΕΤΗΝΜΗΑΔΙΚΕΙΝ

.ΟΡΟΣΙΕΡΟΣΑΣΥΛΟΣΔΙΟΝΥΣΟ.
ΒΑΚΧΟΥΤΟΝΙΚΕΤΗΝ..ΑΔΙΚΕΙ.
ΜΗΔΕΑΔΙΚΟΥΜΕΝΟΝΙ...ΟΡΑΝ
ΕΙΔΕΜΗΕΞΩΛΗΕΙΝΑΙΚΑΙΑΥΤ..
ΚΑΙΤΟΓΕΝΟΣΑ.ΤΟ.

---

etiam *βασιλεύοντος*: itaque illud videtur vitium esse ex corrupta dialecto in titulos illatum. Nomen *Ἀρτασέσσεω* non corruptum est, sed id in iis locis haud dubie sic pronuntiabatur vulgo, ex parte certe propius ad orientalem modum: saltem huc ducunt scripturae *Xerses*, *Artahschetz* et alia (cf. Pottii etym. Forschungen auf d. Gebiete d. Indo-Germ. Sprachen p. LXVI. LXVII.). De forma *ἐξσατρ.* vide ad n. 2691. *c* sqq. In nomine *Ἱδριεύς*, quod aspiratum passim etiam libri praebent, ea spiritus asperi forma assumpta est, quae habetur in nummis Tarenti et Heracleae Italicae, in uno et altero vasorum Italicorum et in tabulis Heracleensibus: quo fere confirmatur, quod T. I. p. 557. *a.* ad Simonideum epigramma conieci. Pro aspero sumpsit etiam Müllerus de vasis Volcientibus p. 40. Neque obest, quod in nostro titulo in sex aspiratis vocibus omittitur asperi nota: potuit enim ea soli nomini proprio addi; atque in ipsis Atticis ante Euclidem inscriptionibus asper promiscue negligitur et scribitur. Erat tamen, quum putarem *Ϝιδριέως* scribendum esse, quod omnino analogum est (cf. T. I. p. 720. *a.*): sed mitto hoc, quod asper, ut dixi, etiam in scriptoribus voci additus reperitur. Nummi ΙΔΡΙΕΩΣ, certe sine digammo. Tum mirum est quod lapicida in ipso Trallianorum nomine peccavisse videtur; nisi dicemus vetustissimam formam vocabuli esse *Τραλδεῖς*. Scripsi autem *Τραλλεῖς*, ut nomen populi, non *Τράλλεις*, quod nomen urbis femininum est. Vs. 8. *χῶρος* certum iudico: cf. tab. Heracl. I. vs. 8. et epigramma Romanum, cuius initium *ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος*, et n. 1926. ubi quae habes, ea similiter concepta sunt atque haec inde a vs. 8. His praescriptorum loco inserviunt ea, quae ante vs. 8. scripta sunt sermone admodum rudi et dissoluto. Initium praescriptorum regem et dynasten offert, prorsus ut in Mylasensibus n. 2691. *c. d. e.* et n. 2692. sed novum hoc, quod etiam quoto mense anni septimi scriptum decretum sit, additur. Nam *μηνὶ ἑβδόμῳ* quum interiectum sit inter *ἔτεος ἑβδόμου* et *βασιλεύοντος* etc. numerus non ad civilium anni mensium ordinem refertur, ut passim alibi (vide T. I. p. 734. *a.* et in Phrygiis), sed menses ut anni ab initio regni Artaxerxis computantur. Artaxerxem vero Mnemonem quum intelligeret Rochettus, decretum hoc in a. a. Chr. 398. rettulit; sed ea aetate qui floreret, nullum novimus Cariae dynasten Idrieum s. Hidrieum: quare hoc ipse Rochettus in Addendis et Corrigendis p. 422. retractavit. Nempe titulus hic refertur ad Ochum, qui publice Artaxerxes vocatus est (ex titulis cf. n. 2619. *e.*); quamquam etiam sic implicamur difficultati. Nam Ochi regnum ex fide Canonis Regum haud exigua incipit anno Nabon. 390. qui annus deducitur a d. 21. Nov. a. a. Chr. 359. Fac in Medico regno annos regum, aliter atque apud Ptolemaeos, a vero regni principio, non ab initio anni civilis Persici, in quem incidisset regni initium, computatos esse, id quod omnino verisimile est, quia etiam menses numerantur; fac insuper Ochum sub finem demum illius anni epochae Nabonassaris auspicatum imperium esse: tamen septimus septimi anni mensis non infra Aprilem vel Maium a. a. Chr. 351. decurret; ut hic proinde ultimus eius temporis terminus sit, quo scriptum esse possit hoc monumentum. Sed Artemisia, cui frater Hidrieus successit, superstes fuit Thessalo archonte Attico Olymp. 107, 2. (Demosth. de Rhod. libert. p. 193. quae oratio illo archonte habita, Diod. XVI, 45. coll. Clinton. Fast. Hell. T. I. h. a. et p. 286.) qui annus post Maium demum a. a. Chr. 351. incipit. Igitur nisi contra marmoris fidem scripseris vel ΓΙΙΙΙ cum Müllero ap. Roch. p. 422. vel ΙΙΙΙΙΙΙ, peculiare aliquid statuendum est, quo illa tollatur difficultas: id quod etiam Rochettum ibid. censuisse vidi postquam mea pridem scripta erant. Quippe ubi Caricorum dynastarum successionem designant veteres, videntur potissimam tantum imperii sedem respicere, quae modo Mylasis erat, modo Halicarnassi. Mausolo igitur Halicarnassi successerat Artemisia; sed unam et alteram Cariae partem potuit alius tenere superstite etiam tum Artemisia, et maxime in remotiore plaga Cariae, fortasse ipsis Trallibus, frater dynastes constitutus esse Hidrieus, qui Halicarnassi regnum postea demum Artemisiâ defunctâ occupavit. Ita etiam Ada, Hidriei uxor, a Pixodaro Halicarnasso pulsa, retinuit certe Alinda (Strab. XIV. p. 657. Arrian. Exped. Alex. I, 23.): quamquam Arriani verba magis eo deducunt, ut Ada vi tenuerit Alinda, quam ut concedente Pixodaro et pacta divisione provinciae. Ceterum quaeri potest, utrum titulus hic vere sit antiquus, an posthac asyli tuendi causa vel ex

## 2927.

*Ibidem* (Guzelhissar) ad porticum; ed. Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 134. Habeo etiam a Müllero ex cod. Ask. Apud illos titulus in versus viginti distractus est et versuum initia ac fines alii sunt; ego formam Sherardiani in cod. Ask. apographi sequor, quod Egmondi et Heymani apographa solent negligentiora esse, et quod vs. 5. 6. nostri exempli multa desunt ap. Egm. et Heym.

ACIC.ΛΤΕΣΡΩΜΑΙΟΙΕΤΕΙΜΗΣΑΝΑΥΛΟΝΦΑΒΡΙΚΙΟΝ
ΠΡΕΙΣΚΙΑΝΟΝΧΑΡΜΟΣΥΝΟΝΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΥΘΑΙΡΕΤΩΣΣΕΙΤΩΝΗΣΑΝΤΑΔΕ
ΚΑΙΤΟΝΑΠΟΑΙΓΥΠΤΟΥΣΕΙΤΟΝΣΥΝΧΩΡΗΘΕΝΤΑ
ΤΗΠΑΤΡΙΔΙΑΥΤΟΥΥΠΟΤΟΥΚΥΡΙΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΤΡΑΙΑΝΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΜΟΔΙΩΝΜΥΡΙ
ΑΔΑΣΕΞΚΑΙΠΡΟΧΡΗΣΑΝΤΑΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ
ΤΗΝΤΕΙΜΗΝΤΟΥΣΕΙΤΟΥΚΑΙΤΑΣΓΕΝΟΜΕΝΑΣ
ΜΕΧΡΙΞΕΝΘΑΔΕΔΑΠΑΝΑΣΠΑΣΑΣΑΝΔΡΑΑΓΑ
ΘΟΝΚΑΙΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝΠΑΣΗΚΕΚΟΣΜΗΜΕΝΟΝ
ΑΡΕΤΗΚΑΙΠΙΣΤΕΙΚΑΘΩΣΗΠΑΤΡΙΣΑΥΤΩ
ΕΜΑΡΤΥΡΗΣΕΠΟΛΛΑΚΙΣΔΙΑΤΗΣΓΕΝΟΜΕΝΗΣ
ΕΙΣΑΥΤΟΝΤΕΙΜΗΣΕΝΤΕΤΟΙΣΑΚΤΟΙΣΚΑΙ
ΤΟΙΣΨΗΦΙΣΜΑΣΙΤΗΣΤΕΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥ
ΓΕΝΟΜΕΝΟΝΙΠΙΣΤ.ΦΑΝΗΦΟ<sup>T</sup>......ΔΙΑΣΙ.....ΩΝΙ
ΔΟΥΝΕ......

Vs. 1. quae ante ΜΑΙΟΙ sunt, ex Egm. praemisi; Ask. tantum duarum litterarum lacunam notavit. Vs. 4. forma litterae ω est ex impresso exemplo, unde etiam vs. 9. Ξ interposui, et vs. 10. litteras ΜΗ. Vs. 15. primum Ι ex impresso inserui, ubi Ask. lacunam habet. Ibidem Ask. ΦΟ - - - ΩΝΙ, lacunae spatio non accuratius designato; Egm. ΦΟ[T] ......ΔΙΑΣΙ.....ΩΝΙ, quas lacunas iusto maiores esse posse patet collatis aliis in eodem exemplo, quae expletae sunt in exemplo Ask. sed videntur tamen hoc loco recte demensae esse. Dedi quod est in impresso. Vs. 16. impressum exemplum ΔΟΣ ΝΕ..... Ceterum quae ap. Egm. et Heym. prorsus vitiosa vel omissa sunt, non notavi.

- - - - - *καὶ οἱ ἐν Τράλλεσι κ]α[τ]οι[κοῦν]τες Ῥωμαῖοι ἐτείμησαν Αὖλον Φαβρίκιον Πρεισκιανὸν Χαρμόσυνον, στρατηγήσαντα τῆς πόλεως αὐθαιρέτως, σειτωνήσαντα δὲ καὶ τὸν ἀπὸ Αἰγύπτου σεῖτον συνχωρηθέντα τῇ πατρίδι αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ κυρίου Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ, μοδίων μυριάδας ἕξ, καὶ προχρήσαντα ἐκ τῶν ἰδίων τὴν τειμὴν τοῦ σείτου καὶ τὰς γενομένας μέχρι[ς] ἐνθάδε δαπάνας πάσας, ἄνδρα ἀγαθὸν καὶ φιλόπατριν, πάσῃ κεκοσμημένον ἀρετῇ καὶ πίστει, καθὼς ἡ πατρὶς αὐτῷ ἐμαρτύρησε πολλάκις διὰ τῆς γενομένης εἰς αὐτὸν τειμῆς ἔν τε τοῖς ἄκτοις καὶ τοῖς ψηφίσμασι τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου. γενόμενον [ἐ]πὶ στεφανηφό[ρου Κλαυ]δίας [τῆς] ...ωνίδου Νε - - -*

Vs. 1. quod dedi *κατοικοῦντες* multis confirmatur exemplis; ceterum cf. n. 2930. et de Romanis colonis vide ad n. 2923. In fine *Σιμωνίδου*, *Λεωνίδου* etc. suppleri potest; ΝΕ non est *νεωτέρου*, ut coniicias, sed cognomen mulieris, ut *Νε[αίρας* vel simile.

## 2928.

*Ibidem* (Guzelhissar) secundum Pocockium Inscr. ant. I, 3, 1. p. 32. ex schedis alienis, sed Ephesi secundum eundem p. 36. ex schedis item alienis. Posui in Trallianis, quod probabilius est titulum ex paucis Trallianis immistum esse Ephesiorum multitudini quam contra.

- - - - -ΝΜΑΥΡΕΩΡΙΧΟΝ
- - - -ΜΟΤΗΙΜΟΤΑΤΟΝ
- - - - -ΧΟΝΚΑΙΝΑΠΑΕΗ
- - - - -ΥΠΡΟΓΟΝΩΝΕΝ
- - - -ΝΛΕΙΤΟΥΡΓΟΝ

Sic Poc. p. 32. Sed p. 36. ΕΟΡΙΧΟΝ vs. 1. et Τ pro Γ vs. 4.

Vs. 1. *Οἱ δεῖνες ἐτείμησα]ν* M. *Αὐρ.* ..*ριχον* (nisi aliud prorsus fuit, ut *Σώτιχον* vel *Ζώσιμον* vel ut n. 2929. *Τρόφιμον*), 2. - - *φιλ]οτ[ε]ιμότατον*, 3. - - - *αρχον καὶ .. πάσῃ?* - -, 4. - - - - *προγόνων ἐν* - - -, 5. - - *τὸ]ν* vel *γενόμενο]ν λειτουργόν*. Vs. 3. possis etiam *διὰ πάσης*.

Quod epigramma, etiam in Muratorii Thesaurum ac Bonadae Collectionem et Brunckii Analecta et Appendicem Anthologiae Palatinae translatum, tentavit Hermannus ad Orph. p. 786. ut expelleret vocem *συγγενέες*: quae non cognatos hic significat, sed latiore vi Trallianos veteres, eiusdem cuius erat Chaeremon stirpis, distinctos illos ab adventiciis Romanis, quibus Tralles auxerat Augustus (vide Agath.). De Apolline Trallibus culto cf. nummos.

## 2924.

*Ibidem*; ex eodem p. 17.

ΚΑΠΕΤΩΛΙΝΑ
ΗΑΞΙΟΛΟΓΚΑΙ
ΟΕΟΣΕΒΗΟΙΗΣΑ
ΣΑΤΟΠΑΜΚΑΘΡΟ
ΕΣΚΟΥΤΛΩΣΑΤ
ΕΝΑΒΑΣΜΟΝΥΠ
ΕΥΧΗΣΕΑΥΤΗΣ
ΠΕΔΙΩΝΤΕΑΚΙΕΓ
ΓΟΝΩΝΕΥΛΟΓΙΑ

*Καπετωλῖνα*
*ἡ ἀξιόλογ(ος)? καὶ*
*[Θ]εοσεβ(ής), [π]οιήσα-*
*σα τό [τε] ἀ[νάβ]αθρο[ν?*
- - - - - - -
*ἀ]ναβασμὸν ὑπ[ὲρ]*
*εὐχῆς ἑαυτῆς [καὶ]?*
*π[αι]δίων τε κ[αὶ] ἐγ-*
*γόνων, Εὐλογία[ς? etc.*

Vs. 4. si *ἀνάβαθρον* verum est, significat hic exedram s. cathedram, ad quam ducunt scalae (*ἀναβασμός*).

## 2925.

In oppido Guzelhissar, quas esse *Tralles* recte vidit, repperit Walpolius et ed. in Diar. class. T. IV. p. 88.

Τ]ΗΙΓΛΥΚΥΤΑΤΗΙΠΑΤΡΙΔ[Ι
ΜΑΡ·ΑΥΡ·ΑΝΔΡΕΑΣΣΥΝ
ΤΗΙΓΥΝΑΙΚΙΚΛ·ΘΕΟΔΩΡ
ΑΚΑΙΤΟΙΣΠΑΙΣΙΝ
ΙΟΥΛΙΑΝΩΙΑΝΔΡΕΑ
ΘΕΟΔΩΡΩΙΤΟΥΣ
ΕΠΙΧΡΥΣΟΥΣΕΡΩ
ΤΑΣΙΗΚΑΙΤΑΣΒ
ΝΕΙΚΑΣΣΥΝΤΑΙΣ
ΒΑΣΕΣΙΝΕΚΤΩΝ
ΙΔΙΩΝΑΝΕΘΗΚΕΝ

*Τ]ῇ γλυκυτάτῃ πατρίδ[ι] Μάρ(κος) Αὐρ(ήλιος) Ἀνδρέας σὺν τῇ γυναικὶ Κλ(αυδίᾳ) Θεοδώρᾳ καὶ τοῖς παισὶν Ἰουλιανῷ, Ἀνδρέᾳ, Θεοδώρῳ, τοὺς ἐπιχρύσους Ἔρωτας ιη καὶ τὰς β Νείκας σὺν ταῖς βάσεσιν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν.*

Similem titulum, quo quinque Erotes dedicantur dulcissimae patriae, edam suo loco.

---

## 2926.

*Ibidem*; ex schedis a Rochetto missis.

ΤΙ·ΚΛ·ΓΛΥΠΤΟΝ
ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥΙΥΟΝ
ΤΟΝΑΓΟΡΑΝΟΜΟΝ
ΤΟΝΥΠΕΡΤΑΤΟΝ
ΛΟΓΙΣΤΝΝΚΑΙ
ΣΩΤΗΡΑΚΑΙ
ΚΤΙΣΤΗΝΤΗΣ
ΠΑΤΡΙΔΟΣ

ΤΗΣΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ
ΠΟΛΕΟΣΤΗΣΝΕ
ΩΚΟΡΟΥΤΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝ
ΙΕΡΑΣΤΟΥΔΙΟΣΚΑ
ΤΑΤΑΔΟΓΜΑΤΑΤΗΣ
ΣΥΝΚΛΗΤΟΥΤΑΑΛ
ΛΙΑΝΩΝ

ΟΙΜΥΣΤΑΙ
ΤΩΝΙΕΡΩΝ

*Τι(β.) Κλ(αύδ.) Γλύπτον, Ἀνδρονίκου [υἱ]όν, τὸν ἀγορανόμον, τὸν ὑπέρτατον λογιστ[ὴ]ν καὶ κτίστην τῆς πατρίδος, τῆς λαμπροτάτης πόλε[ω]ς τῆς νεωκόρου τῶν Σεβαστῶν, ἱερᾶς τοῦ Διός, κατὰ τὰ δόγματα τῆς συνκλήτου Τραλλιανῶν, οἱ μύσται τῶν ἱερῶν.*

Coniiciat aliquis *τ[ρὶ]ς νεωκόρου*; sed hoc demonstrari nequit. De Trallium urbe sub Caracalla neocoro vide Eckhel. D. N. T. III. p. 127. Iuppiter, cui Tralles sacrae, Larissaeus est, traductus Argis ex arce Pelasgica, ubi eodem colebatur cognomento; et Larissa etiam prope Tralles est, de qua Larissaeum Iovem denominatum Strabo IX. p. 440. coniicit, Trallibus ipsis cultum (Strab. XIV. p. 649.). Cf. Odericum Diss. et Annott. ad marm. et numm. Diss. I. (ubi de Trallibus agit) p. 20. Eckhel. l. c. p. 124. et lemma ad n. 2919. De *συγκλήτῳ* Trallianorum cf. nummos.

## 2931.

*Trallibus* (Guzelhissar) in horto intra muros, in angulo urbis septentrionem versus, qua ad occasum vergit; ex Sherardianis p. 45. (cod. Ask. II, 3. in quibus Guzelhissar falso pro Magnesia habetur, quum tamen verum iam viderit Sherardus).

ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ
ΓΕΡΟΥΣΙΑΚΑΙΟΙ
ΝΕΟΙΚΑΙΗΟΛΥΜΠΙ
ΚΗΣΥΝΟΔΟΣΤΩΝ
ΑΠΟΤΗΣΟΙΚΟΥΜΕ
ΝΗΣΙΕΡΟΝΕΙΚΩΝΚΑΙ
ΣΤΕΦΑΝΕΙΤΩΝΕΤΙ
ΜΗΣΑΝΤΙ.ΙΟΥ.ΜΕ
ΝΑΝΔΡΟΥΑΥΡΗΛΙΑ
ΝΟΝΜΕΤΑΠΟΛΛΑΣ
ΑΡΧΑΣΚΑΙΛΕΙΤΟΥΡ
ΓΙΑΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥ
ΣΑΝΤΑΤΗΣΠΟΛΕ
ΩΣΕΠΙΦΑΝΩΣ

*Ἡ] φιλοσέβαστος γερουσία καὶ οἱ νέοι καὶ ἡ Ὀλυμπικὴ σύνοδος τῶν ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἱερονεικῶν καὶ στεφανειτῶν ἐτίμησαν Τι(β). Ἰού(λ). Μενάνδρου, Αὐρηλιανόν, μετὰ πολλὰς ἀρχὰς καὶ λειτουργίας γραμματεύσαντα τῆς πόλεως ἐπιφανῶς.*

## 2932.

*Trallibus* (Guzelhissar); ex Sherardianis p. 46. (cod. Ask. II, 7.).

.ΙΣΑΝΤΡΥΦΩΣΙΑΝΟ.
. . ΝΝΙΟΥΕΛΕΝΟΥΥΙΟΝ
. . ΑΜΦΙΘΑΛΕΑΤΩΝΔΕΙ
. . ΚΑΙΕΙΣΑΓΩΡΟΝΤΩΝ
. . ΩΝΕΥΣΕΛΑΣΤΙΚΩΝ
.ΣΤΗΝΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ
.ΘΙΩΝ - - - - - -
.ΝΠΡΩΤΟΝΜΕΤΑΤΗΝΑΝΑΝΕ
ΣΙΝΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥΝΤΟΣ
ΙΟΥΛΙΟΥΦΙ . . . . . . ΤΡΟΣ
ΣΥΝΚΛΗΤ . . . . . . .
ΙΝΤΕΙΜ . . . . . . . .
.ΝΗΣΙΜΟΝ . . . . . . .
.ΤΕΜΙΔΩ . . . . . . . . .

*[Οἱ δεῖνες ἐτεί-*
*μη]σαν Τρυφω[ν]ιανὸ[ν]*
*. . ννίου Ἑλένου υἱόν,*
*Ἀμφιθάλεα, τ[ὸ]ν δεί[κτ-*
*ην] καὶ εἰςαγω[γ]ὸν τῶν [ἱ-*
*ερ]ῶν ε[ἰ]ςελαστικῶν*
*εἰ]ς τὴν οἰκουμένην*
*Πυ]θίων - - - ἀγών-*
*ω]ν, πρῶτον μετὰ τὴν ἀνανέ[ω]-*
*σιν ἀγωνοθετοῦντος [Γ.]*
*Ἰουλίου Φι[λίππου, πατρὸς]*
*συν[κλητικοῦ, ἀναστησάντων τ-*
*ὴ]ν τειμ[ὴν - - - - - -*
*Ὀ]νησίμο[υ - - - - - καὶ Ἀ-*
*ρ]τεμιδώ[ρου* etc.

Vs. 3. Ἀννίου, Ἑρεννίου etc. suppleri potest. Vs. 4. *εἰςαγωγὸν* est p. *εἰςαγωγέα.* Pythia Tralliana, quae in nummis autonomis et Caracallae habentur, aliquamdiu omissa, et posthac restituta sunt; in titulis memorantur hic et n. 2935. Ea ex vs. 5. discimus *εἰςελαστικὰ* fuisse; *εἰς τὴν οἰκουμένην* hoc significat, ius hoc iis per universum orbem Romanum concessum esse. De Philippo vide n. 2790. et n. 2933. Priore loco si verum conieci, hic titulus non antiquior Philippis Imperatoribus est.

## 2933.

*Trallibus* (Guzelhissar); vss. 1-3. edo ex schedis Borrellii Smyrna ad Prokeschium missis, ab hoc Romam ad Gerhardum, a Gerhardo ad nos: atque haec in capitulo columnae scripta esse constat: cum his vero composui, sequentia, quae habeo ex Sherardianis p. 45. (cod. Ask. II, 5.). Capitulum latuerat Sherardum, qui ea tantum viderat, quae sub capitulo scripta erant, in scapo haud dubie pridem separato a capitulo.

Γ.ΙΟΥΛΙΟΝΦΙΛΙΠΠΟΝ
ΕΠΙΤΡΟΠΟΝΤΩΝΣΕΒΑ
ΣΤΩΝΠΑΤΕΡΑΙΟΥΛΙΟΥ
ΦΙΛΙΠΠΟΥΣΥΝΚΛΗ
ΤΟΥΣΤΡΑΤΕΓΟΥΡΩΜΑΙΩΝ
ΗΣΥΝΟΔΟΣ
ΤΩΝΑΠΟΙΩΝΙΑΣΚΑ.
ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΟΝΤΟΝ
ΙΔΙΟΝΑΓΟΝΟΘΕΤΗΝΚΑΙ
ΛΟΓΙΣΤΗΝΚΑΙ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΝ
ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣΒΜΑΓΝΗ
ΤΟΣΑΠΟΣΙΠΥΛΟΥΟΛΥΜ
ΠΙΟΝΙΚΟΥΚΑΙΤΙΒΚΛΑΥ
ΔΙΟΥΣΠΕΡΧΕΙΟΥ

*Γ. Ἰούλιον Φίλιππον, ἐπίτροπον τῶν Σεβαστῶν, πατέρα Ἰουλίου Φιλίππου συγκλη[τικ]οῦ, στρατ[η]γοῦ Ῥωμαίων, ἡ σύνοδος [τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν] τῶν ἀπὸ Ἰωνίας κα[ὶ] Ἑλληςπόντο[υ] τὸν ἴδιον ἀγ[ω]νοθέτην καὶ λογιστὴν καὶ εὐεργέτην, ἐπιμεληθέντ[ω]ν Σεραπίωνος τοῦ Σεραπίωνος, Μάγνητος ἀπὸ Σιπύλου, Ὀλυμπιονίκου, καὶ Τιβ. Κλαυδίου Σπερχειοῦ.*

Cf. n. 2932. et n. 2790. Post vs. 6. videtur lacuna esse ex *ὁμοιοάρκτῳ* nata, quam supplevi ex Teiis lapidibus n. 3067. 3068. Vide quae dixi ad n. 3067. unde intelliges Lebedi tum hoc collegium sedem habuisse.

## 2929.

Simile initium est tituli Iliensis: Ἰλιεῖς καὶ αἱ πόλεις αἱ κοινωνοῦσαι τῆς [θυ]σίας etc. Πόλεις et ἔθνη similiter fere distinguuntur n. 2954. *A*. In nominibus eius, cui haec statua posita est, explicandis mire se torquet Gesnerus, quod titulum ad Caligulam referebat, cui nullo modo conveniunt nomen Ἰούλιος et patris praenomen Γάϊος: si Caligula hic haberetur, debebat etiam Σεβαστὸν dictum esse, nec καὶ αὐτοκράτορα esset post ἀρχιερέα positum: ut taceam alia. Ad C. Iulium Caesarem (et a. u. c. 706–707.) referri hanc inscriptionem notavi iam ad n. 2368. videruntque praeter Muratorium Elsnerus Schediasm. crit. p. 158. et Eckhelius l. c. Iisdem de causis titulum n. 2215. non ad Caligulam, sed ad C. Iulium Caesarem pertinere iudicandum est. De singulis dixi magna ex parte iam ad n. 2368. Unum hoc singulare est quod Anchisae loco Mars ponitur, cuius rei causam aliis indagandam relinquo. Ceterum Asiana adulatio *deum*, et *praesentem* quidem, praedicat Caesarem etiam tum vivum; n. 2369. θεὸν illum post obitum dictum iudicavi, et recte opinor, quod n. 2368. non θεὸς vocatur, quum tamen uterque titulus eiusdem sit civitatis.

## 2958.

In via ab Inecbazar *Ephesum* versus, quattuor horis a priore loco, et quarto vel quinto miliario Anglico ab Epheso computanti, qua via simul itur ad Guzelhissar, convallis est angusta arboribus obsita et aquis irrigua, quam scindit utrumque monticulum coniungens aquaeductus superius sex minoribus, inferius tribus maioribus suffultus fornicibus, marmoris candidi, egregie conservatus, LXV pedes longus et circiter XXX pedes altus. Super fornicibus maioribus et infra minores fornices, qui impositi sunt, ab altera parte Latina, ab altera Graeca est inscriptio, singulis utraque versibus decurrens. Ed. Sponius Itin. T. III. P. I. p. 135 sq. (hinc Paciaud. Mon. Pelop. Vol. I. p. 30.) Wheler. Itin. p. 255. (hinc Murat. T. I. p. CDXLIII. 7.) Et ille quidem titulum aquaeductui inscriptum dicit, duabus leucis Epheso distanti in via Scalam Novam ducente: qua determinatione non alium designat locum quam quem ipse posui: sed Whelerus Sponii determinationem falsam esse arbitratus titulum hunc aquaeductui Ephesio tribuit, qui est sub arce Ephesi in miliarii fere Anglici longitudinem exstructus, ubi eum nemo posthac quaerentium repperit. Wheleri errorem correxit Chishullus Antt. Asiat. P. II. p. 11. n. 13. ubi titulus editus est et eius locus descriptus; hinc dedit Chandlerus Inscr. ant. P. I. p. 11. n. XXXV. (cf. Syllab.) Rem confirmat Choiseul-Gouffier Voy. pittor. T. I. p. 190. cuius exemplum cum Chishulliano s. Chandleriano congruit. Ego locum tituli praeter Chish. et Chois. ex schedis Spanhemianis n. 4. definivi, in quibus pauca tituli verba extant (Latina deficiunt in voce EPHESINAE, Graeca in ΚΑΙΣΑΡΙΣΕΒΑΣΤΟ), et ex schedis Köhlerianis. Sponii et Wheleri exemplum tractatur in Misc. Obss. T. IV. p. 347 sqq. ubi quae ex Sponio variae lectiones enotantur, non omnes conspirant cum editione operis, qua ego utor, praestantiore. Omnino nihil illi explicationi inest memorabile praeter errorem de ratione huius aquaeductus. Ceterum Chish. censet pontem, qui in titulis nominatur, postea esse in aquaeductum versum: quae sententia vix vera est, Γέφυραν s. *pontem* arbitror esse hoc aedificium dictum, quod etsi aquae ex altero monticulo in alterum transmittendae inserviebat, tamen pontis referebat speciem, quippe coniungens monticulos.

Vs. 10. Dianae additum epitheton *πρὸ πόλεως*, ut Baccho Therae n. 2462. et Hecatae Aphrodisiade n. 2796. item alii deo in Thyatirenis, et Cereri legiferae in Smyrnaeis n. 3194. 3211. Et ad n. 2462. quidem deum *πρόπολιν* vocari statui, eumque esse *urbis tutorem*; sed postquam ceteros titulos, in quibus ΠΡΟΠΟΛΕΩΣ reperitur, examinavi, redeo ad interpretationem ab aliis olim propositam, ut *πρὸ πόλεως* sit *ante urbem*. Hecaten quidem ante urbem cultam esse omnino consentaneum est; neque Aphrodisiadis haec potissimum tutelaris dea fuerit, sed potius Venus: Smyrnae vero tutelaris dea maxime fuerit Magna Mater Sipylena. Denique Ephesium Dianae templum extra urbem fuisse constat, ut templa permulta; quare Pollux IX, 15. templa in partibus *τῶν προπόλεων* vel ut alii rectius legere videntur *τῶν πρὸ πόλεως* enumerat. In titulis nostris erat quum legendum putarem *προπόλεως*, non *πρὸ πόλεως*, pro quo nostro loco exspectabam *τῆς πρὸ πόλεως*: et n. 3194. ipse locus vocis in dictione *τῆς μεγάλης θεᾶς* ΠΡΟΠΟΛΕΩΣ *Θεσμοφόρου Δήμητρος* suadebat *προπόλεως* esse adiectivum, similiterque n. 2311. in dictione *τῆς μεγάλης* ΠΡΟΠΟΛΕΩΣ *θεᾶς Θεσμοφόρου Δημ.* Contra ambiguum et insolentius *ἱερατεύσαντα προπόλεως τῆς Ἑκάτης* n. 2796. quod tamen videbatur esse pro *θεᾶς προπόλεως τῆς Ἑκάτης*; denique in Thyatirenis *τοῦ* ΠΡΟΠΟΛΕΩΣ *Τυρίμνου* magis adiectivum suadebat quam dictionem *πρὸ πόλεως*, item *τοῦ* ΠΡΟΠΟΛΕΩΣ *Διονύσου* n. 2462. Quapropter *προπόλεως* videbatur contra communem analogiam pro *προπόλιδος* dictum esse. Attamen in re incerta tutius nunc duco omnibus locis legere *πρὸ πόλεως*, ut ap. Aeschyl. Sept. 146. *Ὄγκα πρὸ πόλεως*. Aliter iudicandum de loco, quem affert Suidas v. *προπόλεος: τὸν προπόλεον κόσμον τοῦ ἄστεος ἀποκείραντες*, ex recentiore opinor scriptore: nam *πρὸ πόλεως* ibi non posse rescribi satis mihi patere ex addito *τοῦ ἄστεος* videtur. Ad restitutionem versuum 16. 17. cf. n. 2965. 2966. In fine *Πυθονείκης* est *hieronica Pythius*, quippe unus ex hieronicis supra scriptis.

## 2964.

*Ephesi* in columna ad aquaeductus prope castellum arcum tertium. Hae laciniae sic ut damus in schedis Horstianis coniunctae sunt. *a* solum est in schedis Prokeschii et Forchhammeri, eidem aquaeductui tributum, et scriptum est sub cymatio; apud Pocockium vero titulo n. 2977. in fine assutum est, sed linea interiecta separatum. *a* et *b* coniuncta, sed interiecta ut dedi linea habentur ap. Hessel. Append. Praef. ad Inscr. Gud. n. XXXV. item sine linea ap. Murat. T. II. p. DXC. 3. missu Bimardi ex schedis D. De la Condamine, et Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 115. *b* et *c* coniuncta praebet Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 3. p. 34. n. 2. ex schedis alienis, interiecta ut dedi linea. Item *b* et *c* extant in schedis Köhlerianis, alterum iuxta alterum. Postremo *c* separatum, sed statim post *a* et *b* praebet Hesselius l. c. n. XXXVI. habetque etiam Itinerarium Egmondi et Heymani l. c. Muratorius vero l. c. n. 4. assuit titulo n. 2969. *b.* qui est ad arcum V. sed separatum a praecedentibus per sigla quaedam, et universam compagem male arcui tertio tribuit, in quo tantum ultimam vocem ponere debebat.

*a.* ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ

*b.* ΕΦΕΣΙΩΝΒΟΥΛΗ
ΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ

*c.* ΣΑΒΕΙΝΑΝ

*b.* extr. Mur. ΩΣ, reliqui ΟΣ. Initio eius versus Ο deest apud unum et alterum, et lacuna est ap. Poc. notata, sic: ..... Υ etc. nec multo aliter ap. Hessel. In *c* a plurimis, etiam a Forchhammeri apographo, abest Σ, quod praebent sched. Köhl. Muratorius ..... ΑΒΕΙΝΑΜ.

Erant haec sub statuis Hadriani et Sabinae, versibus admodum longis. *a* fuit *Αὐτοκράτορα* [*Καίσαρα* etc. ac tum *ἡ φιλοσέβαστος*] *Ἐφεσίων βουλὴ* et alia, ac deinceps *ψηφισαμένου τοῦ δεῖνος, τ]οῦ γραμματέως* [*τοῦ δήμου* etc. Cf. n. 2965 sqq. *c* vero initium est tituli in Sabinam, qui diversus est a titulis n. 2965. 2966. ad alios fornices positis. Ceterum Forchhammerus annotat fragmina *a* et *c* tantum fortuito in eodem fornice aquaeductus coniuncta esse, quum is ex antiquis aedificaretur marmoribus.

## 2965.

*Ibidem* ad arcum XXXVI. in lapide calce oblito et prope sepulto; ed. Hessel. l. c. n. LVII. Murat. T. I. p. CCXXXII. 3. ex iisdem ac n. 2964. schedis missu Bimardi et cum Latina interpretatione ac nota, sed cum additamentis Bimardi ut solet. Variam lectionem ad Hesselii exemplum annotavit Chandlerus Inscr. ant. Syllab. p. 5. ex schedis Chishulli Smyrnae repertis et cum marmore collatis. Habeo etiam ex schedis Horstianis et Peyssonelii. Vss. 1-3. insuper extant ap. Hessel. n. LVI. ut in lapide fracto ad eundem arcum (nempe reliqua tum, quum hoc apographum conficeretur, sub solo latuisse videntur), item in schedis Horstianis et ap. Pocock. Inscr. ant. I, 3, 3. p. 36. n. 14.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Quidquid in textu dedi, ex variis est exemplis depromptum; sed quae ap. Mur. de sola coniectura addita manifesto sunt, ea non recepi. Variam lectionem, quae nullius usus est, omitto. Vs. 10. omnes ΦΟΥΛΒΟΥ, excepto Mur. qui ΦΟΥΛΒ. Vs. 12. Horst. Hess. (ex schedis quippe similibus atque Horstianis) et Mur. ΔΙΟΥΜΕΝΔΙΑΝΟΥ; dein Hess. Horst. ΜΑΜΙΟΥ (Mur. ex coniect. ΜΑΓΝΟΥ), sed Peyss. ΔΙΟΥΤΟΥΕΝΔΙΑΝΟΥΜΑΡΝΟΥ, Chandl. ΛΙΟΥ..Υ ΕΝΔΙΑΝΟΥΜΑΓΝΟΥ. Vs. 16. Hess. ΤΟΥΕΝΔΙΑΝΟΥ ΜΑΓΝΟΥ, Horst. Mur. ΤΟΥΜΕΝ etc. Peyss. ΤΟΥ ΕΝΔΙΑΝΟΥΜΑΡΝΟΥ, Chandl. Τ<ΕΝΔΙΑΝΟΥΜΑ ΓΝΟΥ. Quum Peyss. utroque loco habeat ΤΟΥΕΝ etc. et vs. 16. cum hoc consentiat Hess., ac Chandl. prope cum Peyss. conveniat, Muratoriique nulla fides sit, in Horst. vero alter locus possit ad alterius male lecti exemplum constitutus esse, dedi lectionem Peyss. Litterarum maiores formas dedi ex Chandl.

*Σαβεῖναν Σεβαστήν, γυναῖκα μὲν] Αὐτοκράτ[ορος Καίσαρος, θεοῦ Τρ]αϊανοῦ Παρθι[κοῦ υἱοῦ, θ]εοῦ [Νε]ρούα*

ὕπατ]ῳ, ἀρχιερεῖ [μεγίστῳ, πατ]ρὶ πατρίδος [καὶ Αὐτοκ]ράτορι, κατὰ τὴν [διαθήκη]ν Τιβερίου Κλα[υδίου Αρ]μονικοῦ? οἱ κληρονό[μ]οι? ἀποκατέστη[σαν.

Vs. 7. etsi OI, pro quo λη dedi, ex Mur. recepi, ne quid deesset, quod fontes lectionis suppeditant, crediderim tamen hoc OI Bimardo deberi, ut multa in Muratorianis ab illo acceptis. Titulus videtur primo anno Imp. Claudii scriptus esse, Restitui ut potui; quamquam potuerunt etiam alia addita esse, ut δημαρχικῆς ἐξουσίας: sed spatium, ubi hoc scriptum fuerit, non exputo. Αὐτοκράτορι videtur in fine additum esse, quod praenomen Imperatoris cum Patris Patriae appellatione Claudius initio excusaverat.

## 2961. *b.*

*Ephesi* ad aquaeductum; ex schedis Forchhammeri.

ΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥΚΑΙ
ΣΑΡΟΣΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΤΟΥΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΟΣΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΤΟΥΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ
ΜΕΜΝΟΝΟΣΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΥΤΟΥΑ
ΓΩΝΟΘΕΤΟΥΤΩΝΤΟΥΣΕΒΑΣ
ΤΟΥΑΓΩΝΩΝΚΑΙΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ
ΤΟΥΔΗΜΟΥ

Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Γερμανικοῦ τοῦ Αὐτοκράτορος ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καθιέρωσαν, ἐπιμεληθέντος Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀρτεμιδώρου Μέμνονος, φιλοσεβάστου, τοῦ ἀγωνοθέτου τῶν τοῦ Σεβαστοῦ ἀγώνων καὶ γραμματέως τοῦ δήμου.

Dedicatur statua, fortasse Messalinae uxoris Claudii (cf. n. 2965. 2966.).

## 2962.

*Ephesi* in aquaeductu Guzelhissar versus; ex schedis Peyssonelii.

ΤΡΑΙΑΝΩ

Τραϊανῷ.

Haud dubie ex longiore titulo.

## 2963. *a. b.*

*Ephesi* in castello haud procul ab occidentali porta in lapide s. basi terrae immersa; ed. Pocock. Inscr. ant. P.I. c. 3. s. 3. p. 36. n. 22. ex schedis alienis, commista utraque parte; *b* mensura versuum non observata ed. Massonus Collect. ad Aristid. §. III. n. 11. (p. XVIII. ed. Dindorf.) et habeo hanc partem etiam ex cod. Spanh. n. 3. et schedis Horstianis. Sed quae ad sinistram sunt (in altero lapidis latere, ait cod. Spanh. quod vix verum), ea in solis schedis Horstianis extant a reliquis seiuncta: nam ap. Spanh. dicuntur legi non potuisse.

| *a.* | *b.* |
|---|---|
| ....ΜΙΑ | ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ |
| .CЄCΙΑΙ | ΑΥΤΟΚΡΑΤΟ |
| ....... | ΡΙΚΑΙCΑΡΙ |
| - - /ΡΟΝ | ΤΡΑΙΑΝΩ |
| - - -ЄΜЄ | ΑΔΡΙΑΝΩ |
| - - - - | CЄΒΑCΤΩ |
| - - - - | ΟΛΥΜΠΙΩ |

Tit. *b.* optima lectione ex omnibus exemplis delecta sic constitui. Tit. *a.* vs. 2. dedi ex Horst. nisi quod pro Є ibi est C (Poc. ΣΕΣΙΑΙ); vs. 4. primus ductus abest ab Horst. Vs. 5. Poc. ..Σ.ΜΕ, Horst. ЄΜC.

*a.* Ἀρτέ]μι[δι Ἐφ]εσίᾳ etc.

*b.* Ἀγαθῇ τύχῃ Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Σεβαστῷ Ὀλυμπίῳ.

Etiam in foro Ephesi Prokeschius vidit titulum ab ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ incipientem, sed nihil praeter hoc inde rettulit.

## 2963. *c.*

*Ephesi* ad aquaeductum; ex schedis Forchhammeri.

ΡΑ
ΟΥ
ΩΝΟΙ
ΝΑΔΙ...ΟΝ.ΣΕ
ΑΡΧΙΕΡΗΜΕΓΙΣΤΟΝ
ΣΕΞΟΥΣΙΑΣ
ΤΟΝΤ ΟΙΤΟΝ
ΚΟΣΜΟΝΒΑΣΤΑ
ΤΗΣΜΕΓΑΛΗΣΘΕΑΣ
ΔΟΣΠΡΟΠΟΛ...ΣΙΕΡΕΙΣ
ΟΝΕΙΚΑΙ·ΕΠΙΑΝ..Ι ΙΙ
ΙΙΟΜΠΗΙΟΥΦΑΛΚΩΝ
ΗΦΙΣΑΜΕΝΟΥΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟ
ΠΟ ΥΤΟΥΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
›Υ ΜΑΔΟΥ *vacuum* ΤΟΥ
ΕΑΥΤΟΝ *vacuum*
ΤΑΤΙΙΣΑΝΤΟΣΜΑΡΚΟ
ΑΝΤΩΝΙΟΥΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟCΠΥΘΟ
*vac.* ΝΕΙΚΟΥ

Αὐτοκράτορα Καίσα]ρα
θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικ]οῦ
υἱόν, θεοῦ Νερούα υἱ]ωνό[ν,
Τραϊανὸ]ν Ἀδ[ριαν]ὸν Σε-
βαστόν], ἀρχιερῆ μέγιστον,
δημαρχικῆ]ς ἐξουσίας [τὸ
.. ὕπα]τον τ[ὸ] .. οἱ τὸν
ἱερὸν]? κόσμον βαστά-
ζοντες] τῆς μεγάλης θεᾶς
Ἀρτέμι]δος πρὸ πόλ[εω]ς ἱερεῖς
καὶ ἱερ]ονεῖκαι, ἐπὶ ἀν[θυπάτου
.. Π]ομπηΐου Φάλκων[ος,
ψ]ηφισαμένου Ἀρτεμιδώρο[υ τοῦ
Πο.....[ο]υ τοῦ Ἡρακλείδου
τ]οῦ - - - μάδου, τοῦ
γραμματέως] αὐτ[ῶ]ν,
ἐργεπισ]τατ[ή]σαντος Μάρκο[υ
Ἀντωνίου Ἀρτεμιδώρο[υ], Πυθο-
νείκου.

## 2967.

Ad *Ephesum* in lapide; ed. Hessel. l. c. C. IX. (in duos digestum versus) Chishull. Itin. p. 28. (duobus versibus) et Antt. Asiat. P. II. p. 7. n. 7. atque hinc Donatus p. 143. 1. Bonada T. II. p. 515. Brunck. Anal. T. III. p. 184. n. 172. (Iacobs. Animadv. T. III. P. I. p. 385.) Iacobs. Anthol. Palat. Append. Epigr. n. 365. Habeo etiam ex schedis Horstianis cum Hess. consentientibus. Dedi formam tituli, quae est in Antt. As.

ΤΟΥΤΟΝΟΝΕΙΣΟΡΑΑΣ
ΤΥΠΟΝΟΡΘΙΟΝΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΔΩΡΟΘΕΟΣΠΤΕΛΕΗ
ΘΗΚΑΤΟΚΡΥΠΤΟΜΕΝΟΝ

Τοῦτον, ὃν εἰσοράᾳς, τύπον ὄρθιον Ἀντωνείνου·
Δωρόθεος Πτελέῃ θήκατο κρυπτόμενον.

Hess. ΘΗΧΑΤΟ. Chish. dicit esse de figura quadam Antonini in muro abdita, refertque ad nummum (quasi is in pariete conditus sit, quantum intelligo); rectius Iacobsius: „Dorotheus quidam Antonini statuam terra obrutam protraxit et iterum dedicavit." Fortasse illa terrae motu concussa erat. *Ptelea* est vetustum Ephesi nomen (vide Iac.).

## 2967. *b.*

Fragmentum lapidis in templo Turcico arcis oppidi Agio-Soluk; ex schedis Forchhammeri.

ΑΝΙΟΝΤΙΝΟΝ    Ἀν[τω]ν[ε]ῖνον.

## 2968.

*Ephesi* ad aquaeductus fornicem XIV. tres has partes *a*, *b*, *c*, alteram infra alteram scriptas esse docent schedae Horstianae; *a* ibidem ponit, et supra quidem, Hessel. l. c. n. XL. eodemque fere modo habent Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 115. *b* et *c* separata quidem habet Pocockius, sed tamen *c* statim post *b*, Inscr. ant. I, 3, 3. p. 34. n. 3. 4. ex schedis alienis; eodemque modo Hessel. l. c. n. XLI. XLII. et hic quoque *b* dicit esse infra *a* in lapide inverso ad illum quem dixi fornicem, itemque *c* dicit infra *b* esse: uno vero tenore *b* et *c* scripta repraesentant schedae Prokeschii a Zellio missae. Has duas particulas itidem habes ap. Egm. et Heym. l. c. sed vitiosius. *b* praeterea est ap. Murat. T. II. p. DXCI. 2. et *c* ibidem p. DCCLXIX. 9. sed vitiatum; utrumque Murat. dedit ex schedis D. De la Condamine a Bimardo missis, sed *a* ad fornicem XIV. *b* male ad fornicem XV. refert. *d* est ap. Hessel. l. c. n. XLIII. itaque statim post priora, sed refertur ad arcum XV. igitur quum certe in vicinia repertum sit, non dubitavi cum *c* coniungere, a quo videtur casu separatum esse. Habent hoc etiam schedae Horstianae, Egm. et Heym. l. c. p. 117. et Murat. T. II. p. DCCLXIX. 10. (igitur statim post *c*) ex iisdem schedis ex quibus *b* et *c*. Postremo *e* Hessel. l. c. n. XLV. habet cum lemmate „Ex altero latere in lapide inverso": quod ne quid periret, hic et ipse addidi.

*a.* CΑC    ΨΦ
*b.* ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΥΙΟΝΜΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ

*d.*
ΤΗΣΚΑΙΜΕΓΙΣΤΗΣ

*c.* ΒΑΣΤΩΝΗΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤ
ΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣΤΟΥ

*e.*
ƆΟΝΤΙϜ

*c.* vs. 1. extr. Τ ex solo addidi Prok. qui vs. 2. pro Ω solus Ο habet.

- - - Ἀδριανόν, υἱὸν Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Καίσαρος Σεβαστοῦ, [τῆς πρώ]της καὶ μεγίστης, [μητροπόλεως τῆς Ἀσίας, Ἐφεσίων πόλεως δὶς νεωκόρου τῶν Σε]βαστῶν ἡ φιλοσέβαστ[ος βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καθιέρωσαν ἐπὶ ἀνθυπάτου τοῦ δεῖνος, ψηφισαμένου τ]οῦ γραμματέως τοῦ [δήμου etc.

Ad restitutionem cf. priores titulos, etsi paulo diversa conceptio, ad quam diversitatem cf. alia, ut n. 2972. 2977. 2990. Pars *c* latius excurrebat quam *b*; in qua re nihil est offensionis, quum praesertim n. 2972. idem statuendum sit. Hadrianus hic videtur unus ex filiis M. Aurelii immatura morte defunctis esse.

## 2969. *a. b.*

Duas vel tres ad aquaeductum *Ephesi* inscriptiones in Fadillam M. Aurelii filiam reperio, earumque plura habeo exempla. *Prima* n. 2969. *a.* a Sponio Itin. T. III. P. I. p. 139. dicitur in basi quadrata haud longe ab aquaeductu sita esse, caretque voce θεοῦ post Ἀντωνείνου; eam Sponius per tres digestam versus praebet. Aliter digestam, qualem hoc loco dedi, habet Chishull. Antt. Asiat. P. II. p. 7. n. 6. et Itin. p. 28. item Thom. Smith. VII eccl. As. notit. p. 49. (item ex basi columnae) ex quo habet Murat. T. I. p. CCXLII. 3. sed immutata dispositione versuum. Haec eadem manifesto est ac Pocockiana Inscr. ant. II, 10. p. 18. n. 8. Vidit etiam Chandlerus Syllab. p. V. ubi inde ultimam vocem afferens docet se titulum cum Pocockiano exemplo contulisse. *Secunda* prorsus similis est, sed eo differt, quod θεοῦ est additum; haec, nobis n. 2969. *b.* est ad arcum quintum in lapide inverso, edita ap. Hessel. l. c. n. XXXVII. et in Itin. Egmondi et Heymani T. I. p. 115. atque apud Murat. T. II. p. DXC. 4. ex schedis Condaminianis, assuto tamen titulo n. 2964. *c.* (qui quum in arcu III. sit, tota inscriptio huic ibi fornici tribuitur.) Eandem habeo ex schedis Horstianis et Prokeschianis. Utramque nota ita afferri, ut nulli alii coniuncta in eodem lapide esse videatur.

ΑΥΤΟΚΡΑΤ
ΛΙΑΝΟΥΠΑΡΘΙΚ
ΕΟΥ. . ΡΟΥΑ·ΥΙΩΝ
ΑΝΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥΣΕΒ
ΘΥΓΑΤΕΡΑΔΕΜΑΤΙΔΙΑΣ
. . . ΑΣΤΗΣ-ΗΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ
. . . ΕΣΙΩΝΒΟΥΛΗΚΑΙΟΝΕΩ
. ΟΡΟΣΔΙΣΔΗΜΟΣΚΑΘΙΕΡΩ
ΣΑΝΕΠΙΑΝΘΥΠΑΤΟΥ·Τ·
ΑΥΡΗΛΙΟΥΦΟΥΛΒΟΥΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
. ΗΦΙΣΑΜΕΝΟΥΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥ
ΔΙΟΥΤΟΥΕΝΔΙΑΝΟΥΜΑΓΝΟΥΧΑ
ΡΙΔΗΜΟΥΤΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣΤΟΥ
ΔΗΜΟΥ·ΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗΣΑΝ
ΤΟΣ-ΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥ
ΤΟΥΕΝΔΙΑΝΟΥΜΑΓΝΟΥΧΑΡΙΔΗ
ΜΟΥΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΥΚΑΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣΤΗΣΑΣΙΑΣ
ΝΑΟΥΤΟΥΕΝΕΦΕΣΩ

---

*υἱων[οῦ, Τραϊ]ανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβ[αστοῦ], θυγατέρα δὲ Ματιδίας [Σεβ]αστῆς, ἡ φιλοσέβαστος [Ἐφ]εσίων βουλὴ καὶ ὁ νεω[κ]όρος δὶς δῆμος καθιέρωσαν ἐπὶ ἀνθυπάτου* Τ(*ίτου*) Αὐρηλίου Φούλβου Ἀντωνείνου, *[ψ]ηφισαμένου* Τιβερίου Κλαυδίου, *τοῦ* Ἐνδιανοῦ, Μάγνου Χαριδήμου, *τοῦ γραμματέως τοῦ δήμου, ἐργεπιστατήσαντος* Τιβερίου Κλαυδίου, *τοῦ* Ἐνδιανοῦ, Μάγνου Χαριδήμου, *φιλοσεβάστου καὶ ἀρχιερέως τῆς Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ.*

T. Aurelium Fulvum (falso *Fulvium* vocatum olim) Cos. a. 120. novimus; Τίτον Corsinus l. c. ad n. 2966. iam dedit. Scriba vocatus est Tib. Claudius (Endiani f.) Magnus Charidemus, adiecto Latinis nominibus quarto Graeco, ut solet.

## 2966.

*Ephesi*, ad latus quadragesimi primi arcus aquaeductus in lapide separato a fornice; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 10. p. 19. n. 10. idemque vs. 6 sqq. usque ad finem iterum praebet ex schedis alienis ib. I, 3, 3. p. 36. n. 25. integrum vero titulum Hesselius Append. Praef. ad Inscr. Gud. n. LXII. Chishull. Antt. Asiat. P. II. p. 4. n. 3. cum Latina interpretatione et nota, Frölich Animadv. in vett. numm. urbium in Gorii Symb. litt. Vol. VII. p. 84. Murat. T. I. p. CCXXXIV. 1. cum Lat. interpr. et nota, missu Bimardi ex schedis D. De la Condamine, sed falsis coniecturis in textum immissis. Variam lectionem ad Hesselii exemplum adscripsit Chandlerus l. c. ad n. 2965. ex iisdem illis Chishulli schedis Smyrnae repertis et cum lapide collatis. Habeo etiam ex schedis Horstianis et Köhlerianis; notatque Müllerus extare titulum etiam in cod. Sherardi p. 79. in quattuor versus et dimidium digestum: ceteri conspirant in ea, quam reddo dispositione. Chandlero notante bis occurrit Ω.

\- - - - - - - -
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚΑΙΣΑ
ΡΟΣΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡ
ΘΙΚΟΥΥΙΟΥΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑ
ΥΙΩΝΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥ
∽ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ∽
ΗΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ
ΕΦΕΣΙΩΝΒΟΥΛΗΚΑΙΟΝΕΩ
ΚΟΡΟΣΔΗΜΟΣΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝ
ΕΠΙΑΝΘΠΑΤΟΥΠΕΔΟΥΚΑΙ
ΟΥΠΡΕΙΣΚΕΙΝΟΥΨΗΦΙΣΑ
ΜΕΝΟΥΤΙΒ·ΚΛ·ΙΤΑΛΙΚΟΥ
ΤΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣΤΟΥΔΗ
ΜΟΥΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗΣΑΝΤΟΣ
ΤΙΒ·ΚΛ·ΠΕΙΣΩΝΕΙΝΟΥ

Collatis exemplis omnibus, solo Muratoriano misso facto, religiose constitui lectionem; neque annoto quae in uno et altero exemplo minus perfecta habentur; tantum, ne erres, moneo Muratorium *υἱόν*, *υἱωνόν*, *Τραϊανὸν* etc. scripsisse de coniectura, quod non videret deesse initium: sed in Köhl. sched. initio diserte notatur defectus.

\- - *Σαβεῖναν Σεβαστήν, γυναῖκα]* Αὐτοκράτορος Καίσαρος, *θεοῦ* Τραϊανοῦ Παρθικοῦ *υἱοῦ, θεοῦ* Νερούα *υἱωνοῦ*, Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ, *ἡ φιλοσέβαστος* Ἐφεσίων *βουλὴ καὶ ὁ νεωκόρος δῆμος καθιέρωσαν ἐπὶ ἀνθυπάτου* Πεδουκαίου Πρεισκείνου, *ψηφισαμένου* Τιβ. Κλ. Ἰταλικοῦ, *τοῦ γραμματέως τοῦ δήμου, ἐργεπιστατήσαντος* Τιβ. Κλ. Πεισωνείνου.

Peducaeus Priscinus est Cos. a. u. c. 894. p. Chr. 141. Vs. 13. quum ap. Fröl. legeretur ΕΡ ΕΠ etc. et mire hoc in *ἐφεπ.* mutatum esset, verum *ἐργεπ.* restituit Corsinus Diss. de Minissaris regis nummo (Rom. 1757. 4.) p. 5. idque habent omnia praeter Fröl. exemplaria.

*Quod evidenti in[signique sua pru-*
*dentia Domini n[ostri Severus et*
*Antoninus Pii Au[gusti et Iulia Augu-*
*sta] cum [illis sustulerunt omnes*
*parricidiales insid[iatores,*
*Helico libertus eorum*
*donum.*

[Ὅτι διὰ τῆς] ἰδ[ίας ἑαυτῶν προνοίας τῆς]
ἐναργεστάτης ἐπιφ[ανεστάτης τε οἱ κύριοι
ἡμῶν Σεουῆρος καὶ Ἀν[τωνεῖνος οἱ εὐσεβέσ-
τατοι τῶν Αὐτοκρατόρων [καὶ μετ' αὐτῶν
Ἰουλία Σεβαστὴ πάντα[ς ἠφάνισαν τοὺς
παῖ]δας τῶν ἀνοσίων [ἐπιβουλευτῶν, Ἑλί-
κ]ων ἀπελεύθερος αὐ[τῶν ἀνέθηκεν.

Alterum ex altero, probabiliter ut videtur, explevi hinc inde discedens a Chishullo. In Graeco vs. 7. ΠΩΝ mutavi in ΚΩΝ: Chish. ἀνθρώ]πων dederat. Παῖδες τῶν ἀνοσίων videtur dictum esse ut ἰατρῶν παῖδες, de *universo genere et secta*. Isidi et Serapidi hoc donarium dicatum esse iudicat Chish. comparato n. 2955. sine causa. Ceterum bene refert ad crudelitatem Sept. Severi, qui bellum tractans Parthicum ,,Pescennianas reliquias Plautiano auctore persequebatur, ita ut nonnullos etiam ex amicis suis quasi vitae suae insidiatores appeteret", et ,,multos etiam, quasi Chaldaeos aut vates de sua salute consuluissent, interemit" (Spartian. Sev. c. 15.). Christianos autem simul intelligi putat Chish. nullo idoneo hoc argumento confirmans. Titulus videtur ad a. p. Chr. 198. referendus; certe antiquior esse nequit, quod Caracalla iam Augustus et Imperator vocatur.

## 2972.

*Ephesi* in marmore; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 10. p. 19. n. 13. Habeo etiam ex schedis Prokeschii a Zellio missis, quod exemplum tamen multo imperfectius est.

ΙΟΝ \ ΙΟΥΛΙΑ
ΒΗ ΣΕΒΑΣΤΗ
Τ ΜΗΤΕΡΝ
ΣΙΟΝ ΚΑΣΤΡΩΝ
ΟΛΕΩΣΤΗΣΑΣΙΑΣΚΑΙΤ
ϽΝΑΠΑ.ΔΕΤΗΣΑΡΤΕΜΙΑΣ
.ΡΟΣΔΗΜΟΣΚΑΘΙΕΡΩΣ
ΑΥΡΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝΚΑΙ
ΡΑΣΩΝΟΣΚΑΙΑΥΡΑΡΙ
ΙΕΡΜΙΠΠΟΝΦΙΛΟΥΡ
ΕΛΗΘΕΝΤΟΝ

Vs. 1. Prok. ΤΟΝ; ex eodem Iota maius dedi, quum ap. Poc. sit aequale ceteris ductibus. Vs. 4. Ω ex Prok. (Poc. Ο). Vs. 6. Poc. ϽΝΑΠΑ.ΔΕΙΗΣ ΑΡΤΙΜΙΑΣ, Prok. ΑΙΝΤΗΣΑΡΓΕΛ, unde Τ et Ε assumpsi. Vs. 9. Poc. duplicat Ν, Prok. unum habet. Vs. 10. ultima ΥΡ Prok. ut alia plura non habet. Haec fere ita restituenda sunt:

[Σεπτίμ]ιον [κ]α[ὶ] Ἰουλία[ν]
[Σε]βῆ[ρον], Σεβαστή[ν],
[Αὐτοκρά]τ[ορα] μητέρ[α]
[Σεβα]σ[τ]όν, κάστρων,
[τῆς πρώτης καὶ μεγίστης, μητροπ]όλεως τῆς Ἀσίας, καὶ
τ[ρὶς νεωκόρων τῶν Σεβαστῶν, μόνω]ν ἁπα[σῶν] δὲ τῆς
Ἀρτέμι[δο]ς, [Ἐφεσίων πόλεως ἡ βουλὴ καὶ ὁ νεωκό]-
ρος δῆμος καθιέρωσ[αν, ψηφισαμένων τῶν περὶ? - - -]
Αὐρ. Μητρόδωρον καὶ - - - - - - [Θ]ράσωνος
καὶ Αὐρ. Ἀρι[στ - - - - - - κα]ὶ Ἕρμιππον Φι-
λο - - - - [τῆς δὲ ἀναστάσεως ἐπιμ]εληθέντ[ω]ν
[τῶνδε καὶ τῶνδε].

Pertinet ad Sept. Severum et uxorem Iuliam Domnam. Inde a vs. 5. titulus excurrebat latius; cf. ad n. 2968. Elogia urbis maxime ex n. 2990. petivi; vs. 5. extr. tertii neocoratus mentionem latere puto, etsi hic cum ipso secundo in Caracallae demum nummis commemoratur (Eckhel. D. N. T. II. p. 520.); sed similis inconstantia etiam posthac observatur, quum post quartum neocoratum redeat tertius (vide Eckhel. ibid.). Neque opinor obest nobis recurrens vs. 7. epitheton νεωκόρος. Μόνων ἁπασῶν (sc. πόλεων) est formula nummorum Ephesinorum, neocoratui et primatui accommodata (vide Eckhel. l. c. p. 520. et 521.). Ob μόνω]ν dedi etiam νεωκόρων pluralem licet insolentiorem; sed conf. n. 2990. Dianae neocoratum Ephesinum memorant iam Acta Apostolorum; de eodem cf. praeterea Eckhel. l. c. p. 520. Mox ubi ἡ βουλὴ dedi, exspectes ἡ φιλοσέβαστος βουλή: sed spatium excludere hoc epitheton videtur. Tum ψηφισαμένων ad aliorum Ephesiorum titulorum exemplum dedi, et τῶν περὶ ex n. 2981.

## 2973.

*Ephesi* ad aquaeductus fornicem VII. in sinistram a titulo n. 2970. *a. in eodem lapide* secundum Pocock. Inscr. ant. II, 10. p. 18. n. 6. Hessel. n. XXXVIII. schedasque Horstianas et Prokeschii ac Forchhammeri. Habet etiam Murat. T. II. p. DXCI. 1. ex schedis Condaminianis, in sinistram a titulo n. 2970. *b.* (omisso *a*). Formam tituli dedi ex Forchh.

Μ.ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΟΝΣΕΒΑΣ
ΝΙΚΟΝ
ΣΕΟΥΗΡΟΥ

Vs. 4. Hess. Horst. Mur. ΣΕΟΥΗΡΟΝ, Poc. ΣΕΟΥΕΡΟΥ, Prok. Forchh. ΣΕΟΥΗΡΟΥ.

Μ. Αὐρήλιον [Ἀντωνεῖν]ον Σεβασ[τὸν Βρεταν]νικὸν vel [Γερμα]νικὸν [Αὐτοκράτορος] Σεουήρου [υἱόν?

Ferri poterat etiam Σεουῆρον: nam Caracalla et ipse *Severus* aliquando dicitur (Eckhel. D. N. T. VII. p. 221.).

*a.*

ΦΑΔΙΛΛΑΝ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ
Μ·ΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ

*b.*

ΦΑΔΙΛΛΑΝ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΜΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥΘΕΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ

Tit. *a.* Poc. ΦΑΙΔΙΛΛΑΝ et ΑΥΡΕΛΙΟΥ.

*a.* Φαδίλλαν θυγατέρα. Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Καίσαρος Σεβαστοῦ.

*b.* Φαδίλλαν θυγατέρα Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ.

## 2970. *a. b.*

Una cum aliis refertur Fadillae titulus, qui possit idem esse ac n. 2969. *a.* quum praesertim apud Muratorium non extet separatim: sed in re dubia illum cum altero eorum, qui ei coniuncti sunt, hic reddo. Nempe ad septimum arcum *in eodem lapide* plures sunt tituli: primus in sinistra est titulus n. 2973. in Caracallam, quem separavi; huic ad dextram proximus est n. 2970. *a.* hoc ordine relatus et apud Hessel. l. c. n. XXXVIII. et a Pocockio l. c. p. 18. n. 6. et in schedis Horstianis ac Forchhammeri. Eodem loco, quippe iuxta n. 2973. in dextram, habetur in schedis Prokeschii, sed addita vs. 4. voce θεοῦ, quae male illata ex n. 2969. *b.* videtur. Sequitur ad dextram tituli *a* titulus *b* ap. Hessel. Horst. Pocock. Forchh. quem habet etiam Murat. T. II. p. DXCI. 1. in dextram a n. 2973. omisso titulo de Fadilla n. 2970. *a.* Schedae Prokeschii huius loco in dextra iuxta Fadillae titulum inscriptionem oblitteratam signant, una voce superstite.

*a.*

ΦΑΔΙΛΛΑΝ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ
Μ.ΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ

*b.*

- - - - -
ΘΥΓΑΤ||ΕΡΑ
Μ.ΑΥΡΗΛ||ΙΟΥ
ΑΝΤΩ|ΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ|ΣΕΒΑΣΤΟΥ

*a.* vs. 1. Poc. ΦΑΙΔΙΛΛΑΝ; vs. 5. idem omittit ΣΕΒΑΣΤΟΥ, quod agnoscit Prok. *b* ex Forchh. a me editur plenior, separatis per duplicem lineolam iis, quae ex Forchh. addidi. Vulgo habetur vs. 2. tantum ΘΥΓΑΤ. Vs. 3. ap. Murat. Μ.ΑΥΡΗΛ, ap. Poc. Μ·ΑΥΡ, Hess. Horst. ΜΑΥΡ. Vs. 4. vulgo tantum ΑΝΤΩ, Poc. ΑΝΤΟ; vs. 5. Mur. Forchh. ΚΑΙΣΑΡΟΣ, Hess. Horst. ΚΑΙΣΑΡΟ: Poc. haec suo loco omittit, sed in dextra separatim scriptum in eadem altitudine habet ΚΑΙΣΑΡΟ. Prok. ut dixi oblitteratum in loco *b* titulum signat, sed ex hoc versu servat litteras ΚΑΙΣΑΡ. Vocem ΣΕΒΑΣΤΟΥ soli habent Poc. et Forchh. sed ille statim sub ΑΝΤΟ. Ceterum annoto titulum *b* sine interpositis lineolis, neque ut compositum ex fragmentis scriptum esse in schedis Forchhammeri, eumque una cum n. 2970. *a.* et n. 2973. eodemque observato ordine; sed is praeterea in diario suo mutilum habet titulum hunc tanquam alium:

ΛΙΑ
\ΙΟΥ
ΕΙΝΟΥ
ΕΒΑΣΤΟΥ

Quodsi reliquorum variam lectionem modo allatam contuleris, facile intelligas, hoc esse dextrum fragmen eius inscriptionis, cuius sinistrum ex Hesselio et reliquis rettuli.

*a.* Φαδίλλαν θυγατέρα Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Καίσαρος Σεβαστοῦ.

*b.* [Λουκίλλαν?] θυγατέρα Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Καίσαρος Σεβαστοῦ.

## 2971.

*Ephesi* effossum fragmentum, a Car. Burdetto transcriptum et a. 1727. Chishullo missum, qui dedit Antt. Asiat. P. II. p. 7. n. 8. cum supplementis et nota.

QVOD.EVIDENTI.IN - -
DENTIA.DOMINI.N - - - -
ANTONINVS.PII.AV - - - -
- - - CVM - - - - - - - -
PARRICIDIALES.INSID - -
HELICO.LIBERTVS.EORVM
DONVM.

- - - - - ΙΔ - - - - - - -
ΕΝΑΡΓΕΣΤΑΤΗΣΕΠΙΦ - - - -
ΗΜΩΝΣΕΟΥΗΡΟΣΚΑΙΑΝ - - - -
ΤΑΤΟΙΤΩΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ - -
ΙΟΥΛΙΑΣΕΒΑΣΤΗΠΑΝΤΑ - - -
ΔΑΣΤΩΝΑΝΟΣΙΩΝ - - -
ΠΩΝΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣΑΥ - - -

De ultimis dubito. Vs. 6. 7. diu dubitavi, quid supplendum esset: sed probabile tandem id quod dedi visum est. Pro Quaestore siquis in Asia proconsulari fuit, haud dubie simul potuit Procurator esse; Procuratorem Asiae autem habes ap. Tac. Ann. IV, 15. et eodem pertinet n. 2981. aliusque Asiae Procurator habetur in Latino titulo ap. Chish. Antt. As. P. II. p. 6. n. 4. Hessel. n. 64. Pocock. p. 19. Murat. T. I. p. CDLIII. 3. etc. Atqui Procuratorem fuisse aliquando λογιστὴν urbis vel synodi docent alia exempla, ut n. 2790. 2933. Proquaestoris mentio etsi sub Augustis rara est, tamen non est sine exemplo; vide Eckhel. D. N. T. IV. p. 246. Vs. 5. pro Lucceio Torquato Bimardus volebat Bellicium Torquatum ex Fastis consularibus notum; sed Λουκκηΐου certum est, et constat Torquatos fuisse etiam in Lucceiis.

## 2978.

In fragmento basis statuae inter lapides aquaeductus *Ephesi*; ex Chishulli Itin. p. 28. et schedis Forchhammeri.

- - ΜΑΤΤΙΚΟΝΗΡΩΔΗΝ

Primus ductus ex solo est Forchh.

- - Κλ.] Ἀττικὸν Ἡρώδην.

Est clarissimus ille Atheniensis.

## 2979.

*Ephesi* ad fornicem XXXVI. aquaeductus; ed. Hessel. Append. Praef. ad Inscr. Gud. n. LIV. Pocock. Inscr. ant. I, 3. 3. p. 36. n. 28. ex schedis alienis, Murat. T. I. p. CCCXXXI. 4. cum nota, ex schedis Condaminianis missu Bimardi. Habeo etiam ex schedis Horstianis.

ΑΚΕΛΙΟΝΓΛΑΒΙΩΝΑ
ΤΟΝΥΠΑΤΙΚΟΝ
ΚΑΙΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΑΦΡΙΚΟΣ
ΑΙΜΙΛΙΟΣΛΑΤΕΝΙΑ
ΝΟΣΣΥΝΚΛΗΤΙΚΟΣ
ΤΟΝΕΑΥΤΟΥΦΙΛΟΝ

Sic Hess. Horst. et Poc. nisi quod forma tituli apud hunc paulo alia est. Muratorius, ut solet in Bimardianis, de coniectura intulit quae corrigimus. Vs. 1. fuit haud dubie Β̊.

*Ἀκέλιον (Ἀκίλιον) Γλαβ[ρ]ίωνα, τὸν ὑπατικὸν καὶ ἀνθύπατον Ἀφρίκ[η]ς, Αἰμίλιος Λατε[ι]νιανὸς συνκλητικὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον.*

Titulum probabile est in Imperatorum aetatem pertinere, et ad Consulem a. p. Chr. 152. vel 186.

---

## 2980.

*Ephesi* in castello ad murum occidentalem sub capite marmoreo (non mulieris, ut visum, sed viri) est inscriptio, ex qua haec, quae sola legi potuerunt, edita sunt ap. Egmond. et Heyman. Itin. T. I. p. 113.

ΟΝΕΠΙΤΡΟΠΟΛΙΕΙΚΣΤ
ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΩΝ
ΡΩΜΗΣΙΤΑΛΙΑΣ

- - - - *τὸν κράτιστ]ον ἐπίτροπο[ν] εἰκ[ο]στ[ῆς] κληρονομιῶν Ῥώμης, Ἰταλίας.* In *Procuratorem vigesimae hereditatum Romae et Italiae.*

## 2981.

*Ephesi* ad aquaeductus fornicem XL. in basi columnae inversa; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 10. p. 18. n. 1. Hessel. Append. Praefat. ad Inscr. Gud. n. 58. Chishull. Antt. As. P. II. p. 6. n. 5. Murat. T. II. p. MXXXVII. 7. ex schedis Condaminianis missu Bimardi. Variam lectionem ad Hesselii exemplum annotavit Chandlerus Inscr. ant. Syllab. p. V. Habeo ex schedis Horstianis, Köhlerianis, Forchhammerianis. Usque ad vocem *τῶν* vs. 7. est in cod. Sherard. p. 79.

\- - - - - - -
ΤΟΝΚΡΑΤΙΣΤΟΝΕΠΙΤΡΟΠΝ
ΤΟΥΣΕΒΑΗΑΠΟΛΛΩΝΙΑ
ΤΩΝΠΡΟΣΤΩΡΥΝΔΑΚΩ
ΠΟΛΙΣΤΟΝΙΔΙΟΝΕΥΕΡΤΕΤΗΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝΤΗΣ
ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣΚΑΤΑΤΟΨΗΦΙΣ
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΤΩΝΠΕΡΙ
ΚΟΡΝΗΛ·ΑΠΟΛΛΙΝΑ
ΡΙΟΝ
ΚΑΙΑΥΡ·ΡΟΥΦΟΝ

Haec est vera et lectio et forma ex optimis exemplis petita, neque annoto menda apographorum, nisi haec. Vs. 3. plures habent ΤΟΝΡΥΝΔΑΚΟΝ: quod dedi praestant Poc. Chandl. Köhl. Forchh. Chishullus praeter omnium fidem praebet vs. 8. ΤΟΝΚΟΡΝΗΛΙΟΝΑΠΟΛΛΙΝΑ, vs. 9. ΡΕΙΟΝ.... ΑΠΟΛΛ: quae flocci non facio. Initio versum deesse notat Forchh.

- - - - - *τὸν κράτιστον ἐπίτροπον τοῦ Σεβ(αστοῦ), ἡ Ἀπολλωνιατῶν πρὸς τῷ Ῥυνδάκῳ πόλις τὸν ἴδιον εὐερ[γ]έτην· ἐπιμεληθέντων τῆς ἀναστάσεως κατὰ τὸ ψήφισ[μα] τῆς πόλεως τῶν περὶ Κορνήλ(ιον) Ἀπολλινάριον καὶ Αὐρ. Ῥοῦφον* - -

---

## 2974.

Prope *Ephesum* ad exiguum fanum in lapide fracto reponunt schedae Horstianae fragmen *b*, et iuxta hoc repertum docent fragmen *a*; utrumque in balneo Ephesino vidit Prokeschius. Ne perirent, addidi duo alia fragmenta huc non pertinentia, *c* in arce Ephesi, *d* in templo ibidem Turcico a Prok. transcripta.

*a.* ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ
*b.* Ω Γ Ε Π Υ Α Ν Ι Ε . . . . . ✿ Α
ΥΑΣΑΣΑΝΕΘΗΚΕΝ ✿
*c.* ΩΝΙ - - - ΑΝΟΝ
*d.* ΟΝΗΝ
ΟΝΓΕΙΝΑ

Fragm. *b.* quae ductibus interruptis dedi, erasa de industria dicuntur ap. Prok. Schedae Horstianae vs. 1. tantum Ω et A prius habent, et vs. 2. omittunt foliolum.

*a* fortasse ad Caracallam pertinet; *b.* vide ne Getae nomen continuerit, quod erasum iussu Caracallae esse notum est; ib. vs. 2. est *κατασκε]υάσας ἀνέθηκεν.*

---

## 2975.

*Ephesi* in D. Ioannis, in fragmine lapidis; ed. Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 111.

ΓΕΛΛΙΟΣ
ΓΟΣ.ΦΙΛΟΚΑ
ΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥ
ΔΗΜΟΥ.ΤΟ.Β
ΙΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕ

- - - - - - - - - -
*Γέλλιος - - - γος, φιλόκα[ισαρ], ὁ γραμματεύ[ς τοῦ] δήμου τὸ Β, [ἀπ]οκατέστησε.*

## 2976.

*Ephesi*, super fornice theatri stadium versus, qui fornix muro clausus fuit; ed. Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 11. n. 33. hinc Brunck. Lectt. p. 288. (ed. Lips. Anal. T. IV. p. 197. n. 375. cf. Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 86.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 333.

ΤΕΡΠΕΟΚΑΙCΚΗΝΗCΓΟΛΥ
ΓΗΘΕΟCΕΚΤΟΘΙΜΙΜΝWΝ
ΜΕCCΑΛΙΝΟΥΚΛΕΙΝΟΙCΕΡ
ΓΜΑCΙΝΗΔΟΜΕΝΟC
ΟΙCΘΕΑΤRΟΥΚΥΚΛΟΝΤΕΡWCΙΟΝ
ΕΞΕCΑWCΕΝ
ΠΑΝΔΑΜΑΤWΡΔΕΧΡΟΝΟC
ΕΙΞΕΝΑΡΗΓΟCΥΝΗΙ
ΕΥΤΥΧWC

*Τέρπεο καὶ σκην[ῆ]ς [π]ολυγηθέος ἔκτοθι μίμνων,*
*Μεσσαλίνου κλειναῖς ἔργμασιν ἡδόμενος,*
*οἷς θεάτρου κύκλον [π]ερ[ι]ώσιον ἐξεσάωσεν·*
*πανδαμάτωρ δὲ χρόνος εἶξεν ἀρηγοσύνῃ.*
*Εὐτυχῶς.*

---

## 2977.

*Ephesi* ad aquaeductus fornicem primum; ed. Hessel. Append. Praef. ad Inscr. Gud. n. XXXIV. Pocock. Inscr. ant. I, 3, 3. p. 35. n. 6. ex schedis alienis, Egmond et Heyman Itin. T. I. p. 114. Murat. T. II. p. DXC. 2. ex schedis Condaminianis missu Bimardi, cum nota. Muratorii exemplum hic non ut alibi coniecturis temeratum videtur excepto initio. Habeo ex schedis Horstianis. In fine Poc. solus assuit vocem ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ, sed linea interiecta separatam; quam praecepi n. 2964.

ΟΥΛΗ - - - - - - - - - -
ΗΣΠΡΩΤΗΣ - - - ΗΣ - - -
ΚΑΙΔΙ - - - ΩΚΟΡ - - - - - ΦΙΛΟ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΕΦΕΣΙΩΝΠΛΕ -
- - - ΛΟΥΚΚΗΤΟΥΤΟΡΚΟΥΑΤ -
- - - ΕΖΒΕΒΥΛΑΝΚΑΙΑΝΤΙ
- - - ΤΟΝΑΣΙΑΣΚΑΙΛΟΓΙΣΤΗ
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣ ✿
ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΩΝΤΗΝΑΝΑ
ΣΤΑΣΙΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΑ
Τ.Ν - - - - - - - - ΜΑΡ
ΚΕΛΛΙΝΟΥΚΑΙΠΟΜΠΗΙ
ΜΗΤΡΟ - - - ΙΟΣΑΙΔΙΟΝΟΤΟΥΕΙΣ
ΑΡΧΟΥ

Vs. 1. solus Mur. ΗΒΟΥΛΗ. Vs. 2. Mur. init. ΤΗΣ; tum Hess. ΠΡΩΤΗΣ: mox ΗΣ ex solo Mur. Vs. 3. ΔΙ omittit Poc. Tum ΩΚΟΡ diserte Mur. pro quo reliqui ΩΝΑ. In fine pro E est I apud omnes praeter Mur. (Π dedi ex Hess. Horst.). Vs. 5. Poc. ΛΟΥΚΛΗΤΟΥ. Vs. 6. Poc. ΕΒΕ etc. Egm. Ε / ΒΕ etc. Vs. 8. foliolum ex Horst. Poc. Mur. Vs. 9. Ω ex Mur. (reliqui O). Pro ΤΗΝ Hess. ΤΗ. Vs. 10. deest ap. Poc. Ultimum A omittit Mur. Vs. 11. extr. P ex solo est Mur. Vs. 13. Poc. ΜΕΤΡΟ et in fine ΤΟΕΥΕΙΣ.

*Ἡ β]ουλὴ [καὶ ὁ δῆμος* et fortasse aliquid praeterea, *τ]ῆς πρώτης [καὶ μεγίστ]ης, [μητροπόλεως τῆς Ἀσίας] καὶ δὶ[ς νε]ωκόρ[ου τῶν ΣεβΒ.] φιλοσεβάστου Ἐφεσίων πόλε[ως ἐπὶ ἀνθυπάτου?] Λουκκη[ί]ου Τορκουάτ[ου ἐτίμησεν?] - - - Βεβύλαν, καὶ ἀντι[ταμίαν καὶ ἐπίτροπ]ον Ἀσίας καὶ λογιστὴ[ν] τῆς πόλεως, ποιησαμένων τὴν ἀνάστασιν ἐκ τῶν ἰδίων. - - - - - - - - - Μαρκελλίνου καὶ Πομπηΐ[ου - - ἐποίησαν? Μητρό[δωρ]ος [κ]αὶ Δί[ω]ν ο[ἱ] τοῦ Εἰσάρχου?*

Prima turbata sunt: putes initio latere ᾿Αρτ]έμι[δος] ᾿Εφεσίας. Honorari deinceps patet Πλούταρχον τὸν πρύτανιν καὶ γυμνασίαρχον, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ τὰς ἱερείας τῆς ᾿Αρτέμιδος, καὶ τὴ[ν μ]η[τ]έ[ρα]? αὐτ[ῶ]ν τὴ[ν] μόνανδρο[ν] Νυμφιδίαν, καὶ Νει[κ]όπολιν τὴν ἀδελφήν, αὐτὴν (nisi malis ἀδελφὴν αὐτῆς) γυναῖ[κα] Νυμφίου ἀδελφοῦ τοῦ [Πλ]ου[τάρχου?

Νεικόπολιν Ephesi habes n. 3006. et inter Smyrnaea n. 3352.

## 2987.

*Ephesi* in summitate aquaeductus; ed. Pocock. Inscr. ant. I, 3, 3. p. 36. n. 26. et iterum p. 37. n. 33. Hessel. n. 67. Chishull. Antt. As. P. II. p. 2. n. 1. cum nota, Murat. T. I. p. CXVIII. 2. ex schedis Condaminianis missu Bimardi. Variam lectionem ad Hesselii exemplum annotavit Chandl. Inscr. ant. Syllab. p. V. In Sherardianis p. 79. vidit Müllerus; habeo etiam ex schedis Horstianis. Sero accepi collationem Forchhammeri, cuius exemplum praeter marginem dextrum cum nostro *prorsus* consentit: quare non opus fuit in varia lectione illius mentionem facere: annoto tantum ex Forchhammeri exemplo vs. 4. ligaturam receptam esse, et in fine additos esse mutilos istos ductus, quos reliqui auctores omittunt, neque illum dextri marginis scripturam legere potuisse.




Chish. excepto primo vs. 1. Σ habet C, Є, ω, et harum litterarum antiquitatem ex nummo adstruit; sed undeunde illas formas intulit, non habenda illi fides est, quum ceteri habeant Σ, Ε, Ω, etiam Chandl. qui in his rebus diligentissimus est, et Horst. Male fidum esse Chish. exemplum, patet etiam ex falsa versuum divisione. Etiam Pocockii alterum exemplum, idque deterius, male distribuit versus; et Chandl. unam et alteram litteram in alium traiicit versum, sui apographi errore ut videtur; nam in vulgata forma consentiunt Mur. Poc. Hess. Horst. Fundus lectionis nostrae est Horst. Vs. 1. Mur. ΑΥ ΛΟΝ, Chish. ΑΣΚΛΗΠΕΙ etc. Tum vulgo ΠΡΙΣΚΟΝ; Chish. recte quod dedi; Poc. semel et Chandl. ΠΙ ΣΙΣΚΟΝ. Vs. 4. vulgo ΝΕΟΠ etc. Mur. ΝΕΩΠ. Vs. 5. vulgo ΠΡΟΣΤΟΝ, Mur. ΠΡΟΣΤΟ, Chandl. quod dedi. Vs. 6. init. Horst. Δ pro Λ, quod reliqui praebent. Vs. 8. ΕΤΕΙ omittit Mur. Vs. 11. 12. Mur. ΑΝΤΩΝΙ|ΝΙΑΝΗΣ, quod agnoscere Chandl. videtur ex vs. 12. afferens ΝΙΑΝΗΣ: sed falsum est. Vs. 13. Chish. ΑΣΚΛΗΠΕΙ etc. Vs. 15. ΥΠΕΣΧΟΝΤΟ Mur. Chish. Chandl.: reliqui, etiam Horst. addunt Ι. Vs. 20. Chish. ΠΕΙΑΔΟΥ. Vs. 21. Hess. Poc. altero loco et Mur. ΑΡΧΗ, Poc. alt. ΑΡΧΕΙ: ΑΡΧΙ Chish. Horst. Chandl. Lateris dextri verba non habet Chish. nec Poc. alt. Ex iis, qui habent, ΠΥΡΡΩΝ est ap. Mur. ΠΥΡΩΝ ap. Horst. Hess. Sed Poc. ΠΡΩΝ; Hess. omittit Ε prius; dein Poc. Χ pro Κ: in fine Horst. Ι, sed reliqui Υ. Pauculas varietates, quae nulli usui sunt, omisi.

῎Αττ]αλον ᾿Ασκληπιάδου Πρεῖσκον, φιλοσέβαστον, ἀρχίατρον διὰ γένους, νεωποιόν, μόνον καὶ πρῶτον τρίτον (hoc est τὸ τρίτον) βουλευτὴν σὺν πατρὶ καὶ ἀδελφῷ, νε[ω]ποιὸν τῷ αὐτῷ ἔτει νε[ω]ποιήσαντα σὺν τῷ ἀδελφῷ, δόντα σὺν τῷ ἀδελφῷ ὑπὲρ ἐπιμελείας τῆς ᾿Αντωνιανῆς οὐσίας ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ᾿Ασκληπιάδου μυριάδας δύο ἥμισυ, καθὰ ὑπέσχοντο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπέρ τε τοῦ πατρὸς καὶ αὐτῶν οἰκοδεσποσύνης· τὴν τειμὴν ἀναστήσαντος τοῦ πατρὸς ᾿Ασκληπιάδου· ἐπὶ ἀρχισκηπτούχου ῾Ερμίππου.

Πύῤῥων ῾Εκατοκαλέου?

## 2982.

*Ephesi* ad arcum XXXII. aquaeductus in lapide inverso; ed. Pocock. Inscr. ant. I, 3, 3. p. 36. n. 23. ex schedis alienis, Hessel. l. c. n. 49. Murat. T. II. p. DCCLXX. 4. ex schedis Condaminianis missu Bimardi. Habeo etiam ex schedis Horstianis.

ΔΕΕΝΕΟΠΟΙΗΣΑΝ - - ΑΣΘΑ - - -
·ΙΠΡΥΤΑΝΕΩΣΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΑΥΔΙΟΥΔΙΟΔΩΡΟΥΡΩΜΥ
-Υ ΙΕΡΑΤΕΥΟΥΣΗΣ
ΑΥΔΙΑΣΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΥ
-ΓΡΟΣΒΑΛΕΡΙΑΝΗ
ΙΕΡΟΚΗΡΥΚΙ

Vs. 6. Λ ex solo Mur. (reliqui Δ): ceteras Mur. lectiones non annoto, quippe ex sola coniectura profectas. Vs. 7. extr. Ι ex Horst. (reliqui Ι.)

*Οἵ]δε ἐνε[ω]ποίησαν [Θε]ᾶς? Θα - - - [ἐπ]ὶ πρυτάνεως Τιβερίου [Κλ]αυδίου Διοδώρου Ῥωμύ[λο]υ, ἱερατευούσης [Κλ]αυδίας Οὐλεριανοῦ [θυγατ]ρὸς Βαλεριανῆ[ς], ἱεροκηρυκ[εύοντος* etc.

Videtur index catalogi *νεωποιῶν* esse.

## 2983.

Ad *Ephesum* in alveo sicco torrentis ad introitum convallis, in qua extant odei vestigia; ed. Chandl. Inscr. ant. I, 34. p. 11. Vs. 4. extr. ubi Chandl. aliquid suppleri vult, sponte patet nihil deesse.

ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ·ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ
ΟΝΗΣΙΜΟΣ·ΕΠΙΘΥΜΙΑΤΡΟΣ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ·ΣΠΟΝΔΑΥΛΗΣ
Λ·ΚΟΣΙΝΝΙΟΣ·ΓΑΙΑΝΟΣ·ΙΕΡΟΣΑΛΠΙ.
. . . . Κ ΤΗΣ·ΟΛΥΜΠΙΟΝΕΙΚΗΣ

*Ἐπικράτης Ἱεροκήρυξ,*
*Ὀνήσιμος ἐπιθυμίατρος,*
*Μητρόδωρος σπονδαύλης,*
*Λ. Κοσίννιος Γαϊανὸς ἱεροσαλπίκτης, Ὀλυμπιονείκης.*

Catalogus ministrorum sacris operantium. *Κουσίνιος* reperitur in nummis Ephesi.

---

## 2984.

*Ephesi* ad aquaeductus fornicem XXXIII. (Mur. XXXVI.); ed. Pocock. Inscr. ant. I, 3, 5. p. 37. n. 31. ex schedis alienis, Hessel. l. c. n. 50. Murat. T. II. p. DCCLXX. 7. ex schedis Condaminianis missu Bimardi. Habeo etiam ex schedis Horstianis.

ΕΥΘΗΝΟΣΕΥΠΕΙΘΕΟΣ
ΥΙΟΣΠΑΤΡΟΚΛΕΟΣΔΑΙΔΑΛΟΣΕΡΓΑΣΑΤΟ

Vs. 1. Poc. ΕΘΗΝΟΣΥΠ etc. Vs. 2. Υ omittunt Poc. Mur. Male Poc. ΔΑΙΔΛΟΣ.

*Εὔθηνος Εὐπείθεος.*
*Υἱὸς Πατροκλέος Δαίδαλος ἐργάσατο.*

Litterarum formae haud dubie vetustiores fuerunt. Euthenus videtur ludorum esse victor, cuius statuam fecerit Daedalus Sicyonius, qui floruit circa Olymp. 95. Cf. Sillig. catal. artif. p. 175. Vs. 2. est pentameter elegiacus. *Ἐργάσατο* retinui ut Ionicum: possis et *εἰργάσατο* legere, Ε p. ΕΙ sumpto.

## 2985.

*Ibidem* ad fornicem X. fragmentum in lapide inverso; ed. Pocock. l. c. p. 35. n. 8. ex schedis alienis, Hessel. l. c. n. 39. Murat. T. II. p. DCCLXIX. 8. Habeo etiam ex schedis Horstianis et a Forchhammero, qui docet litterae *ω* eam constanter esse formam, quam dedi vs. 3.

. . . . . . . ΑΟΣ
. . . . . . . . ΕΡΜΙΟΥ
. . . . . ΝΕΩΠΟΗΣ
. . . ΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣ
ΥΠΟΤΗΣΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥ
ΧΡΥΣΕΩΣΤΕΦΑΝΩ

Vs. 1. Mur. Forchh. ΑΟΣ, reliqui ΛΟΣ.

*- - - [λ]αος - - - Ἑρμίου - - νεώποήσ[ας], στεφανωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου χρυσέῳ στεφάνῳ.*

---

## 2986.

*Ephesi* in muro moscheae; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 10. p. 19. n. 15.

ΕΜΙΕΦΕΣΙΑΣΩΣΕΝ
ΤΕΠΛΟΥΤΑΡΧΟΝΤΟΝΠΡΥΤΑΝΙΝΚΑΙΓΥΜΝΑ
ΣΙΑΡΧΟΝΚΑΙΤΑΤΕΚΝΑΑΥΤΟΥΤΑΣΙΕΡΕΙΑΣΤΗΣ
ΑΡΤΕΜΙΔΟΣΚΑΙΤΗΜΝΗΜΕΙΟΝΑΥΤΟΝΤΗΜΟΝΑΝΔΡΟ
ΝΥΜΦΙΔΙΑΝΚΑΙΝΕΙΝΟΠΟΛΙΝΤΗΝΑΔΕΛΦΗΝΑΥΤΗΝ
ΓΥΝΑΙ . . ΝΥΜΦΙΟΥΑΔΕΛΦΟΥΤΟΥΓΟΥΓ . . . .

## 2990.

In lapide inverso *Ephesi* ad fornicem aquaeductus XXXVI. *a* et *b* modico intervallo separata praebent Hessel. n. 55. et Horstii schedae, tituli *b* bini versus rursum separati sunt fascia tenui, sed coniungendos esse per se patet. Pocockius Inscr. ant. I, 3, 3. p. 37. n. 32. (ex schedis alienis) eodem prope modo singulas separat partes; sine intervallis omnia praebet Murat. T. I. p. CLXXXIV. 1. missu Bimardi ex schedis Condaminianis. Et hi quidem omnes hac forma et successione praebent hos versus. Sed Peyssonelius, cuius schedas transcripsit Zieglerus, summo loco ponit *b*, dein habet *a.* vs. 2. postremo *a.* vs. 1. et singulos versus in plures dirimit, omniaque „prope quartam aquaeductus *columnam*" ponit, eadem qua Forchhammerus numerandi ratione usus (vide ad n. 2989.). Peyssonelio quidem in ordine versuum fidem habere non audeo, quod ap. Hess. et Horst. etiam forma lapidis et singulae, ubi versus positi, partes eius delineatae sunt, eundemque ordinem etiam Forchhammeri collatio ad nostrum exemplum facta tenet. Ceterum prior pars vs. 1. *a.* usque ad ΔΙΟΝΥΣΙΟΝ a Poc. ex schedis alienis etiam titulo n. 2993. in fine assuitur, lineolâ tamen separata; ac sane ille titulus est in eodem fornice: Hesselius vero n. 53. eadem verba ut in *basi* inversa scripta ad fornicem eundem separatim habet, sed statim post n. 2993. (ipsi n. 52.): atque ita etiam sched. Horst. et Murat. T. II. p. DCCLXX. 8. ex Condaminianis. Postremo *b* habetur in schedis Köhlerianis „in columna ad aquaeductum", sed in quattuor divisum versus.

*a.* ΜΙΥΛΑΥΡΔΙΟΝΥΣΙΟΝΤΟΝΙΕΡΟΚΗΡΥΚΑΚΑΙ·Β·ΑΣΙΑΡΧΟΝΕΚΤΩΝ. . . . .
Τ·ΦΛΜΟΥΝΑΤΙΟΣΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΚΑΙΑΣΙΑΡΧΗ. .

*b.* ΤΗΣΠΡΩΤΗΣΚΑΙΜΕΓΙΣΤΗΣΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣΤΗΣΑΣΙΑΣ
ΚΑΙ·Β·ΝΕΩΚΟΡΩΝΤΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝΕΦΕΣΙΩΝΠΟΛΕΩΣ

*a.* vs. 1. Forchhammeri apographum incipit ab ΑΥΡ. Hess. Poc. Horst. in exemplis primorum verborum separatorum habent ΜΙΔΑΥΡ, sed in alteris ΜΙΥΔΑΥΡ: Peyss. ΜΑ.ΕΛ.ΑΥΡ, Mur. Μ.ΙΟΥΛ.ΑΥΡ. credo ex coniectura, ut solet in Bimardianis. Quod dedi, concinnavi ex reliquis exemplis; fuit autem opinor ΙοΥΛ. (Cf. var. lect. n. 3001.) Mox ΤΟΝ inserui ex Peyss. Horst. Forchh. (Hess. ΙΟΝ, reliqui nihil.) Puncta ante Β et post id ex Peyss. ΑΣΙΑΡΧΟΝ diserte Poc. Peyss. Mur. sed ΑΣΙΑΡΧΟΥ Horst. Hess. Tum ΤΩΝ solus Mur. ceteri ΤΟΝ (Peyss. ΕΠΙΤΟΝ). Forchh. quantum intelligo, legit ΑΣΙΑΡΧΟΝΤΟΝ. Vs. 2. ΦΛ Horst. Mur. Forchh.: reliqui ΦΑ. *b* aliquot litteras ex Peyss. Köhl. addidi; vs. 2. puncta ex iisdem. ΝΕΩ Köhl. Mur. Forchh. (reliqui solito vitio ΝΕΟ.). In fine ΕΩΣ ab uno et altero, in his a Forchh. omittitur. Ceterum Forchhammeri lectio, ubi nihil annotavi, cum nostra videtur consentire.

Muratorius ex hoc titulo colligit, Ephesios peculiarem habuisse Asiarcham; et plures pro pluribus civitatibus fuisse Asiarchas, putarunt etiam alii (cf. Eckhel. D. N. T. IV. p. 210.). Sed ubi partes *a* et *b* intervallo disiunctas esse nec necessario genitivum *τῆς πρώτης κ. τ. λ.* ex praegresso nominativo suspendendum esse notaveris, perit argumentatio, neque opus est ea interpretatione, quam adhibuit Eckhelius (p. 211.), verba *τῆς πρώτης* etc. referens ad vocem *γραμματεύς.* Primum videtur Munatius honorasse Dionysium, mox civitas, nisi periit inter *a* et *b* dictio *κατὰ ψήφισμα,* quam habes n. 2998. Lego igitur:

*a.* Μ. Ἰ[ο]ύλ. Αὐρ. *Διονύσιον τὸν ἱεροκήρυκα καὶ β̄ Ἀσίαρχον ἐκ τῶν [ἰδίων]* Τ. Φλ. *Μουνάτιος φιλοσέβαστος, ὁ γραμματεὺς καὶ ἀσιαρχή[σας?*

*b.* Τῆς *πρώτης καὶ μεγίστης, μητροπόλεως τῆς Ἀσίας, καὶ β̄ νεωκόρων* (praestabat *νεωκόρου*) *τῶν Σεβαστῶν Ἐφεσίων πόλεως [ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος* etc. Cf. n. 2992. et alia.

## 2991.

In pila (non in lapide inverso, ut ait Hessel.) ad arcum XXXIII. aquaeductus *Ephesi*; ed. Hessel. n. 48. Habeo etiam ex schedis Horstii ac Peyssonelii et Prokeschii.

ΙΛΙΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝΦ - -

Initio Hess. ΗΛΙΟΝ, Prok. ΙΔΙΟΝ. Ultima littera deest ap. Peyss. qui docet titulum valde longum esse, sed legi non potuisse ob altitudinem.

Α]ἴλιον Αὐρήλιον Φ - - -

## 2992.

*Ephesi*; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 10. p. 18. n. 4.

ΗΣΙΙΩΣΚΑΙ
ΙΣΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ
ΑΣΙΑΣΚΑΙΔΕΣΝΕΟ . . .
ΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝ . . .
ΠΟΛΕΩΕΣΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗ
ΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΥΚΟΥΚΑΙΡΟ

Τ]ῆς [πρ]ώ[τη]ς *καὶ [μεγίστη]ς, μητροπόλεως [τῆς] Ἀσίας καὶ δ[ὶ]ς νε[ωκόρου τῶ]ν Σεβαστ[ῶ]ν [Ἐφεσίων] πόλεως ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησαν* - - - - -
- - - -

Anne hic Pyrrho statuarius est? Titulum ad Augusti aetatem recte referre Chish. videtur; agitur enim *de re Antonii publicata.* Pro huius igitur *cura* pro patre ille Attalus dicitur pecuniam dedisse cum fratre, ut ipsi pro patris et sua polliciti erant *οἰκοδεσποσύνῃ* (rei familiaris dominio). Hoc quid sit, alii viderint; ego non satis intelligo, nisi forte patri cura rei Antonianae commissa erat, ideoque pecuniam largiti erant civitati: sed cur illam pecuniam promiserant *ὑπέρ τε τοῦ πατρὸς καὶ αὑτῶν οἰκοδεσποσύνης*? Anne igitur ipsorum res familiaris et ipsa pertinebat ad *rem Antonianam*, fortasse quod ab Antonio multa donata acceperant? Ita certe intelligi posset, quare polliciti pecuniam civitati essent, nempe ut illa bona in ipsorum remanerent potestate. *Ἀρχισκηπτοῦχος* anne est primus prytanis? Ex Strabone XIV. p. 633. novimus regum Ephesi posteros etiam tum esse *βασιλεῖς* vocatos, et gestasse baculum *pro sceptro*: sed illos tamen magistratus fuisse hereditario iure sibi succedentes non traditur.

## 2987. *b*.

*Ephesi* ad aquaeductum; ex schedis Forchhammeri.

I.EPOKΛEOYΣ
APIΣTOKPATHN
KEPAMIHTHNAPXIEPEAAΣ
AΣNAΩNTΩNENEΦEΣΩKAI
NOΘETHNTΩNMEΓAΛΩN
NEIΩNTHΣΔEYTEPAΣΠE
THPIΔOΣΔONTATAΣYΠ
XIEPOΣYNHΣMYPIAΔAΣ
THNKATAΣKEYHNT
^IAΛΛAΣMYPIAΔAΣ
°EPIONΔOΘENTA
NYΠOΘEOYAΔPIANOY
ƆΣEBAΣTΩΓEPOYΣIAΦ
ˎΘENTAΔEKAIYΠOTOYMEΓ
AYTOKPATOPOΣKAIΣAPOΣ
AIΛIOYAΔPIANOYANTΩNEI
ΣEBAΣTOYEYΣ OYΣE
OΣAMAKAIΔEKAKIΣ^
ΓEPOYΣIAΛOΓIΣT
ΣIM·I·HΦIΛOΣEB
THΣ

[Τὸν δεῖνα (Romana nomina cum designatione tribus Romanae)] Ἱεροκλέους, Ἀριστοκράτην, Κεραμιήτην, ἀρχιερέα Ἀσ[ί]ας ναῶν τῶν ἐν Ἐφέσῳ καὶ [ἀγω]νοθέτην τῶν μεγάλων [Ἀδρια]νείων τῆς δευτέρας πε[ντε]τηρίδος, δόντα τὰς ὑπ[ὲρ τῆς ἀρ]χιερ[ω]σύνης μυριάδας - - - [εἰς] τὴν κατασκευὴν τ[οῦ νεὼ vel simile, κα]ὶ ἄλλας μυριάδας - - - [εἰς τὸ] - - - έριον, δοθέντα [λογιστὴ]ν ὑπὸ θεοῦ Ἀδριανοῦ [τῇ φιλ]οσεβάστῳ γερουσίᾳ, φ[ιλη]θέντα δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ μεγ[ίστου] Αὐτοκράτορος Καίσαρος Αἰλίου Ἀδριανου Ἀντωνεί[νου] Σεβαστοῦ Εὐσ[εβ]οῦς, ε - - - ος ἅμα καὶ δεκάκις - - - [τῇ] γερουσίᾳ λογιστ - - - - ἡ φιλοσέβ[αστος βουλὴ] τῆς [πρώτης καὶ μεγίστης etc. Ἐφεσίων πόλεως ἐτείμησεν (vel ἀνέστησεν).

De Ceramietis cf. ad n. 337. Vs. 7. *τὰς ὑπὲρ τῆς ἀρχ. μυριάδας* intellige *pecuniam ipsi ad sumptus Pontificatus tolerandos concessam*: quam ille in alium usum largitus est, sua pecunia in Pontificatum erogata. Cf. ad hanc formulam n. 2881. Paulo diversum, sed tamen comparandum exemplum est n. 3419. Vs. 11. vide ne fuerit *ἀλειπτήριον*; E pro H potest lapicidae imputari: certe Forchhammeri apographa accuratissima sunt. Etiam n. 2782. vs. 25. est AΛIΠTEPION pro *ἀλειπτήριον*. Vs. 12. *λογιστὴν* inserui ad normam tituli n. 2782. *Λογιστὴν* dari ab Imperatore constat etiam ex aliis titulis, ut ex n. 2529. imprimisque hoc munus convenit Pontifici Asiae (cf. n. 2741.). Vs. 13. 14. videtur *φιληθέντα* fuisse; frequentius in tali contextu est *τειμηθέντα*. Inde a vs. 17. extr. non mihi successit restitutio; vs. 20. nisi M fuit M̌ (*μυριάδες*) et ·I· *δέκα*, ΣIM·I· debet corruptum iudicari.

## 2988.

*Ephesi* ad arcum aquaeductus XVI. ed. Pocock. Inscr. ant. II, 10. p. 18. n. 7. Habeo etiam ex Horstianis.

HBOYΛH KAIOΔHMOΣTHΣΠ
MHTPOΠOΛEΩΣTHΣAΣIAΣ . . A
POYTONΣEBAΣTONEΦEΣIONΠOΛIOΣ
ETEIMHΣEN
MΠOMΔHMANKAIKIΛIANN

Vs. 4. Poc. EΠITEI etc. Horst. quod dedi. Ceterum Horstianum exemplum imperfectius est.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῆς π[ρώτης καὶ μεγίστης], μητροπόλεως τῆς Ἀσίας [κ]α[ὶ ... νεωκό]ρου τ[ῶ]ν Σεβαστ[ῶ]ν Ἐφεσί[ω]ν πόλ[εω]ς ἐτείμησεν Μ. Πομ(πώνιον) vel Πομ(πήϊον) Δημᾶν Καικιλιαν[ὸ]ν etc.

## 2989.

*Ibidem* ad arcum XI. in fracto lapide, grandibus litteris; ed. Pocock. ibid. n. 3. Hessel. n. 60. Murat. T. II. p. MXXVII. 5. missu Bimardi ex schedis Condaminianis. Habeo etiam ex schedis Forchhammeri, sine varietate, nisi quod secundum punctum omittit; idem ponit ad arcum VIII. quippe ex oppido Aja Soluk incipiens numerationem, ut ipse annotat, quum ceteri excepto Peyssonelio in numerandis arcubus aquae secuti cursum sint.

| TIB.KΛ.KAΛΛIKΛIANON |
| --- |

Poc. KAΛΛIKAIANON, Mur. KAΛΛIKΛEANON.

Τιβ. Κλ. Καλλικλιανόν.

## 2997.

*Ephesi* in concamerationibus sub templo Dianae secundum Pocockium, qui ex schedis alienis bis dat Inscr. ant. I, 3, 3. p. 36. n. 17. et p. 37. n. 3. ad D. Ioannis secundum schedas Horstianas.

ΡΟΔΟΠΙΑΝΟΝ<br>
ΤΟΝΠΟΙΗΤΗΝ<br>
ΠΑΥΛΟΣΟΒΟΥΜ<br>
——ΧΟΣ——

Dedi Horstiana, addito vs. 1. Ν ex altero Poc. exemplo, et vs. 3. Ν, quod in altero quoque Poc. exemplo est, in Μ mutato ex priori Poc. Mitto reliquam varietatem.

Ῥοδοπιανὸν τὸν ποιητὴν Παῦλος ὁ βού[λαρ]χος.

## 2998.

*Ephesi* in columnae inversae parte inferiore ad arcum XVI. inter vs. 2. et 3. relicto intervallo; ed. Pocock. l. c. p. 55. n. 9. ex schedis alienis, Hessel. n. 45. Murat. T. II. p. DCCLXX. 1. ex Condaminianis missu Bimardi. Habeo etiam ex Horstianis. Forma differt in variis exemplis: haec est Hess. Horst.

. . . . . ΣΩΤΗΡΟ . . .<br>
. . . . . ΤΟΝΣΟΦΙΣ . . .<br>
<br>
. . . . ΚΑΤΑΨΗΦΙΣΜΑ

Fortasse is sacerdos nescio cuius Σωτῆρος fuit, certo vero sophista. Nam vs. 2. fuit τὸν σοφισ[τήν]. Is honoratur κατὰ ψήφισμα urbis.

---

## 2999.

*Ephesi*; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 10. p. 19. n. 12.

ΜΕΑΝΔΡΕΥΣΝΕΙΚΗ\V<br>
ΤΑΜΕΓΑΛΑΟΛΥΜΠΙΑ<br>
ΑΝΔΡΟΝΣΤΑΛΙΟΝ<br>
ΥΝΕΟΛΥΜΠΙΑΔΟΣ<br>
..ΙΛΥΠΑΡΧΟΥΝΤΟΣΛΥΡΑΙΑ<br>
1834.) p. 5 sqq. quae quamquam post scriptos hos commentarios editae sunt, tamen has quoque respiciendas tanti nominis causa censui. Γράφειν quidem antiquitus de scalpendo dictum esse, itemque de inducendis pigmento statuis, ipse concessi ad n. 3. et posterius illustravit pluribus Welckerus, quamquam quae attulit non omnia certa sunt. Alienus ab utroque usu est locus Platonis ad prius pertinere olim visus, Sympos. p. 193. E. τοὺς ἐν ταῖς στήλαις κατὰ γραφὴν ἐκτετυπωμένους, quae obliquae imagines sunt anaglypho (eoque admodum plano) in marmore expressae secundum dimidiatae formae lineamenta, alias κατάγραφοι: unde dubitari nequit, quin καταγραφὴν vera sit lectio (cf. Hermann. p. 8 sq.), *secundum catagrapham* (*en profil*). At certe γραπτὸς τύπος in sepulcro Anthol. Palat. VII, 730. est anaglyphum caelatum, qualia habemus innumera sepulcralia, maxime Attica, pigmento non fucata; neque, etiamsi coloribus inductum fuisset illud anaglyphum, poeticum erat addi, *fuisse id coloribus inductum*: contra ubi γραπτὸς τύπος nihil ibi significat nisi *formam caelatam*, vere poetica est dictio. Similiter iudicandum de verbis γραπτοὺς ἐν αἰετοῖσι τύπους ap. Eurip. Hypsipyl. Fragm. 11. neque quod τύποι iam per se anaglypha sunt, ideo necessarium est statui, picta haec esse anaglypha; nam γραπτοὶ poeticum epitheton est, quod vulgo perpetuum vocant: immo hic quoque perit color orationis poeticus, ubi γραπτοὺς referas ad colores anaglyphis inductos. Τύπους Graecorum quisque intelligebat esse anaglypha; et haec solebant in aëtomate poni: γραπτοὺς vero poeticae tantum dictionis causa additum esse elegantes perspexerint auditores: quare non videntur his verbis „et pictae imagines et sculptae et adeo statuae" dici potuisse; maleque scripsisset Euripides, si haec omnia Graece et poetice designari his verbis potuissent. Verum utcunque haec sunt, non audebit quisquam negare γραπτὸν posse dici etiam statuam vel anaglyphum pigmento inductum, et quod in tabula pictum sit, quum γράφειν, γραφή, γραφεὺς optima aetate sit de pictura dictum, hodieque satis constet, anaglypha et ornamenta architectonica et statuas a Graecis frequentissime esse pigmento inductas, qua de re nuper eleganter scripsit *Semper* architectus. Et tabulas quidem pictas esse γραπτὰ dictas, monstravit iam Welckerus, allatis ex Empedoclis Fragm. vs. 309. γραπτοῖς ζώοις, quae ibi inter donaria Veneri oblata distinguuntur ab ἀγάλμασιν: nempe mirum foret si poeta ἀγάλματα diceret statuas, et γραπτὰ ζῶα anaglypha (quamquam ζῶα saepe sunt anaglypha), omitteretque pictas tabulas, quae in deorum templis ex voto suspendi solebant potissimum. Immo ἀγάλματα sunt Empedocli signa quaelibet ex aere, auro, argento, lapide facta, γραπτὰ ζῶα autem figurae pictae, ut γραπτὸς πίναξ ap. Hesych. v. ἐγκουράς. Ζῶα quippe figurae quaevis sunt, usu longe notissimo; nec recte irridetur Welckerus verbis Hermanni: „Mirum videatur, picta animalia offerri deae." Concedo posse etiam figuras opere textorio pictas intelligi, in quam fere sententiam disputat Hermannus p. 5 sq., animalia tamen, quantum video, non figuras statuens: sed multo simplicius vel ob ἀγάλματα opposita est id, quod Welckerus dixit, γραπτὰ ζῶα esse *figuras pictas*. Sic prorsus Pausanias V, 11, 2. de solio Iovis Olympiae, quem locum annotavit Hermannus: καὶ ζῶά τε ἐπ' αὐτοῦ γραφῇ μεμιμημένα καὶ ἀγάλματά ἐστιν εἰργασμένα: ubi ζῶα γραφῇ μεμιμημένα itidem opponuntur ἀγάλμασιν, neque animalia sunt, sed *figurae animantium pictura imitatae et effictae*, sive animalium sive hominum et deorum, in ipso solio repraesentatae; ἀγάλματα autem sunt *sigilla* solio imposita. Statuam vero pigmento inductam γραπτὴν vocatam esse nondum demonstratum est; nec recte Hermannus p. 4. docuit ap. Plat. Rep. IV. p. 420. C. ἀνδριάντας γράφειν esse *statuas pigmento inducere*; mirum enim foret si Plato illo loco exemplum petiisset a statuis pigmento fucandis, non a pictura ipsa (ζωγραφίᾳ), in qua illud, de quo dicit, multo fiebat frequentius quam in statuaria: quo uno mihi argumento constat ἀνδριάντας esse ibi *humanas figuras*, non statuas; id quod etiam contextui accommodatius est. Ut tamen concedatur, εἰκόνα γραπτὴν per se posse tam statuam et anaglyphum sive pigmento inducta sive pura quam imaginem in tabula pictam esse: aliud est, quid possit dictum esse quidve semel atque iterum dictum a poetis et scriptoribus sit; aliud, quid in huiusmodi decretis solitum sit εἰκόνι γραπτῇ designari. Demonstrabo igitur, in his decretis εἰκόνα γραπτὴν neque marmoream neque aeream vel ex alio metallo factam esse: unde sponte colligitur nec statuam esse neque anaglyphum sive pura sive pigmento inducta, quod haec aut ex lapide aut ex metallo conficiuntur, ac proinde ne protomen quidem sive in clypeo expressam opere anaglypho sive quae integram thoracis formam exhibeat: itaque esse nihil aliud nisi *picturam*, et τελείαν esse *picturam totius staturae*, εἰκόνα γραπτὴν vero simpliciter dictam vulgo in his Asianis terris nihil esse nisi *protomen pictam*, quae alias dicatur εἰκὼν γραπτὴ ἐν ὅπλῳ s. ἔνοπλος. Verum haec omnia non hoc, quo singula proposui, ordine docebo, sed locos, ex quibus aliquid perspici queat, potissimos examinans simul quid ex quoque colligatur dicam. N. 3085. Tei a magna parte reipublicae honoratur quidam εἰκόνι γραπτῇ καὶ εἰκόνι γραπτῇ τελείᾳ καὶ εἰκόνι χαλκῇ καὶ ἀγάλματι μαρμαρίνῳ καὶ εἰκόνι χρυσῇ. Hinc patet εἰκόνα γραπτὴν sive simpliciter dictam sive τελείαν non esse neque ex aere neque ex auro: distinguitur enim ab imaginibus ex metallo factis: igitur non est anaglyphum ex metallo factum. Et quod patet opponi materias, ex quibus factae hae imagines sint: alia εἰκὼν est enim χαλκῆ, alia χρυσῆ: quis non iudicet in voce γραπτὴ simul *latere* materiae notionem? Iam dicas γραπτὴν id ipsum continere, ut illa sit *marmorea anaglypha*; sed cur potissimum imago *anaglypha marmorea* facta sit, non marmorea integrum et perfectum thoracem repraesentans? Certe non tanto pretio constabat thorax marmoreus integer, ut praeferendum esset anaglyphum; neque ulla opinor marmorea protome anaglypha extat, quam constet honoris causa a republica vel parte reipublicae dicatam esse. Hinc iam

ἐπιμελεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας τοὺς κατ᾽ ἐνιαυτὸν αἱρουμένους. ἵνα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν φανερὰ ᾖ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἡ τῶν συναγωνιστῶν εὐχαριστία, ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα τόδε εἰς στήλην λιθίνην, καὶ στῆσαι πρὸς τῷ Διονυσίῳ ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τόπῳ· ἀναθεῖναι δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνα ἐν τῷ Διονυσίῳ γραπτὴν τελείαν ἐπιγράψαντας· „Τὸ κοινὸν τῶν συναγωνιστῶν στεφανοῖ Κράτωνα Ζωτίχου Καλχηδόνιον ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτούς."

*C.*

Τῶν ἐν Ἰσθμῷ καὶ Νεμέᾳ τεχνιτῶν.

Ἐπειδὴ Κράτων Ζωτίχου Περγαμηνὸς αὐλητὴς κύκλιος πρότερόν τε πολλὰς καὶ μεγάλας παρέσχηται χρείας κατ᾽ ἰδίαν τε τοῖς ἐντυγχάνουσιν [αὐτῷ τῶν ἐν Ἰσθμῷ καὶ Νεμέᾳ τεχνιτῶν, καὶ κοινῇ etc.

De sodalitiis artificum in hoc titulo memoratorum, de aetate ac ratione decretorum, de Cratonis nomine, patria ac persona, de nomine patris eius, ac de loco, quo pertineat lapis falso ad artifices iam Lebedi habitantes relatus (cf. Walpol. p. 1.), vide ad n. 3067. *Tit. A.* ut n. 3070. eponymi duo supra scripti sunt: alter *Satyrus* (de quo confer coniecturam Maittairii ad n. 3091. a me positam), qui simpliciter sacerdos dicitur, hoc est ἱερεὺς τεχνιτῶν (vide n. 3070.), non diversus opinor a sacerdote Bacchi n. 3067. alter *Nicoteles*, qui simul agonotheta et sacerdos regis Eumenis fuit. Agonothetam artificum offert iam n. 3067. et redit is infra n. 3089. 3091. si hic artificum agonotheta intelligendus est; hoc autem loco ille simul sacerdos *regis Eumenis* est, sed etiamtum superstitis; n. 3070. demum *divi Eumenis* (non iam *regis* dicti) sacerdos est agonotheta. Vides igitur post n. 3067. demum Eumeni esse sacerdotem datum, idque sacerdotium cum ἀγωνοθεσίᾳ esse coniunctum, ut n. 3067. videmus Bacchi sacerdotium Cratoni semel una cum ἀγωνοθεσίᾳ esse mandatum: sed Eumenis sacerdotium constanter habuit agonotheta, quod patet ex vs. 17. 25. Nostro loco perperam de Eumene iam defuncto cogitatum esse ab interpretibus, monui ad n. 3067. Ipsum, quod hic additur et n. 3070. omittitur, βασιλέως vocabulum superstitem hic Eumenem et regnantem digito demonstrat. Magis vero mirus error Osanni p. 237. qui *Nicotelem* hic et *Aristaeum* n. 3070. Eumenis putabat cognomenta esse, quasi ἱερεὺς (τεχνιτῶν) et ἀγωνοθέτης καὶ ἱερεὺς βασιλέως Εὐμένου idem esset, in qua sententia hic et n. 3070. dicendum erat τοῦ καὶ ἀγωνοθέτου etc. Immo hi duo sunt; quare vs. 17. et 25. ubi alter tantum nominandus erat, dicitur tantum ἀγωνοθέτης καὶ ἱερεὺς βασιλέως Εὐμένου, omissa alterius sacerdotii significatione. Vs. 7 sqq. nota aliquoties **TEI** p. **THI** scriptum esse, qui usus ex antiquitate retentus saepe in *formulis decretorum usitatioribus* est, sed in his fere solis. Vs. 9. ὑπερτίθεται Maittairio est vel *superat omnes benevolentia sua*, vel *prorogat et perpetuat suam benevolentiam*; posterius amplexus est Walp. et firmat usu ecclesiastico, provocans insuper ad Valesium in Euagr. Hist. eccl. I. p. 65. Haud dubie hoc quoque Graecum est; sed n. 3067. 9. quum habeamus ὑπερθέμενος τοὺς etc. manifesto est ibi *superat priores*: unde etiam de hoc loco iudicandum. Ita intellige etiam n. 2693. *d.* vs. 14. Sed ubi accusativus nullus adiectus vel supplendus est, et comparatio posteriorum rerum ab eodem gestarum cum prioribus instituitur, ὑπερτίθεται est *superat sese ipse* s. *excedit*, ac solet tum ut hic dativus addi. Ita in titulo Pario inedito, cuius apographum nuperrime Thierschius misit: ὑπερέθετο τῇ φιλοπονίᾳ, et τὰς καταξίας τιμὰς ἀπονέμων τοῖς ὑπερτιθεμένοις πρὸς αὐτὸν τῇ φιλοτιμίᾳ. Vs. 15 sqq. qui sit novus honor et quomodo ab honore simili iam n. 3067. collato diversus, dixi iam ad n. 3067. tam in iis, quae ibi generatim disputavi, quam ad vs. 23. Vs. 18. βασιλέως Εὐμένου ἡμέρα est *dies eius eponymus*, ut n. 3069. extr. habes ἡμέρας ἐπωνύμους. Cf. Letronn. Rech. sur l'Ég. p. 166. et p. 382 sqq. Vs. 19. διέλθῃ non est *transierit*, sed *transeat*: non sine ratione tamen sequitur praesens συντελῶνται. Ad vs. 23 sq. recte notat Os. thuribulum fuisse tripodi imponendum.

*Tit. B.* init. et deinceps ter Καλχηδόνιος est pro Χαλκηδόνιος; de priore forma immerito dubitabat Maitt. quum tamen ea et inscriptionibus et nummis ipsius urbis satis stabilita sit ac ne a scriptoribus quidem exulet; eam etiam grammaticorum testimonio (Zonar. Lex. p. 1158. Bekker. Anecd. Gr. T. III. p. 1207.) firmavit Osannus, qui multus est in hac re illustranda; adde Bernhardyum ad Dionys. Perieg. T. II. p. 745 sqq. Χαλκηδόνα dictam esse ob originem a *Chalcide* Euboica, adversus Dionysium Periegeten, cui Hesychium Milesium addit Os. (coll. Rochetto de col. Gr. T. III. p. 274.), nego cum Bernh. et Os. Arrianus quidem ap. Eustath. ad Dionys. vs. 803. auctor est ex Saturni filio Chalcedone fluvium, mox urbem denominatam esse: quare Κάλχαντα Chalcidis fluvium (Hesych. Phavorin. v.) contulit Os. Ut dicam, quod mihi videtur, fluvius cum loco est ex κάλχαις (ostreis) dictus; hinc derivatur etiam καλχαίνειν, et quod hoc de tectis intimo pectore et profundis cogitationibus dicitur, ipsum *Calchantis* etiam vatis nomen. Ita intelligitur primitivam nominis formam esse Καλχηδών, indigenis illam potissimum usitatam; exteri mutarunt in Χαλκηδόνα. Vs. 17. extr. 18. init. τὸ per incuriam bis scriptum est. Vs. 27 sq. habes εἰκόνα γραπτὴν τελείαν: quae quid sit magnopere dubitatur. *Statuam pigmentis inductam, quae totam staturam repraesentet,* interpretatur Walp. *imaginem, quae totam staturam ostendat, in tabula picta expressam* alius Britannus Mus. crit. Cantabr. T. VII. p. 477 sq. ab Os. allatus; neque aliud videtur Maitt. voluisse; Osanno est *protome scalpta s. anaglypho expressa in clypeo, sed ea naturalem capitis magnitudinem referens,* non imminutam. Osanno oblocuti sunt Welckerus Syll. Epigr. ed. II. p. 161. Völkelius archäolog. Nachlafs Fasc. I. p. 92 sq. Rochettus de pictura in muris p. 5 sq. (quae commentatio ex Diar. erudit. Iun. Iul. Aug. 1833. separatim excusa est), omnes εἰκόνα γραπτὴν *imaginem in tabula pictam* interpretantes; neque ego unquam aliter iudicavi (vide ad n. 124. 2059.). In varias partes disputat Hermannus in Coniecturis de veterum Graecorum pictura parietum (13. Febr.

dem locis diserte dicuntur in aedificio ponendae esse, ut n. 124. in curia, n. 3068. *B.* in Bacchi templo, in Cumaeo titulo ac n. 2059. in gymnasio: nec novi ullum exemplum, quod aperte contrarium sit. Nam quod n. 2271. εἰκόνα γραπτὴν ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἡρακλέους dedicant, inde non colligitur, sub dio esse positam; in τεμένει haud dubie fuit porticus vel simile aedificium, et τέμενος adeo sacellum vel aedem significare ex Herodoto V, 67. II, 178. V, 89. patet, qui non solum dictione ἱδρύσασθαι τέμενος utitur, sed etiam talia habet, quae tantum sacello conveniant. Praeterea affertur Strabonis locus XIV. p. 648. ubi Anaxenoris ἡ γραπτὴ εἰκὼν ἡ ἐν τῇ ἀγορᾷ, cui deinceps opponitur εἰκὼν χαλκῆ: at hunc removit iam Völkelius, stoam vel porticum fori intelligendam docens, quod etiam de n. 2271. monuit. Quid quod Strabo illius imaginis mentionem fecit, ut doceret *purpura ornatum* esse Anaxenorem? Itaque certe pictura ei imagini adhibita est; debebatque iam statua marmorea pigmento inducta haberi: quo minus verisimile fuerit eam sub dio collocatam fuisse: quamquam non opus est hoc argumento parum tuto, quod omnino nulla causa est, quare Anaxenoris imago sub dio, non sub tecto collocata fuisse putetur. Non novimus igitur hucusque εἰκόνα γραπτήν, quae non esset in aedificio posita. Sed ut aliquando reperiatur exemplum: ne hoc quidem quidquam demonstratum iri, recte monuit Hermannus. Nam in iis potissimum terris, quae imbribus et hibernis tempestatibus minus obnoxiae sunt, colores recte temperati ne sub dio quidem remittunt. At pictura tabulae non potest inaurata esse, ait Walpolius; n. 2879. autem habetur εἰκὼν γραπτὴ ἐπίχρυσος: itaque statuam pigmento variegatam dicit εἰκόνα γραπτὴν esse. Id quidem statui non posse iam supra docui; ut tamen statuamus, quid iam inde colligitur? Nempe ex Charybdi in Scyllam incidimus. Num enim statua simul auro et coloribus inducta *universa* esse potest? Ut concedamus vestes fuisse inauratas, carnem pictam esse, num probabile est ad tam minutas distinctiones descendisse decretorum auctores, et dixisse eos, quomodo varieganda imago esset, non dixisse ex qua esset materia facienda? Immo γραπτὴ εἰκὼν ἐπίχρυσος idem est quod γραπτὴ εἰκὼν ἐν ὅπλῳ ἐπιχρύσῳ, hoc est *picta protome in area aurata*; breviore enim formula uti licebat in re nota. Similem breviloquentiam modo vidimus n. 2771. I. Idem Walpolius quod negat picturae inscribi titulum, qui tamen n. 3068. *B.* (cf. n. 2715. *b.* 2771. I.) inscribendus esse dicitur, id nescio quo iure neget. Denique nullo loco dictum est εἰκόνα γραπτὴν ἀναστῆσαι, quod dicitur de statuis et marmoreis columellis tabulisque (στήλαις): in tabula vero sive columella marmorea certe εἰκὼν τελεία γραπτὴ debebat scalpta esse, si esset anaglypho elaborata, propterea quod τελεία necessario staturam universam repraesentabat: potius constanter dicitur ἀναθεῖναι. Quae quum ita sint, εἰκόνα γραπτὴν sive ἐν ὅπλῳ sive τελείαν vulgo nihil esse nisi picturam in tabula expressam contendo; anaglypham iudico ἐπειργασμένην vel γλυπτήν, ἀνάγλυπτον, ἀνάγλυφον vocandam fuisse. Huic sententiae suffragatur etiam Macrobii locus Sat. II, 3. quem alii in diversam sententiam attulerunt, ubi de M. Tullio: „Nec Q. Ciceroni fratri circa similem mordacitatem pepercit. Nam quum in ea provincia, quam ille rexerat, vidisset *clypeatam imaginem eius ingentibus* (al. ingentis) *lineamentis usque ad pectus ex more pictam* (erat autem Quintus ipse staturae parvae), ait: Frater meus dimidius maior est quam totus." Nam imago clypeata picta quid aliud est nisi εἰκὼν γραπτὴ ἔνοπλος? Et *picta* imago certe non potest anaglypho expressa hic esse, quum praesertim *lineamentis* ingentibus *picta* dicatur, quae verba non possunt ad pigmentum anaglypho inductum referri. De industria in hac re omitto scuta chrysographata, quae non videntur ad εἰκόνας ἐν ὅπλῳ ἐπιχρύσους referri posse. Postremo quod Hermannus p. 7. 8. decretorum εἰκόνας γραπτὰς putat modo esse pictas in tabula modo scalptas, id nemo non videt quam sit credibile. Tali enim dictioni decretorum sollemni certa debet significatio inesse, quae nisi insit, frustra scribentur decreta. Nec si concedo εἰκόνα aliquando statuam, saepius thoracem esse, talis diversitas significatus potest dictioni multo definitiori εἰκὼν γραπτὴ accommodari. Immo illi ipsi loci, ubi εἰκόνας γραπτὰς scalptas esse coniecit vir doctus, de pictis explicandi vel maxime sunt.

*Tit. C.* quid sit κύκλιος αὐλητής, vidimus ad n. 3067. In fine quae supplevi, similiter nec tamen eodem ordine verborum constituto supplevit iam Maitt. p. 9.

## 3069.

Apud *Teon*, „in coemeteriis prope Severhissar et Era-ki, quae duo sunt cis Teum et Lebedum, a Smyrna iter facientibus, in Isthmo Erythraeo oppida," repertae sunt inscriptiones n. 3069-3071. secundum Chishullum Antt. As. p. 139. Et n. 3069. et n. 3071. quidem in eodem lapide habentur, prior titulus in fronte, alter in tergo: alter vero in tergo scriptus in schedis Sherardianis sive Askewianis diserte tribuitur loco „Heraka s. Eraka in paeninsula inter Clazomenas et Teum, ubi itidem Severhizar et Guzellir." Titulum n. 3069. edidit Chishullus l. c. p. 138 sqq. c. nott. p. 148. unde petiit Osann. Syll. p. 236. In Sherardianis est p. 40. unde aliquot varias lectiones excerpsit Müllerus. Apud Hesselium Append. Praef. ad Inscr. Gud. n. 16. una cum decretis Cnosiorum, Arcadum, Priansiorum memoratur unum inscriptum ΑΤΤΑΛΩΝ, quod haud dubie hoc ipsum est: illa autem decreta quum in coemeterio inter Sevrihissar et Guzellir sito reperta sint, patet locum Heraka in eadem esse vicinia situm.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Primas versuum litteras passim Chishullum addidisse notat Müllerus. Vs. 5. extr. Sher. ΕΚΑΖ.. Vs. 8. extr. Chish. ΠΟΛΛΑΑΜΕΙ, et vs. 9. init. ΝΟ ΝΑΚΑΙ; quae dedi sunt ex Sher. Vs. 13. ΟΥΚΟΛ *sic* esse scripta notat Chish. nempe in schedis Sherardianis, unde sua habet, non in lapide, ne erres. Cf. ad n. 3071. Vs. 15. 16. Sher. ΕΝΠ.||ΑΠΩΙ. Vs. 17. extr. Sher. ΑΠΟΠΩΝΟΝ. Hoc ΟΝ est idem quod

fit verisimilius, γραπτὴν esse prorsus aliam, nempe *pictam*: mox tamen alio demonstrabo argumento, γραπτὴν non esse anaglypham marmoream. Praeterea εἰκόνι manifesto hic opponitur ἄγαλμα μαρμάρινον: ἄγαλμα vero quid fuerit nisi *statua* sive naturalis magnitudinis sive minuta? Scio quidem etiam dei vel herois figuram opere anaglypho effictam esse ἄγαλμα dictam: sed de anaglypho nemo opinor loco hoc cogitabit; nemo non concedet ἄγαλμα μαρμάρινον hic esse *statuam marmoream*. Igitur εἰκὼν γραπτὴ non potest statua picta esse; nam statua picta est et ipsa marmorea, ut proinde a statua marmorea non possit distingui. His addo aliud. Εἰκὼν et ἄγαλμα hic sibi opponuntur: itaque εἰκών, ubi nulla accuratior determinatio addebatur, videtur in his terris vulgo protomen significasse: *in his terris* inquam et *vulgo* in iis; sat enim scio Athenis et aliis multis locis εἰκόνα etiam statuam significare. Quodsi quae n. 3067. εἰκὼν dicitur in theatro ponenda esse, ἀνδριὰς vocatur n. 3068. *A*, non video cur ἀνδριὰς hic non possit herma cum imposito thorace esse. Et certe n. 3085. si ἄγαλμα opponitur εἰκόνι, εἰκὼν χαλκῆ ibi et εἰκὼν χρυσῆ sunt protomae. Anne vero hae protomae minutae fuerint infraque humanam speciem? Hoc ridiculum est; quod enim unquam collegium Graecorum tali imagine honoraverit quemquam? Igitur omnes hae εἰκόνες, atque etiam γραπτὴ simpliciter dicta, sunt imagines thoracem referentes naturali magnitudine. At si tabula picta integram referebat staturam, addebatur vox τελεία: ita fit, ut n. 3085. distinguantur εἰκόνες γραπτὴ et γραπτὴ τελεία. Fac γραπτὴ τελεία sit protome magnitudinis naturalis, quod statuit Osannus; necessario iam γραπτὴ simpliciter dicta debebat infra humanam esse magnitudinem: quod iudicavimus absurdum esse. Itaque ut dixi γραπτὴ τελεία est pictura totius staturae, παντὸς τοῦ ἀνδρός, ut ap. Herodian. V, 12. Maittairio monente est: εἰκόνα μεγίστην γράψας παντὸς ἑαυτοῦ, de cuius deinceps in curia ἀναθέσει dicitur: ubi dubitari nequit, quin de tabula picta dicatur. Huiusmodi *tabula picta*, quae *totam unius vel plurium staturam* monstraret, optimo iure breviloquentiâ in talibus denominationibus solitâ dicebatur πίναξ τέλειος: unde explicandus locus Pseudoplutarchi in Vita Lycurgi, ubi id describitur opus, quod Pausanias I, 26, 5. dicit γραφὰς ἐπὶ τῶν τοίχων τοῦ γένους τῶν Βουταδῶν: quas non in pariete ipso, sed in tabula ad parietem suspensa pictas fuisse, ex Vita Lycurgi recte collegit Rochettus. Verba haec sunt: καὶ ἔστιν αὕτη ἡ καταγωγὴ τοῦ γένους τῶν ἱερασαμένων τοῦ Ποσειδῶνος ἐν πίνακι τελείῳ, ὃς ἀνάκειται ἐν Ἐρεχθείῳ γεγραμμένος ὑπὸ Ἰσμηνίου τοῦ Χαλκιδέως etc. ac deinceps: τὸν δὲ πίνακα ἀνέθηκεν Ἅβρων etc. Non potest pictura in ipso pariete expressa dici πίναξ ἀνακείμενος ἐν τόπῳ τινί; igitur tabula intelligenda est: τέλειος autem vocatur, quia εἰκόνας monstrabat τελείας; id quod auctor addidit de industria, quod stemmatum picturae solent tantum thoraces referre. Neve in eo haereas, quod plures in ea tabula εἰκόνες τέλειαι repraesentatae sunt: si, quae tabula unam figuram integram referret, dicebatur πίναξ τέλειος, quidni, quae plures contineret, eodem vocata nomine fuerit? Aliam quidem huius dictionis interpretationem proposuit Hermannus l. c. p. 12 sq. at ea non magis ferri potest quam mira correctio inscriptionis Reinesianae (Syntagm. IX, 51. p. 569.) in Italicis edendae, cuius integerrimam lectionem ἀγαλματοποιὸς ἐγκαυστὴς expulit scribendo ἀγαλματοποιοῖς, simul notans Welckerum et Rochettum, quod iis non suspecta fuerit lectio tradita, quae est verissima. Sed ut ab hoc deverticulo redeam, videamus verba tituli noti illius Cumaei, in quo dicitur: ὀντέθην δὲ αὐτῷ καὶ εἰκόνας γραπτὰν ἐν ὅπλῳ ἐνχρύσῳ καὶ χαλκίαν, καττὰ αὖτα δὲ καὶ μαρμαρίαν καὶ χρυσίαν, ἐν τῷ γυμνασίῳ. Hic γραπτὴ quod opponitur μαρμαρίᾳ, non potest γραπτὴ nec pura marmorea nec picta marmorea esse; item quum anaglypha imago vel marmorea vel aerea vel ex alio metallo facta esse debeat, non potest anaglypha imago marmoreae, aereae, aureae opponi: itaque γραπτὴ nec marmorea est neque anaglypha, sive pura seu picta, sed debet *picta in tabulâ* esse. Hae vero imagines solebant in clypeo sive tabula rotunda lignea pingi, ut in Cumaeo titulo est: γραπτὰν ἐν ὅπλῳ ἐνχρύσῳ, in clypeo, *cuius area aurata est*, ut cepit etiam Völkelius l. c. p. 93. Adde n. 124. ubi habetur εἰκὼν γραπτὴ ἐν ὅπλῳ, et n. 2059. ubi εἰκὼν ἔνοπλος idem est vel omisso γραπτή, quod supplebatur nota iam dictionis vi. Idem dicendum de verbis n. 2771. I. εἰκόνων τε ἐνόπλοις ἐπιχρύσοις ἀναθέσεσιν καὶ ἀγαλμάτων καὶ ἀνδριάντων (ubi ἀγάλματα sunt signa deorum Myonis causa dedicata in templis, ἀνδριάντες statuae viri ipsius). Et observa εἰκόνα ἔνοπλον nunquam esse τελείαν: nam in clypeo potest tantum thorax s. protome apte pingi. Ipsum vero ὅπλον est tale visum, qualia describit Winckelmannus Epist. de Herculan. detect. T. II. p. 56. ed. Opp. Dresd. (cf. Gurlitt. archäol. Schriften p. 199 sqq.) Quippe in aereis clypeis parvae imagines, et naturali magnitudine expressae in marmoreis, plures supersunt; ex quo genere Völkelio aliisque iudicibus sunt illae Cumaei tituli imagines, aerea, marmorea, aurea, quod duae posteriores dicuntur καττὰ αὖτα (hoc est ex illius interpretatione ἐν ὅπλῳ ἐνχρύσῳ) dedicandae esse: sed hoc ob interpositum illud nudum χαλκίαν valde dubium fit, nec necessarium est, quum καττὰ αὖτα possit idem quod ὡσαύτως esse et nihil aliud significare nisi *itidem dedicandas* praeter priores esse etiam alias duas protomas (non anaglyphas); marmoream et auream. Verum enimvero de hac re utut iudicabis, non potest εἰκὼν γραπτὴ ἐν ὅπλῳ ad hoc genus clypeorum referri. Nam hi clypei s. clupea in pariete figebantur, qua de re monuit ipse Winckelmannus; at εἰκόνες γραπταὶ ἐν ὅπλῳ solitae sunt in armario condi, ut imagines pictae ecclesiarum. Quo pertinet ὁπλοθήκη n. 125. ubi etsi εἰκόνος γραπτῆς ἐν ὅπλῳ mentio periit, tamen eam ibi positam fuisse aeque certum est ac si etiamnunc extaret: id quod ex ipsa ratione formulae τόπον τῇ ἀναθέσει τῆς ὁπλοθήκης constat ei, qui multa huiusmodi decreta tractaverit opera non desultoria: itaque haec quoque res eo ducit, ut de anaglypho ne cogitemus. At sub dio positae aliquando esse εἰκόνες γραπταὶ feruntur. Aliquot qui-

λισταῖς κυρῶσαι μὲν τὸν ἱερὸν νόμον τὸν ἀπολελειμμένον ὑπὸ Κράτωνος, συν[τελεῖσθαι δ]ὲ ἐπωνύμους ἡμέρας Κράτωνός τε καὶ . . . . . . . . . . . . . . . . .

De Attalistis et Attalo et Cratone ac de aetate tituli vide ad n. 3067. unde hoc tantum repeto, Cratonem a. a. Chr. $\frac{152.}{151.}$ scripsisse epistolam n. 3070. quae huius decreti vs. 16. memoratur, hoc autem decretum post eius esse obitum scriptum, qui proinde non ante illum acciderit annum; videtur tamen Crato paulo post epistolam illam scriptam defunctus esse (vide vs. 14 sqq.). Vs. 2. extr. absurda est lectio ὁ νέος; quid enim hoc fuerit ὁ νέος τῆς συνόδου? ac num probabile est iuvenem fuisse Cratonem post tot munera gesta? Vide de eius muneribus ad n. 3067. Vs. 8. extr. deleta littera Ι (in ΜΕΙΝ) et vs. 9. init. Δ littera in Λ mutata restitui quod verum est, πολλὰ μὲν καλὰ καὶ φιλάνθρωπα, ut Dem. in Mid. p. 532. καλῶς καὶ φιλανθρώπως. Vs. 9. pluralis βασιλέων possit quidem ad Eumenem II. et Attalum II. referri, quod Dionysiaci artifices iam inde ab Eumene Pergamenis regibus parebant; sed sub Eumene tamen *Attalistarum* collegium, ex eius successoribus *Attalis* denominatum, nondum videtur constitutum fuisse: itaque ad Eumenis aetatem referri non possunt haec: πολλὰ μὲν καλὰ καὶ φιλάνθρωπα τῇ συνόδῳ παρὰ τῶν βασιλέων ἐποίησεν, ἀποδεχομένων αὐτῶν (τῶν βασιλέων) τήν τε ἐκείνου ἄπ. τρ. πρὸς ἑαυτοὺς εὔνοιαν καὶ τὴν ἡμετέραν αἵρεσιν καὶ συναγωγὴν ἀξίαν οὖσαν τῆς ἑαυτῶν ἐπωνυμίας. Recte igitur Chish. p. 148. *reges* interpretatur Attalum II. Philadelphum et Attalum III. Philometorem Eumenis f. Nam Attalo III. Attalus II. etiam tum regnans diadema et regium nomen concesserat (Plutarch. de frat. amor. 18.). Vs. 13. Chish. Os. οὐκ ἀλλὰ δέ, mire. Vs. 17. qui memoratur νόμος ἱερὸς manifesto simul legata sive testamentum continebat, quo Attalistis Crato ea dedit, quae posthac enumerantur. Ex hoc superesse n. 3071. res ipsa docet. Vs. 20. τὸ Ἀττάλειον τὸ πρὸς τῷ θεάτρῳ dubites in qua fuerit urbe. Attalistae quidem ut reliqui artifices Dionysiaci sedem tum Tei habuerunt, ubi hae inscriptiones omnes repertae sunt (cf. ad n. 3067.); sed domos potuerunt etiam alibi possidere, maxime Pergami, ut inde ad eos redundarent reditus, utque ipsi ibi ludorum tempore habitarent. Et profecto Attaleum hoc iuxta theatrum Pergami fuisse, potest vel ex praegresso ἐν Περγάμῳ colligi. Accedit quod id apertum est ibi fuisse, ubi ἡ συνοικία ἡ πρὸς τῷ βασιλείῳ (vs. 22.): *regia* vero Pergami fuit; igitur etiam cetera Pergami quaerenda sunt. Falso Chish. p. 148. haec omnia, et regiam ipsam, Lebedi collocat, quod ibi tum habitasse artifices putabat: contrarium docui ad n. 3067. Vs. 21. τοῖς Ἀτταλισταῖς praestat verbo καθιερώκει coniungi, etsi id etiam ad ἀνατίθησιν intelligendum est; cf. vs. 23. Nam huiusmodi dativi solent verbo suo postponi, quamquam non nego posse eos etiam praemitti. Συνοικία est domus ubi multi simul habitant, *insula* Romanis: hanc emerat Crato, ut donaret Attalistis: priori possessori nomen videtur Μικρίου fuisse et vs. 22. extr. unica littera excidisse. Vs. 27. init. nulla causa est quare cum Os. in Syll. et in Mus. Rhen. philol. 1835. p. 247. defendatur lectio ΔΙΑΤΑΧΕΝ, quam quare in lapide esse putes non intelligo, quum nimium incerta haec Chishulliana exempla sint, ex Sherardianis petita chartis. Vs. 27. 28. σώματα [τὰ] περιόντα sunt *mancipia quae supersint ipso defuncto*; nihili enim est Chishulli interpretatio p. 148. posita: „*personae probatae praeque aliis in pretio habitae.*" Vs. 28. ἃ κατὰ μέρος ὑπὲρ ἁπάντων non ad sola mancipia referenda sunt, sed ad legata, quae praecesserunt, omnia. Vs. 30. χρηστήρια sunt utensilia s. supellex; quarum rerum catalogum habes n. 3071. Haec vero supellex certe ex parte pertinebat ad habitationem sub tentoriis in τεμένει: unde barbarum illud ΕΥΣΧΗΜΟΣΙΝ mutavi in ΣΥΣΚΗΝΩΣΙΝ. Ceterum τέμενος hoc est opinor Ἀττάλων, qui ibi colebantur ab Attalistis. Vs. 35. 36. Chish. dederat συν[τηρεῖσθαι δ]έ, parum apte; συντελεῖν ἡμέρας ἐπωνύμους commode dicitur, ut συντελεῖν Διονύσια etc. non enim opus est ut σὺν illud eo referatur, quod *plures una* coluntur his ἐπωνύμοις ἡμέραις. De ipsis ἐπωνύμοις ἡμέραις cf. ad n. 3068. *A*. In fine post Κράτωνός τε καὶ periit nomen nescio cuius εὐεργέτου.

## 3070.

De loco ubi hic titulus repertus vide ad n. 3069. Ed. Chishull. l. c. p. 146. c. nott. p. 148. hinc Osann. Syll. p. 236. In Sherardianis est p. 41.

.....ΥΟΝΤΟΣΑΤΤΑΛΟΥΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥΕΤΟΥΣΕΒΔΟΜ...
....ΥΣΤΡΟΥΕΠΙΔΕΙΕΡΕΩΣΤΩΝΤΕΧΝΙΤΩΝΚΡΑΤΙΝ....
..ΟΘΕΤΟΥΚΑΙΙΕΡΕΩΣΘΕΟΥΕΥΜΕΝΟΥΑΡΙΣΤΑΙΟΥΚΡΑΤΩ..
...ΥΤΟΙΣΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣΤΟΙΣΥΦΕΑΥΤΟΥΣΥΝΗΓΜΕ.....

Vs. 3. extr. Sher. ΑΡΙΣΤΑΙΟΥΜΑΤΩ.; idem vs. 4. ΥΦΕΑΥΤΟΝΣΥΝΗΓΜΙ..

Βασιλε]ύοντος Ἀττάλου Φιλαδέλφου, ἔτους ἑβδόμ[ου, μηνὸς Δ]ύστρου, ἐπὶ δὲ ἱερέως τῶν τεχνιτῶν Κρατίν[ου, καὶ ἀγων]οθέτου καὶ ἱερέως θεοῦ Εὐμένου Ἀρισταίου, Κράτω[ν Ζωτίχο]υ τοῖς Ἀτταλισταῖς τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ συνηγμέ[νοις καὶ κειμένοις χαίρειν.

Hoc est initium epistolae Cratonis n. 3069. 16. memoratae, quae scripta est anno Attali II. septimo, anno fere a. Chr. 152. Chish. verbum βασιλεύοντος putat diversum esse a nomine βασιλέως, idque esse de industria usurpatum, quod Attalus II. tantum tutor regis fuerit et pro rege; contrarium docent ipsi tituli n. 2691. *c. d. e.* n. 2692. 2919. chronicon Parium, papyri Aegyptiaci etc. Βασιλέα Ἄτταλον Φιλάδελφον

## ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΤΤΑΛΙΣΤΩΝ

ΓΝΩΜΗΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤΩΝΑΤΤΑΛΙΣΤΩΝΕΠΕΙΔΗΟΝΕΟΣ
ΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΚΡΑΤΩΝΖΩΤΙΧΟΥΕΝΤΕΤΩΙΖΗΝ
ΠΟΛΛΑΣΚΑΙΜΕΓΑΛΑΣΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣΕΠΟΙΕΙΤΟΤΗΣΠΡΟΣ
ΤΟΥΣΑΤΤΑΛΙΣΤΑΣΕΥΝΟΙΑΣΚΑΙΚΑΤΙΔΙΑΝΥΠΕΡΕΚΑΣ
ΤΟΥΚΑΙΚΑΤΑΚΟΙΝΟΝΤΩΝΥΦΕΑΥΤΟΥΣΥΝΗΓΜΕΝΩΝΚΑΙΚΕΙ
ΜΕΝΩΝΤΗΝΠΛΕΙΣΤΗΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣΠΡΟΝΟΙΑΝΣΠΟΥ
ΔΗΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΟΥΘΕΝΕΛΛΕΙΠΩΝΚΑΙΠΟΛΛΑΜΕΙΝ
ΔΑΚΑΙΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑΤΗΙΣΥΝΟΔΩΙΠΑΡΑΤΩΝΒΑΣΙΛΕΩΝ
ΕΠΟΙΗΣΕΝΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΩΝΑΥΤΩΝΤΗΝΤΕΕΚΕΙΝΟΥ
ΑΠΑΝΤΑΤΡΟΠΟΝΠΡΟΣΕΑΥΤΟΥΣΕΥΝΟΙΑΝΚΑΙΤΗΝΗΜΕΤ
ΕΡΑΝΑΙΡΕΣΙΝΚΑΙΣΥΝΑΓΩΓΗΝΑΞΙΑΝΟΥΣΑΝΤΗΣΕΑΥΤ
ΩΝΕΠΩΝΥΜΙΑΣΟΥΚΟΛΔΕΚΑΙΤΩΝΙΔΙΩΝΕΠΙΔΙΔΟΥΣΚΑΙ
ΧΟΡΗΓΩΝΔΙΕΤΕΛΕΙΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣΤΕΤΟΙΣΠΡΟΥΠΗΡΓΜΕΝΟ
ΙΣΑΚΟΛΟΥΘΑΠΡΑΣΣΕΙΝΚΑΙΜΕΤΑΛΛΑΣΣΩΝΤΟΝΒΙΟΝΕΝΠΕ
ΡΓΑΜΩΙΠΡΟΕΝΟΗΘΗΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥΚΑΙΓΡΑΨΑΣΕΠΙΣΤΟΛΗΝ
ΠΡΟΣΤΟΥΣΑΤΤΑΛΙΣΤΑΣΚΑΙΝΟΜΟΝΙΕΡΟΝΑΠΟΛΙΠΩΝ
ΟΝΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕΝΗΜΙΝΒΑΣΙΛΕΥΣΑΤΤΑΛΟΣΕΠΙΣΗΜΟ
ΤΕΡΑΝΕΠΟΙΗΣΕΝΤΗΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝΕΣΤΗΝΣΥΝΟΔΟΝΕΥΝΟΙΑ
ΝΔΙΟΝΤΟΤΕΑΤΤΑΛΕΙΟΝΤΟΠΡΟΣΤΩΙΘΕΑΤΡΩΙΟΚΑΙ
ΖΩΝΚΑΘΙΕΡΩΚΕΙΤΟΙΣΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣΑΝΑΤΙΘΗΣΙΝΚΑΙΤΗΝΣΥΝ
ΟΙΚΙΑΝΤΗΝΠΡΟΣΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΩΙΤΗΝΠΡΟΤΕΡΟΝΟΥΣΑΝΜΙΚ..
ΡΟΥΑΝΑΤΙΘΗΣΙΝΔΕΚΑΙΚΑΘΙΕΡΟΙΤΗΙΣΥΝΟΔΩΙΚΑΙΑΡΓΥΡΙΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΟΥΔΡΑΧΜΑΣΜΥΡΙΑΣΚΑΙΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΣ
ΑΦΩΝΕΚΤΗΣΠΡΟΣΟΔΟΥΘΥΣΙΑΣΤΕΚΑΙΣΥΝΟΔΟΥΣ..ΠΟΙΗ
ΜΕΘΑΚΑΘΩΣΑΥΤΟΣΕΝΤΗΙΝΟΜΟΘΕΣΙΑΙΠΕΡΙΕΚΑΣΤΩΝ
ΔΙΑΤΑΧΕΝΑΝΑΤΙΘΗΣΙΝΔΕΚΑΙΣΩΜΑΤΑΤΟΙΣΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣ
ΠΕΡΙΟΝΤΑΑΚΑΤΑΜΕΡΟΣΥΠΕΡΑΠΑΝΤΩΝΕΝΤΩΙΚΑΘΙΕΡΩΜΕ
ΝΩΙΥΦΕΑΥΤΟΥΝΟΜΩΙΔΕΔΗΛΩΧΕΝΑΝΑΛΙΠΕΝΔΕΚΑΙΤΑ
ΠΡΟΣΕΥΣΧΗΜΟΣΙΝΕΝΤΩΙΤΕΜΕΝΕΙΧΡΗΣΤΗΡΙΑΙΚΑΝΑΠΑΡ
ΑΛΥΣΑΙΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣΚΑΙΤΗΣΕΙΣΤΑΥΤΑΔΑΠΑΝΗΣΚΑΙΧΟΡΗ
ΓΙΑΣΤΟΥΣΑΤΤΑΛΙΣΤΑΣΙΝΑΟΥΝΚΑΙΗΣΥΝΟΔΟΣΤΩΝΑΤΤΑ
ΛΙΣΤΩΝΑΞΙΑΣΦΑΙΝΗΤΑΙΤΟΙΣΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΑΠΟΝΕΜΟΥΣΑ
ΧΑΡΙΤΑΣΔΕΔΟΧΘΑΙΤΟΙΣΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣΚΥΡΩΣΑΙΜΕΝΤΟΝ
ΙΕΡΟΝΝΟΜΟΝΤΟΝΑΠΟΛΕΛΕΙΜΜΕΝΟΝΥΠΟΚΡΑΤΩΝΟΣΣΥΝ..
.........ΕΕΠΩΝΥΜΟΥΣΗΜΕΡΑΣΚΡΑΤΩΝΟΣΤΕΚΑΙ - - - -
- - - - - - - - - - - -

---

vs. 18. init. est ap. Chish. nolui tamen transponere has litteras, quod nihil omnino inde lucramur. Vs. 19. Sher. ΤΗΝΥΠΑΡΧΗΣΤΗΝΣΥΝΟΔΟΝ. Vs. 30. 31. Sher. ΧΡΗΣΤΗΡΙΑΙΚΑΝΑΠΑΡ|ΑΥΣΑΙ; Chish. ΧΡΗΣΤΗΡΙΑΙΚΑΝΑΚΑΙ||ΠΑΡΑΛΥΣΑΙ, interposito *καὶ* manifesto de suo, et litteris ΠΑΡ in seq. vs. demotis: quare dedi quod Sher. habet, nisi quod vs. 31. init. ΑΛ retinui. In fine lapis mutilus est.

### *Ψήφισμα Ἀτταλιστῶν.*

*Γνώμη τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀτταλιστῶν· Ἐπειδὴ ὁ [ἱ]ε[ρεὺ]ς τῆς συνόδου Κράτων Ζωτίχου ἔν τε τῷ ζῆν πολλὰς καὶ μεγάλας ἀποδείξεις ἐποιεῖτο τῆς πρὸς τοὺς Ἀτταλιστὰς εὐνοίας καὶ κατ᾽ ἰδίαν ὑπὲρ ἑκάστου καὶ κατὰ κοινὸν τῶν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ συνηγμένων καὶ κειμένων, τὴν πλείστην ποιούμενος πρόνοιαν, σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας οὐθὲν ἐλλείπων, καὶ πολλὰ μὲν [καλ]ὰ καὶ φιλάνθρωπα τῇ συνόδῳ παρὰ τῶν βασιλέων ἐποίησεν, ἀποδεχομένων αὐτῶν τήν τε ἐκείνου ἅπαντα τρόπον πρὸς ἑαυτοὺς εὔνοιάν καὶ τὴν ἡμετέραν αἵρεσιν καὶ συναγωγὴν ἀξίαν οὖσαν τῆς ἑαυτῶν ἐπωνυμίας, οὐκ ὀλ[ίγα] δὲ καὶ τῶν ἰδίων ἐπιδιδοὺς καὶ χορηγῶν διετέλει, βουλόμενός τε τοῖς προϋπηργμένοις ἀκόλουθα πράσσειν καὶ μεταλλάσσων τὸν βίον ἐν Περγάμῳ, προενοήθη τῆς συνόδου, καὶ γράψας ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς Ἀτταλιστὰς καὶ νόμον ἱερὸν ἀπολιπών, ὃν ἐξαπέστειλεν ἡμῖν βασιλεὺς Ἄτταλος, ἐπισημοτέραν ἐποίησεν τὴν ὑπάρχουσαν ἐς τὴν σύνοδον εὔνοιαν, δι᾽ ὃν τό τε Ἀττάλειον τὸ πρὸς τῷ θεάτρῳ, ὃ καὶ ζῶν καθιερώκει τοῖς Ἀτταλισταῖς, ἀνατίθησιν καὶ τὴν συνοικίαν τὴν πρὸς τῷ βασιλείῳ τὴν πρότερον οὖσαν Μικρ[ί]ου, ἀνατίθησιν δὲ καὶ καθιεροῖ τῇ συνόδῳ καὶ ἀργυρίου Ἀλεξανδρείου δραχμὰς μυρίας καὶ πεντακοσίας, ἀφ᾽ ὧν ἐκ τῆς προσόδου θυσίας τε καὶ συνόδους [πε]ποιήμεθα, καθὼς ἐν τῇ νομοθεσίᾳ περὶ ἑκάστων δια[τέ]ταχεν, ἀνατίθησιν δὲ καὶ σώματα τοῖς Ἀτταλισταῖς [τὰ] περιόντα· ἃ κατὰ μέρος ὑπὲρ ἁπάντων ἐν τῷ καθιερωμένῳ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ νόμῳ δεδήλω[κ]εν· ἀ[πέ]λιπεν δὲ καὶ τὰ πρὸς [σ]υσ[κ]ή[νω]σιν ἐν τῷ τεμένει χρηστήρια ἱκανά, παραλῦσαι βουλόμενος καὶ τῆς εἰς ταῦτα δαπάνης καὶ χορηγίας τοὺς Ἀτταλιστάς· ἵνα οὖν καὶ ἡ σύνοδος τῶν Ἀτταλιστῶν ἀξίας φαίνηται τοῖς εὐεργέταις ἀπονέμουσα χάριτας, δεδόχθαι τοῖς Ἀττα-*

## 3073.

In pariete domus oppidi Sevrihissar apud *Teon*; ed. Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 10. n. 23. (cf. Syllab.)

In corona oleagina:

ΤΟΚΟΙΝΟΝ
ΤΩΝΠΑΝΑ
ΘΗΝΑΙΣΤΩΝ

In corona hederacea:

ΤΟΚΟΙ
ΝΟΝΤΩΝ
ΔΙΟΝΥΣΙ
ΑΣΤΩΝ

Τὸ *κοινὸν τῶν* Παναθηναϊστῶν,
Τὸ *κοινὸν τῶν* Διονυσιαστῶν,
sc. *στεφανοῖ* etc.

Falso haec *κοινὰ* ut Ἐχίνου *συμμορία* referuntur ad Dionysiacos artifices. Quid enim Panathenaistis cum illis commune est? Cur, si *omnes* Dionysiaci, qui Tei olim habitabant, artifices intelligerentur, non dicti essent *οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται*? ac num credibile est *unum* ex illis collegium tam late patenti nomine *Διονυσιαστῶν* vocatum esse? Accedit quod, si vs. 3. forma θ vera est, titulus recentior est ea aetate, qua Tei sedem habuerunt Dionysiaci artifices. Potius hi Panathenaistae et Dionysiastae sunt thiasi, quales Tei infra commemorantur n. 3101. 3112. ut in Atticis Sarapiastae, in Delo Tyrii Heracleistae etc.

---

## 3074.

Olim prope *Teon* (in loco Sigazik in tonstrina), post in Britannia, in ara, vel ut Peyssonelius vocat basi statuae, quod tamen non probabile est, characteribus magnis; ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 4. p. 38. ex schedis alienis, Hessel. App. Praef. ad Inscr. Gud. n. 22. Maittair. Append. Marm. Oxon. n. 2. p. 9. (cf. p. 12.) Habeo etiam ex schedis Peyssonelii.

ΔΙοΣΚΤΗΣΙοΥ
ΔΙοΣΚΑΠΕΤΩΛΙοΥ
ΡΩΜΗΣ
ΑΓΑΘοΥΔΑΙΜοΝοΣ

Lectio est Maitt. Peyss. formas dedi ex designatione Maittairii. Vs. 3. Hess. ΡΩΜΗΝΣ: mitto alias illius et Poc. varietates, quae nullius sunt momenti.

*Διὸς Κτησίου,*
*Διὸς Καπετωλίου,*
*Ῥώμης,*
*Ἀγαθοῦ δαίμονος.*

De Iove Ctesio multos locos addidit Maitt. cf. Taylor. ad Dem. Mid. p. 531. ed. Reisk. Litterae satis quidem rudes sunt; sed nihilominus titulus Imperatorum aetate prior videtur, et fortasse iam tum factus, quum Pergamenum regnum in Romanorum potestatem veniret: unde sibi Teii augurati fuerint opulentiae accessionem et bonam fortunam.

---

## 3075.

Ad *Teon*, in oppido Sevrihissar in limine portae; ed. Hessel. l. c. n. 15. et Chishull. Antt. As. p. 57. Habeo etiam ex cod. Ask. Append. II. (ex cod. Chish. II, 66.)

. . . . . . ΑΝΤΙΟΧΟΥΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗΣ . . .
ΚΑΙΑΝΤΙΟΧΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΣΩΤΗΡΟΣ

Sic versus divisi ex cod. Ask. ubi haec ex media parte magnae inscriptionis superesse dicuntur; lacunas vs. 1. notavi ex Chish. Hess. vs. 1. extr. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΑΣ, idemque versus ita coniungit quasi nulla intercedat lacuna. Pertinet ad *Antiochum I.* et uxorem priusque novercam Stratonicen:

*- - - - βασιλέως] Ἀντιόχου καὶ βασιλίσσης Στρατονίκης - - - - - καὶ Ἀντιόχου βασιλέως καὶ? Σωτῆρος - -*

De incommodiori hoc *καὶ Σωτῆρος* iudicare non licet, quum ignoremus contextum, in quo haec posita erant.

---

## 3076.

*Tei* (Bodrun) inter rudera in praegrandi fragmine lapidis valde mutili tam supra quam ad sinistram; ed. Vidua Inscr. ant. tab. 16, 3. cf. p. 16. Prius dederat Hesselius Append. Praef. ad Inscriptt. Gudii n. XXVIII. „in via Teia", sed ita imperfecta lectione, ut varietatem annotare non opus sit.

[ΔΗΜΑΡΧΙ]ΚΗϹΕΞΟΥϹΙΑΣ
. . . . . ΥΠΑΤΟΝΤΟ·Β̄·ΑΝ
[ΗΒΟΥΛ]ΗΚΑΙΟΔΗΜΟϹΟΤΙ
. . . ΟϹΑΙΟΥΛΙΟΥΔΙΟ
. . . . . ΥΑΡΧΟΝΤΟϹΚΑΙ
ΤΗϹΠΟΛΕΩϹ

*Αὐτοκράτορα Καίσαρα* etc. *Σεβαστὸν* etc. *δημαρχι]κῆς ἐξουσίας - - ὕπατον τὸ β̄, ἀν[έστησεν? ἡ βουλ]ὴ καὶ ὁ δῆμος ὁ Τ[ηΐων, ἐπιμεληθέντ]ος [Λ.]? Ἰουλίου Διο - - - [το]ῦ ἄρχοντος καὶ - - - - τῆς πόλεως.*

refert inscriptio Aeginaea inedita. De rege ipso cf. ad n. 3067. Eponymi deinde duo scripti sunt, qui ad Dionysiacos artifices pertinent, alter *sacerdos artificum*, qui est Cratinus, idem fortasse ac Cratinus Menophili f. Pergamenus n. 3090. alter *agonothetes et sacerdos divi Eumenis* ab artificibus culti, qui est Aristaeus; cf. ad n. 3068. init. Quae vs. 4. supplevi dedit iam Chish. ex n. 3069. 6 sq.

## 3071.

In tergo lapidis n. 3069. Edidit Chishullus l. c. p. 142. cf. not. p. 148. In Sherardianis est p. 46. (cod. Ask. I, 121.) unde transcripsit Müllerus.

\- - - - - - - ΝΟΥΚΑΙΜΑΡΙΔΟΣΕΩΣ
\- - - - - - - ΝΠΕΥΩΝΤΑΙ . . ΔΟΝΩΣΕΠΠΡΟΠΟΝΥ . ΟΠ
ΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣΩΣΤΕΥΠΑΡΧΕΙΝΑΥΤΟΙΣΚΑΙΤΑΣΤΡΩΜ
ΑΤΑΚΑΙΤΑΣΚ . . ΝΗΟΥΣΚΑΙΕΠΕΜΟΥ . . ΩΝΟΑΜΦΙΤΑΝ .
ΕΝΝΕΑΨΙΛΑΣΕΝΕΑΥΠΑΡΚΩΚΑΙΑΛΙΝΑΤΙΜΑΙΟΝΤΑ
ΤΡΑΠΕΞΑΣΔΥΟΤΡΙΠΟΔΙΑΔΥΟΝΑΝΟΝΔΙΜΕΤΡΗΤΟΝ
ΧΑΛΚΙΟΝΤΕΤΡΑΧΟΙΑΙΟΝΚΑΙΑΜΒΙΚΟΝΛΕΚΑΝΗΝΕΣΠΟ
ΤΗΡΙΑΚΑΙΑΛΛΗΝΠΟΔΑΝΙΠΤΗΡΑΛΥΧΝΙΑΝΧΑΛΚΗΝΣΑΛ
ΠΙΓΓΩΤΗΝΛΥΧΝΟΝΧΑΛΚΟΥΝΔΙΜΥΞΟΝΔΙΦΡΟΝΕΒΕΝΙΝ
ΟΝΑΣΠΙΔΑΚΑΙΔΟΡΥ

Vss. 1. 2. addidi ex Sher. Vs. 3. Sher. ΥΠΑΡΧΗΑΥΤΟΙΗΚΑΙ. Vs. 4. quidquid post ΤΑΣ scriptum est ad finem versus, dedi ex solo Sher. quod haec omisit Chish. Vs. 5. litteras ΕΝΕΑΥΠΑΡΚΩ ex Sher. dedi, omissa a Chish. signatâ lacunâ iusto maiore; quae sequuntur, itidem ex Sher. reddidi pro Chishulli lectione ficticia ΚΑΙΤΙΝΑΤΙΜΙΑΟΝΤΑ. Vs. 6. Sher. Δ pro Ξ. Ibidem ΝΑΝΟΝ minoribus litteris dedit Chish. sed *sic* notat scripta esse (nempe in apographo ut ipse dicit p. 148. hoc est in schedis Sherardianis); et habet haec Sher. Post haec Sher. ΑΙ pro ΔΙ. Vs. 7. extr. Sher. omittit ΠΟ et assuit vs. 8. extr. Vs. 8. Chish. ΠΟΔΟΝΙΠΤΗΡΑ, Sher. ΠΟΔΑΝΙΠΤΗΔΑ, unde A prius assumpsi temere mutatum a Chish. Vs. 9. extr. minuta ΙΝ desunt ap. Sher.

- - - - λογισμ]οῦ καὶ [π]αρ[α]δόσεως - - - -
\- - - ἐπιτρο]πεύων? - - - ἐπ[ίτ]ροπον ὑ[πὸ] - - -
τοῖς Ἀτταλισταῖς, ὥστε ὑπάρχειν αὐτοῖς καὶ τὰ στρώ-
ματα καὶ τὰ σκ[ή]νη, ο[ἷ]ς καὶ ἐπ' ἐμοῦ [ἐχρ]ῶν[τ]ο,
ἀμφιτά[πητας] ἐννέα ψιλάς, ἐν[ν]έα - - - καὶ [τ]ὰ
λίνα τ[ὰ περ]ιόντα? τραπέζας δύο, τριπόδια δύο, [κ]ά-
[δ]ον διμέτρητον, χαλκίον τετραχοϊαῖον καὶ ἄμβικον,
λεκάνην ἐς ποτήρια, καὶ ἄλλην ποδανιπτῆρα, λυχνίαν
χαλκῆν σαλπιγγωτήν, λύχνον χαλκοῦν δίμυξον, δίφρον
ἐβένινον, ἀσπίδα καὶ δόρυ.

Haec manifesto supersunt ex Cratonis testamento, quo praeter alia ille reliquit τὰ πρὸς [σ]υσ[κ]ή[νω]σιν ἐν τῷ τεμένει χρηστήρια (supellectilem s. utensilia, n. 3069. 30.). Non illa videntur in Cratonis epistola scripta esse, neque in eodem quo illa marmore, sed pertinuisse ad illius *sacram legem*, per quam Attalistis etiam cetera legavit (n. 3069. 17 sqq.): et convenit, quod post cetera legata haec memorantur n. 3069. ut proinde pauci hi versus finem illius sacrae legis constituisse videantur. Ceterum hoc fragmentum paulo plenius iam quam ap. Chish. habes. Vs. 1. dictum videtur de rationibus reddendis et de tradendis iis quae legata erant: παράδοσιν intellige eam, quae fit a Quaestore successori annumerante quae acceperat, ut in tabulis Quaestorum Atticorum. Mox restitui τὰ σκήνη, tentoria, quibus utebantur in illo τεμένει. His et στρώμασιν apte convenit, quod addidi ἀμφιτάπητας ἐννέα ψιλὰς et reliqua: λίνα τὰ περιόντα videntur *funiculi qui supererant* esse, quibus utebantur in tentoriis pangendis. Περιόντα similiter dictum n. 3069. 28. Tum κάδον recte scripsit Chish. διμέτρητος est *duorum metretarum capax*. Λυχνία est candelabrum s. lychnuchus; cetera aperta sunt.

## 3072.

Corsinus Inscriptt. Att. p. XLIII. postquam memoravit verba tituli ex Sherardi schedis prolata (ex Epist. ad Magliab. T. III. p. 355.), Ἡ Ὀλυμπικὴ σύνοδος τῶν ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἱερονικῶν, ex Maffeianis schedis, quae ex Sherardianis ac Chishullianis fluxerunt, sine loci notitia affert hunc titulum repetitum in Prolegg. ad Fast. Att. T. IV. p. XLIII. et hinc a Morisano Inscr. Regin. p. 66. Is non videtur aptiore quam hic loco reponi posse, quum ad *Teia* maxime quadret.

ΟΙΠΕΡΙΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝΤΕΧΝΙΤΑΙ
ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΝΑΠΟΓΕΝΟΥΣΤΩΝΕΑΥΤΩΝ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝΚΑΙΙΕΡΕΑΤΗΣΣΥΝΟΔΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΩ

Sic dedi ex Inscr. Att. neque opus est afferre varietatem in Prolegg. Fast. Att. et ap. Moris. illa enim ex Inscr. Att. expressa non sine vitiis sunt, hic ex Cors. transtulit et vitiavit.

Οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται Πείσανδρον Α[ὐτ]ογένους?
τ[ὸ]ν ἑαυτῶν εὐεργέτην καὶ ἱερέα τῆς συνόδου, Διονύσῳ.

hilo esse. Ibidem primum Σ duplicat solus Poc. Vs. 5. ultimum O solus Chandl. omittit. Vs. 6. pro primo I, quod habet Beaufortus, Chandl. lacunam dedit, Poc. N. Vs. 7. primum E ex Poc. Beauf. (Chandlerus lacunam habet). Vs. 8. extr. Poc. Beauf. ΜΗΔΕΝ. Vs. 9. Chandl. ΦΥΛΑΣΑΝΤΑ, Beauf. ΦΥ ΛΑΑΝΤΑ, Poc. quod dedi. Vs. 16. extr. Σ omittit Poc. Paenultimum Σ omnes habent.

Initio videntur multa perisse; vs. 1. quod *Tiberii* mentio fit, Chandlerus putat haec ad calamitosa eo Imperatore tempora referri, quando Asianas civitates ingens afflixit terrae motus. Illud prorsus falsum, quod Gesn. putat, eum qui honoratur hoc loco scriptum esse, Caium vel Claudium aliquem Tiberium: nam nomen honorati hoc loco vix potuit scriptum esse. Accipe quae sequuntur:

*φθαρέν, κατασκευάσαντα δὲ ἐκ τόκων [τήν τ]ε στοὰν τῆς γερουσίας καὶ τὰ πρεβαλ[αν]εῖα πάντα σὺν τῷ λουτρῶνι καὶ τοῖς λο[ι]ποῖς προσκοσμήμασι πᾶσιν ἐκ τῶν ὑπὸ [τ]οῦ πατρὸς [κ]αταλειφθέντων τῇ πόλει χρημάτων, ἀναδε[ξ]άμενον τοῖς ἀναγκαιοτάτοι[ς] καιροῖς σειτωνίας πλεονάκις ὅτε μηδείς, καὶ φυλάξαντα τὴν εὐθηνίαν, προσκαθιερώσαντα τοῖς πατρῴοις καὶ μητρῴοις γερουσιακοῖς χρήμασιν καὶ ἴδιον χρῆμα, εἴς τε τὴν τοῦ Σεβαστοῦ ἐπιταγὴν πείσαντα διὰ τῆς ἑαυτοῦ μεγαλοφροσύνης πολείτας αὐτομόλους στρατεύσασθαι, εὐεργέτην ὄντα τῆς πόλεως ἐν πᾶσιν καὶ διὰ τὰς ἀνυπερβλήτους αὐτοῦ περὶ πάντα φιλοδοσίας.*

Vs. 2. *φθαρὲν* pertinet ad aedificium restitutum, quod terrae motu concussum esse non est dissimile vero. *Ἐκ τόκων* mirum est: putes aliquid legatum esse, de quo in prioribus dictum fuerit, et tum dicendum fuisse *ἐκ τῶν τόκων*. *Τὰ προβαλανεῖα* incertum videtur; si verum est, sunt singulae cellae ante lacum balnearium (*λουτρῶνα* s. *λουτῆρα*, cf. ad n. 2820.) dispositae. De balneis Teiorum vide Pausan. VII, 5, 5. sed ea, de quibus Pausanias dicit, maximam partem videntur marina fuisse. Gesn. voluerat *τὰ πρὸς ἀγγεῖα*, omnino falso. Vs. 7. *ἀναδεξαμένων* dedit iam Gesn. Vs. 11. *χρῆμα* singulare de pecunia dictum est Ionico usu (Polluc. IX, 87. et ibi Iungerm.). In glossis ubi *χρῆμα* dicitur peculium esse, id hinc alienum est; peculium enim est *κτῆμα*, pro quo etiam Atticos dicere *χρῆμα*, concedit Pollux. Ceterum *γερουσιακὰ χρήματα* non *censum senatorium* significant, ut putat Gesn. sed sunt pecuniae Teiorum *γερουσίᾳ* legatae: senatorius census est *τίμημα συγκλητικόν*. Vs. 12. *τὸν Σεβαστὸν* recte Chandl. *Octavianum Augustum* esse putat, cui ut *conditori* Teii obstricti fuerunt: unde in nummis *Σεβαστὸς κτίστης*. Hic igitur Teiis imperaverat milites; is vero qui laudatur hoc decreto, persuasit civibus pecunias iis largitus, ut voluntarii militarent: nempe *αὐτόμολοι* sunt *ἄκλητοι*; cf. Abresch. ad Hesych. v. Vs. 16. cave scribas *φιλοδοξίας*.

## 3081.

Prope *Teon*, in muro templi Turcici in oppido Sevrihissar; ex schedis Dukeri ut Smyrna allatum ed. Hesselius Append. Praef. ad Inscr. Gud. n. 4. et Gisb. Cuperus in epistola impressa in Miscellan. Berolinens. T. II. p. 6. Habeo ex Sherardianis p. 39. (cod. Ask. IV, 69.) unde locum definii. Exempla haec omnia ex eodem manarunt fonte.

ΤΙΒΕΡΙΟΣΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΜΑΣΙΜΑΧΟΥΥΙΟΣΦΥΣΕΙ
ΔΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥΚΥΡΕΙΝΑ
ΦΙΛΙΣΤΗΣ ΤΟ Β
ΤΟΥΦΙΛΑΙΟΥΠΥΡΓΟΥ

Vs. 3. Cup. ΔΕΡΜΟΔΕΣΤΟΥ, Sher. ΛΕΡΜΟ ΘΕΣΘΟΥ, quae vitia sunt eorum, qui transcripserunt ex primitivo et omnibus communi apographo:

*Τιβέριος Κλαύδιος*
*Μασιμάχου υἱός, φύσει*
*δ' Ἑρμοθέστου, Κυρείνᾳ,*
*Φιλιστ[εύ]ς?* *τὸ $\overline{β}$*
*τοῦ Φιλαίου πύργου.*

*Μασίμαχος* derivandum ut *μασίγδουπος*, *μασιμάνας*. De nomine *Ἑρμόθεστος* cf. ad n. 3064. Magis dubium nomen vs. 4. scriptum, quod ob additum *τὸ $\overline{β}$* Cupero est officii nomen visum, *custos* turris Philaeae: sed nec custos est *φιλιστής*, nec turris, hoc est pagus s. demus, custodem habere potest. Vide de turribus Teiorum ad n. 3064. unde intelligitur additum *τοῦ Φιλαίου πύργου*, quod ibidem vs. 9. habes, nihil esse nisi demi Teii designationem, cui adscriptus noster Tib. Claudius erat. Praeterea ex innumeris aliis titulis apertum fit litteris ΦΙΛΙΣΤΗΣ contineri cognomen Graecum Tib. Claudii, ut n. 2719. est *Τίτος Φλάβιος Λέοντος υἱός, Κυρείνᾳ, Αἰνείας*, et in fine similiter, atque ubivis. Patris cognomen est *Μασίμαχος*; at filio quodnam fuit? Habes eundem hominem n. 3082. 3083. Et posteriore quidem loco cognominis quartus casus est ΦΙΛΙΣΙΕΑ vel ΦΙΛΙΣ ΣΙΕΑ vel ΦΙΛΙΣΣΕΑ; in priore nihil inde superest nisi Φ vel ΦΗ (hoc ap. Chandl.). Iam quum hoc ΦΗ non congruat lectionibus n. 3081. 3083. scriptis, ex his duobus titulis eruendum nomen erit; nec novi melius quam ut n. 3083. ΦΙΛΙΣΙΕΑ mutetur in *Φιλιστέαν*, n. 3081. autem ΦΙΛΙΣΤΗΣ in *Φιλιστεύς*. Ut *Ἄριστος Ἀριστεύς*, ita *Φίλιστος Φιλιστεὺς* formari poterat. Superest vs. 4. extr. *τὸ $\overline{β}$*, quod non habet quo referatur. Id videtur hoc loco aliquid singulare esse. Nempe Tib. Claudium hunc aliquot statuis honoratum esse docent qui sequuntur tituli; et hunc quoque titulum n. 3081. non epitaphium, sed statuae subscriptum fuisse mihi persuadeo. Est vero prior inscriptionibus n. 3082. 3083. nam in illo tantum *Masimachi* filius adoptivus est, in his insuper *populi*. Fortasse autem etiam ante n. 3081. iam ornatus statua erat; atque id nota aliqua extra ordinem tituli addita breviter significatur. Sane nota adeo brevis nec iustâ concepta formulâ non potest publice incisa esse; sed eam potuit ipse Tib. Claudius addere post inscriptum publice titulum et for-

## 3077.

Apud *Teon*; ed. Pocock. l. c. ad n. 3074. p. 37. n. 4. ex schedis alienis.

CLAVDIA.AV
MONVMEN
LAEIO.CAES
ΚΛΑΥΔΙΑΣ

Vs. 1. *Claudia Au*[*g*. est ut vs. 4. Κλαυδία Σ[εβ. Sed quo haec pertineant nescio: certe non cogitarim de Claudia Augusta Neronis filia. Potuit genitivus esse: Claudia Augusti sc. ministra qualiscunque. Vs. 3. L.AE[L]IO.CAES[ARI fuisse videtur, cui illa fortasse condidit monumentum aliquod.

---

## 3078.

Apud *Teon*, pone fontem ad Sigazik; ex Sherardianis p. 38. (cod. Ask. II, 55. in quo vs. 1. deest).

ΑΘΑΜ . . . . .
ΗΦΥΛΗΗΓΕΛΕΩΝΤΩΝΣΤΕΦΑΝΟΙ . . .
ΜΑΙΑΝΔΡΙΟΝΕΡΑΚΛΕΙΔΟΥ - - - - -

Vs. 1. superest haud dubie ex elogio eidem homini sive ab iisdem, qui inferiora scripserunt, sive ab aliis tributo, quod fortasse in corona scriptum fuit: [*νέον*] Ἀ*θάμ*[*αντα*], hoc est fere *κτίστην*; cf. ad n. 3083. Additur: *ἡ φυλὴ ἡ Γελε*[*ό*]*ντων στεφανοῖ* - - - *Μαιάνδριον* [Ἡ]*ρακλείδου* etc. Redit haec Ionica tribus n. 3079. *Geleontum* s. *Teleontum* dicta: de qua re vide ad Cyzicena.

## 3079.

Prope *Teon* in oppido Sigazik, in corona laurea; ed. Pocock. l. c. ad n. 3074. p. 37. n. 1. ex schedis alienis, sed formam tituli valde inconcinnam repraesentans, Murat. T. II. p. DCXLIV. 5. ex schedis Bimardi, quae sunt ex apographo Guerini petitae. Hoc Guerini apographum a. 1729. factum Parisiis mihi transcripsit Adalb. Zieglerus; nec differt ab eo Mur.

ΟΙΝΕΟΙ
ΗΦΥΛΗΙΣΕΝ
ΛΕΟΝΤΩΝ
ΟΙΕΦΗ
ΒΟΙ

Sic Guer. At Poc. vs. 1. ΟΝΕΟΣ, 2. ΗΦΥΛΗΕ, 3. ΕΟΝΤΩΝ, 4. ΘΙΕΦΗ.

Οἱ νέοι.
ἡ φυλὴ [ἡ Γε]λεόντων.
οἱ ἔφηβοι.

De tribu cf. ad n. 3078. Coronati nomen cum decreto ipso periit.

## 3080.

Prope *Teon*, in via quae ex loco Sigazik ad oppidum Sevrihissar ducit, basis olim statuae nunc perforata, ad puteum; ed. Pocock. l. c. p. 38. ex schedis alienis, Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 7. n. 20. cum textu minusculis repetito et Latina interpretatione; cf. etiam Syllab. p. III. In Sherardianis extat p. 31. Habeo etiam ex schedis Beauforti a Müllero. Pocockianum exemplum parum feliciter tractavit Gesnerus Commentatt. Gotting. Vol. V. (a. 1782.) Antiqq. p. 45-51.

ΙΑΙΟΙΤΙΒΕΡΙΟ . .
ΦΘΑΡΕΝΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΝΤΑΔΕΕΚΤΟΚΩΝ . . .
ΕΣΤΟΑΝΤΗΣΓΕΡΟΥΣΙΑΣΚΑΙΤΑΠΡΟΒΑΛ
ΕΙΑΠΑΝΤΑΣΥΝΤΩΛΟΥΤΡΩΝΙΚΑΙΤΟΙΣΛΟ
ΠΟΙΣΠΡΟΣΚΟΣΜΗΜΑΣΙΠΑΣΙΝΕΚΤΩΝΥΠΟ
ΟΥΠΑΤΡΟΣΙΑΤΑΛΕΙΦΘΕΝΤΩΝΤΗΠΟΛΕΙΧΡΗ
ΜΑΤΩΝΑΝΑΔΕΣΑΜΕΝΟΝΤΟΙΣΑΝΑΝΚΑΙΟΤΑΤΟΙ.
ΚΑΙΡΟΙΣΣΕΙΤΩΝΙΑΣΠΛΕΟΝΑΚΙΣΟΤΕΜΗΔΕΙΣ
ΚΑΙΦΥΛΑΞΑΝΤΑΤΗΝΕΥΘΗΝΙΑΝΠΡΟΣΚΑΘΙΕ
ΡΩΣΑΝΤΑΤΟΙΣΠΑΤΡΩΟΙΣΚΑΙΜΗΤΡΩΟΙΣ
ΓΕΡΟΥΣΙΑΚΟΙΣΧΡΗΜΑΣΙΝΚΑΙΙΔΙΟΝΧΡΗΜΑ
ΕΙΣΤΕΤΗΝΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΕΠΙΤΑΓΗΝΠΕΙΣΑΝ
ΤΑΔΙΑΤΗΣΕΑΥΤΟΥΜΕΓΑΛΟΦΡΟΣΥΝΗΣΠΟ
ΛΕΙΤΑΣΑΥΤΟΜΟΛΟΥΣΣΤΡΑΤΕΥΣΑΣΘΑΙΕΥΕΡΓΕ
ΤΗΝΟΝΤΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΕΝΠΑΣΙΝΚΑΙΔΙΑΤΑΣΑΝΥ
ΠΕΡΒΛΗΤΟΥΣΑΥΤΟΥΠΕΡΙΠΑΝΤΑΦΙΛΟΔΟΣΙΑΣ

Formam A dedi ex Beauf. Chandlerus quum pleraque ex lapide emendatiora habeat, non recoquo Pocockii vitia, nec refero quae ap. Beauf. vitiosa sunt omnia. Vs. 1. deest apud Beaufortum; Poc. ΑΙΟΙΤΙΒΕΡΙΟ, Chandl. ΙΑΙ..ΤΙΒΕΡ...., quae composui. Vs. 2. extr. puncta addidi ex Beauforto. Vs. 3. extr. Poc. ΠΡΟΡΑΑ. Vs. 4. init. Poc. ΤΕΙΑ, Beauf. ΕW (pro ΕΙΑ): igitur illud Τ videtur de ni-

. . . . . . . . . . . . . . . . . EN
. . . ΙΟΝΚΛΑΥΔΙΟΝΜ . . . . ΑΧΟΥΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥ
. . ΟΝΦΥΣΕΙΔΕΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥΚΥΡΕΙΝΑΦΙΛΙΣΙΕΑ
ΕΥΣΕΒΗΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΝΚΑΙΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝΝΕΟΝΑΘΑ
ΜΑΝΤΑΠΟΛΛΑΚΑΙΜΕΓΑΛΑΚΑΙΚΑΘΕΝΑΚΑΙΚΟΙΝΗΤΗΠΑ
ΤΡΙΔΙΠΑΡΕΣΧΗΜΕΝΟΝΕΥΧΟΜΕΝΗΤΟΙΟΥΤΟΥΣΕΙΣΑΙΕΙ
ΕΑΥΤΗΤΕΚΑΙΤΗΠΑΤΡΙΔΙΑΝΔΡΑΣΓΕΙΝΕΣΘΑΙ

Formam versuum dedi ex Sher. Vs. 2. Hess. Μ - - ΑΡΧΟΥ. Vs. 3. Cup. omittit ΟΝ, et habet ΕΡΜΟΤΕΣΤΟΥ. In fine Sher. et Cup. in not. ΦΙΛΙΣΣΙΕΑ, Cup. in textu ΦΙΛΙΣΣΕΑ, Hess. quod dedi. Vs. 4. extr. Hess. ΝΕΟΝΝΑΘΑ. Vs. 5. init. Sher. Cup. ΑΜΑΝΤΑ, Hess. quod dedi. Sub fin. Sher. ΚΟΙΝΑ. Vs. 6. Sher. ΤΡΙΔΙΚΑΡ etc. Cup. ΕΧΟΜΕΝΑ (sed coniecit verum), Sher. ΤΟΙΟΥΤΟΣ. Vs. 7. Sher. ΓΕΝΕΣΘΑ.

*Ἡ - - - ἐτείμησ]εν [Τιβέρ]ιον Κλαύδιον Μ[ασιμ]άχου καὶ τοῦ δήμου [υἱ]όν, φύσει δὲ Ἑρμοθέστου, Κυρείνᾳ, Φιλισ[τ]έα, εὐσεβῆ, φιλοσέβαστον καὶ φιλόπατριν, νέον Ἀθάμαντα, πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ καθ' ἕνα καὶ κοινῇ τῇ πατρίδι παρεσχημένον, εὐχομένη τοιούτους εἰςαιεὶ ἑαυτῇ τε καὶ τῇ πατρίδι ἄνδρας γείνεσθαι.*

Iocari dicas Cuperum, qui titulum hunc uxori Tib. Claudii tribuit, quasi haec sibi „in perpetuum tales viros" optare potuerit. Synodus aliqua vel symmoria vel tribus honoravit Tib. Claudium; de tribu exempla habes n. 3078. 3079. De persona et nomine viri vide ad n. 3081. Is vero et n. 3082. et n. 3083. simul *Masimachi* et *populi* adoptivus est; populumque adoptasse filios et filias satis constat: de filiabus id demonstrarat iam Cuperus Epist. ad Montfauc. ex duabus inscriptionibus et scriptoribus. Exempla in titulis frequentia componet index. *Νέος Ἀθάμας* fuit etiam n. 3078. estque fere idem quod *κτίστης*, quod Athamas, prisci et fabulosi Athamantis proles, dux Orchomeniorum Minyeorum, Tei conditor cum aliis fuit, unde illam Anacreon *Ἀθαμαντίδα* dixit. Vide Steph. Byz. v. *Τέως*, Pausan. VII, 3, 3. Strab. XIV. p. 633.

## 3084.

Prope *Teon*, in porticu moscheae oppidi Sevribissar; ed. Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 7. n. 21.

ΟΔΗΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΗΣΕΝΑΥΛΟΝΒΙΒΙΟΝ
ΑΒΙΤΟΝΤΟΝΑΔΕΛΦΟΝΤΟΥΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣΕΥΕΡ ΟΥΙΒΙΟΥ
ΠΟ

*Ὁ δῆμος ἐτείμησεν Αὖλον Βίβιον Ἀβῖτον, ἀδελφὸν τοῦ τῆς πόλεως εὐερ[γέτου] Οὐιβίου - πο - - - -*

Vs. 5. Chandl. supplet *πο[λείτην ἐπίσημον*, et *εὐεργέτην* putat eum fortasse esse qui n. 3080. honoretur, sine causa utrumque. Vs. 2. esse *Βίβιον* et vs. 4. *Οὐιβίου* mireris.

---

## 3085.

Prope *Teon* ibidem ubi n. 3069. in coemeterio, sub coronis laureis; ex Sherardianis (p. 42. cod. Ask. I, 129.) transcripsit Müllerus.

ΟΙΕΦΕΒΟΙΚΑΙΟΙΝΕΟΙΚΑΙΟΙΜΕΤΕΧΟΝΤΕΣΤΟΥ
ΓΥΜΝΑΣΙΟΥΑΙΣΧΡΙΩΝΑΜΕΛΕΑΓΡΟΥΕΦΕΒΑΡ
ΧΗΣΑΝΤΑΚΑΛΩΣΣΤΕΦΑΝΩΧΡΥΣΙΩΚΑΙΕ
ΡΟΝ.ΓΡΑΠΤΗΙΚΑΙΕΙΚΩΝΙΓΡΑΠΤΗΤΕΛΕΙΑΚΑΙΕΙΚΟΝ
ΧΑ..ΗΚΑΙΑΓΑΛΜΑΤΙΜΑΡΜΑΡΙΝΩΚΑΙΕΙΚΟΝΧΡΥΣΗ

*Οἱ ἔφ[η]βοι καὶ οἱ νέοι καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ γυμνασίου Αἰσχρίωνα Μελεάγρου, ἐφ[η]βαρχήσαντα καλῶς, στεφάνῳ χρυσῷ καὶ ε[ἰκ]όν[ι] γραπτῇ καὶ εἰκ[ό]νι γραπτῇ τελείᾳ καὶ εἰκόν[ι] χα[λκ]ῇ καὶ ἀγάλματι μαρμαρίνῳ καὶ εἰκόν[ι] χρυσῇ* sc. *ἐτείμησαν.*

Vs. 3. dele Ι paenultimum. De *εἰκόνι γραπτῇ* et *εἰκόνι γραπτῇ τελείᾳ* vide ad n. 3068. *B.*

## 3086.

Apud *Teon* in loco Guzellir; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 9. p. 18. n. 9. (qui per errorem rettulit ad Magnesiam ad Maeandrum, quod Guzellir et Guzelhissar ab ipso confusa sunt, et Guzelhissar visa est Magnesia ad Maeandrum esse). Sed omisit Poc. quae in sinistra coronis inscripta erant; quae sola habet Hesselius l. c. (ad n. 3083.) n. 14. Utraque praebet Append. II. cod. Ask. (ex cod. Chish. II, 67.).

*a.*

ΟΔΗΜΟΣ ΟΙΕΦΗΒΟΙΚΑΙΟΙΝΕΟΙΑΡΙΣΤΟ..
ΤΟΒΟΥΛΟΝΘΑΡΣΥΝΟΝΤΟΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ||ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑΚΑ...
ΡΙΤΟΝΚΑΙΠΡΟΣΤΑΝΤΑΤΗΣΑΡΧΗΣΚΑΛΩΣΚΑΙΕΝΔΟΞΩΣ||ΚΑΛΩΣΚΑΙΕΝΔΟΞΩΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ

tasse postquam illi iam tertia et quarta esset statua collocata. Aliud quidem non habeo dicere; nec probabile est excidisse aliquid; nam siquis forte collato n. 3082. coniecerit inserta integra voce legendum esse [ἀγωνοθέτης] τὸ $\bar{\beta}$, nec credibile erit in tam brevi titulo tam longum vocabulum omisisse transcribentem, neque hoc ἀγωνοθέτης τὸ $\bar{\beta}$ iusto loco positum erit, sed debuit post τοῦ Φιλαίου πύργου poni. Denique illud certum est, τὸ $\bar{\beta}$ non posse ad vocem ΦΙΛΙΣΤΗΣ, utcunque eam constitueris, referri. Ceterum postea aliquid adscriptum titulis esse multa docent exempla, ut n. 2811. ubi cf. not.

## 3082.

*Tei* (Bodrun) in theatro, in fragmine basis statuae; ed. Pocock. Inscr. ant. II, 11. p. 20. n. 3. Varietatem lectionis cum suis supplementis dedit Chandler. Inscr. ant. Syllab. p. IV.

ΚΑΙΟΙΤΟΥΤΩΝΣΥΝΑΓΩΝ
ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛΑΥΔΙΟΝΝΙ
ΥΙΟΝΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΦΥ
ΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥΚΥΡΕΙΝΑΦΗ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝΤΟΤΡΙΤΟΝΤΙ
ΤΑΕΤΗΡΙΚΩΝΑΓΩΝΩΝΔΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΗΩΝΜΕΓΑΛΟΦΡΟΣΥΝΗ
ΚΑΙΔΑΨΙΛΕΙΑΣΟΥΜΟΝΕΤΗΤ
ΤΟΥΣΠΟΛΕΙΤΑΣΕΝΔΕΛΕΓ
ΔΙΑΒΙΟΥΔΙΑΤΑΝΑΛΩΜΑΤΩΝ
ΘΗΜΑΤΩΝΩΝΕΚΑΣΤΟΤΕΠΕΡ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΝΤΟΥΟΙΚΟΥΤΩΝCΕ
ΛΑΕΠΕΙΚΑΙΠΡΟΣΤΗΝΕΡΑΝΕΥ
ΣΙΩΣΚΑΙΜΕΓΑΛΟΥΣΩΣΠΡΟ
ΕΠΗΞΗΟΥΚΕΣΕΚΑΘΕΚΑΣ–
ΣΙΑΝΤΗΝΤΟΥΑΓΩΝΟΣΑΣΙ
ΡΙΑΝΑΘΕΜΑΤΑΕΚΤΩΝΙ
ΓΩΝΙΣΤΑΙΣΑΝΑΓ
ΕΦΑΝΟΥΝΤΩΤ
ΑΝΩΩΣΒΑ
ΔΟΥΚΑ

Litterarum ϑ, ϕ, ξ formam dedi ex Chandl. Pro ◊ tamen omnibus locis debet ea forma reponi quam habes vs. 4. Praeterea Chandl. notat inesse Ω et Ω, ac ligaturas multas, ut eas quas vs. 2. 4. 6. 15. textui immisi, quod secundum ordinem, quo rettulit de ligaturis, ipsos hos versus respexisse videtur; item ligaturas ΤΕ et ΝΕ, quas non in textu posui, quod variis possunt locis tribui. Vs. 13. extr. diserte C habet Chandl. sed vs. 8. extr. diserte Σ. Ex eodem vs. 4. extr. addidi Υ, vs. 5. extr. Η, vs. 7. extr. Ν. Vs. 12. extr. dedi ΠΕΡ ex Chandl. pro Pocockiano ΠΕΓ. Praeterea Chandl. addit se vs. 6. legisse ΤΟΝΤΑ (nescio pro quibus Pocockii litteris) et vs. 7. ΤΑΓΤΗΙΚΩΝ, quod falsum est. Quippe ductus obscuros esse Chandl. ipse dicit. Supplementa dedit haec: vs. 1. συναγων[ισταί, 4. φύ[σει δέ, 5. Φη[σίνου, 7. Διον[υσιακῶν, 8. μεγαλοφροσύν[ης μετά (quid hoc sit nescio), 12. περ[ὶ τήν, 13. Σε[βαστῶν. Ex his quod vs. 5. dedit Φη[σίνου habet aliquam speciem ob n. 3092. unde notum illi hoc nomen fuit, ut etiam ex n. 407. sed id nihili esse docui ad n. 3081. In lapide vel ΦΙ vel ΦΙΛ supererat, quod illi ΦΗ visum est.

*Οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται οἱ ἀπὸ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου] καὶ οἱ τούτων συναγων[ισταὶ] ἐτείμησαν Τιβέριον Κλαύδιον [Μασιμάχου] υἱὸν καὶ τοῦ δήμου, φύ[σει δὲ] Ἑρμοθέστου, Κυρείνᾳ, Φ[ιλιστέα], ἀγωνοθέτην τὸ τρίτον τ[ῶν πεν]ταετηρικῶν ἀγώνων Διον[υσιακῶν] Καισαρήων, μεγαλοφροσύνη[ς ἕνεκεν] καὶ δαψιλείας, οὐ μόν[ον] ἐ[πεὶ πρὸς] τοὺς πολείτας ἐνδέ[δ]ε[ικται αὐτὴν] διὰ βίου διὰ τ[ῶν] ἀναλωμάτων [καὶ τῶν ἀνα]θημάτων [τ]ῶν ἑκάστοτε περ[ὶ τὴν] εὐσέβειαν τοῦ οἴκου τῶν Σε[βαστῶν, ἀλ]λὰ ἐπεὶ καὶ πρὸς τὴν [ἱ]ερὰν [σ]ύ[νοδον ὁ]σίως καὶ μεγαλο[ψ]ύ[χ]ως προ[σενεχθὶς] ἐπη[ύ]ξη[σε]? - - - - καθ' ἑκάσ[την ἀγωνοθε]σίαν τὴν τοῦ ἀγῶνος ἀ[ξ]ί[αν, καὶ πε]ρι[ττ]ὰ θέματα ἐκ τῶν ἰ[δίων ἔθηκεν τοῖς ἀ]γωνισταῖς. ἀναγ[γέλλειν? δὲ - - καὶ? στ]εφανοῦν τῷ [ἐκ τοῦ νόμου - - - στεφ]άνῳ, ὡς [π]ά[τριόν ἐστιν, ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσ]ου? κα[ὶ - - - - - -*

Formulam initialem, assumpta ἀπὸ praepositione pro ἐπί, quae est in Teiis artificum Dionysiacorum decretis, ex Tralliano potissimum titulo n. 2933. constitui, quod hic aetate propior est nostro. De ipsis collegiis vide ad n. 3067. Et nota huius quidem tituli aetate Dionysiacos Ioniae et Hellesponti artifices Lebedi habitasse, sed ludos tamen celebrasse etiam Tei, ad cuius civem pertinet hic titulus. De Tib. Claudio hoc vide ad n. 3081. nostro hoc loco ille non solum *Masimachi* filius adoptivus est sed etiam *populi*, qua de re vide ad n. 3083. Reliqua restitui quantum fieri potuit in apographo adeo corrupto et mutilo. Vs. 12. 13. ἀναθήματα τὰ περὶ τὴν εὐσέβειαν τοῦ οἴκου etc. sunt ea quae pertinent ad venerationem domus Augustae; cf. n. 2697. n. 2715. *b.* sub fin. et n. 3199. 3200. Inde a vs. 15. incertior fit restitutio, sed sententia haud dubie ea fuit quam dedi. Περιττὰ θέματα sunt *themata lege non constituta.* De dictionibus ἀναγγέλλειν, στεφανοῦν στεφάνῳ τῷ ἐκ τοῦ νόμου et ὡς πάτριόν ἐστιν cf. n. 3067. 3068.

## 3083.

*Tei* (Bodrun) in arvo inter ruinas iuxta viam ad oppidum Sigazik ducentem; ed. Hessel. Append. Praef. ad Inscr. Gudii n. 10. ex schedis Dukeri (quod apographum a. 1719. Febr. 17. scriptum est), Gisb. Cuperus l. c. ad n. 3081. p. 7. vitiis typographi corruptum. Habeo ex schedis Sherardianis p. 39. (cod. Ask. IV, 57.). Omnia haec apographa ex communi fonte fluxerunt, licet aliquantum differant.

Tituli formam dedi ex Maitt. Litteram O minutam dedi ex notatis Maitt. p. 11. praeterea A et I posui (I diserte Peyss.), sed A et I potius esse in lapide docet Maitt. p. 12. pro quibus formis elegi proximas quas habebam. Pro Ψ Maitt. ait inesse ᛉ (*b*. vs. 6.). *a*. vs. 1. Sher. ΥΠΟΡΟΔΗΣ, Peyss. ΥΠΟ ΒΟΥΛΗΣ. Ibid. Sher. Hess. ΑΝΤΑΠΟΔΩΣΕΩΣ. Vs. 4. Hess. ΥΠΟΡΟΔΗΣ. Vs. 6. Hess. fere sic: ΔΙΟΝΥΣΕΙΚΛΗΣ, Sher. ΔΙΟΝΥΣΙΚΑΗΣ. Vs. 7. Hess. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ. Vs. 11. Peyss. ΜΕΝΚΡΑΤΟΥ. *b*. vs. 1. Maitt. ΝΕΩΤΕΡΑΑ; pro ultimo A Hess. Σ, quod dedi. Vs. 2. Hess. ΗΡΑΚΛΕΩΣΗΣ. Vs. 3. ultimum Σ omittit Maitt. Vs. 4. pro Σ ap. Hess. inconditus ductus est. Vs. 5. pro H Maitt. ⊢I. Vs. 6. extr. Maitt. O. Vs. 7. ⊢ omittit Hess. Vs. 9. extr. Hess. ΦΙΔΟ. Vs. 10. extr. Hess. AI. Vs. 11. Hess. ultimum elementum omittit. Vs. 12. Hess. ΜΕΛΩ ΓΡΑΦΙΑ, et vs. 13. N pro Y. Vs. 8. in ΚΙΘΑΡΩΔΙΑΣ deest I subscriptum; id quod etiam Maitt. diserte annotat.

- - - - - -
[Πρεσβυτέρας ἡλικίας]·
- - - - - -
- - - - - -
*a*. ὑποβολῆς ἀνταποδόσεως
Ζωΐλος Ζωΐλου,
ἀναγνώσεως
Ζωΐλος Ζωΐλου,
Μέσης ἡλικίας·
ὑποβολῆς
Μητρόδωρος Ἀττάλου,
ἀναγνώσεως
Διονυσικλῆς Μητροδώρου,
πολυμαθίας
Ἀθήναιος Ἀπολλοδώρου,
ζωγραφίας
Διονύσιος Διονυσίου τοῦ
Διονυσίου τοῦ Μενεκράτου.

- - - - - -
- - - - - -
- - - - - -
- - - - - -
*b*. Νεωτέρας [ἡλικίας]·
[ὑποβολῆς?]
Ἡράκλεος Ἡρ[ακλε] - -,
ἀναγνώσεως
- - - - - - - -,
καλλιγραφίας
- - - - - - - -,
λαμπάδος
Ἡ - - - - - -,
ψαλμοῦ
Ἰατρο[κλῆς]? - - -,
κιθαρισμοῦ
Μ[ητρόδωρος]? - - -,
κιθαρῳδίας
Α - - - - - - -,
ῥυθμογραφία[ς]
- - - - - - - -,
κωμῳδίας
Ἄτ[ταλος] - - -,
τραγῳδίας
Κα - - - - -,
μελογραφίας
[Νίκανδ]ρος? Νικίου.

N. 3059. Tei vidimus ludos et gymnicos et musicos institutos esse, qui cum exercitatione puerili vel iuvenili coniuncti erant: hoc vero loco catalogum habemus eorum, qui ex tali commissione indigenis proposita, musicarum potissimum omnis generis artium peritia ostentata, victores tulerunt praemia. Solos πολιτικοὺς his in ludis certasse per se patet; cf. de hac re ad n. 2214. et ad n. 2758. ex quibus prior titulus cum hac, in qua versamur, inscriptione potissimum comparandus est. Et ludi quidem n. 3059. instituti, ad quos hunc refero catalogum, Mercurio et Herculi et Musis aguntur, ut Chii illi n. 2214. Herculi et Musis, aetatesque ibi ut hic distinguuntur, etsi ibi fortasse paulo aliter: nostro quidem hoc loco tres manifesto aetates distinguuntur, qui possunt aut νέων, ἐφήβων, παίδων esse (cf. n. 3085. 3086.), aut tantum ἐφήβων πρεσβυτέρων, μέσων, νεωτέρων, ut in Chio certamine. Musici ludi in Chio titulo sunt tantum ἀναγνώσεως, ῥαψῳδίας (ut Athenis privatim instituta puerorum ῥαψῳδίας certamina habes ap. Plat. Tim. p. 21. B.), ψαλμοῦ, κιθαρισμοῦ, neque illi ibi per aetates distincti; hic et iidem et alii plures reperiuntur. Pro rhapsodia, quam in Chiis habes, nostro loco *a*. vs. 1. 4. et haud dubie etiam *b*. vs. 1. in singulis aetatibus habes ὑποβολὴν vel ἀνταπόδοσιν ὑποβολῆς: ita enim genitivi *a*. vs. 1. scripti intelligendi sunt, ut ὑποβολῆς pendeat ex altero nomine: nam ὑποβολὴ ἀνταποδόσεως videtur formula sensu cassa esse. Collatis igitur Chiis et Teiis ludis colligo ὑποβολὴν horum esse ῥαψῳδίαν illorum: nam quod ἀνάγνωσις in Chiis praecedit ῥαψῳδίαν, in Teiis sequitur ὑποβολήν, nullius est momenti. Nota est dictio ἐξ ὑποβολῆς ῥαψῳδεῖν ap. Diog. Laert. I, 57. auctori dialogi περὶ φιλοκερδοῦς p. 228. B. ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς διιέναι (τὰ Ὁμήρου): quod ut in Panathenaeis a rhapsodis fieret, Solon vel Hipparchus instituisse fertur; et mansisse hoc institutum docet auctor illius dialogi his verbis: ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσιν. Hoc quid esset, cum Leone Allatio rectissime interpretatus est praeceptor noster Frid. Aug. Wolfius Prolegg. Hom. p. CXL. „ῥαψῳδεῖν ita, ut ubi unus desiisset canere, alter inde quod sequeretur, auspicaretur," id quod ipse dixerat Diogenes:

*b.*

ΠΑΙΔΕΣ

Ε
ΦΗ
ΒΟΙ

ΑΠΑ
ΛΕΣ
ΤΡΩΙ

*a* est ad dextram, *b* hinc ad sinistram in coronis laureis ternis. *a.* vs. 1. spatium vacuum, quod est in apographis, maius dedi quam ap. Poc. Ask. quod aliter adornare titulum non poteram. Poc. omittit ΝΕΟΙ et in fine ΤΟ.., quae ex Ask. addidi. Vs. 2. alterum ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ omittit Poc. Vs. 3. pro ΡΙ (sic Poc.) Ask. lacunam habet. ΚΑΛΩΣ ΚΑΙΕΝΔΟΞΩΣ duplicavi ex Ask. (Poc. semel tantum habet). Inter utrumque vacuum est ap. Ask. quod reddere spatii causa non potui. In fine ΚΑ omittit Ask. et puncta quattuor ibi habet. *b* Hess. ΗΦΗΒΟΙ et ΑΠΛΕΣ||ΤΡΩΙ.

*a.* Ὁ δῆμος [Ἀριστ]τόβουλον Θαρσύνοντος γυμνασιαρχήσαντα, [ἄνδρα ἄ]ρι[σ]τον καὶ προστάντα τῆς ἀρχῆς καλῶς καὶ ἐνδόξως.
Οἱ ἔφηβοι καὶ οἱ νέοι Ἀριστό[βουλον Θαρσύνοντος] γυμνασιαρχήσαντα κα[ὶ ἐφηβαρχήσαντα?] καλῶς καὶ ἐνδόξως, ἀρετῆς ἕνεκα.

*b.* Παῖδες.
Ἔφηβοι.
Ἀπάλ[αι]στρ[ο]ι.

*a.* vs. 2. ἐφηβαρχήσαντα dedi ut n. 3085. In coronis παῖδες primo loco ponuntur, sed horum nullum decretum superest, nempe quod pueri non scribunt decreta. Sequuntur ἔφηβοι, quorum decretum superest una cum νέοις factum ut n. 3085. 3101. 3112. Cf. etiam n. 3098. Sunt haud dubie ἄνδρες νέοι; vide ad n. 2214. Ἀπάλαιστροι refero ad eos ex populo (δήμῳ), qui palaestra non utebantur: contrarium est n. 3085. οἱ μετέχοντες τοῦ γυμνασίου.

## 3087.

Lapis Dawkinsianus Oxonii, litteris uncialibus nitide exaratis; ed. Chandler. Marm. Oxon. II, XXXIII. Dawkinsiana marmora plurima *Teo* ablata sunt; et huius civitatis rebus convenit titulus.

ΟΙΙ ΙΙΙΝΑΣΙ
ΟΥΝΤΟΣΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥ
ΕΝΟΥΣΙΟΥΕΥΜΕΝΟΥΣ
ΤΗΣΑΝΕΝΤΟΙΣΕΡΜΑΙΟΙΣ
ΛΕΟΙΣ . . . . . . . .

Οἱ δεῖνες γυμ]νασι[αρχ]οῦντος Δημοκράτου [Εὐμ]ένους [τ]οῦ Εὐμένους [ἀνέσ]τησαν ἐν τοῖς Ἑρμαίοις [τοῖς ν]έοις?

De gymnasiarchis Teiorum vide priores titulos. Δημοκράτου p. Δημοκράτους ferri potest, etiamsi deinceps sit Εὐμένους; nec Δημοκράτου τοῦ Εὐμένους dicendum necessario erat, sed τοῦ ibi de industria omitti poterat ob sequens alterum τοῦ Εὐμένους, licet repetitum τοῦ frequens sit atque etiam in Teiis habeatur n. 3088. Eumenes Democratis pater haud dubie ex rege Eumene denominatus est, quem apud Teios vel certe artifices Dionysiacos ibi habitantes summos habuisse honores supra vidimus. Etiam Mercurii cultus convenit Teo; vide n. 3059. Vs. 5. ΛΕΟΙΣ putem τοῖς νέοις esse: ac vide ne Ἕρμαια τὰ νέα dicta sint Hermaea ab iunioribus celebrata, ad quos etiam Athenis pertinebant potissimum.

## 3088.

Apud *Teon*; utramque partem ed. Hessel. l. c. (ad n. 3083.) n. 29. ex apographo 17. Febr. 1719. facto, ponitque „ad cryptam lapideam in agro apud Teum in lapidea columna": praeterea ex lapide dedit Maittair. Append. Marm. Oxon. n. 3. p. 10. (cum notis maximam partem inutilibus vel falsis), postquam marmor Oxonium delatum est. Partem sinistram praebent Sherardiana p. 44. unde transcripsit Müllerus, et schedae Peyssonelii: illa collocant „in imo muro vetere" in loco Bodrun; hic in loco Sigazik, annotatque donatum marmor esse Comiti Oxoniensi et in Britanniam missum. Aliqua ex iis, quae ad interpretationem contuli, occupavi in Prooemio ind. lect. Univ. Berol. aestiv. 1834.

*a.*

ΥΠοΒοΛΗΣΑΝΤΑΠοΔοΣΕΩΣ
ΖΩΙΛοΣΖΩΙΛοΥ
ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣΖΩΙΛοΣΖΩΙΛοΥ
ΜΕΣΗΣΗΛΙΚΙΑΣΥΠοΒοΛΗΣ
ΜΗΤΡοΔΩΡοΣΑΤΤΑΛοΥ
ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣΔΙοΝΥΣΙΚΛΗΣ
ΜΗΤΡοΔΩΡοΥ
ΠοΛΥΜΑΘΙΑΣΑΘΗΝΑΙοΣ
ΑΠοΛΛοΔΩΡοΥ
ΖΩΓΡΑΦΙΑΣΔΙοΝΥΣΙοΣΔΙοΝΥΣΙοΥ
ΤοΥΔΙοΝΥΣΙοΥΤοΥΜΕΝΕΚΡΑΤοΥ

*b.*

ΝΕΩΤΕΡΑΣ - - - -
ΗΡΑΚΛΕοΣΗΡ - - - -
ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ - - - -
ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΙΑΣ - - - -
ΛΑΜΠΑΔοΣΗ- - - - -
ΨΑΛΜοΥΙΑΤΡο - - - -
ΚΙΘΑΡΙΣΜοΥΜ⊦ - - - -
ΚΙΘΑΡΩΔΙΑΣΑ - - - -
ΡΥΘΜοΓΡΑΦΙΑ - - - -
ΚΩΜΩΙΔΙΑΣΑΤ - - - -
ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΣΚΑ - - - -
ΜΕΛοΓΡΑΦΙΑΣ - - - -
ΡοΣΝΙΚΙοΥ - - - -

genis testimonium, nesciens, ut ait, utrum ipsius Diogenis levitatem notare debeat, qui vel ἐξ ὑποβολῆς pro ἐξ ὑπολήψεως scripserit, vel ex alio auctore, apud quem non erat ἐξ ὑποβολῆς, postrema verba οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν etc. adiecerit, an culpa sit in librarios, qui etiam in iis quae sequuntur aliquid omisere, conferenda: sed quum haec tantum pro lubitu statuerit, non demonstraverit, ac quum ipse concedat ὑπόληψιν recte a me explicatam esse, consequens est ὑποβολὴν Diogenis debere id ipsum esse, quod ego esse ὑπόληψιν dixi. Nec si Diogenes scriptor negligens est et a librariis corruptus, quaecunque ille dicit, statim sunt falsa iudicanda: quare Hermannus minime debebat mirari, quod Wolfius, Nitzschius, ego non reputassemus, quam suspecto auctore prodita esset illa interpretatio. Iam quum mihi persuasum esset ὑποβολὴν Diogenis non esse aliud quidquam nisi ὑπόληψιν auctoris Platonici, a qua sententia ut fundamento universae disputationis progrediendum erat, quod haec una ex ipsa re certa est: debebam monstrare, quomodo factum esset, ut quod dicitur ἐξ ὑπολήψεως, idem vocaretur ἐξ ὑποβολῆς. Id vero ita feci, ut ante omnia demonstrarem, ἐξ ὑποβολῆς διιέναι τι esse *aliquid dicere altero praeeunte verba.* Probat hoc Hermannus; sed reprehendit, quod non eodem rettulerim locum Homeri Iliad. τ, 80. οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν, sed secutus sim Scholiastae eius explicationem, qui hoc exponat verbis: μὴ διακόπτειν ἐξ ὑποβολῆς τὸν λόγον· ὑββάλλειν γὰρ τὸ ὑποκρούεσθαι θορύβῳ τὸν λέγοντα. Nempe ego ex hoc ipso Scholiastae loco vocem ὑποβολήν, et ex Homerico vocem ὑποβάλλειν collegi esse a Graecis *de interpellando* dictas, et sic quoque pertinere ad suscipiendam alterius orationem; contra Hermannus aliis Scholiastis ducibus ὑββάλλειν apud Homerum dicit esse *suggerere.* ,,Vulnere gravatus Agamemno, ait, oportere quidem dicit se stantem verba facere, nec decorum esse *suggerere alii, quae is pro se dicat:* quod difficile etiam perito esse: sed in tanto tamen concionis strepitu, in quo vix audiri orator possit, Achilli se dicturum, quae is deinde cum Graecis communicet.'' Improbarunt hanc interpretationem οἱ χαριέστεροι τῶν ἐξηγητῶν διὰ τὸ μὴ εὑρίσκεσθαί που παρὰ τῷ ποιητῇ τὴν δι᾽ ὑποβολέως δημηγορίαν, ut ait Eustathius. Et hic quidem ὑποβολέα putat interpretem esse, per quem alius sua exponat, adversus quem Hermannus recte docuit ὑποβολέα esse eum, qui interpreti sua dicenda mandet; sed hoc nihil ad rem: patet enim nihilo minus, damnatam illam, quam dixi, interpretationem a melioribus esse interpretibus. Et recte: non enim Agamemnon Achilli mandat quidquam dicendum, sed ipse ad Achillem ex sede sua dicit, quae audiant etiam reliqui: igitur nihili est illa interpretatio, quam ipse Hermannus non ullo demonstravit argumento, sed proposuit simpliciter. Immo sententia haec est. Ex sede sua dicit Agamemnon, quod non est moris. Igitur ait: ,,Decorum est auscultare stantibus, neque ex sede interpellare (quae enim ex sede dicuntur, praeter morem dicuntur interpellando). Nam si ita dicere ex sede et interpellare liceat, nemo nec dicere possit neque audire: tamen ego ex mea sede ad Achillem dicam, vos vero simul, Achaei, percipite quae dico et recte perpendite.'' Obscurius sane haec expressa sunt; nec nunc removebo quae possint obiici: sufficit meam proposuisse sententiam, ut suam proposuit Hermannus non additis argumentis. Sed pulchre deinceps Hermannus de voce ὑποβλήδην disputavit, quam exponit fere *per admonitionem*: quae vis vocis ut vera sit in Homericis et reliquis, qui ex Homero petierunt vocem, tamen vel ex grammaticis constat, ὑποβάλλειν mature a Graecis *interpellandi* significatu acceptum esse: quod ad hanc causam sufficit, quae non est in Homerico vocis ὑποβλήδην usu posita. Sed haec utut sunt, ὑποβολὴν et ὑπόληψιν esse idem, et ὑποβολὴν apud Diogenem pertinere ad rhapsodiam, longe est certissimum; quo intellecto ubi Chiam inscriptionem cum Teia contuleris, sponte offertur ea, quam proposuimus, coniectura, in Teio titulo ὑποβολὴν nihil esse nisi ῥαψῳδίαν ipsam. Adversus quam sententiam ita disserit Hermannus, ut ostendat, quae disputaverim de ea re, partim ex meris coniecturis hausta esse, partim rationibus non recte conclusis contineri, postremo autem eo redire, ut potuisse esse statuatur, quod nec demonstratum sit fuisse, nec potuisse esse veri simile sit (p. 311.). Equidem assuetus iam Hermanniano huic generi disputandi, quod minime invideo adversario, satis habeo addidisse, quae rationibus non recte conclusis contineri dicuntur. Nempe ,,ex eo, quod in utraque inscriptione ψαλμὸς et κιθαρισμὸς memoratur, nullo modo sequitur, si in altera nominata est ῥαψῳδία, in altera autem ὑποβολή, his vocabulis idem genus certaminis designari''; additur, aliis etiam rebus differre Teios et Chios ludos. Sane quae dixi non sunt mathematice demonstrata, sed ex analogia Chiorum quattuor ludorum iudicavi de ludis Teiorum cognatorum et vicinorum: nec paenitet facti, quum praesertim rhapsodiam inter pueriles fuisse exercitationes ludosque etiam aliunde, non ex sola Chia inscriptione, demonstraverim. Quodsi ὑποβολὴν simul ex Diogene docui esse *successionem rhapsodorum*, confecta res videbitur iudicibus non nimium morosis. Porro omni modo laborare dicitur haec ratiocinatio: ,,Ubi invaluerat, ut in rhapsodia carmen carmini ex ordine Iliadis et Odysseae annecteretur ab iis, qui sese excipiebant, atque haec successionis ratio, quae in aliis musicis generibus locum non haberet, vocaretur ὑποβολή: ipsa rhapsodia potuit ὑποβολὴ dici.'' Haec enim ratio dicitur ab eo proficisci, quod non est demonstratum, ὑποβολὴν dictam esse illam successionem carminum. Immo hoc ex Diogene demonstratum est; omnisque Hermanni error inde proficiscitur, quod ipse sine ulla causa Diogenis verba levibus quibusdam dubitationibus, quibus ne umbra quidem veri inest, removit temere. At fieri non potuit, ut rhapsodia diceretur ὑποβολή. ,,Ut dicta sit rhapsodia ab assuendis et nectendis carminibus, at usu amisit illam significationem hoc vocabulum, dictumque est sic, ut nihil nisi recitationem carmi-

οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. Sed Nitzschius nuper (P. I. praep. indag. per Odyss. interpol. p. 28–40. coll. Melett. I. p. 170.) demonstrare conatus est, denotari his formulis „subornatam rhapsodis recitationem sive ita nexam, ut exhiberent quod recitare iussi erant," allatis et aliis argumentis, quae refellere longius est quam difficilius, et Xenophontis loco Cyrop. III, 3, 37. ubi ἐξ ὑποβολῆς est *ex admonitione* (cf. Schneideri Lex. Gr.); simul negat, ὑπολαβεῖν continuationis potestate dici. Quin ἐξ ὑποβολῆς διϊέναι τι esse adeo *aliquid dicere altero praeeunte verba*, ex Polemonis loco de mirabilibus Siciliae fluviis ap. Macrob. Sat. V, 19. pridem demonstravit Is. Casaubonus ad Diog. L. l. c. Sed haec me non impediunt, quominus succurram Wolfio. Ὑπολαβεῖν quidem *ad dicendum* relatum quid sit, in tot exemplis nequit dubium videri; est enim omnino *suscipere alterius orationem*, maxime *interpellando*, nostrum *einfallen*; quod patet ex iis quae Astius collegit ad Plat. Remp. ed. mai. p. 340. Atqui quum in musico certamine, quale rhapsodorum fuit, numquam non alius alium exceperit, patet ubi Hipparchus dicitur instituisse τὸ ἐξ ὑπολήψεως ῥαψῳδεῖν, intelligi aliquid magis singulare, quod non potest esse aliud nisi hoc: ***suscipiendam** et continuandam a succedente prioris recitationem ita fuisse, ut ubi prior quisque desiisset, ibi pergeret posterior.* Hoc ipsum apte designaveris nostro vocabulo *einfallen*. Notio vero τοῦ ὑποβάλλειν et τῆς ὑποβολῆς *ad dicendum* relata ad eandem defert sententiam. Nam ὑποβάλλειν τινὶ λόγον est *praeire alicui orationem, ut alter excipiat sive scripto* (ut ap. Isocr. Panath. 91.), *seu voce repetens verba* (ut ap. Polemon.): nempe sic subministratur alteri et quasi subiicitur, quod sequendum sit; unde etiam de admonitione dictum est illud ἐξ ὑποβολῆς. Iam nemo opinor dictata rhapsodis sequenda, aut quae prior cecinisset ab altero repetenda fuisse dicet; sed quod ὑποβολῆς notio, ubi de *dicendo* agitur, eo refertur, ut alter alterius orationem excipiat et sequatur, rhapsodi potuerunt dici ἐξ ὑποβολῆς ῥαψῳδεῖν, *ubi alter alterius oratione excepta pergeret ibi, ubi substitisset prior.* Huc accedit, quod ὑποβάλλειν iam apud Homerum (Iliad. τ, 80.) de interpellando usurpatum est: unde ὑποβλήδην ἀμείβεσθαι vel προσειπεῖν et similia (Iliad. α, 292. Apollon. Rhod. I, 699. III, 400. 1119. et apud alios) visa sunt esse idem quod ὑπολαβόντα προσειπεῖν, *suscepta oratione respondere alteri sive simpliciter sive interpellando*: ad quam interpellationem designandam Scholiastes Homeri B. (ad Iliad. τ, 80.) utitur formula διακόπτειν ἐξ ὑποβολῆς τὸν λόγον. Sane hic dictionis ἐξ ὑποβολῆς apud Scholiasten usus ex alia ac prior vocis ὑποβάλλειν vi manavit: tamen ne hic quidem multum discedit ab altero, quod etiam sic dictio ἐξ ὑποβολῆς ad suscipiendam orationem pertinet: denique utroque usu in unum conflato haec ὑποβολὴ ut ὑπόληψις nihil fere aliud fuisse Graecis videtur nisi ea plurium qui dicerent vel recitarent successio, qua alter alteri suscepta oratione et quodammodo interpellans responderet. Num vero suscepta oratio vel interpellata vel responsio reddita dici potuit, nisi totum quiddam ex plurium recitatione confectum esset, quod inter eos divisum altero alterum quasi interpellante absolveretur per plurium successionem? Porro in verbis dialogi περὶ φιλοκερδοῦς: ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ (τὰ Ὁμήρου) διϊέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι, nonne dictio διϊέναι τὰ Ὁμήρου ἐφεξῆς continuum quiddam efficiendum fuisse significat? nonne ipsum ποιοῦσιν esset incommodum, si ageretur de subornata rhapsodis recitatione et quovis tempore imperata, nec potius de ordine consecutionis pridem constituto, quem iam ipsi sequebantur sua sponte? In illa enim sententia exspectabas verbum ἀναγκάζονται, non ποιοῦσιν. Quodsi reputo apud Teios ὑποβολὴν per se nihil esse aliud ac ῥαψῳδίαν ipsam, prorsus mihi persuadeo, singulare quiddam et in reliquis musicis certaminibus non usitatum fuisse ὑποβολὴν rhapsodorum, idque tale, ut in eo potissimum vis et natura rhapsodici certaminis posita fuerit: quod Wolfianae interpretationi soli convenit, non Nitzschianae. Quis enim inde, quod ὑποβολὴ sit praeceptum, quo rhapsodis iniunctum sit, ne canerent nisi quod iussi essent, idque ita nexum, sicut iussi essent, putabit universam rhapsodiam potuisse ὑποβολὴν vocari? Contra ubi invaluerat, ut in rhapsodia carmen carmini ex ordine Iliadis et Odysseae annecteretur ab iis, qui sese excipiebant, atque haec successionis ratio, quae in aliis musicis generibus locum non haberet, vocaretur ὑποβολή: ipsa ῥαψῳδία potuit ὑποβολὴ dici. Hoc enim aliquid et multo distinctius est et cum rhapsodiae ratione ita coniunctum, ut vel vulgari vocabuli originationi conveniat, quod sic carmen assuitur et nectitur carmini. Difficilius est quid sit ἀνταπόδοσις ὑποβολῆς vs. 1. Sed quum vs. 4. tantum ὑποβολὴ habeatur, nec verisimile sit ibi aliud dici ac vs. 1. utrumque videtur idem esse, atque illud tantum distinctius rem exprimere. Quodsi id tenemus, quod de ὑποβολῇ dixi, esse eam recitationem carminis epici talem, qua succedens quisque rhapsodus continuet priorem, ita ut singulae partes canantur ab aliis: concedemus rectissime dici potuisse ἀνταπόδοσιν ὑποβολῆς, quod hoc genus successionis quasi cantum amoebaeum referebat, et unaquaeque pars, quae post primam recitabatur, erat ὑποβολὴ ἀνταπόδοτος τῇ προτέρᾳ, ipseque rhapsodus ἠμείβετο ἐξ ὑποβολῆς. At prima tamen ὑποβολὴ sive primi rhapsodi recitatio non erat ἀνταπόδοτος. Sed quis non concedat, ut a potiori fiat denominatio, quemadmodum ipsa rhapsodia est ὑποβολὴ vocata, licet primus rhapsodus non successerit ulli? Quamquam res potuit ita institui, ut singuli bis prodirent; ita ut ipse etiam primus recitaret ὑποβολὴν ἀνταπόδοτον. Haec quum eo loco, quem in lemmate dixi, olim proposuissem, novo examine instituto quid esset ὑποβολὴ et ὑποβλήδην inquisivit God. Hermannus Opusc. T. V. p. 300–311. Cuius disputatio tota pendet inde, quod ὑποβολήν, qua voce utitur Diogenes Laertius, putat diversam esse ab ὑπολήψει auctoris Platonici. Quamquam quum sentiret Diogenem non aliud dicere quam Platonicum, coactus est suspectum reddere Dio-

## 3089.

Prope *Teon* in oppido Sevribissar; ex schedis Dukeri ed. Hessel. l. c. n. 17. Habeo ex Append. II. codicis Askewiani (ubi titulus transcriptus est ex cod. Chish. II, 66.).

- - - - - ΚΑΙΤΩΔΗΜΩ - - - - - - ΕΝΙΚΩΝΔΕΟΙΔ -
- - - - - - - ΟΝΗΣΙΜΟΣΟΝΗΣΙΜΟΥΑ . . .
- - - - - - - Ι . ΟΝΟΘ - - - - - - - - -
- - - - - ΔΙΟΝΥΣΩΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙ - - -
- - - - - ΑΤΡΟΔΩΡΟΥΛΕΒΕΔΙΟΣ
ΧΟΡΗΓΟΣΔΙΑΥΧΗΣΕΙΚΑΔΙΟΥ
ΠΥΡΡΙΚΗΣΚΑΙΠΑΙΔΩΝΑΥΛΗΤΩΝ
ΧΟΡΗΓΟΣΕΡΜΟΘΕΣΤΟΣΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥ
ΑΥΛΗΤΗΣΜΕΝΟΔΟΤΟΣΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ
ΟΕΚΘΕΟΚΡΙΤΟΥ
ΑΥΛΗΤΩΝΑΝΔΡΩΝΧΟΡΗΓΟΣ
ΑΓΑΘΟΚΛΗΣΑΓΑΘΟΚΛΕΙΟΥΣ
ΟΦΥΣΕΙ . .
ΗΡΟΦΙΛΟΥΑΥΛΗΤΗΣΜΗΝΟΔΟΤΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΤΟΥΟΕΚΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

Formam tituli dedi fere ex Hess. nec multum differt Ask. Vs. 1. tamen Ask. verba ΚΑΙΤΩΔΗΜΩ in sinistram remotiora habet, nec vss. 1–4. lacunas signat ad sinistram. Vs. 2. dedi ex Ask. (Hess. vocem ΟΝΗΣΙΜΟΥ bis habet, ubi eam semel dedi). Vs. 4. Hess. ΔΙΟΝΥΣΟΙ, Ask. ut dedi, et sic deinceps ex Ask. ter correxi ΧΟΡΗΓΟΣ, ubi Hess. ΧΟΡΗΧΟΣ. Vs. 6. super secundo Χ Ask. adscriptum habet Λ. Vs. 10. extr. ex Ask. nullam notavi lacunam. Vs. 13. post ΦΥΣΕΙ ex Ask. minorem quam ap. Hess. lacunam signavi. Vs. 14. Ask. ΜΕΝΟΔΟΤΟΣ, et vs. 15. ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΤΟΥΟΕΚ; Hess. omittit Ο ante ΕΚ. Tituli forma adeo perversa est, ut de iis, quae interciderint, vix possit certum iudicium ferri. Vs. 1. fortasse tale quiddam scriptum erat: Ἐπὶ ἄρχοντος s. πρυτάνεως τοῦ δεῖνος ἀγῶνες ἤχθησαν Διονύσῳ] καὶ τῷ δήμῳ, ἐνίκων δὲ οἵδε. Sic n. 3091. 6. primum magistratus civitatis scriptus est. Post hunc ibi additur agonotheta, atque etiam hic videtur agonothetae nomen succedere, unius quippe ex collegio Dionysiaco (vide de agonotheta artificum ad n. 3068. *A*.), qui non necessario Teius est (cf. ad n. 3067.). Hic igitur vs. 2. 3. scriptus fuerit: Ὀνήσιμος Ὀνησίμου Ἀ - - - [ς ἠγω]νοθ[έτει. Iam fortasse primum κῶμος aliquis actus fuerit „Διονύσῳ καὶ τῷ δήμῳ" (vs. 4.); huius anne αὐλητὴς fuit ὁ δεῖνα Μη]τροδώρου Λεβέδιος? Sed choregus fuit indigena Teius (vs. 5.): χορηγὸς Δι[ε]ύχης Εἰκαδίου? quamquam eo offendor, quod choregus secundo loco scriptus est, quum soleat primo poni. De nominibus Teiis Διεύχης et Εἰκάδιος cf. ad n. 3064. Apertiora sunt reliqua:

πυῤῥί[χ]ης καὶ παίδων αὐλητῶν
χορηγὸς Ἑρμόθεστος Ἑρμοθέστου,
αὐλητὴς Μ[η]νόδοτος Ἀριστοκράτου ὁ ἐκ Θεοκρίτου.
αὐλητῶν ἀνδρῶν
χορηγὸς Ἀγαθοκλῆς Ἀγαθοκλείους ὁ φύσει Ἡροφίλου,
αὐλητὴς Μηνόδοτος Ἀριστοκράτου ὁ ἐκ Θεοκρίτου.

Cf. ad haec n. 3090. Viri sunt Teii omnes; quare non additur gentilicium. De Hermothesto Teio nomine cf. ad n. 3064. et Menodotos Teios habes supra in legatis de asylo missis, item n. 3117. Vs. 10. 15. quid sit ὁ ἐκ Θεοκρίτου, dubites; fortasse nihil est nisi ὁ φύσει Θεοκρίτου: variari in hoc potuit, quod hic homo solebat uti hac appellatione ὁ ἐκ Θεοκρίτου, non ὁ φύσει Θεοκρίτου ut alii. Vs. 12. ad formam Ἀγαθοκλείους cf. Teium Σωσικλείους n. 3114. et reliqua ad n. 2856. allata. Vs. 13. nulla opinor lacuna est; saepe vidimus breviores versus, ideo credo admissos, quod vel vitium lapidis ibi esset vel aliud scribendi impedimentum, uncus lapidi retinendo immissus vel similia. Vs. 15. dele secundum ΤΟΥ.

## 3090.

Prope *Teon*, in porticu Mosche*e* oppidi Sevribissar secundum Chandlerum, in vico Sigazik secundum Guerinum in schedis, quas Zieglerus Parisiis excussit. Quo loco quum id Guerinus a. 1729. transcripsisset, Bimardus acceptum hinc apographum misit Muratorio, qui dedit T. II. p. DCXLIV. 4. unde partem habet Guascus Mus. Capitol. Inscr. T. III. p. 179. qui falso Smyrnaeum vel Ephesium esse putabat. Ex lapide edidit Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 10. n. 24.

ΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΣΕΣΤ
ΧΟΡΗΓΟΙΠΥΡΡΙΧΗΣ
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣΙΑΣΟΝΟΣ
ΑΥΛΗΤΩΝΠΑΙΔΩΝ
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣΙΑΣΟΝΟΣ
ΚΡΑΤΙΝΟΣΜΗΝΟΦΙΛΟΥΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ

- - - - - - - - - -
Ἀπολλόδοτος Ἑστ[ιαίου - - -
χορηγοί·
πυῤῥίχης Ἀντίμαχος Ἰάσονος.
αὐλητῶν παίδων Ἀντίμαχος Ἰάσονος.
Κρατῖνος Μηνοφίλου Περγαμηνὸς - - - -

Falso Mur. aliquoties C pro Σ habet. Vs. 1. post ΕΣΤ lapis fractus est. Vs. 6. Guer. Mur. ΜΙΝΟΦ etc. Vs. 1. apud Mur. suppletur ἐστ[ρατήγει, a Chandl. ἐστ[εφανηφόρησεν. Sed nec στρατηγός, licet hic in nummis habeatur inscriptus, nec στεφανηφόρος Tei epo-

nis epici significaret: quod contra ὑποβολή, si est id quod vult Böckhius, coniunctionem ipsam plurium carminum notat": unde iam colligitur, qui nihil nisi unum ex his carminibus ita recitasset, ut superaret ceteros, non potuisse victorem ὑποβολῆς dici, quod haec esset coniunctio carminum. Quasi vero certamen ὑποβολῆς non fuerit coniunctione carminum factum ita, ut universum id certamen, in quo quis vinceret, esset iam carminum ὑποβολή: quasi vero ὑποβολῆς vocabulum non et ipsum, ut ῥαψῳδίας, usu amittere primitivam vim potuerit: id quod factum esse idoneis adductus argumentis iudicavi. Porro quod ἀνταπόδοσιν ὑποβολῆς vs. 1. et ὑποβολὴν vs. 4. idem esse conieci, id minime probabile Hermanno visum. ,,Nam accurate solet in eiusmodi inscriptionibus genus certaminis designari, nec tam parci verborum fuere, qui istos titulos faciebant, ut quod prius diserte dixissent, deinde brevius indicarent." Videtur hoc ita illis, qui paucas tractarunt inscriptiones; mihi licebit aliter iudicare, qui tractarim plurimas. Denique quam Hermannus ipse profert interpretationem ὑποβολῆς ἀνταποδόσεως et ὑποβολῆς vs. 1. et 4. Teii tituli, de eius veritate ipse quidem dicit dubitari non posse, sed vereor ut eam probet scholarum nostrarum discipulis et magistris, ad quorum usum provocat. Nam ὑποβάλλειν quum sit *suggerere*, ὑποβολὴν dicit esse ,,recitationem factam memoriter, sed adstante qui ex scripto verba suggerat, ne forte haesitet et perturbetur is, qui eiusmodi specimen exhibet", et ὑποβολὴν ἀνταποδόσεως (ita enim construit haec) ,,recitationem diverbii, in quo, qui recitabat, utriusque colloquentium ingenium animique affectionem variata voce debebat exprimere." Hoc posterius quum esset maioris exercitationis et peritiae, quam unius sermonem recitare, esse id adolescentibus adultioris aetatis tributum, mediae autem aetati simplicem assignatam esse ὑποβολήν: hodie quoque fieri, ut, quum pueri atque adolescentes in scholis aliquid coram coetu auditorum recitent, adstet eiusmodi monitor s. ὑποβολεύς, qui ex scripto suggerat verba. Ecce bellam adolescentium Graecorum, memoriosorum opinor, commissionem et certamen de victoria, adstante monitore haesitantibus opitulaturo; ecce bella certaminum nomina, *suggestionis* et *suggestionis diverbii!* Eam Charybdin qui evitare voluit, in quam ego incidissem, ut ὑποβολῆς nomine diceretur rhapsodiae certamen, qua re nihil perhibetur ineptius fieri potuisse, idem in hanc incidit Scyllam, ut qui *recitationis memoriter factae* certamine vicisset, is diceretur *suggestionis* certamine vicisse, hoc est *eius rei, qua qui opus haberet, debebat victoria indignus iudicari.* Dicamne Germanice vel usu Germanorum, qua in re isti vicissent, si vera esset ista explicatio? *Sie waren Sieger im Souffliren*, vel ut in scholis aiunt pueri nostri, *im Vorsagen*. Ὑποβολεὺς est enim *ein Souffleur* (Herm. p. 304.). Nunc iudicet lector, quo redeant indubiae istae Hermanni de ὑποβολῇ rationes, conferatque cum eo, quo redeunt nostrae. Nimirum nostrae redeunt eo, ut ὑποβολὴν in Teia inscriptione esse rhapsodiam *probabile sit* collatis hac inscriptione locoque Diogenis et titulo Chio, atque ut a nobis aliquid sit allatum, quod conveniat cum moribus et institutis Graecorum et per se sit consentaneum: Hermannianae eo, ut neglecto temere Diogenis loco spretaque Chiorum ludorum analogia, denique eo ductus refellendi studio, cui multis ex annis indulget, tanti vir ingenii haud veritus sit ea proponere, quae nec fuisse demonstraverit et certum sit nec fieri nec dici potuisse nisi ab hominibus valde ineptis.

Haec de rhapsodia; in reliquis parcus ero. Πολυμαθίας refer ad scientiarum cognitionem universim. Λαμπάδος ἀγὼν est *gymnicus* unus inter musicos; de hoc vide potissimum Attica. Ψαλμοῦ quid sit docui ad n. 2214. nec probo quod nuper Zellius, vir et doctus et elegans (Ferienschriften III. p. 63.), voluit, ut ψαλμῷ contineretur *cantus fidibus coniunctus*; quum κιθαρισμοῦ ψιλοῦ (hoc est *sine cantu*) certamen propositum sit, quidni etiam ψαλμοῦ ψιλοῦ? Qua occasione oblata simul liceat dicere, etiam quae de vs. 8. (de voce γεύστου) statui, satis etiamnunc mihi probari, nec ferri posse, quae idem statuit vir, quod κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ - - - γευς etc. dici nequit. *b.* vs. 9. ῥυθμογραφία ad normam vocum καλλιγραφίας (vs. 4.) et μελογραφίας (vs. 11.) interpretanda est. Μελογραφία vix potest aliud esse nisi *scriptura siglorum melicorum*, quae satis nota sunt; de *modis melicis faciendis* non agitur: haec est enim μελοποιΐα, ut *modorum rhythmicorum confectio* est ῥυθμοποιΐα. Itaque, quamquam poesi nulla rhythmica sigla adhibita esse plus semel contendi, concedo habuisse Graecos etiam *sigla rhythmica*, quibus uterentur in saltatione non solum temporibus, sed etiam gestu et figuris (σημείοις καὶ σχήμασι) describenda, item in musica instrumentali adornanda: horum scriptura est ῥυθμογραφία. Κωμῳδίαν et τραγῳδίαν refer ad cantica lyrica, quae partim tragica fuerunt partim comica, neque ad facienda, sed ad canenda: et cave de actione et scenicis ludis cogites, quae res alienae sunt ab institutione, maxime ἡλικίας τῆς νεωτέρας. Plura de lyrica hac tragoedia et comoedia composui alibi; vide maxime ad n. 2759. His additur μελογραφία, ut musices instrumentalis certaminibus (interposita tamen citharoedia) addita est ῥυθμογραφία; quod non potest sine causa factum esse. Nempe rhythmographia non opus est in carminibus, quod rhythmus continebatur metro, sed opus erat melographia; igitur melographia posita est post carminum exercitationem: sed in musica instrumentali praeter melographiam rhythmographia opus erat; igitur commodum visum est rhythmographiam addere instrumentali musicae. Sane utraque potuit post instrumentalis musicae exercitationem collocari; sed sponte intelligitur de industria separatas has duas scripturae exercitationes esse. Hoc insuper patet collato καλλιγραφίας loco: haec enim et a rhythmographia et a melographia seiuncta est et ἀναγνώσει adiecta, quod litterarum scriptura ita refertur ad lectionem ac recitationem, ut rhythmographia et melographia ad musica.

*δάσκαλος*. Cf. etiam n. 2868. Huc pertinere iudico nomina: Ἀριστόδημος (τοῦ δεῖνος), Ξενοχάρης Κράτωνος, [ὁ δεῖνα] Ἀνδραγάθου, [Ζ]ηνόδοτος Δημητρίου. Dein qui vicerint additur: excidit *choregus victor*, fortasse Mandrocrates, deinde adduntur qui cum hoc vicerunt: ἐνίκα Ἀριστ[όδημος?] ἐνίκα Ξενοχάρης. Sed reliqua iam nullo modo expedio. Vs. 10. 11. duo fuerunt tibicines scripti: αὐλητὴς Α - - - [τοῦ δεῖνος], αὐλητὴς Σάτυρος etc. item choregi ut videtur ἀνδράσιν bis: sed cur hi succedunt αὐληταῖς? Deinde nescio qui sunt Ἑρμίας Δη[μητρίου?], Ἱπποδάμας Παντωνακτίδ[ο]υ, Μαρσύας [τοῦ δεῖνος], Δημαγόρας Αὐτάρκους. Horum unus et alter victor fuit: ἐνίκα Ἑρμ[ίας], ἐνίκα Ἱπποδάμας. In fine nescio quis αὐλητὴς habetur. Nomina certantium ubi primum nominantur, additur patris nomen: ubi de eorum victoria dicitur, paternum nomen omittitur.

---

## 3092.

*Tei* (Bodrun) in ruderibus templi Bacchi; ed. Pocock. Inscr. ant. I, 3, 4. p. 38. n. 1. ex schedis alienis, et ex lapide, adhibito ut videtur simul Woodii apographo, Chandler. Ion. Antt. T. I. p. 4. (cf. p. 39.) cum prava restitutione, quam non examino integram. Habeo etiam ex schedis Beauforti a Müllero (ubi loco Sigazik tribuitur, quippe qui ruderibus loci Bodrun proximus sit).

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙ
ΕΤΕΙΜΗ
ΚΛΤΡΥΦΑΙΝΑΝΑ
ΑΣΙΑΣΚΑΙΙΕΡΕΑ
ΠΟΛΕΩΣΘΕΟΥΔΙ
ΘΥΓΑΤΕΡΑΦΗΣΕΙΙ
ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΗΣΑΡ
ΑΣΙΑΣΑΝΑΣΤΗΣΑ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΚΑΛΩ
ΠΕΙΣΩΝΙΝΟΥΤΩΝΥ

Reddidi maxime Chandleri textum; ap. Poc. annoto vs. 4. abesse ultimum A, et vs. 9. ex illo esse Ω, ubi Chandl. O: Beauforti exemplum haec (et A et Ω) prorsus non habet. Vs. 6. Beauf. ΦΗΣΙ.

Ἡ βουλὴ καὶ [ὁ δῆμος] ἐτείμ[ησαν] Κλ. Τρύφαιναν, ἀ[ρχιέρειαν] Ἀσίας καὶ ἱερε[ι]α[ν τοῦ τῆς] πόλεως θεοῦ Δι[ονύσου], θυγατέρα Φησεί[νου καὶ] Στρατονείκης ἀρ[χιερέων] Ἀσίας, ἀναστησά[ντων τὸν] ἀνδριάντα Καλ[πουρνίου? καὶ] Πεισωνίνου τῶν υ[ἱῶν.

De nomine Φήσινος s. Φήσεινος Chii potissimum usitato, quae Isthmo Erythraeo vicina est, cf. ad n. 2242. Vs. 7. extr. possit etiam ἀρχιερείας scribi. Vs. 9. Καλπουρνίου dedi, quod frater videtur *Pisoninus* esse; haec enim duo nomina quadrant in eandem familiam. Vs. 10. aptius est τῶν υἱῶν quam Chandlerianum τῶν ὑπατικῶν.

## 3093.

*Tei* (Bodrun) in basi quadrata inter ruinas; ed. Hessel. Append. Praefat. ad Inscr. Gud. n. 11. Habeo ex schedis Sherardianis p. 39. (cod. Ask. IV, 17.)

ΚΛΑΥΔΙΑΝΙΤΑΛΙ
ΚΟΥΘΥΓΑΤΕΡΑΜΑΓΝΑΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝΤΟΝΕΚΠΡΟ - - -

Vs. 1. Hess. Π pro IT. Vs. 3. Sher. omittit ultima TON etc.

Κλαυδίαν Ἰταλικοῦ θυγατέρα Μάγναν, ἀρχιέρειαν, τ[ὴ]ν? ἐκ προ[γόνων] etc.

## 3094.

*Tei* (Bodrun); ex Pocock. Inscr. ant. II, 11. p. 20. n. 4. Pauca correxit iam Franckius Richtersche Inschriften p. 377.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΕΣΗ . . ΑΥΡΗΕΧΝΙ
ΚΗΝΘΥΓΑΤΕΡΑΑΥΡΗ
ΛΙΟΥΤΕΡΤΙΑΝΟΥΥΙΟΥ
ΑΞΙΟΛΟΓΩΤΑΤΟΥΚΑΙ
ΑΥΡΤΕΧΝΙΣΤΗΣ
ΚΑΙΚΑΣΙΓ . . . . ΣΗΣ
ΥΠΕΡΠΑΝ . . . . . Δ . ϽΟΣ
ΤΗΙΕΡΩΤΑΤΙΙΤΗΕΙΩ
ΒΟΥΛΗΑΡΓΥΡΙΟΥΔΕ
ΝΑΡΙΑΧΕΙΛΙΑΕΠΙΤ
ΔΗΜΟΣΘΑΙΚΑΘΕΤΟ
ΝΟΜΗΝΤΗΒΟΥΛΗ . . . . .
ΠΟΤΟΥ . ΕΙΝ . . . . . ΙΣ
ΤΟΚ . . . . . . . . . . . . ΙΣ
ΤΗΓΣΗΣ . . . . . . . .
ΜΕΙΝΗ . . . . . . . . .
ΔΩ . . . . Ο . . . .

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμ[η]σ[αν] Αὐρ. [Τ]εχνικήν, θυγατέρα Αὐρηλίου Τερτιανοῦ [τ]οῦ ἀξιολογωτάτου, καὶ Αὐρ. Τέχν[η]ς? τῆς καὶ - - [δού]σης ὑπὲρ - - - - - - τῇ ἱερωτάτῃ Τηείω[ν] βουλῇ ἀργυρίου δ[η]νάρια χείλια ἐπὶ τ[ῷ] δ[ίδ]οσθαι καθ' ἔτο[ς δια]νομὴν τῇ βουλῇ - - [ἀ]πὸ τού[τω]ν - - - - τόκ[ου? etc.

Vs. 7. cave scribas κασιγνήτης: fortasse fuit Κ[λε]ί[ππης. Vs. 12. est καθ' ἔτος ut n. 2693. *c.* et alibi καθ' ἐνιαυτόν.

---

nymus fuit. Desideratur nomen patris; dedi Hestiaeum, quod nomen hoc Tei alibi occurrit (n. 3065.). Quod nisi utrumque conspiraret apographum, coniicerem ᾿Α]στ[υάνακτος, quod Apollodotus Astyanactis f. unus est ex Teiorum pro asylo legatis. Ceterum Apollodotus hic fortasse agonotheta fuit, fortasse idem insuper artifex (cf. n. 3089.). Iasonis nomen Tei nescio an inde invaluerit, quod Teiorum pars Orchomeno Minyeo oriunda est, atque Iason heros Thessalicus Minyis est coniunctissimus. Cratinus quis fuerit dubites; choregum fuisse non arbitror; hi enim solent indigenae esse. Comparato n. 3089. probabile est fuisse tibicinem; immo videtur idem esse qui n. 3070. est sacerdos artificum: ut Crato Zotichi f. sacerdos artificum fuit et tibicen, ac fortasse etiam Satyrus (cf. ad n. 3091.).

## 3091.

Lapis Oxoniensis n. CLIII. Maitt. XII. Prid. x. Seld. Est etiam ap. Reines. Syntagm. Inscr. V, 21. p. 367. cuius notae extant ap. Maitt. p. 520 sq. Maittairii nota extat p. 563. et textus minusculis repetitus p. 586. *Teiis* cur addiderim, vide in notis.

ΔΙΟΦΑΝΤΟΣΔΙΟΜ . . . . . . . . . .
ΒΛΗΣΙΟΣΘ . . . . . . . . . . . . .
ΕΝΙΚΑΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ. . . . . . . . . .
ΕΝΙΚΑΑΡΤΕ . . . . . . . . . . . .
ΥΠΟΚΡΙΤΗΣΕΡΜΟΦΑΝΤΟΣ. . . . . .ΝΑΝΤΙΟΧΟΥ. . . . . . . . .
ΕΠΙΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥΚΟΙΡΑΝΟΥΤΟΥΜΑΡΣΥΟΥΕΡΜΩΝΤΑΡΓΗ. . .
ΗΓΩΝΟΘΕΤΕΙΜΑΝΔΡΟΚΡΑΤΗΣΕΠΙΓΟΝΟΥΕΧΟΡΗΓΕΙΠΑΙ. . .
ΕΧΟΡΗΓΕΙΠΑΙΣΙΝ. . . . . . . .ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ. . . .
ΞΕΝΟΧΑΡΗΣΚΡΑΤΩΝΟΣ. . . . . . .ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥ. . . . . .
ΞΗΝΟΔΟΤΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. . . . . .ΕΝΙΚΑΑΡΙΣΤ. . . . .
ΕΝΙΚΑΞΕΝΟΧΑΡΗΣ. . . . . .ΑΥΛΗΤΗΣΑ. . . .
ΑΥΛΗΤΗΣΣΑΤΥΡΟΣ. . . . . . .ΑΝΔΡΑΣΙΝ. . . . . .
ΑΝΔΡΑΣΙΝ. . . . . . . . . . .ΕΡΜΙΑΣΔΗ. . . . .
ΙΠΠΟΔΑΜΑΣΠΑΝΤΩΝΑΚΤΙΔΥ. . . . .ΜΑΡΣΥΑΣ. . . .
ΔΗΜΑΓΟΡΑΣΑΥΤΑΡΚΟΥΣ. . . . . .ΕΝΙΚΑΕΡΜ. . . .
ΕΝΙΚΑΙΠΠΟΔΑΜΑΣ. . . . . . . . . . .ΑΥΛΗΤΗΣ. . . .

Ita haec lacunosa sunt, ut pauca restitui queant. Titulus ubi repertus sit, non constat. Ex demiurgo magistratu, quo usos esse Achaeos, dum liberi erant, nemo nescit, vs. 6. scripto Reinesius Achaiae tribuit, et Patris quidem coloniae Romanae, ubi in foro odeum (Pausan. VII, 20, 6.), atque aetati Hadriani, hoc ideo quod „Marsyas demiurgus" vocetur „κοίρανος"; simul tamen Aristodemum histrionem esse illum putat, cuius cum Polo meminerit Lucianus in Iove Tragoedo: quae quam absurda sint, taedet explicare. Nam ut cetera mittam, Aristodemus et Polus Demosthenis aetate vixerunt; nec certum est in hoc lapide Aristodemum esse histrionem (ὑποκριτήν): nec Patris Hadriani aetate et in Romana colonia fuerunt demiurgi magistratus. Titulus bonae aetatis est, inter Alexandrum M. fere et primum ante Christum saeculum; nihil quidquam inest Romani moris, neque impedit quidquam, quominus eum Pergamenorum regum aevo tribuas. Oxoniensium autem lapidum plurimi ex Asia deportati sunt; ubi quum illa aetate celeberrimi fuerint illi ludi, quos artifices Ioniae et Hellesponti et οἱ περὶ τὸν καθηγεμόνα Διόνυσον egerunt, ad horum certamina hunc recensum pertinere probabile est: illi vero quum Tei potissimum sua monumenta posuerint, et aliquatenus similia sint ea, unde n. 3089. 3090. supersunt, eodem loco hoc quoque fragmentum reponendum censui. Vs. 12. Satyrus tibicen non male Maittairio (ad n. 3068. p. 8.) visus est idem esse ac Satyrus sacerdos artificum Teiorum; et qui vs. 9. scriptus est Ξενοχάρης Κράτωνος potest filius haberi Cratonis tibicinis ex Teio collegio, cuius supra laudes vidimus. Iam non nimium remota est *Cnidus*, ubi hi artifices potuerint ludos edere; et Cnidiorum eponymus est demiurgus (vide ad n. 2653. 2654.). Nec tamen dixerim Cnidi positum titulum fuisse, ubi certe Doricum δαμιουργὸς etiam recentiore aetate retentum est; magis placet, ut Cnidiis in ludis quid actum esset, domi perscripserint Dionysiaci artifices. De singulis ut dicam, vss. 1–5. ex fine recensus supersunt ad alios ludos pertinentis atque eos, qui demiurgo Coerano Marsyae f. acti erant. Vs. 3. 4. scripti sunt victores: ἐνίκα ᾿Αριστόδημος, ἐνίκα ᾿Αρτέ[μων vel ᾿Αρτε[μίδωρος. Hi videntur artifices fuisse; et redit Aristodemus vs. 8. Histriones eos fuisse non constat. Qui prius scripti sunt, vs. 1. Διόφαντος Διομ[ήδους vel Διομ[έδοντος, et alter vs. 2. fuerunt fortasse choregi; quod ex vss. 6 sqq. colligere licet. Vs. 5. fortasse rursum victor inscriptus est ὑποκριτὴς ῾Ερμόφαντος [τοῦ δεῖνος, et alius insuper - - - ω]ν ᾿Αντιόχου, qui sane histriones sive scenici actores sunt. Paulo apertiora sunt reliqua inde a vs. 6. haec:

᾿Επὶ δημιουργοῦ Κοιράνου τοῦ Μαρσύου·
῞Ερμων [Γ]αργη[ττίου? - - - -] ἠγωνοθέτει,
Μανδροκράτης ᾿Επιγόνου ἐχορήγει παι[σίν,
Alius itidem] ἐχορήγει παισίν·

ita ut duo minimum χορηγοὶ παισὶν constituti fuerint, qui inter se certarent. Iam videntur singulis bini artifices attributi esse, exempli causa αὐλητὴς et cantor, ut n. 1579 sq., vel ut in Atticis pro cantore δι-

## 3099.

Olim *Tei*; Dawkinsius apportavit Oxonium, ed. Chandler. Marm. Oxon. II, 100.

ΒΑΡΧΙΣΤΙΜΩΝΑ
ΚΤΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΔΕ
ΓΥΝΗΧΑΙΡΕ

Βάρχις Τιμώνακτος, Διονυσίου δὲ γυνή, χαῖρε.

## 3100.

Apud *Teon* in agro; ed. Hessel. l. c. (ad n. 3093.) n. 21.

ΖΩΣΑ
ΑΠΟΛΛΩΙΝΙΑΣ
ΓΕΡΜΑΝΩΙΤΕ
ΚΝΩΙ ΙΔΙΩΙ Ι ΧΡΗΣ
ΤΩΙ ΧΑΙΡΕ

Ζῶσα Ἀπολλωνιὰς Γερμανῷ τέκνῳ ἰδίῳ, χρηστὲ χαῖρε.

Vs. 1. ζῶσα est *superstes* ut saepissime. Vs. 2. 4. 5. singula **Ι** vacant, et vs. 5. **ΤΩ** in **ΤΕ** mutandum est: certe minus probabile est legendum esse: ἰδίῳ καὶ χρηστῷ χαῖρε. Nam ἰδίῳ nihil est nisi *suo*.

## 3101.

Ad *Teon*, in coemeterio ad australem partem oppidi Sigazik, „ubi praeterfluit aquaeductus"; ex Sherardianis p. 45. (cod. Ask. I, 135.)

In coronis duabus:

ΟΙΕΦΗΒΟΙ — ΟΙΘΥΑΣΙΟΙ
ΟΙΝΕΟΙ — ΠΑΝΤΕΣ

Sub his:

ΜΑΤΩΒΙΩΝΟΣ — ΔΗΜΑΡΧΗΔΙΕΥΚΟΥ
ΧΑΙΡΕΟΥΔΕΓΥΝΗ — ΓΥΝΗΔΕΚΙΝΤΟΥ
ΧΑΙΡΕ — ΧΑΙΡΕ

Οἱ ἔφηβοι,
οἱ νέοι.
Μα[ν]τὼ? Βίωνος,
Χαιρέου δὲ γυνή,
χαῖρε.

Οἱ θ[ί]ασοι πάντες.
Δημάρχη Διεύ[χ]ου,
γυνὴ δὲ Κ[ο]ΐντου,
χαῖρε.

Μαντὼ an non verum sit nescio: possis et Μαιώ. De ἐφήβοις et νέοις coniunctis cf. n. 3085. 3086. Ad illud οἱ θίασοι πάντες cf. n. 3112. et de thiasis huiusmodi n. 3073. De nomine Διεύχου cf. ad n. 3064.

## 3102.

Ad *Teon*, in muro moscheae loci Guzellir prope oppidum Sevrihissar; ed. Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 10. n. 30.

ΚΛ·ΔΙΟΔΩΡΕ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ
ΚΛ·ΑΓΑΘΟΠΟΥΑ..
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ
Κ]Λ·ΜΕΝΑ ΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Vs. 3. ultima **Α. :** videntur nihili esse; fortasse ibi ornamentum fuit; ut pro foliolo **Α** habet Hesselius n. 3098. vs. 5. Certe Ἀγαθόποδος coniicere non ausim.

Κλ. Διόδωρε, χρηστὲ χαῖρε.
Κλ. Ἀγαθόπου, χρηστὲ χαῖρε.
Κ]λ. Μ[η]νᾶ, χρηστὲ χαῖρε.

## 3103.

Ad *Teon*, apud puteum oppidi Sevrihissar; ed. Chandler. ibid. n. 29. cum Latina translatione. Cf. Syllab.

ΧΡΗΣΤΕ
ΔΙΟΝΥΣΙΕΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΟΕΚΧΑΛΚΙΔΕΩΣΧΡΗΣ
ΤΕΧΑΙΡΕ
ΗΔΙΣΤΗΔΙΟΝΥΣΙΟΥΧΡΗΣΤΗ
ΕΛΕΥΘΕ — ΧΑΙΡΕ
ΡΙΟΝΛΥ — In corona:
ΣΑΝΙ — ΟΔΗ
ΟΥΧΡΗ — ΜΟΣ
ΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ
ΚΑΛΛΙΣΤΙΟΝΔΙΟΝΥΣΙ
ΟΥΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Ὁ (δεῖνα)] χρηστὲ [χαῖρε.
Διονύσιε Διονυσίου ὁ ἐκ Χαλκιδέως, χρηστὲ χαῖρε.
Ἡδίστη Διονυσίου χρηστὴ χαῖρε.
Ὁ δῆμος (sc. στεφανοῖ priores defunctos).
Posthac addita haec sunt:
Ἐλευθέριον Λυσανίου χρηστὴ χαῖρε.
Καλλίστιον Διονυσίου χρηστὴ χαῖρε.

Lysanias fortasse Dionysii filius fuit. Quid sit ὁ ἐκ Χαλκιδέως, vide ad n. 3064. et cave corrigas ἐκ Χαλκιδέω[ν.

## 3095.

Ad *Teon*, in oppido Sevrihissar ad moscheam; ed. Chandler. Inscr. ant. P. I. p. 10. n. 26.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ
ΒΕΡΝΑΧΡΙCΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Ἀλέξανδρε Βέρνα (verna), χρ[η]στὲ χαῖρε.

## 3096.

Ad *Teon* prope Sigazik in coemeterio in via, quae ducit ex loco Eraka, ad sinistram; ed. Hessel. (l. c. ad n. 3093.) n. 3. Habeo ex schedis Sherardianis p. 39. (cod. Ask. II, 75.)

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ
ΣΥΜΦΟΡΙ.ΝΑΜ
ΑΙΟΥΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Vs. 4. Hess. ΑΙΩΝ.

Ἀπόλλωνι χρηστὲ χαῖρε.
Σύμφορι Ναμαίου (?) χρηστὲ χαῖρε.

Ni fallor Ἀπόλλωνι et Σύμφορι sunt vocativi ex formis Ἀπόλλωνις et Σύμφορις pro Ἀπολλώνιος et Συμφόριος, de quibus plus semel dixi. Nam post ΣΥΜΦΟΡΙ perisse litteram non videtur certum esse.

## 3097.

Prope *Teon* in coemeterio loci Guzellir; ed. Hessel. n. 12. Habeo ex Sherardianis p. 39. (cod. Ask. IV, 73.)

ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ
ΟΝΕΩΤΕΡΟΣ
ΓΟΡΓΗΛΥΣΑΝΙΟΥΓΥΝΗΔΕ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥΤΟΥΝΕΩΤΕΡΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ
ΤΟΥΝΕΩΤΕΡΟΥ

Ἀριστόβουλος Ἀριστοβούλου ὁ νεώτερος.
Γόργη Λυσανίου, γυνὴ δὲ Ἀριστοβούλου τοῦ νεωτέρου.
Ἀριστόβουλος Ἀριστοβούλου τοῦ νεωτέρου.

## 3098.

Olim ad *Teon* in loco Sigazik in domo Mustaphae Alzeimo, vel secundum chartas Sherardianas in ruinis Bodrum; ed. Hessel. l. c. n. 19. ex apographo 14. Febr. 1719. facto, Pocock. Inscr. ant. II, 11. p. 20. n. 2. Schedas habeo Peyssonelianas et Sherardianas (ubi extat p. 43.): in prioribus lapis dicitur a medico legati Britannici emptus esse; Dawkinsius attulit in Angliam, unde lapis pervenit in collectionem Oxoniensem, et aeri incisus est a Chandlero Marm. Oxon. II, 69. Lapis olim latus longius sarcophagi constituebat, sex vel septem pedes longus, duos et semissem altus, octo pollices crassus: in media parte area quadrata excisa cum ornamentis est, quae continet mediam inscriptionem; utrinque fuerunt ternae coronae lemniscatae *a*, *b*, *c*, *d*, *e*, *f*, ex quibus ultima nunc periit; quare cum inscriptione sua deest ap. Chandl. neque habet Poc. Coronae sunt laureae omnes excepta *d*, quae quantum intelligo oleagina est (vimina torta dicit Hess.). Apud Peyss. extat tantum media inscriptio.

| *a.* | *b.* | *c.* | *d.* | *e.* | *f.* |
|---|---|---|---|---|---|
| Ο | Η | Η | ΙΕΡΑΤΕΙ | ΟΙ | ΟΙ |
| ΔΗΜ | ΒΟΥ | ΓΕΡΟΥ | ΑΣΠΑΡΘΕ | ΝΕΟΙ | ΕΦΗΒ |
| ΟΣ | ΛΗ | ΣΙΑ | ΝΟΙ | | ΟΙ |

Ὁ δῆμος Νέρωνα Ἰούλιον Καίσαρα, παῖδα θεοῦ νέου Γερμανικοῦ Καίσαρος καὶ θεᾶς Αἰολίδος καρποφόρας Ἀγριππείνας.

Titulus pertinet ad Neronem Germanici filiorum natu maximum qui a. u. c. 783. in insulam Pontiam sepositus et anno insequente necatus est. Vide de eo Eckhel. D. N. T. VI. p. 216. Agrippinam maiorem Germanici uxorem a Lesbiis esse θεὰν Αἰολίδα vocatam et Germanicum deum, monui ad n. 2183. licet incertum sit, an n. 2183. ad hanc pertineat (cf. ad n. 2960.).

## 3529.

Inter oppida Guzelhissar (quod est prope Pergamum in meridiem) et Menimen (de quo vide lemma ad n. 3525.), hoc est in vicinia *Cymes*; ed. Arundell. Itin. VII eccl. in tabula lithographica nullo numero notata. Lapis fractus utrinque et infra.

ΠΑΝΩΣΚΑΙ
ΑΚΑΙΕΥΝΟ
ΧΗΝΤΛΔΕΙ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΙ
ΝΟΙΣΜΥΡΙΟ
ΚΑΙΜΕΤΑΤΑΝ
ΑΡΧΗΔΙΑ
ΥΟΝΠΕΡΡ

Vs. 1. exple πολυδα]πάνως. Vs. 2. fuit fortasse ἀρετῆς ἕνεκ]α καὶ εὐνο[ίας vel simile; vs. 4. aliquid de γυμνασιάρχῳ. Vs. 5. possit aliquis de Myrina cogitare: sed non confido. Neque immoror reliquis.

*Αἰακίδης λαός*, quod Pergamus, fabulosus urbis heros eponymus, Neoptolemi Aeacidae et Andromachae filius perhibebatur (Pausan. I, 11, 1. Serv. ad Virg. Eclog. VI, 72.). Tum *τὸ δ' ἐμῷ* etc. est relativum pro *ὃ* etc. Vs. 23. Welckerus dabat: *Θεάριλος, ἡγέτα λαοῖο.* Mea restitutio manifesto vera est, nisi quod malim insuper *Θεωρίδος*, quod Doricum *Θεαρίδος* ab huius carminis dialecto alienum est. Qui theorus ad Apollinem missus erat vel architheorus, is vocatus est *Θεωρίδος ἡγέτης ὁδοῦ.* *Ἡγέτα ὁδοῖο* scriptum est in lapide, recitandum illud *ἡγέθ' ὁδοῖο*: ut vs. 20. scriptum est *κε ἀτρεκέως*, vs. 30. *μῆρα ἐπί*, vs. 35. *χλαμύδεσσι ἀμφεμμένοι*, vs. 38. *αἰτέετε ὥς.* Vs. 24. Welck. *ἐφ' ἡγητῆρας.* Certum est nostrum *ἐφηβητῆρας*, licet aliunde mihi non cognitum, hoc est *ἐφήβους*: hinc chlamydum deinceps mentio, quae etiam vs. 35. redit, hinc patrum vs. 36. Vs. 27. vacant elementa ΙΜΝΩΙ. Retinui vero scripturam *ὕμνῳ*, quae certe ferri potest: etsi in promptu est substituere nomini verbum. Vs. 28. dubites sitne *ἡ δ' ἑτέρη* an *ἠδ' ἑτέρη* legendum: posterius praetuli, quod certe vs. 29. *ἡ δ' Ἀσκλήπιον ἄλλη* mire dictum foret. Accedit quod *ἡ δ' ἑτέρη* proprie est *altera vero*, *ἠδ' ἑτέρη* autem *et alia*; alia autem, non altera hic desideratur. Vs. 29. ubi dedi *μέλψῃ*, Welckerus volebat *τιμᾷ.* Vs. 30. *γεραιρόντων* imperativus est, quod patet ex seq. *δαίοντες*: neque vero commode absolutum esse potest, sed *μῆρα* accusativus inde pendet, ut *γεραίρειν μῆρα* sit *γέρα θύειν μῆρα.* Vs. 31. Welckerus dedit *διέτηρον ὃς ἀζυγός*, et ad *διέτηρον* intelligit *χρόνον.* Sed manifesto *ἄζυγος* est genitivus: hinc nihil superest, nisi ut adiectivi forma *διετήρων* statuatur, quum alias tantum huiusmodi reperiantur formae: *τριέτηρος, τετραέτηρος, ἐνναέτηρος, δεκέτηρος.* Tum quomodo coniungenda sint quae sequuntur, dubites; sumpsi sententiam esse hanc: *καὶ ὡςαύτως Διῒ Βάκχῳ καὶ (ὡςαύτως) Ἀσκληπίῳ*, et a vs. 34. incipere novum praeceptum: ,,Dum igitur, ut imperavi, femora taurina immolatis, praeparate simul epulas''. Quamquam nescio an de industria hi versus ita scripti sint, ut varie institui verborum coniunctio posset. Baccho immolatus taurus reperitur in nummo Severi Pergameno apud Eckhel. D. N. T. II. p. 470. qui aliud exemplum negat se nosse. Verum taurus Baccho sacer (Schol. Pind. Olymp. XIII, 25.) et praemium dithyrambi (vide Explicatt. Pind. nostras p. 213.): et vetus exemplum bovis Baccho immolati habemus apud Athen. X. p. 456. D. Vs. 35. memorabilis forma *ἀμφεμμένοι* p. *ἠμφιεσμένοι.* Vs. 36. Welckerus dedit *μοίρῃ δ' ἐφεκάστῃ.* Etsi deest Iota subscriptum, tamen haud dubie dativus est: ,,in quaque parte horum sollemnium'' sive ,,in singulis quibusque epulis''. Vs. 38. Welckerus *ἐχθροτάτων*: propius accedere ad traditas litteras videtur quod dedi.

## 3539.

*Pergami* in fragmento lapidis, quod memorat Choiseul-Gouffier Voy. pittor. T. II. p. 33.

ΠΡΥΤ...

Prytanes (eosque adeo eponymos) fuisse Pergami, quod hinc colligi potest, patet etiam ex n. 2189. 3486. et ex decreto ap. Ioseph. A. I. XIV, 10, 22. denique frequenter obvius prytanis in cistophoris Pergamenis (vide Eckhel. D. N. T. IV. p. 353. et 359.).

## 3540.

*Pergami* in urbis regione, quam vocant Abagi Mahalé, penes Turcam in parvo stylobate; inscriptio in parte inferiore sculpta est, in superiore anaglyphum nunc fractum. Ed. Vidua Inscr. ant. tab. XVI. 1. Cf. Letronn. Journ. des Sav. Jan. 1827. p. 21.

ΚΑΙΤΗΙΔΙΟΣΚΟΥΡΙΤΩΝΣΥΜ
ΒΙΩΣΕΙ ΑΝΔΡΩΝ
ΠΡΟΕΣΤΩΤΟΣΤΕΛΕΣΦΟΡΙΩΝΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣΑΣΚΛΗΠΙΑΟΥ

- - - - - - *καὶ τῇ Διοσκουριτῶν συμβιώσει ἀνδρῶν, προεστῶτος Τελεσφορίωνος, γραμματεύοντος Ἀκληπιά[δ]ου.*

Dedicavit aliquis anaglyphum, Dioscuris opinor et Dioscuritis, quorum ipse sodalis fuit. De *συμβιώσει* vide ad n. 3304. adde locum Artemidori Onirocr. IV, 44. a Letronnio citatum: *ἔδοξέ τις ἐν συμβιώσει καὶ φρατρίᾳ τοῖς συμβιωταῖς ἀναστειλάμενον ἑκάστῳ προςουρεῖν.* Hae *συμβιώσεις* habebant suos magistratus, ut Tenia *συμβίωσις* secundum titulum in Addendis ponendum habet nauarchum et scribam: similiter haec Pergamena habet praesidem et scribam. Praeterea quoniam talis symbiosis *συνόδου* vel *θιάσου* instar est, habet illa suum tutelarem deum vel heroem: nostra haec Pergamena colebat Dioscuros. Theraeam aliquam *συμβίωσιν φίλων* coluisse Priapum conieci in Comm. de titulis Theraeis c. 12. extr. (in Actis Acad. Boruss. a. 1836.) Nomina propria praesidis et scribae ducta sunt a numinibus Pergamenis, Aesculapio et Telesphoro: noli tamen ideo hos homines ex sacris familiis oriundos censere.

## 3541.

In lapide, qui angulo muri arcem *Pergamenam* cingentis insertus est, in Africum; ex schedis Peyssonelii misit Zieglerus.

ΕΟΠΛΩΝΑΘΗΝΑ

## 3534.

In *eodem* muro; ex iisdem schedis ab eodem missis.

IIAV... SILIVS
MELLITVS›AN›XII
XAIPE›Γ›ΣΙΛΙΟΣ
ΜΕΛΛΗΤΟΣΕΤΩΝ
IB

*[Vale? C.] Silius Mellitus an(norum) XII.*
Χαῖρε Γ. Σίλιος Μελλῆτος ἐτῶν ιβ.

Nisi scribendum Μελλῖτος, quod certe debuerat scribi.

---

# SECTIO SECUNDA.

## PERGAMUM, GAMBREUM, VICINA GERMAE.

## 3535.

*Pergami* ultra secundam portam arcis, in lapide fracto; ex schedis Peyssonelii a Zieglero transcriptis.

ΒΑΣΙΛ-----
ΕΠΙΓΕΝ-ΣΚΑΙΟΙ
ΟΙΣΥΝΑΓΩΝΙΣΑ
ΚΑΙΑΝΤΙΟΧ------
ΕΣΤΙ

- - *βασιλ* - - *Ἐπιγέν[η]ς καὶ οἱ* - - - *οἱ συναγωνισά[μενοι]* - - *καὶ Ἀντιοχ* - - etc.

Manifesto pertinet ad bellum aliquod regis Syriae, et ad Galaticum opinor idem ad quod n. 3536. Est igitur dedicatio spoliorum de Galatis reportatorum.

## 3536.

*Pergami*, ab arce in occidentem; ex schedis iisdem.

/ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΝΠΡΟΣΓΟΛΙΣΤΟΑΓΙΟΥΣ
--ΤΑΣΓΑΛΛΑΤΑΣΚΑΙΑΝΤΙΟΧΟΝΜΑΧΗΣ

Vs. 1. Franzius recte coniicere videtur: πρὸς Τολιστο[βω]γίους. Vs. 2. possis scribere Τεκτοσάγ]ας; reliqua aperta sunt: Γαλάτας καὶ Ἀντίοχον μάχης. Est hic Antiochus Hierax, cuius auxiliares fuerunt Galatae, quum bellum gereret cum fratre Seleuco II. Fortasse aliquid ex praeda dedicatum Veneri erat; unde vs. 1. vox Ἀφροδίσιον. Diserte autem memoriae prodidit Pausanias I, 4, 6. Περγαμηνοῖς δὲ ἔστι μὲν σκῦλα ἀπὸ Γαλατῶν, ἔστι δὲ γραφὴ τὸ ἔργον τὸ πρὸς Γαλάτας ἔχουσα.

## 3537.

*Pergami*, in lapide, qui solo vel fundamento turris ex parte immersus est; ed. Dallaway Constantinop. p. 304. ed. Brit. (p. 348 sq. translat. Germ.), qui ipse notat mutilum esse titulum.

: : : : : : : : : : : : :
:::::ΥΠΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΥΗΝ::::ΣΥΤΟΥΠΑΡΗ
ΜΩΝΑΠΟΣΤΑΛΕΝΤΟΣΚΑΙΤΩΝΠΡΟΞΕΝΩΝ
ΤΩΝΥΦΗΜΩΝΤΕΚΑΙΤΗΣΑΛΕΞΑ:::ΚΑΤΕ
ΡΩΝΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝΚΕΡΥΚΩΝΕΝΘΑΔΥΦΗ
ΜΩΝΟΠΕΡΚΙΝΩΑΝΑΓΡΑΦΗΝΑΙΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝ
ΤΟΥΔΙΟΝΥΣΟΥΟΠΩΣΥΜΙΝΑΣΦΑΛΕΣΚΑΙΙΣΟΝ
ΤΟΙΣΝΟΜΟΙΣΕΙΣΤΟΝΛΟΙΠΟΝΧΡΟΝΟΝΥΠΑΡ
ΧΗΤΟΔΕ:::::ΥΝΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝΑΞΥΡΟΝΕΙ
ΝΑΙΠΡΟΣΑΝΑΓΡΑΦΕΣΘΑΙΔΕΚΑΤΑΛΛΑΝΤΙΝΑ
ΜΕΤΑΤΑΥΤΑΚΟΙΝΗΙΚΡΙΝΑΝΤΕΣΜΕΤΑ
ΤΟΥΠΕΜΠΟΜΕΝΟΥΕΠΙΤΗΝΔΙΕΞΑΓΩΓΗΝ
ΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΤΗΣΑΡΤΕΜΙΔΟΣ

- - - - - - - - - - ὑπ᾽ Ἀριστομάχου [πρεσβε]υτοῦ παρ᾽ ἡμῶν ἀποσταλέντος καὶ τῶν προξένων τῶν ὑφ᾽ ἡμῶν τε καὶ τῆς Ἀλεξα[νδρέων πόλεως ἀποσταλέντων? ἑ]κατέρων τριῶν ἀνδρῶν κ[η]ρύκων [- - - - - -] ἐνθάδ᾽ ὑφ᾽ ἡμῶν. ὅπερ κ[ρ]ίνω ἀναγραφῆναι εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύσου, ὅπως ὑμῖν ἀσφαλὲς καὶ ἴσον τοῖς νόμοις εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ὑπάρχῃ. τὸ δὲ .....υν ὑποκείμενον ἄ[σ]υ[λ]ον εἶναι. προσαναγράφεσθαι δὲ κα[ὶ] τὰ [ἄλ]λα [δόγματα]? ἄν τινα μετὰ ταῦτα κοινῇ κρίναντες [- - - - - -] μετὰ τοῦ πεμπομένου ἐπὶ τὴν διεξαγωγὴν [- - - - - -] εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος.

Haec supersunt ex litteris a rege aliquo, Ptolemaeo ni fallor, ad Pergamenos datis, quae perti-

Sunt versus ἰσόψηφοι ut n. 3544. et 3546. Singulorum versuum numerus est MMCLXXXVI. ,,Architectus I. (*Iulius* opinor) Nicodemus, simul qui etiam Nico minor vocatur, divinis semper artificibus sacris munivit et rebus omnibus ornavit forense ambulacrum sua liberalitate. In vita vero pulchra res una sola est beneficentia.'' Ἀγοϱανόμιος videtur hic nihil nisi *forensis* esse, solo hoc addito significatu, ut forensis designetur locus, ,,in quo versari et de rebus suis agere artifices possint''. Alias ἀγοϱανόμιον est, quod pertinet ad aedilem (ἀγοϱανόμον). *Artifices* intelligo fabros tignarios, lapicidas et omnes alios, qui duce architecto opus faciunt. *Nicodemus* s. *Nico* haud dubie idem est qui titulum n. 3546. scripsit et collocavit, nec dubito, quin ille alter titulus eodem quo n. 3545. loco, hoc est in porticu a Nicodemo exstructa positus fuerit. Aetas Nicodemi videtur eadem fere atque Isidoti (n. 3544.) esse.

## 3546.

*Pergami* in aula ecclesiae Graecae (sic Turner et Cyrillus referunt), vel in coemeterio Graeco (sic Villoisonus), in tabula marmorea oblonga, eaque satis ampla; ed. ap. Choiseul-Gouffier. l. c. p. 171. cum notis, quibus Delambre, geometra celeberrimus, explicuit argumenta mathematica; deinde minusculis in Ἑϱμῇ λογίῳ l. c. p. 63 sq. et ap. Turner. Itin. l. c. p. 272 sq. Ex Choiseuliano exemplo petiit et interpretatus est Idelerus in Zachii Ephemeride menstrua, quae inscripta est ,,Monathliche Correspondenz zur Beförderung der Erd- und Himmelskunde'', T. XXIII. (1811.) p. 257 sqq. Pergami transcripserat Cousinerius, proxenus tum Gallicus apud Thessalonicenses; eius apographum ex schedis Villoisonianis transcripsit Bekkerus, unde ego habeo. Ex iisdem schedis titulum dedit Osannus Syll. p. 385. tanquam ineditum, sed aliis explicandum reliquit. Aliud apographum misit Rochettus; sed hoc desinit vs. 29.

ΑΚΑΚΙΑΔΕΕΠΙΧΡΗΜΑΤΙΣΜΟΣ ʿΑΨΚϚ
ΙΔΙΑΔΗΔΙΑΤΟΥΔΩΡ ʿΑΨΚϚ
ΘΕΣΕΙΕΙΣΑΠΑΙΩΝΟΣ ʿΑΨΚϚ
ΚΑΙΛΑΒΡΟΝΑΜΑΕΙΣΕΝΚΟΣΜΩ ʿΑΨΚϚ
ΕΠΑΓΑΘΑΤΟΙΣΤΕΧΝΙΤΑΙΣ ʿΒΡΝϚ
ΤΗΝΔΙΑΤΡΙΒΗΝΕΠΟΙΗΣΕΝΕΙΚΩΝ ʿΒΡΝϚ
ΕΝΠΕΙΡΟΙΣΑΙΤΗΣΜΝΗΜΗΣΧΑΡΙΝ ʿΒΡΝϚ
ΘΕΙΑΚΑΘΟΛΟΥΦΥΣΕΩΣΑΜΑΗΔΕΙΑΣ ʿΓ
ΑΕΙΟΚΩΝΟΣΗΣΦΑΙΡΑΟΚΥΛΙΝΔΡΟΣ ʿΓ
ΕΙΚΥΛΙΝΔΡΟΣΠΕΡΙΛΑΜΒΑΝΟΙΑΜΦΟΤΕΡΑ
ΘΙΓΜΑΗΔΕΙΑΕΠΑΦΗ ʿΓ
ΕΣΤΑΙΣΦΑΙΡΑΣΑΝΟΙΓΜΑΗΔΙΑΜΕΤΡΟΣ
ΙΣΗΠΑΣΙΝ ʿΓ
ΕΝΚΥΚΛΙΟΙΣΔΙΑΜΕΤΡΟΙΣΑΛΛΑ
ΙΔΙΑΔΗΚΑΙΥΨΕΣΙ ʿΓ
ΑΜΙΛΛΑΟΛΟΓΟΣΚΑΙΕΝΣΤΕΡΕΩ
ΕΣΤΙΠΡΟΚΟΠΗ Α̅Β̅Γ̅ ʿΓ
ΓΕΝΝΙΚΗΘΕΙΑΤΙΣΕΞΙΣΩΣΙΣ
ΑΛΛΑΚΑΙΣΥΜΠΑΘΙΑ ʿΓ
ΤΩΝΣΤΕΡΕΩΝΑΙΛΟΓΟΣ Α̅Β̅Γ̅ ʿΓ
ΚΑΛΑΔΕΚΑΙΘΑΥΜΑΣΙΑΕΙΗΑΝΣΤΕΡΕΑ
ΤΡΙΑΣΧΗΜΑΤΑ ʿΓ
ΑΙΔΙΗΓΑΡΛΟΓΟΝΙΣΟΝΠΟΙΕΕΙΚΑΙ
ΣΤΕΡΕΟΙΣΚΑΙΟΛΑΙΣΕΠΙΦΑΝΙΑΙΣ ʿΓ
ΟΚΥΒΟΣΚΑΙΕΙΕΝΑΡΜΟΞΟΙΚΥΛΙΝΔΡΟΣ
ΑΛΛΑΙΔΙΑΚΑΙΘΕΙΑΣΦΑΙΡΑ ʿΓ
ΑΠΑΣΙΝΗΓΗΜΑΚΥΒΟΣΜΕΝ Μ̅Β̅
ΚΥΛΙΝΔΡΟΣΔΕ Λ̅Γ̅ ΣΦΑΙΡΑΔΕ Κ̅Β̅ ʿΓ
ΙΔΙΑΤΟΙΟΣΔΕΤΟΥΤΩΝΕΙΗΛΟΓΟΣ ʿΓ
ΘΕΙΟΣΚΑΙΕΝΣΤΕΡΕΩΑΜΑΚΑΙΕΝΤΗ
ΟΛΗΔΕΠΙΦΑΝΕΙΑ ʿΓ
ΓΕΝΟΣΤΙΚΑΙΑΛΛΟΗΔΕΙΟΝ
ΟΥΔΕΝΕΝΒΙΩΕΘΑΥΜΑΣΑ ʿΓ
ΩΣΚΟΣΜΟΥΑΜΑΕΠΙΔΡΟΜΗ
ΑΛΕΚΤΟΝΑΙΚΕΙΝΗΣΙΑΝ ʿΓ
ΚΑΙΤΟΥΗΛΙΟΥΑΝΑΒΑΣΕΙΗΔΕΙΑΝ
ΑΙΔΙΗΥΠΕΝΑΝΤΙΑΝΚΕΙΝΗΣΙΝ ʿΓ
ΚΑΙΑΜΑΔΗΦΩΣΑΓΑΘΟΝΠΑΝΤΩΝ ʿΓ
ΠΑΓΙΟΝΤΡΟΦΗΑΠΑΣΙΚΑΙΞΩΟΙΣ
ΚΑΙΓΕΝΗΜΑΣΙΝ ʿΓ
ΜΥΣΩΝΑΡΞΕΙΓΕΩΜΕΤΡΙΑ ʿΓ

Litterae minusculae ab ipso Vidua profectae sunt; nempe quae ipsi elementa incerta visa sunt, ea illis notis signavit.

Κλαύ-
[διος?] - - - - - [Κ]λ[α]ύδιος
- - - - - καὶ Κλαύδιος
- - - [ἐπιμελ]ηθέντες? καὶ ἐμβα-
- - - - ϱμ. ον ὑπογεγραμμένον
- - - χιαῖον χρησμόν.
[Τὸ]ν χρησμὸν ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ
τῆς μητροπόλεως τῆς Ἀσίας καὶ δὶς νεωκόρου πρώ-
της Περγαμηνῶν πόλεως ἐν στήλαις ἀνα[γ]ράψαντας ἐπί
τε τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἱερῶν ἀναστῆσαι.

Τηλεφίδαις, οἳ Ζηνὶ πλέον Κρονίδῃ βασιλῆϊ
ἐξ ἄλλων τιεσκόμενοι Τευθραντίδα γαῖαν
ναίουσιν καὶ Ζηνὸς ἐρισμαράγοιο γενέθλῃ,
ἡ μὲν Ἀθηναίῃ πολεμηδόκῳ Ἀτρυτώνῃ
ἠδὲ Δι[ω]νύσῳ λαθικηδέϊ φυσιζώῳ,
ἠδὲ καὶ εἰητῆρι νόσ[ω]ν Παιήονι λυγρῶν·
οἶσι πάρ' Οὐρανοῦ υἷες ἐθηήσαντο Κάβειροι
πρῶτοι Περγαμίης ὑπὲρ ἄκ[ρι]ος ἀστερο[π]η[τ]ή[ν]
τικτόμενον Δία, μητρῴην ὅτε γ[α]στ[έρ]α λῦσε[ν]·
φαίην κ' ἀτρεκέως ἀψευδέσι νά[μα]σι[ν] ὀμ[φῆς],
[ὡ]ς μὴ δηρὸν ὑπ' ἀργαλέῃ [τ]ρύοιτό γε νούσῳ
Αἰακίδης λαός. τὸ δ' ἐμῷ κεχαρισμένον ἔσται
υἱέϊ, τὸ κέλομαί σε, θεαρί[δ]ος ἡγέθ' ὁ[δ]οῖο,
τέτραχα μὲν διακρεῖναι ἐφη[β]ητῆρας ἅπαντας,
ὅσσοι ὑπὸ ζαθέην τύρσιν χλαμυδηφόροι εἰσίν,
καὶ πίσυρας στιχάδεσσιν ἔφ' ἡγεμονῆ[ας] ὀπάσσαι·
τῶν ἡ μὲν Κρονίδην ὕμνῳ, μία δ' Εἰραφιώτ[η]ν,
ἠδ' ἑτέρη κούρην δορυθαρσέα Τριτογένειαν,
ἠδ' Ἀσκλήπιον ἄλλη, ἐμὸν φίλον υἱέα, [μέλψ]ῃ.
ἑπτὰ γεραιρόντων εἰς ἤματα μῆρ' ἐπὶ βωμ[ῶ]ν,
Παλλάδι μὲν μόσχου διετήρονος ἄζυγος ἁγνοῦ
δαίοντες, τριένου δὲ βοὸς Διΐ, καὶ Διΐ Βάκχῳ
ὡσαύτως καὶ παιδὶ Κορωνίδος ἠθαλέοιο.
ταύρου μηρία ῥέζοντες προτιτύσκετε δαῖτα,
ἠΐθεοι, χλαμύδεσσ' ἀμφεμμένοι ὁππόσοι ἐ[στ]έ,
μὴ σφετέρων νόσφιν πατέρων· [μ]οίρῃ [δ'] ἐφ' ἑκάστῃ
σπένδοντες λοιμοῖο παρ' ἀθανάτων ἄκος ἐσθλὸν
αἰτέεθ', [ὡ]ς τηλουρὸν ἐς ἐχ[θ]ο[δοπ]ῶν χθόνα φωτῶν
ἐκτόπιος προνέοιτ' - - ε - - - ρ - - - - - -

Secundus Pergamenorum neocoratus quum sub Antonino Pio incipiat, tertius sub Caracalla (Eckhel. D. N. T. II. p. 472.), in hoc intervallum incidit haec inscriptio; nec video cur oraculum ipsum putetur aut antiquius esse aut pro antiquiori falso venditari. Quod enim vs. 6. παλαιὸν χρησμὸν dedit Welckerus noster, non habet auctoritatem, nec magis ausim dare ἀρχ]αῖον. De pestis remedio vaticinatus Pergamenis Apollo est; quidni eam pestem intelligamus, quae Imp. M. Antonino orbem terrarum vastavit? A Gryneo Apolline datum hoc oraculum esse Welckerus coniicit et ob loci propinquitatem et ob coniunctionem cum Pergamenorum civitate, quia Grynus filius dicebatur Eurypyli Telephidae (Serv. ad Virg. Ecl. VI, 72. ex Chiliadibus Euphorionis auctore Meineke Fragm. Euphor. p. 102.): et certe e vs. 23. a nobis restituto patet non Apollinem Pergamenum haec vaticinatum esse, sed peregre missum theorum rettulisse hoc responsum. Prior pars oraculi, vss. 11-22. nihil continet nisi hoc: ,,Pergamenis, deorum deliciis, vera voce respondeo, ut quamprimum liberentur a peste". Nimirum dativus Τηλεφίδαις vs. 11. pendet e verbo φαίην vs. 20.: sed dativi Ζηνὸς γενέθλῃ, Ἀθηναίῃ, Διωνύσῳ, Παιήονι vss. 13-16. pendent ex participio τιεσκόμενοι vs. 12.; postremo παρ' οἶσι vs. 17. redit ad nomen Τηλεφίδαις. Telephidas esse Pergamenos docet Welckerus coll. Anthol. Palat. T. II. p. 651. n. 91. Pausan. I, 4, 6. Strab. XIII. p. 615. adde praeter alia Aristid. or. de concord. T. I. p. 520. Jebb. Vs. 12. novum est τιεσκόμενοι participium a τιέσκω formatum, a verbo opinor ficticio, cui statuendo ansam praebuit iterativum τίεσκον. Quattuor vero diis maxime placere Pergameni dicuntur, Iovi, Iovis proli Minervae et Baccho, Apollinis filio Aesculapio, a quibus auxilium iis petendum esse deus effatur: horum deorum omnium cultum Pergamenum novimus etiam ex nummis, Bacchique templum ex Dione Cass. XLI, 61. (cf. inscriptionem n. 3543.), Aesculapii autem caerimonias et superstitionem, qua Pergamus maxime insignis fuit, ex multis scriptoribus (vide Welck.). Cf. de diis Pergami cultis Belleii commentarium de rebus Pergamenorum Hist. Acad. Inscr. T. XXXVIII. p. 156 sqq. Vss. 17 sqq. imprimis memorabiles sunt. *Cabiri* antiquissimi Pergami dii esse dicuntur etiam ab Aristide in Panegyrico ἐπὶ τῷ ὕδατι τῷ ἐν Περγάμῳ, cuius fragmentum edidit Ang. Maius Scriptt. vett. nov. collect. e Vatic. codd. T. I. p. 41. et hinc Grauertus in Praefat. ad Aristidis declamationes Leptineas p. XVI.: ἐξ ἀρχῆς δ' ὡς ἔοικε τὰ κάλλιστα ἐδόθη τῇ πόλει καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων. τοῦτό μοι πρεσβύτατοι δαιμόνων ἐνταυθοῖ λέγονται γενέσθαι Κάβειροι, καὶ τελεταὶ τούτοις καὶ μυστήρια etc. Et sacra Pergamenorum regio Cabiris olim fuisse fertur (Pausan. I, 4, 6.). Haec praecepit iam Welckerus, qui praeterea annotat: ,,Natum ex Rhea in Pergami arce Iovem, praesentibus Cabiris, Caeli filiis, nondum noveramus". Idem egregie correxit vs. 18. addita notula: ,,Περγαμίη ἄκρις, τὸ Πέργαμον, de quo haec Strabo XIII. p. 623.: Ἔστι δὲ στροβιλοειδὲς τὸ ὄρος εἰς ὀξεῖαν κορυφὴν ἀπολῆγον." Etiam γαστέρα λῦσεν vs. 19. debetur Welckero. Vs. 20. extr. Iacobsius ap. Welck. coniecit ἀψευδέσιν ᾄσμασιν ὀμφῆς. Sane Iota inter ΚΑ et ΣΙ vacare videtur, ut vacat vs. 29. in litteris ΑΛΛΗΙ: sed quod ΑΛΚΑ in ΑΙΣΜΑ mutatur, id non commendat emendationem. Ego ΝΑΛΚΑ muto in ΝΑΜΑ. Plato Tim. p. 75. E. τὸ δὲ λόγων νᾶμα ἔξω ῥέον καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει, κάλλιστον καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων, ne comparem Phaedr. p. 235. C. Φαίην videtur nullum adiunctum obiectum habere, sed esse per se dictum: *respondeam, eloquar* (vaticinium), *ne per longum tempus Pergameni morbo* atterantur. Ῥύοιτο vs. 21. ferri non potest; coniicias δύοιτο: sed vera est Franzii emendatio [τ]ρύοιτο, de qua voce praeter lexica cf. Iacobs. Animadv. in Anthol. Vol. II. P. II. p. 231. Vs. 22. Pergamenorum populus appellatur

quoties discessimus ab Idelero. Hic enim vs. 23. scripsit ποιεῖ, quum in omnibus tamen apographis sit ποιέει; quippe vs. 24. Idelerus dedit ἐπιφανείαις, quum apographa habeant ἐπιφανίαις. Equidem constiti in traditis lectionibus; quamquam nulla causa fuit, quare auctor vss. 23. 24. non praeferret ποιεῖ et ἐπιφανείαις, quum vs. 31. ipsum ἐπιφανεία dederit, aut quare vs. 31. non praeferret δὲ ἐπιφανία, si vss. 23. 24. ποιέει et ἐπιφανίαις dederat. Praeterea vs. 35. Idelerus scripsit ἀεικινησίαν; sed ex usu harum inscriptionum praestat quod reposui ἀϊκεινησίαν. Ibidem Osannus coniecit ἄληκτον, quod non admittunt calculi. Ultimo versu Idelerus cum Chois. legit ὅρων ἄρχει γεωμετρία: verum in lapide haud ambiguum est legi ΣΩΝΑΡΞΕΙ, non ΡΩΝΑΡΧΕΙ. Lectio ἄρξει ne Choiseulio quidem videtur ignota fuisse; quippe quod vir Graece doctus cum Chois. communicavit coniecturam στεῤῥεῶν ἄρξει (vide Chois. p. 175.), hinc intelligas Choiseulium cum illo docto lectionem ἄρξει communicavisse. Denique Cyr. habet Μυσων αρξει. Correxi Μουσῶν ἄρξει γεωμετρία, qua lectione satisfit numero. Sententia est: *Musarum imperium tenebit geometria*; elegans sane oraculum, neque id, si nossent, istis displiciturum, qui nostra aetate iuvenilem institutionem a Graecis Latinisque litteris avocare ad mathematica et physica student: sed Nico certe vaticinium suum contortis his et a Musa alienis dictis effectum non dedit.

Vss. 5-7. dicitur: „Commodo artificum institutionem (hanc) elaboravit Nico, peritis in perpetuam memoriam". Ἐπ' ἀγαθᾷ sc. τύχᾳ volebat Vill. in schedis: sed Dorismo nusquam usus est Nico. Sequitur vss. 8-20. designatio *rationum stereometricarum cylindri verticalis eique inscriptae sphaerae et coni verticalis* 3, 2, 1 (α̅, β̅, γ̅ vss. 17. 20. quas litteras pro solo ternario positas esse falso putabat Vill. in schedis ab Os. editis, perperam provocans ad animadversionem quandam Kusteri, quam vide apud nos ad n. 3311.). „Divina prorsus ac simul suavis naturae numquam non sunt conus, sphaera, cylindrus. Si cylindrus utrumque solidum, sphaeram et conum, comprehendat, ita ut fiat contactus suaviter leniterque attingendo, sphaerae apertura erit ea diametrus, quae aequalis est omnibus circularibus diametris et particulariter simul altitudinibus. Certamen efficit haec ratio et in solidis profectum I, II, III; generosa divina quaedam exaequatio nec minus convenientia solidorum semper est ratio I, II, III." Vs. 11. Idelerus, auctore fortasse Buttmanno, a quo in grammaticis adiutus est, legit ἡδεῖα ἐπαφή, ita ut hoc cum praegresso θίγμα prorsus absolute positum sit: ego ut Chois. praetuli dativum ἡδείᾳ ἐπαφῇ, θίγμα autem accusativum esse iudico, quasi εἰς θίγμα, proprie vero per appositionem additum priori sententiae (ὥστε τὴν περίληψιν ταύτην εἶναι θίγμα); de quo genere dicendi monui ad Pind. Olymp. XI. Explicatt. p. 203. Vs. 12. Idelerus legit ἣ διάμετρος, Chois. ἡ διάμετρος, quod praetuli. Sphaera tam late undique patet quantum porrigitur ἡ διάμετρος, *ea* diametrus, quae aequalis est diametro circulorum cylindri et coni et altitudini utriusque. Sunt enim in sphaera etiam aliae minorum orbium diametri. Vs. 15. ἰδίᾳ dativum esse censeo, ut sit ἴση ἰδίᾳ καὶ ὕψεσιν. Voce ἴδιος nimium abusi sunt auctores epigrammatum n. 3544-3546. Vs. 18. γεννικὴ non est generalis (γενική), sed generosa (γενναία): cf. Schneider. Lex. Gr. Iam vss. 21-23. exponitur *cubi, cylindri, sphaerae rationes stereometricas comprehendi numeris 42, 33, 22, et in eadem ratione esse eorum superficies planas.* „Pulchrae vero et admirabiles fuerint tres solidae figurae: in aeternum enim aequalem rationem et solidis et superficiebus integris efficiunt cubus, ac si cubo aptus insit cylindrus et vero particulariter (ἰδία mihi dativus est p. ἰδίᾳ) divina sphaera, omnium figurarum princeps. Cubus est XLII, cylindrus XXXIII, sphaera XXII; talis est horum ratio divina ex cuiusque proprietate et in solido et in superficie integra." Has rationes, quae a recentioribus geometris non observatae erant, ad verum proxime accedere docuit Delambre ap. Chois. Esto radius sphaerae 1; erit altitudo cylindri, cui sphaera inscripta, 2; radix cubi, cui sphaera et cylindrus inscripti, 2, eiusdem quadratum laterale 4, sena quadrata cubi sive eius integra superficies 24. Porro sphaerae maxima circumferentia erit 6,2832, et maximi orbis sphaerae planum reperietur hac circumferentia ducta in radium dimidium, eritque proinde $\frac{6,2832}{2} = 3,1416$: quo plano quater sumpto reperitur superficies sphaerae $3,1416 \times 4 = 12,5664$. Addatur duplicatus orbis planus sphaerae maximus 6,2832; erit superficies integra cylindri 18,8496. Iam pone superficiem integram cubi esse $24 \times \frac{7}{4} = 42$: erit superficies integra cylindri inscripti $18,8496 \times \frac{7}{4} = 32,9868$ vel rotunde 33; et superficies sphaerae $12,5664 \times \frac{7}{4} = 21,9912$ vel rotunde 22. Tantum de superficiebus: solida vero in eadem ratione sunt. Etenim superficies erant hae:

| | | | |
|---|---|---|---|
| cubi | 42,0000 | sive | 42, |
| cylindri | 32,9868 | vel | 33, |
| sphaerae | 21,9912 | vel | 22. |

Cubus vero solidus est $2^3 = 8$; sphaera solida efficitur superficie ducta in sextam diametri partem ($\frac{1}{3}$), atque hinc est $\frac{12,5664}{3} = 4,1888$; cylindrus solidus est sphaerae sesquialterum $\frac{4,1888 \times 3}{2} = 6,2832$. Ducantur hi numeri in numerum 5,25; erit

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| cubus solidus | $8 \times 5,25 =$ | 42,0000 | sive | 42, |
| cylindrus solidus | $6,2832 \times 5,25 =$ | 32,9868 | sive | 33, |
| sphaera solida | $4,1888 \times 5,25 =$ | 21,9912 | sive | 22. |

Quae rationes quum Delambre dubitasset qua via inveniri a veteribus potuissent, eam viam Idelerus docuit admodum fuisse simplicem. Nam quum Archimedes circumferentiam orbis, cuius diametrus sit 1, definisset inter terminos $3\frac{10}{70}$ et $3\frac{10}{71}$, veteres vulgo usos esse priore termino $3\frac{1}{7}$, licet iusto maiore; itaque si radix cubi sit 1, item diametrus sphaerae 1, cubi integram superficiem esse 6, circumferentiam maximi sphaerae orbis $\frac{22}{7}$, ac superficiem sphaerae itidem $\frac{22}{7}$. Porro cylindri basis est $\frac{22}{7} \times \frac{1}{4} = \frac{11}{14}$, duplicata basis $\frac{11}{7}$, et cylindri superficies curva circumferentiam constituens $\frac{22}{7}$; itaque cylindri super-

## 3542.

*Pergami* in limine interioris partis aedium Graeci optimatis, litteris non optime scalptis; ed. Vidua Inscr. ant. tab. XV. 2. Nihil praeterea in lapide haberi annotat editor, sed addit: „In fine prioris versus deest I", pro quo utrum lacunam viderit, nec ne, non dicit.

ΕΠΗΚΟΩΙΘΕΑ
ΑϘΡΟΔΙΤΗΙ

Ἐπηκόῳ Θεᾷ Ἀ[φ]ροδίτῃ.

## 3543.

*Pergami* (non Alexandriae Troadis, ut per errorem in meo Viduanarum inscriptionum exemplo dicitur), in iisdem ut videtur aedibus in quibus est n. 3538. in parte interiore (ut n. 3542.), arulae rotundae pulchri marmoris, 15½ pollices Angl. altae, 13½ pollices latae inscriptus titulus; ed. Vidua Inscr. ant. tab. XIV. 2.

ΔΙΟΝΥΣΟΙ
ΑΡΑΟΥΙΟΣ
ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ

Διονύσῳ Α. Ῥαούϊος Ἰουλιανός.
Ῥαούϊος est *Rabius*, nomen ex Cicerone cognitum.

## 3544.

*Pergami* in muro domus in regione Graeca urbis, in tabula oblonga; ed. Choiseul-Gouffier Voy. pitt. T. II. p. 170. Turner. Itin. T. III. p. 274. Minusculis refertur in Ἑρμῇ λογίῳ a. 1813. Febr. p. 64. ex schedis Cyrilli, quasi finem constituat tituli n. 3546. interposito insuper titulo n. 3545. Sed hos omnes prorsus separatos esse patet inde, quod et aliis lapidibus inscripti sunt et ex parte aliis locis reperti: quamquam non nego eos eodem olim loco positos fuisse.

ΔΙΑΤΑΓΕΙΣΑΙΔΙΑΓΝΩΜΗ ͵ΑΥΞΑ
ΑΙΛΙΣΙΔΟΤΟΣΟΠΡΑΟΣΙΔΙΑΙ ͵ΑΥΞΑ
ΓΕΩΜΕΤΡΗΣ ͵ΑΥΞΑ
ΙΔΙΗΔΕΙΣΗΚΑΛΗΜΕΤΡΙΟΤΗΤΙ ͵ΑΥΞΑ
ΕΤΙΜΗΘΗΤΗΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ͵ΑΥΞΑ

Formam tituli dedi ex Turn. lectionem maxime ex Chois. Vs. 1. Turn. ΔΙΑΓΑΙΗΣΑΙΙΔΙΗΓΝΩΜΗ; ap. Cyr. deest hic versus. Vs. 2. Cyr. Πραος; Chois. ΙΔΙΑ, Turn. Cyr. quod dedi. Vs. 3. Turn. ΓΕΩΜΕΤΡΙΗΣ. Vs. 4. Cyr. ἰδιῃ, ἰσῃ, καλῃ; vs. 5. idem τῃ δικαιοσυνῃ. Apicem (͵) millenariis appositum ex Turn. et Cyr. dedi.

Διαταγεῖσα ἰδίᾳ γνώμῃ. ͵αυξα
Αἴλ. Ἰσίδοτος ὁ πρᾶος ἰδίᾳ ͵αυξα
γεωμέτρης, ͵αυξα
ἰδίῃ δὲ ἴσῃ καλῇ μετριότητι ͵αυξα
ἐτιμήθη τῇ Δικαιοσύνῃ. ͵αυξα

Epigramma est e στίχοις ἰσοψήφοις compositum, ut n. 3545. 3546. Singulorum versuum litterae secundum vim numeralem efficiunt numerum MCCCCLXI. Titulus hic et sequentes, si numerorum concinnitatem exceperis, maxime inconcinni sunt, neque ulla ratione cum ἰσοψήφοις Leonidae Alexandrini epigrammatis admodum elegantibus comparari possunt, quae leguntur in Anthol. Iacobs. ed. prior. T. II. p. 174 sqq. Primus versus videtur nihil nisi index supra scriptus esse: „*Sententia propriâ constituta*"; est enim nominativus, non dativus. Ni fallor Isidoti alicui monumento honorario inscriptus fuit hic titulus *ex ipsius sententia*. Reliqua vero videntur ita intelligenda: „*Ael. Isidotus, lenis ille privatis moribus geometra, privata sua aequa et pulchra temperantia placuit et honoratus est Iustitiae*". Ex nomine *Aelii* verisimile fit Isidotum Hadriano non esse antiquiorem.

## 3545.

*Pergami* in eodem muro in tabula eiusdem formae et mensurae cuius est n. 3544. Ediderunt Choiseul-Gouffier l. c. p. 169. Turner. l. c. et minusculis praeterea titulus redditus est ex schedis Cyrilli in Ἑρμῇ λογίῳ l. c. (cf. lemma ad n. 3544.)

ΑΡΧΙΤΕΚΤΩΝ ͵ΒΡΠϚ
ΘΙΟΙΣΑΙΤΕΧΝΕΙΤΑΙΣΙΕΡΟΙΣ ͵ΒΡΠϚ
ΙΝΕΙΚΟΔΗΜΟΣΑΓΑΘΟΣΑΜΑΔΗΟΚΑΙ
ΝΕΙΚΩΝΝΕΟΣ ͵ΒΡΠϚ
ΗΣΦΑΛΙΣΑΤΟΚΑΙΚΟΣΜΗΣΕΑΠΑΣΙ ͵ΒΡΠϚ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΟΝΠΕΡΙΠΑΤΟΝΙΔΙΗΦΙΛΟΤΕΙΜΙΗΙ ͵ΒΡΠϚ
ΕΝΒΙΩΔΕΚΑΛΟΝΕΡΓΟΝΕΝΜΟΝΟΝΕΥΠΟΙΙΑ ͵ΒΡΠϚ

Tituli formam dedi potissimum ex Turn. nisi quod locos numerorum ex Chois. designavi. Secundum, quartum, quintum numerum omittunt Turn. et Cyr. Apices millenariis appictos non habet Chois. Vs. 3. primum Ι omittit Cyr. Vs. 6. Cyr. ἠδιῃ, Chois. ΙΔΙΗΙ, Turn. quod dedi. Tum Cyr. et Chois. ΦΙΛΟΤΙΜΙΗΙ, Turn. quod dedi. Vs. 7. Cyr. βιῳ.

Ἀρχιτέκτων ͵βρπϚ
θίοις αἱ τεχνείταις ἱεροῖς ͵βρπϚ
Ἰ. Νεικόδημος ἀγαθός, ἅμα δὴ ὁ καὶ Νείκων νέος, ͵βρπϚ
ἠσφαλίσατο καὶ κόσμησε ἅπασι ͵βρπϚ
ἀγορανόμιον περίπατον ἰδίῃ φιλοτειμίῃ. ͵βρπϚ
ἐν βίῳ δὲ καλὸν ἔργον ἓν μόνον εὐποιΐα. ͵βρπϚ

Mel. Sm. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, Spon. ΝΕΩΚΩΡΩΝ, Whel. ΝΕΟΚΩΡΩΝ, Peyss. ΝΕΟΚΟΡΩΝ, Ric. ΠΡΟΧΩΡΩΝ. Vs. 16. Ric. ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ. Vss. 17. 18. vulgo sic legitur in editis: ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝΤΗΣΑΝΑΣΤΑ ΣΕΩΣ.|ΤΩΝΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ, nisi quod vs. 18. Ric. habet ΣΤΡΑΤΗΩΤΩΝ, Whel. ΣΤΑΤΙΩΤΩΝ, et quod vs. 17. Whel. et Ric. pro genitivo plurali praebent ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΑ. Praeterea omnes editores his ipsis verbis (ἐπιμεληθέντων τῆς ἀναστάσεως τῶν στρατιωτῶν) finiunt titulum. Sed Peyss. in schedis diserte annotat finem tituli ab editoribus perperam scriptum exhiberi, praebetque longe alia, quae licet impedita tamen dedimus ut certiora.

*Γάϊον Ἄντιον Αὖλον Ἰούλιον, Αὔλου υἱόν, Κουαδρᾶτον, δὶς ὕπατον, ἀνθύπατον Ἀσίας, Σεπτεμούϊρουμ Ἐπουλώνων, φρᾶτρεμ ἀρουᾶλεν, πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον [Πόντου] καὶ Βειθυνίας, πρεσβευτὴν Ἀσίας, πρεσβευτὴν Σεβαστο[ῦ] ἐπαρχίας Καππαδοκίας, ἀνθύπατον Κρήτης, Κύπρου, πρεσβευτὴν Σεβαστο[ῦ καὶ ἀντι]στράτηγον Λυκίας καὶ Παμφυλίας, πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον Αὐτοκράτορος Νερούας Τραϊανοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ ἐπαρχίας Συρίας, ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν πρώτων νεωκόρων Περγαμηνῶν τὸν εὐεργέτην.*

*Ἐπιμεληθέντα τὸν Προκλέα, υἱὸν τοῦ Κλωδίου τοῦ γραμματέως.*

Quadratus hic, quem etiam n. 3532. 3549. celebrant, videtur idem esse, qui inter fratres Arvales ap. Marin. tab. XXII. (p. Chr. 78.) et tab. XXV. nominatur brevius *A. Iulius Quadratus*. Consul suffectus fuit p. Chr. 93. et ordinarius p. Chr. 105. Nomen eius plenum, quod hic habemus, est C. Antius Aulus Iulius Quadratus; in quo adeo inaudita visa sunt bina praenomina, ut de duabus personis cogitatum sit: sed hanc dubitationem satis removit Marinius p. 735 sq. quem de binis praenominibus vide insuper ad tab. XXIII. obs. 48. et ad tab. XXXII. obs. 4. Statim post iterati consulatus mentionem hoc loco Quadratus dicitur *Proconsul Asiae*, hoc est eius provinciae, in qua ei collocatus titulus, statuae ille subscriptus; deinde vero ad alia prorsus et perquam varia munera transitur: igitur hic titulus videtur tum scriptus esse, quum eo magistratu fungeretur Quadratus. At n. 3532. non vocatur ἀνθύπατος Ἀσίας: itaque nisi ibi aliquid exciderit, titulus n. 3532. videtur scriptus esse antequam Quadratus Proconsulatum Asiae gereret. Quae deinceps n. 3548. adduntur sacra duo munera, ea desunt n. 3532. credo quod in isto titulo concinnando civiles tantum magistratus respexit auctor. Ne exspectes Ἐπούλωνα (VIIvirum Epulonem), nota dici etiam Septemviros Epulonum, ut in Latinis titulis ap. Marin. l. c. T. I. p. 157. T. II. p. 755. Mox malim ἀρουᾶλεμ. Qui adduntur magistratus fere omnes etiam n. 3532. scripti sunt excepta legatione Syriaca; itaque aut huius mentio intercidit n. 3532. in fine, aut nondum eius tituli aetate Syriae praefectus Quadratus erat: ceterum reliquorum munerum ordo non idem est in utroque titulo, et insunt praeterea varietates nonnullae satis mirae. Ita n. 3548. vss. 5. 6. habes πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον || καὶ Βειθυνίας, n. 3532. πρεσβευτὴν Πόντου καὶ Βιθυνίας. Et in altero quidem hoc titulo non obero siquis post πρεσβευτὴν putet additum fuisse καὶ ἀντιστράτηγον, quum apographum, quod habemus, eius tituli valde videatur incertum esse: in nostro vero n. 3548. quum καὶ ante Βειθυνίας satis firmatum sit, vocem Πόντου iudico casu excidisse. Ceterum πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον Marinius in notis interpretatur *legatum pro Praetore*; ex more enim Graecorum additur καί, licet Latini in his formulis omittant coniunctionem. Quum vero non dictum sit πρεσβευτὴν Σεβαστοῦ, ex Marinii sententia p. 742 sq. exposita debet hic legatus esse provinciae Senatus et Populi: atque omnino ex Augusti divisione Bithynia fuit praetoria Senatus et Populi provincia; etsi aliquando etiam Legatus Augusti in Bithyniam missus est (vide Marin. p. 739.). Vulgo quidem in Bithyniam mittebatur Proconsul, hoc est rector provinciae Proconsularis sive Senatus et Populi, sed is dignitate praetorius, non consularis (vide Ern. ad Tac. Ann. I, 74.); quare Bithyniae rectorem Tacitus praetorem appellat: huius praetoris legatus est in nostro titulo πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, hoc est *Legatus pro Praetore*. Cf. Marin. p. 743. Sequitur n. 3548. πρεσβευτὴν Ἀσίας, quum n. 3532. sit πρεσβευτὴν Ἀσίας β: hoc β igitur in hocce titulo per incuriam omissum est. Quadratum patet bis in Asiam esse legatum missum, antequam Proconsulatum Asiae gereret. Nimirum, quod modo paulo ante ex parte iam significavimus, tenendum est etiam in provincias Senatus Populique tam consulares quam praetorias legatos missos esse, eosque *legatos* simpliciter vel *legatos pro Praetore* dici; sed qui in provincias imperatorias mittebantur, sunt *legati Augusti* (πρεσβευταὶ Σεβαστοῦ) appellati. Hoc bene docuit Marinius p. 742 sq. atque hinc Creuzerus Antt. Rom. p. 273. ed. sec. Mox noster hic titulus habet ἀνθύπατον Κρήτης, Κύπρου, n. 3532. autem ἀνθύπατον Κρήτης καὶ Κυρήνης. Cretam una cum Cyrenaica provinciam Senatus Populique praetoriam inde ab Augusto fuisse satis constat (vide imprimis Strab. XVII. extr.); quoniam vero qui Senatus Populique provinciae praeesset, sive illa proconsularis erat sive praetoria, Proconsul vocabatur, frequens occurrit Proconsulis Cretae mentio, ut ap. Senec. Controv. IV, 27. Tac. Ann. III, 38. et passim in Inscriptionibus. Cf. ad n. 2588. (ubi quem dixi *Cremutium Cordum*, pro eo restitue *Caesium Cordum*). Solet autem haec provincia *Creta et Cyrenae* dici (v. locos permultos ap. Marin. p. 740.): attamen omittitur aliquando Cyrenarum mentio, quod sponte intelligebatur, Proconsulem Cretae praeesse etiam Cyrenis (vide Marin. l. c. et Senec. Tac. ll. cc. coll. Tac. Ann. III, 70.). Sic igitur etiam n. 3548. quae sola nominatur provincia Creta comprehendit simul Cyrenas. Alia provincia fuit Cyprus, et ipsa praetoria Senatus Populique; igitur eius rector est Proconsul dictus (vide Marin. p. 740. et inscriptiones nostras Cyprias). Iam quaeras, Quadratus simulne Cretae et Cypri Proconsul fuerit, an alio tempore Cretae, alio Cypri. Prius praetulit Marinius;

Formam tituli dedi ex Turn. Cyr. Roch. litterarum ex Turn. Vill. Roch. Vss. 1-4. omittit Chois. recte annotans (p. 175.) eos pertinere ad aliam inscriptionem, quae in alio plane lapide scripta fuerit. Vs. 1. Vill. ΑΚΑΙΚ et ΕΠΙΑΡ cet. Vs. 2. Vill. ΙΔΙΑΔ.ΔΙΑ, Turn. ΙΔΙΛΔΙΙΔΙΑ, Cyr. Roch. ut dedi. Vs. 4. Vill. ΚΑΓΛ cet. In numeris vss. 1-4. ultima nota est Γ ap. Turn. Vill. Cyr. sed ϛ ap. Roch. Vs. 5. Vill. ΕΠΑΤΑ cet. Vs. 6. init. Turn. ΤΙΙΝ, ceteri quod dedi. Vs. 7. solus Vill. ΕΜΠΕΙ cet. In numeris vss. 5-7. ultima nota est Γ ap. Turn. et Cyr. ceteri ut dedi. Vs. 8. init. ΕΙ prope evanuisse notat Turn. Ibidem extr. Roch. ΙΔΙΑΣ (p. ΗΔΕΙΑΣ). Vs. 10. Chois. ΠΕΡΙΛΑΜΒΑΝΕΙ, reliqui ut dedi habent optativum, quem restituerat etiam Idelerus. In fine versus 10. Vill. perperam additam habet numeralem notam ʻΓ. Vs. 11. Vill. ΗΔΕΙΑ. Vs. 13. pro marginali Γ Vill. Τ. Vs. 14. Osannus ΔΙΑΜΕΤΡΟΣ, non Vill. Vs. 15. Vill. ΙΔΓΑΔΗΚΑΙΥΨΕΣ. Vs. 16. Turn. Roch. ΑΜΙΛΛΟ cet. Roch. ΛΟΓΟΥ; ceteri quod dedi. Vill. praeterea ΟΛΟΓΟΣ. Vs. 17. lineolas super ΑΒΓ omittit Turn. Chois. Vs. 19. Cyr. συμπαθεια. Vs. 20. Chois. ΑΒΓ sine lineolis. Vs. 21. init. Turn. ΚΑΛΛΑΔΕ; tum idem ΘΛΥΜ cet. et ΕΙΗΛΝ, pro quo Cyr. ειη αν, Vill. ΕΙΑΝ, Roch. ΣΙΗΑΝ. Vs. 23. init. Roch. ΔΙΔΗΙ; idem mox ΠΟΙ ΕΟΙ, reliqui quod dedi; tum pro ΚΑΙ Cyr. κε. Vs. 24. Turn. ΣΕΤΡΕΟΙΣ. Vs. 25. init. Turn. ΟΚΥΡΟΣ, Roch. ΟΧΥΡΟΣ; mox Turn. ΕΝΑΡΜΟΤΟΙ, Cyr. ἐφαρμοζοι; ceteri quod dedi, nisi quod Roch. Chois. Ζ pro Ⲋ (Ⲋ solus Vill.). Vs. 26. init. Vill. ΑΑΛΛΙ cet. Roch. ΑΛΛΔΙ cet. Cyr. αλλα ἡδια. Vs. 27. Vill. ΙΓΗΜΑ. Lineolarum vss. 27. 28. supra positarum unam vel alteram omittit unus et alter. Vs. 28. extr. Vill. omittit numeralem notam ʻΓ. Vs. 29. initio Chois. ΙΔΙΑΔΕ: Vill. ΙΔΙ (sine ΑΔΕ); Turn. Cyr. Roch. ΙΔΙΑ sine ΔΕ, ut ipsi dedimus. ΔΕ istud iam Idelerus monuerat omittendum esse. Tum Roch. ΤΟΙΟΣΔΟΥΤΟΥΤΩΝ. Vill. ΕΙΗΟΛΟΓΟΣ. Vs. 30. Vill. ΣΤΗΡΑΩ et in fine ΕΝΓΙ. Vss. 30. 31. Cyr. εν τῃ ὁλῃ δε επιφανειᾳ. Etiam Vill. vs. 31. ΔΕΕΠΙ cet. Vs. 32. extr. Vill. ΑΛΛΟΙΜΠΙΟΝ. Vs. 33. idem ΒΡΩ (p. ΒΙΩ). Vs. 35. Turn. ΛΙΚΕΙΝΗΣΙΑΝ, Chois. ΑΕΙΚΕΙ cet. Cyr. αἰκεινησειαν, Vill. quod dedi. Vs. 36. Vill. ΑΝΑΒΑΔΕΙ. Vs. 37. init. idem ΔΙΔΙΗ. Vs. 39. Chois. ΤΡΟΦΗ, ceteri ΤΡΟΦΗΣ, quod fortasse in lapide est, licet non possit verum esse. Vs. 40. Turn. Vill. omittunt numeralem notam ʻΓ. Vs. 41. maioribus litteris scriptus est. Chois. ΟΡΩΝΑΡΧΕΙ, sed p. 175. notat utramque vocem incertam esse, utpote in lapide affectam. Vill. ΣΩΝΑΙΞΕ·ΓΓΕΟΜ cet. Turn. ........ ΣΩΝΑΡΞΕΙ cet. Cyr. Μυσων αρξει cet. quod recepi; vide infra not. In fine Vill. omittit numeralem notam ʻΓ.

\- - - - - - -

ἀκακία δὲ ἐπιχρηματισμὸς ϙψκϛ
ἰδία δὴ διὰ τὸ ὕδωρ ϙψκϛ
θέσει εἶσ᾽ ἀπ[ὸ] αἰῶνος ϙψκϛ
καὶ λάβρον ἅμα εἶσ᾽ ἐν κόσμῳ. ϙψκϛ

---

Ἐπ᾽ ἀγαθὰ τοῖς τεχνίταις ,βρνϛ
τὴν διατριβὴν ἐποίησε Νείκων ,βρνϛ
ἐνπείροις αἶ τῆς μνήμης χάριν. ,βρνϛ
Θεῖα καθόλου, φύσεως ἅμα ἡδείας, ,γ
ἀεὶ ὁ κῶνος, ἡ σφαῖρα, ὁ κύλινδρος. ,γ
εἰ κύλινδρος περιλαμβάνοι ἀμφότερα
θίγμα ἡδεία ἐπαφῇ, ,γ
ἔσται σφαίρας ἄνοιγμα ἡ διάμετρος
ἴση πᾶσιν ,γ
ἐνκυκλίοις διαμέτροις, ἀλλὰ
ἰδία δὴ καὶ ὕψεσι. ,γ
ἅμιλλα ὁ λόγος καὶ ἐν στερεῷ
ἐστὶ προκοπὴ α̅ β̅ γ̅· ,γ
γεννικὴ θεία τις ἐξίσωσις
ἀλλὰ καὶ συμπαθία ,γ
τῶν στερεῶν αἶ λόγος α̅ β̅ γ̅. ,γ
καλὰ δὲ καὶ θαυμάσια εἴη ἂν στερεὰ
τρία σχήματα· ,γ
ἀϊδίη γὰρ λόγον ἴσον ποιέει καὶ
στερεοῖς καὶ ὅλαις ἐπιφανίαις ,γ
ὁ κύβος καὶ εἰ ἐναρμόζοι κύλινδρος,
ἀλλὰ ἰδία καὶ θεία σφαῖρα, ,γ
ἅπασιν ἥγημα, κύβος μὲν μ̅β̅,
κύλινδρος δὲ λ̅γ̅, σφαῖρα δὲ κ̅β̅. ,γ
ἰδία τοιόςδε τούτων εἴη λόγος ,γ
θεῖος καὶ ἐν στερεῷ ἅμα καὶ ἐν τῇ
ὅλῃ δ᾽ ἐπιφανείᾳ. ,γ
Γένος τι καὶ ἄλλο ἥδειον
οὐδὲν ἐν βίῳ ἐθαύμασα ,γ
ὡς κόσμου ἅμα ἐπιδρομῇ
ἄλεκτον ἀϊκεινησίαν ,γ
καὶ τοῦ ἡλίου ἀναβάσει ἡδεῖαν
ἀϊδίη ὑπεναντίαν κείνησιν, ,γ
καὶ ἅμα δὴ φῶς ἀγαθὸν πάντων ,γ
πάγιον τροφῇ ἅπασι καὶ ζώοις
καὶ γενήμασιν. ,γ
Μ[ο]υσῶν ἄρξει γεωμετρία. ,γ

Ἰσόψηφα haec scripsit *Nico* architectus idem qui n. 3545. comparet, ubi de eius aetate coniecturam proposui: ille vero ad porticum a sese dedicatam haec in tabula perscribenda curavit, ut fabris sive artificibus ibi convenientibus ante oculos essent (vss. 6. 7.): quamquam Ἑρμῇ λογίῳ tabula haec visa est texisse geometrae vel architecti sepulcrum; Idelerus vero lapidem in gymnasio collocatum putabat. Quattuor priores versus, quos ad aliam pertinuisse inscriptionem monitum in varia lectione, in physico versantur argumento: ceterum intelligi non possunt. Ἀκακία et ἰδία haud dubie dativi sunt, et ἰδίᾳ quidem videtur ad substantivum θέσει pertinere, εἶσ᾽ (εἶσεν) autem verbum esse ad subiectum ἐπιχρηματισμὸς referendum; εἷς enim vix verum est. Vs. 3. correxi ἀπ[ὸ] αἰῶνος ob numeralem notam, quae vss. 1-4. est MDCCXXVI. Vss. 5-7. singulorum versuum vis numeralis est MMCLVI; inde a vs. 8. autem summa numerorum, qui cuiusque versus vel binorum quorumque versiculorum elementis comprehenduntur, est MMM: cui numero accommodavimus lectionem, in qua secundum ipsum numerum constituenda ali-

## 3551.

*Pergami* in aula ecclesiae Graecae; ed. Turner. Itin. T. III. p. 273.

ΩΝΕΙΣ
ΝΙΑΥΤΟΝΙ
ΤΟΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧ

Vs. 2. ἐνιαυτόν, vs. 3. aliquid de gymnasiarcho.

## 3552.

*Pergami* in aula ecclesiae Graecae; ex schedis Cyrilli metropolitae ed. in Ἑρμῇ λογίῳ Febr. 1813. p. 64.

Ὁ δῆμος ἐτίμησε τὸν Κοΐντου υἱὸν Ῥοῦφον
διὰ καλοκἀγαθίαν καὶ πίστιν - - - -

Sic haec edita sunt. Lege ἐτίμησε - - - - τον Κοΐντου cet.

## 3553.

*Pergami* in muro deversorii; ed. in Ἑρμῇ λογίῳ a. 1812. p. 48.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΑΝΚΛΑΥΔΙΑΝΑΛ
ΚΙΜΟΥΘΥΓΑΤΕΡΑΑΚΚΑΝ.ΤΕΡΑΚΛΑΥΔΙΑΑΛΚΙΜΙΑ
ΔΗΣΙΕΡΕΙΑΣΝΙΚΗΦΟΡΟΥΚΑΙΠΟΛΙΑΔΟΣΑΘΗΝΑΣΠΑ
ΣΗΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ

Vs. 2. post ΑΚΚΑΝ una tantum littera deesse dicitur: quod non potest verum esse.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησαν Κλαυδίαν Ἀλκίμου θυγατέρα Ἄκκαν, [μη]τέρα Κλαυδία[ς] Ἀλκιμια[ν]ῆς, ἱερείας Νικηφόρου καὶ Πολιάδος Ἀθηνᾶς, πάσης ἀρετῆς ἕνεκα.

Νικηφόρος vulgo est Iuppiter, quem Pergami cultum hoc nomine esse statuit Belleius l. c. p. 156. Vide de Iove Nicephoro Eckhel. D. N. T. III. p. 269. Hoc loco utrum Iuppiter intelligendus sit, cui Pergameni sacerdotem feminam constituerint, an Minerva Victoriam manui impositam habens eodem sit nomine vocata, dubius haereo. Utut est, pertinet huc lucus celeberrimus Pergami, quod vocatum est Νικηφόριον, de quo vide Strab. XIII. p. 624. Polyb. XVI, 1, 6. XVII, 2, 2. et 6, 4. Liv. XXXII, 33, 34.

## 3554.

„*Pergami* in arcis ascensu, superato inferiori moenium circuitu, porta occurrit in alterius muri ambitu; quem si ad dextram sequeris, lapidem inscriptum reperies, olim in interiore parte muri sepultum, atque eius demolitione nunc denuo in lucem revocatum." Haec Vidua, qui ed. Inscr. ant. tab. XV.

| | |
|---|---|
| ΥΜΝΟΣ | Ὕμνος, |
| ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΣ | Εὐφρόσυνος, |
| ΦΙΛΟΚΑΛΟΣ | Φιλόκαλος, |
| ....ΝΕΙΚΟΣ | [Εὔ]νεικος? |
| ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΣ | Μηνόφαντος, |
| ΟΝΗΣΙΜΟΣ | Ὀνήσιμος, |
| :.ΥΚΩΝ | [Λε]ύκων? |

Est fragmentum catalogi. Vss. 4. et 7. ita ut dedi supplevi, quod Vidua p. 15. dicit, non satis compertum esse, sicne illis locis scriptum sit: ceterum vs. 7. coniicias fuisse potius Γλύκων, quod nomen satis frequens est.

## 3555.

*Pergami*; ex libro manuscripto fratris Iucundi Veronensis ed. Donius Class. VII. n. 91. p. 336. Habet etiam Bonada T. I. p. 410. Antipatro tribuitur in Anthologia Palatina, apud Planudem est ἄδηλον; ed. Brunck. Anal. T. II. p. 25. (conf. Iacobs. Animadv. T. II. P. I. p. 65.) Iacobs. Anthol. Palat. VII, 15. T. I. p. 319. (conf. T. III. p. 219.)

ΟΥΝΟΜΑΜΕΥΣΑΠΦΩΤΟΣΣΟΝΔΥΠΕΡΕΣΧΟΝΑΟΙΔΩΝ
ΘΗΛΕΙΩΝΑΝΔΡΩΝΟΣΣΟΝΟΜΑΙΟΝΙΔΗΣ

Οὔνομά μευ Σαπφώ· τόσσον δ' ὑπερέσχον ἀοιδῶν
θηλειῶν, ἀνδρῶν ὅσσον ὁ Μαιονίδης.

Ἀοιδῶν θηλειῶν habet etiam Planudes; in cod. Pal. est ἀοιδὰν et θήλειαν; ac sane ἀοιδάν, θηλειᾶν et quod praeterea in Anthologia habetur Μαιονίδας praestare videntur.

## 3556.

*Pergami* in lapide sepulcrali mutilo, qui insertus est muro sepulcreti; ed. Turnerus Itin. T. III. p. 280. et ex Richteri diario Franckius, Richtersche Inschriften p. 287. n. 48.

ΕΤΩΛΕΙΝΗΣΚΑΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝΠΙ - - - -

Καπ]ετωλείνης καὶ τῶν τέκνων cet.

Franckius volebat Β]ετωλείνης, Vetulenae. Ibidem Turnerus edidit fragmenta, quae non est operae pretium separatim referre: ΠΜΟΥΡΩΜΑ (Ῥωμαίου?) et ΤΑΟΣ
ΣΕΝ
ΕΠΙ.

ficies integra est $\frac{33}{7}$. Iam vero $6 = \frac{42}{7}$ (superficies cubi), $\frac{33}{7}$ (superficies cylindri), $\frac{22}{7}$ (superficies sphaerae) sunt in eadem ratione ac 42, 33, 22. Rursum cubus solidus est $1 = \frac{42}{42}$; sphaera solida reperitur superficie eius ($\frac{22}{7}$) ducta in sextam partem diametri ($\frac{1}{6}$), atque est proinde $\frac{22}{7} \times \frac{1}{6} = \frac{22}{42}$; unde cylindrus solidus est $\frac{33}{42}$: igitur solida haec in iisdem in quibus eorum superficies rationibus esse deprehendebantur. Post haec stereometrica aliquid additur *de mundo et maxime de sole.* ,,Aliud genus, quod gratius videretur, nullum in vita ita miratus sum ut mundi una cum progressu ineffabilem perpetuum motum, et solis ascensioni perpetuo contrarium motum suavem, ac simul lumen, bonum omnium rerum firmum nutritione omnibus et animalibus et rebus genitis." Vs. 32. Idelerus plenam interpunctionem habet post ἥδειον. Quod de solis motu dicitur, hoc est: Sol annuo motu ascendit et descendit per zodiacum; cui motui contrarius est motus diurnus solis et universi caeli.

## 3547.

***Pergami*** **in pariete interno iuxta impluvium domus Graeci cuiusdam extra Graecorum vicum sitae, in parvo stylobate vel ara; ed. Vidua Inscr. ant. tab. XV. 3.**

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΟΛΥΜΠΙΩΙ
ΣΟΤΗΡΙ
ΚΑΙΚΤΙΣΤΗ
ΓΑΙΟΣΑΝΤΙΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ

*Αὐτοκράτορι Ἀδριαν[ῷ] Ὀλυμπίῳ σ[ω]τῆρι καὶ κτίστῃ Γάϊος Ἄντιος Ἀλέξανδρος.*

C. Antius Alexander nomen duxisse videtur a C. Antio Quadrato, de quo vide n. 3548.

## 3548.

***Pergami,*** **in muro ultra secundam portam arcis vetustae in austrum; ed. Spon. Itin. T. III. P. I. p. 140 sqq. sed versibus indiscretis, Wheler. Itin. ed. Brit. p. 262. Meletius Geogr. vet. et nov. p. 453. minusculis et versibus indiscretis, Thom. Smith. VII eccles. notit. p. 9 sq. Ricaut Hist. eccles. Gr. p. 79 sq. versibus indiscretis, cum Latina translatione. Ex Thom. Smitho habet Murat. T. I. p. CCCXVII. 1. cum nota, ex Muratorio Cornelius Creta sacra T. II. p. 211. ex Sponio et Smitho Vandal. Diss. antiqq. et marm. illustr. inserv. p. 423. (conf. etiam p. 331.), ex iisdem et Whelero Marinius Act. fratr. Arval. T. I. p. CLXXVI. (tab. 57.) cum Latina translatione, item cum commentario amplissimo T. II. p. 735-752. Meminit huius tituli etiam Belleius in Commentatione de Pergami urbis historia et monumentis Hist. Acad. Inscr. T. XXXVIII. p. 154 sq. Ex Peyssonelii schedis habeo a Zieglero.**

ΓΑΙΟΝΑΝΤΙΟΝΑΥΛΟΝΙΟΥΛΙΟΝΑΥΛΟΥ
ΥΙΟΝΚΟΥΑΔΡΑΤΟΝΔΙΣΥΠΑΤΟΝΑΝΘΥ
ΠΑΤΟΝΑΣΙΑΣΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΥΜΕ
ΠΟΥΛΩΝΩΝΦΡΑΤΡΕΜΑΡΟΥΑΛΕΝ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΚΑΙΒΕΙΘΥΝΙΑΣΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΑΣΙΑΣ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΣΕΒΑΣΤΟΝΕΠΑΡΧΙΑΣ
ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣΑΝΘΥΠΑΤΟΝΚΡΗΤΗΣ
ΚΥΠΡΟΥΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝΛΥΚΙΑΣΚΑΙΠΑΜΦΥΛΙΑΣ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΝΕΡΟΥΑΣΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ΔΑΚΙΚΟΥΕΠΑΡΧΙΑΣΣΥΡΙΑΣΗΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΟΔΗΜΟΣΤΩΝΠΡΩΤΩΝΝΕΩΚΟΡΩΝ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΑΤΟΝΠΡΟΚΛΕΑΥΙΟΝ
ΤΟΥΚΛΩΔΙΟΥΤΟΥ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ

Varietatem lectionis non refero nisi Sponii, Wheleri, Meletii, Smithi, Ricauti, Peyssonelii. Whel. modo Π modo Ͳ, ut solet. Vs. 1. pro ΙΟΥΛΙΟΝ Whel. Peyss. ΤΟΥΛΛΙΟΝ. Vs. 2. Mel. Ric. ΔΥΣ. Vs. 3. Spon. Mel. ΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΥΜ, Whel. Peyss. ΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΥΝ, Sm. ΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΝ, Ric. ΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΝΜ. Vs. 4. init. Sm. ΠΟΥΛΩΝΩΝ, Spon. Mel. ΠΟΥΛΟΝΩΝ, Whel. Ric. Peyss. ΠΟΥ ΛΩΝΟΣ. Tum Whel. Peyss. soli ΦΡΑΤΡΙΜ, et dein Mel. solus ΑΠΟΥΑΛΕΝ. Vs. 5. Whel. ΒΡΕΒΕΥΤΗΝ. Vs. 6. init. ΚΑΙ habent Spon. Mel. Sm. Ric. omittunt Whel. Peyss. Tum Ric. ΒΕΥΘ cet. Vss. 9. 10. sex quos dixi primitivi auctores ante voces ΚΥΠΡΟΥ et ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ non habent, quod inde a Muratorio novicii invexerunt editores, utrique versui praefixum ΚΑΙ. Praeterea vs. 10. Spon. Mel. ΠΑΜΦΥΛΙΑΣ, reliqui quattuor ΠΑΜΦΙΛΙΑΣ. Vs. 11. Peyss. ΑΝΤΙ ΣΤΑΤΗΓΟΝ. Vs. 12. Ric. ΝΕΡΩΝΟΣ. Vs. 15.

- - - - ENANΔ
ΡΟ.ΣΑΤΡΑΠΕΥΟΝΤΟ
ΣΕΓΙΠΡΤΤΑΜΙΟΣΙΣ
ΑΓΟΡΟΥΚΓΑΤΕΥΑΣΕ
ΔΩΚΕΓΑΡΙΣΤΟΜΕΝ
ΕΙΤΙΙΓΤΙΑΗFΡΟΝ
ΕΠΟΙΚΙΣΑΙΓΡΟΣΤΩΙ
ΦΥΤΟΙΤΟΙΣΓΙΚΡΑΤΕΥ
ΑΦΥΤΕΥΟΕΝΤΙΟΔΕΠΕ
ΡΙΒΟΛΟΣΕΣΤΙΝΤΗΣΕ
ΗΣΣΓΟΡΟΥΚΥΠΡΩΝΙΚ
ΑΤΟΝΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ
ΚΛΙΟΙΚΟΓΕΔΛΚΑΙΚΙΛ
ΦΟΡΟΣΔΕΤΟΥΚFΓΟ
ΧΡΟΥΣΟΥΣΕΚΑΣΤΟ
ΕΝΙΑΥΤΟΥ

- - - - - - - - - - - - - - - -

- - Μ]ενάνδρο[υ] σατραπεύοντος, ἐ[π]ὶ π[ρυ]τά[ν]ιος Ἰσαγόρου, Κ[ρ]ατεύας ἔδωκε[ν] Ἀριστομένει [Πισ]τία [κῆπ]ον ἐποικίσαι [π]ρὸς τῷ φυτῷ τῷ [ἐπ]ὶ Κρατεύα φυτευ[θ]έντι. ὁ δὲ περίβολός ἐστιν τῆς [γ]ῆς σ[π]όρου κύπρων [ἑ]κατὸν ἑβδομήκοντα, κ[α]ὶ οἰκό[π]εδ[α] καί[ρ]ι[α.] φόρος δὲ τοῦ κ[ήπ]ο[υ] χρυσοῦς ἑκάστο[υ] ἐνιαυτοῦ.

Frequens in hoc titulo mendum **T** pro **Π** docet, opinor, forma **Γ**, non **Π**, usum esse quadratarium. Continetur locatio et conductio fundi nondum culti: quare dicitur locator δοῦναι ἐποικίσαι. Initio intercidit nomen et annus regis, Alexandri M. vel Philippi Aridaei; cf. n. 2691. 2692. 2919. Sequitur ut in iisdem titulis satrapae mentio: hic est *Menander*, ab Alexandro M. Lydiae praefectus (Arrian. Exp. Alex. III, 6, 12. coll. VII, 23, 2.), cui patet etiam vicina Pergami paruisse. Additur deinceps urbis eponymus magistratus prytanis. Vs. 6. correctio nostra [Πισ]τία incerta est. Πρὸς τῷ φυτῷ cet. est: *prope fundum sub possessore Crateua consitum*; φυτὸν de loco consito novum est. Ambitus (περίβολος) sive mensura terrae designatur ex satione; additur tamen opportunas praeterea areas domibus inaedificandis una locari. De *cypro* mensurae genere noto ex Hipponacte et Alcaeo vide lexica vetera et nova, maxime vero Hesychii interpretes et Steph. Thes. L. Gr. Ponticis Epiphanio personato auctore κύπρος duorum fuit modiorum: unde tamen de cypro Lydio et Mysorum ac Lesbiorum Graecis Mysiacis cognatorum non potest certo statui. Vs. 14. init. nihil deesse videtur; non enim verisimile est scriptum fuisse ὁ φόρος δέ. Annuum tributum hoc sive vectigal unius aurei, Philippici sive Darici, sane exiguum Crateuae eiusque heredibus pendendum est; ceterum locatio fit in perpetuum iure emphyteutico, quod constat originem duxisse ex incultorum agrorum locatione.

## 3562.

*Ibidem* ubi n. 3561. Edidit Fellows l. c. p. 31 sq. conf. notas Iacobi Yates p. 314 sqq.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Ἀγ]αθῇ τύχῃ, [γυναικ]ονομοῦντος Δημητρίου, μηνὸς Θαργηλιῶνος δευτέρᾳ, Ἀλέξων Δάμωνος εἶπεν· Νόμον εἶναι Γαμβρειώταις τὰς πενθούσας ἔχειν φαιὰν ἐσθ[ῆ]τα μὴ κατερρυπωμένην, χρῆσθαι δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς παῖδας τοὺς πενθοῦντας ἐσθῆτι φαιᾷ, ἐὰμ μὴ βούλωνται λευκῇ. ἐπιτελεῖν δὲ τὰ νόμιμα τοῖς ἀποιχομένοις ἔσχατον ἐν τρισὶ μησίν, τῷ δ[ὲ] τετάρτῳ λύειν τὰ πένθη τοὺς ἄνδρας, τὰς δὲ γυναῖκας τῷ πέμπτῳ, καὶ ἐξανίστασθαι ἐκ τῆς κηδείας καὶ ἐκπορεύεσθαι τὰς γυναῖκας [ἐπὶ] τὰς ἐξόδους τὰς ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένας ἐπάναγκον. τὸν δὲ γυναικονόμον τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρούμενον τοῖς ἁγνισμοῖς τοῖς πρὸ τῶν Θεσμοφορίων ἐπεύχεσθαι τοῖς ἐμμένουσιν καὶ ταῖς πειθομέναις τῷδε τῷ νόμῳ εὖ εἶναι καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν ὄνησιν, τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις μηδὲ ταῖς ἐμμενούσαις τἀναντία, καὶ μὴ ὅσιον αὐταῖς εἶναι ὡ[ς] ἀσεβούσαις θύειν μηθενὶ θεῶν ἐπὶ δέκα ἔτη. τὸν δὲ μετὰ Δημήτριον στεφανηφόρον ταμίαν αἱρεθέντα ἀναγράψαι τόνδε τὸν νόμον εἰς δύο στήλας, καὶ ἀναθεῖναι τὴμ μὲν μίαν πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ Θεσμοφορίου, τὴν δὲ πρὸ τοῦ νεὼ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς λοχίας. ἀνενεικάτω δὲ ὁ ταμίας τὸ ἀνάλωμα τὸ γενόμενον εἰς τας στήλας τῷ πρώτῳ λογιστηρίῳ.

Titulum esse accurate redditum inde patet quod Yatesio notante ex ipso lapide chartae madefactae impressus est: nec tamen hinc colligitur, exemplo typis descripto aeque diligenter referri tituli formam et spatiorum mensuras. Nam vs. 1. aegre mihi persuadeo post ἀγαθῇ τύχῃ non perisse nisi tria elementa. Etsi enim urbium oeconomi noti sunt, tamen neque in vetustioribus inscriptionibus nominantur neque usquam videntur eponymi magistratus fuisse: et in eo oppido, cui hic titulus tribuendus, n. 3561. eponymus est prytanis, ut fuit etiam Pergami; in nostra vero hac lege, quae paulo recentior quam n. 3561. esse videtur, stephanephorus eponymus est (vs. 28.). Qui quum vs. 1. restitui nequeat, necesse est ut huic decreto non eponymus praescriptus sit, sed alius magistratus, is nimirum, ad quem earum rerum, in quibus haec lex versatur, cura maxime pertineret: ille vero manifesto est *gynaeconomus*. Nam etsi quae in hac lege praecipiuntur de luctu, simul ad viros et pueros referuntur, tamen mulieres potissimum spectari vel inde videas, quod lex pro foribus Thesmophorii et templo Dianae collocatur. Quid quod etiam quae viris praecipiuntur, ad gynaeconomorum curam pertinent, quippe quibus mandentur vota non solum pro mulieribus sed etiam pro viris legi huic parentibus, et pariter imprecationes in eos, qui iusso huic non obedientes fuerint? Quid quod Athenis quoque gynaeconomorum potestas non tam arctis circumscripta finibus erat, ut non quaedam complecteretur, quae etiam ad viros pertinerent? Vide Athen. VI. p. 245. C.

aliquando enim plures provinciae uni paruerunt rectori. Atque haec ratio mihi quoque tanto magis probatur, quanto facilius in titulo n. 3532. omitti Cypri mentio potuit, si Cyprum Quadratus simul cum Creta et Cyrenis curaverat, potiori nimirum provinciae additam. Vs. 10. pro ϛτρατηγὸν esse scribendum καὶ ἀντιστράτηγον vidit iam Marinius, corrigens alios interpretes, in his Spanhemium. Vs. 11 sqq. Quadratus non generatim Legatus Augusti provinciae Syriae dicitur, sed Traiani Augusti, quum in prioribus huius generis muneribus nomen Imperatoris reticeatur: unde colligo, priores Quadratum legationes ante Traianum Imp. sub defunctis Augustis obisse. Vs. 12. Νερούας est pro genitivo, non sine exemplo. Vs. 15. τῶν πρώτων νεωκόρων Περγαμηνῶν Vandalius l. c. p. 331 sq. recte ita intelligit: *Pergamenorum, qui primi neocori designati sunt*: quippe ante reliquas omnes Asianas urbes Pergamum neocoratu auctum est. Sane urbs haec etiam simpliciter et nulla neocoratus ratione habita πρώτην sese dixit (vide Eckhel. D. N. T. II. p. 472. et supra n. 3538. vss. 8. 9.), et eodem modo in nummis suis Pergameni πρῶτοι audiunt: atque huc plurimi, in his Belleius (l. c. p. 163.) et Eckhelius (l. c.), etiam huius tituli locum hunc rettulerunt: at nisi πρώτων νεωκόρων coniungi voluisset auctor, dixisset opinor: τῶν πρώτων καὶ νεωκόρων vel τῶν νεωκόρων πρώτων, ut n. 3538. est τῆς δὶς νεωκόρου πρώτης Περγαμηνῶν πόλεως. Ceterum hoc in titulo non δὶς νεωκόρων dictum est, quod secundus Pergamenorum neocoratus ab Antonino Pio demum incipit, noster vero titulus Traiano Imp. scriptus est. In fine tituli quis statuae collocandae operi praefuerit, annotatum est. Haec nota vulgo ita legebatur: ἐπιμεληθέντων τῆς ἀναστάσεως τῶν στρατιωτῶν: quod quam ineptum sit, vix est quod exponam. Qui enim fieri potuit, ut urbs Pergamenorum *militibus* curam talis operis traderet? Quid quod, si cui milites statuam collocare volebant, necesse erat ut ipsi unius et alterius curatoris opera uterentur? Igitur Marinius de lectione merito dubitans pro στρατιωτῶν coniicit στρατηγῶν, quum praesertim στρατηγοῦ mentio frequens sit in nummis Pergamenis. Verum utut mirum est omnes ante Peyssonelium auctores consentire fere in lectione ἐπιμελ. τῆς ἀναστάσεως τῶν στρατιωτῶν, tamen dubitari nequit, quin universa haec lectio, non solum vox στρατιωτῶν falsa sit, et ex Sponii apographo in reliqua omnia propagata, quod qui post Sponium lapidem tractarunt, haec verba legere non potuerint; Sponius vero formulam ἐπιμεληθέντων τῆς ἀναστάσεως ex aliis inscriptionibus cognitam habuit et de coniectura huic titulo intulit; denique ultima vox ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ, quae haud dubie valde oblitterata erat, potuit Sponio speciem vocis στρατιωτῶν offerre. Accedit quod Whelerus et Ricautus non ἐπιμεληθέντων legerunt, sed ἐπιμεληθέντα, prorsus ut Peyssonelius. Et huius quidem lectio, in qua punctum vs. 17. post ΥΙΟ notatum casui deberi videtur, integram praebet sententiam; sed et mirus est accusativus, et reliqua dictio a solito inscriptionum stilo abhorret: exspectes enim potius ἐπιμεληθέντος Προκλέους τοῦ Κλωδίου etc. Quum tamen certa videatur lectio esse, arbitor universam hanc notam aliquo post dedicatam Quadrati statuam tempore ab imperitiore manu additam esse, ut operis curatori Procli constaret suus honos, accusativo autem usum hunc hominem esse quasi hic casus ex verbo ἐτίμησε penderet, quod suppleri ad nominativum ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος posse permulta docent exempla. Γραμματέα Pergami magistratum fuisse docet nummus (vide Eckhel. D. N. T. II. p. 470.).

## 3549.

*Pergami* in Graeci cuiusdam domo prope ecclesiam D. Ioannis; ex cod. Askew. Append. II. (ubi titulus petitus est ex cod. Chishull. I, 115.) et ex schedis Peyssonelii.

----ΛΙΟΥΚΟΥΑΔΡΑΤΟΝΔΙΣ
ΥΠΑΤΟΝΗΠΑΤΡΙΣ

Cod. Ask. vs. 1. ΚΟΥΔΡΑΣΤΟΝ; in eodem vs. 1. init. nulla lacuna notata est, sed vs. 2. init. duo puncta posita sunt.

Α. Ἰούλιον, Α. Ἰου]λίου, Κουαδρᾶτον, δὶς
ὕπατον, ἡ πατρίς.

Vide n. 3548. cum notis. Supplementa dedi brevia; vs. 1. quum ΛΙΟΥ in utroque apographo sit, retinendum id visum est, etsi exspectes potius Αὖλον Ἰούλιον, Αὔ]λου, Κουαδρᾶτον, vel Αὖλον Ἰούλιον Αὔλου υἱὸν Κουαδρᾶτον. Quadrati *patria* quae sit nescio: vix tamen dubito, quin ex Asia oriundus fuerit.

## 3550.

*Pergami* in moenibus arcis inferioribus et novissime exstructis, turri insertus lapis, litteris valde attritis; ed. Vidua Inscr. ant. tab. XIV. 3. Habeo etiam ex schedis Sherardi p. 83. (cod. Ask. I, 115.)

ΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΝΜΗΝΙΔΟΣΤΟΝΚΑΙ
ΤΡΥΦΟΝΑΓΥΜΝΑΣΥΑΡΧΗΣΑΝΤΑΚΑΛΩΣ

Vs. 1. Vid. ΕΤΙΜ cet. ΕΤΕΙΜ cet. dedi ex Sher. Idem vero vs. 2. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΝ, quod emendavi ex Vid. Vs. 3. Sher. ΓΥΜΝΑΣ - - Α, Vid. quod dedi. In fine Vid. ΚΑΛΟΣ, Sher. quod dedi.

Ὁ δῆμος ἐτείμησεν Μενέστρατον Μήνιδος τὸν καὶ Τρύφ[ω]να γυμνασ[ι]αρχήσαντα καλῶς.

De Pergameno gymnasiarcho cf. n. 3551. Eckhel. D. N. T. II. p. 471. Bellei. l. c. (ad n. 3548.) p. 162.

## 3563.

Pergamo in orientem, in meridionali ripa Caici, media fere via inter *Soma* s. Somma oppidum et *Kirk-agatsch*, sed in septentrionem ab utroque oppido, est *Yerma-Tepé*, olim *Germa* (vide Leakium Itin. As. min. p. 25. et alios, maxime tabulam geographicam, quae inserta est Arundelli operi „Discoveries in Asia minor" T. I.). In oppidi Soma deversorio reperta est haec inscriptio, quam ex Appendice II. codicis Askewiani (petitam e cod. Chish. I, 115.) habebam, antequam ederetur a Fellowsio l. c. p. 27. qui vidit in fornice vetusto Romani haud dubie operis circiter centum pedes longo et viginti quinque pedes lato, nunc stabuli usum praestante. Idem locus in schedis, quibus usus sum, deversorium vocatur; in iisdem schedis non recte coniicitur, hoc deversorium olim templum fuisse.

ΘΕΥΔΑΕΚΑΙΜΕΝΑ . .
. . .

Fell. ΟΕΥΛΑΕΚΑΙΜΕΝΑ; Ask. ΘΕΥΔ . . Ε cet. cum punctis, quod dedi.

Θεύδα[ς] καὶ Μένα[νδρος]?

Θεύδας legendum esse recte vidit Yates ap. Fellows. p. 312. qui deinceps coniecit Μενά[λκας.

## 3564.

*Ibidem* ubi n. 3563. edidit idem l. c.

ΕΥΝΟΙΚUΤUΟΡCΒΕU
ΜΝΕΙΛΕΧΑΜΡ - - -

Εὐνοϊκῷ τῷ [θ]ρ[επτ]ῷ
μνεί[ας] χά[ριν] - - -

## 3565.

*Ibidem* ubi n. 3563. in cippo inserto ei aedificio, quod descripsimus; titulum chartae madefactae ex ipso lapide impressit et in tabula lithographica edidit Fellows l. c. Litterae sunt multis apicibus ornatae, in hunc modum: Η, Ι, Κ, Π, Ρ, Τ, Χ.

ΟΝΗΣΙΜΟΣΟΠΑΤΗΡ
ΚΑΙΧΡΥΣΑΙΕΙΣΗΜΗΤΗΡ
ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΩΤΩΓΛΥΚΥ
ΤΑΤΩΤΕΚΝΩΜΝΕΙΑΣΧΑ
ΡΙΝΕΠΟΙΗΣΑΝΚΑΙΕ
ΑΥΤΟΙΣ

Ὀνήσιμος ὁ πατὴρ καὶ Χρυσαιεὶς ἡ μήτηρ Πολυχρονίῳ τῷ γλυκυτάτῳ τέκνῳ μνείας χάριν ἐποίησαν καὶ ἑαυτοῖς.

## 3566.

Tribus fere miliariis Anglicis ab oppido *Soma* in cippo; ed. idem l. c. p. 28. cf. Yates ibid. p. 312.

ΠΟΜΠΗΙΟΣΙΤΟ
ΤΩΙΔΙΩ
ΕΚΤΩΝΙΛΙΩΝΑΥΤΟΥ
ΕΙΑΣΧΑΡΙΝ

Πομπήϊος [Π]ο[μπηΐῳ]?
τῷ ἰδίῳ [τέκνῳ ἐποίησεν]?
ἐκ τῶν ἰ[δ]ίων αὐτοῦ
[μν]είας χάριν.

## 3567.

In oppido *Kirk-agatsch*, in cubiculo Graeci prope deversorium; ex cod. Chish. I, 25. habetur in Append. II. codicis Askewiani.

- - - - - - - ΡΗΒΟΙ
- - - - ΙΜΟΣΧΙΩΝΟΣ
- - - - ΕΝΤΑΕΑΥΤΟΙΣ
- - - - ΛΟΣΤΟΡΤΟΣ
- - - - - - - - - ΝΙ᾽ΙΛ

- - - - - ἔφ]ηβοι
- - - - ιμος Χίωνος
- - - - ἐντα ἑαυτοῖς
- - - φι]λόστορ[γ]ος
cet.

## 3568.

In *Mysia*, „in vico Schelembé", qui vulgo in tabulis Bash-Ghelemba, tribus fere miliariis Germanicis supra Thyatira in septentrionem; ed. Sestinus Itin. p. 136.

ΝΩΙΟΙΕΚΠΑΚΑΛΕΙΑΣ
ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙΟΙΔΙΑΒΑΝ
ΤΕΣΕΝΤΩΙΕΕΤΕΙΕΙΣ
ΤΟΥΣΚΑΤΑΧΕΡΡΟΝΗ
ΣΟΝΚΑΙΟΡΑΙΚΗΝΤΟ
ΤΟΥΣΕΥΧΗΝ

- - - - νῳ οἱ ἐκ [Ν]ακ[ο]λείας στρατιῶται οἱ διαβάντες ἐν τῷ ιε ἔτει εἰς τοὺς κατὰ Χεῤῥόνησον καὶ [Θ]ρᾴκην τό[π]ους εὐχήν.

Numinis nomen restitui non potest. Νακολείας dedi, quod alius urbis nomen propius ad traditas litteras accedens non reperiebam: ceterum apud recentiores auctores scribitur Νακώλεια; ego vetustiores et nummos secutus sum. Nacolea Phrygiae est; ibi praesidium egisse hos milites non dissimile veri est: certe Arcadii Imp. aetate Nacolea in ea regione locus fuit munitissimus (vide Leakium Itin. As. min. p. 24.). Tamen hic titulus, nisi orthographiae ratio fallit, longe antiquior est. Annus xv. a qua epocha repetatur, vix quisquam exputaverit.

## 3557.

*Pergami* inter sepulcra ad orientem; Müllerus transcripsit ex codicis Askewiani Append. II. ubi habetur ex Chishulli cod. I, 117.

..ΕΙΜΕΝΕΗΝΖΩΝΗ...ΙΚΕΑΘΥΜΟΝΟ.ΤΑ
...ΩΝΔΟΣΚΕΝΕΗΝΗΤΙΝΥΤΟΣ·ΠΡΑΠΙΔΑΣ
..ΥΠΟΤΑΝΕΝΣΧΕΔΗΜΑΧΗΩΑΕΤΟΞΕ...
..ΚΑΡΤΕΡΟΣΕΥΠΡΕΠΕΗΣΗΝΓΑΡΙΔ.....
.ΑΛΛΟΥΤΟΜΟΙΡΑΝΤΕΘΕΩΝΙΟΤΗΤΙΚ
ΘΝΗΤΟΣΑΝΗΡΕΦΥΓΕΝΕΦΘΙΤΟ....
ΚΑΙΓΑΤΟΥΣΟΣΟΙΤΟΝΤΑΟΕΠΑ..
ΩΛΕΣΕΛΙΤΕΝ.ΤΑ.......
ΑΛΛΑΚΑΙΩΣΕΚΑΝΟΝΤΕΔΑΣ..
ΚΕΙΜΑΙΔΕΝΤ.ΒΟΥΛΗΣΤ.....
ΣΗΜΑΔΕΜΟΙΠΡΕΠΟΝΕΣΤΙΚΑΙ

Εἰ *μὲν ἔην ζω[ὴν ἐπιε]ικέα θυμὸν ὀ[φέλλειν,*
*σώφρ]ων δ᾽ ὅς κεν ἔην ἢ [π]ινυτὸς. πραπίδας*
*[ο]ὔ ποτ᾽ ἂν ἐν σχεδ[ί]ῃ μάχῃ ὤ[λ]ετο [σ]ε - - - -*
*καρτερὸς εὐπρεπέ[ω]ς· ἦν γὰρ ἰδ[εῖν] - - -*
*ἀλλ᾽ οὔ το[ι] μοῖράν [γ]ε θεῶν ἰότητι κ[ραταιήν]*
*θνητὸς ἀνὴρ ἔφυγεν· ἔφθιτο - - - -*
*καὶ γά[ρ] τοὺς ὅσ[σ]οι? τον τα ο επα - - -*
*ὤλεσε [κα]ὶ? τεν. τα - - - -*
*ἀλλὰ καὶ ὣς ἔκανον τεδασ - - - -*
*κεῖμαι δ᾽ ἐν τ. βουλησ - - - - - - -*
*σῆμα δέ μοι πρέπον ἐστὶ καὶ - - - - -*
- - - - - - - - - - - - - -

Epigramma hoc satis desperatum esse plurimi consentient, nec quae tentavi satisfaciunt. Vs. 1. sumpsi *ἐπιεικέα θυμὸν* esse subiectum, *ζωὴν* obiectum: *Si fieri posset, ut vitam augeret et foveret animus integer et probus.* Tamen sententia mihi non satis placet; nec qui in fine versus supersunt ductus Ο.ΤΑ ex qua voce supersint certo dixeris: quamquam ei quam reposui voci accommodari possunt, ita ut Ο.ΤΑ sit pro Ο[Φ]ΕΛ. Vs. 2. videtur apodosis incipere, in qua *δὲ* (pro *δὴ*) poni posse non dubium est. Mallem tamen eiici posset *δ᾽* hoc loco sane incommodum. Dictio *ὅς κεν ἔην* videtur defendi posse; nam etsi *ὅς κεν ἔῃ* praestabat, tamen quod condicionalis sententia *οὔ ποτ᾽ ἂν ὤλετο* ponit aliquid quod fieret, si fieret aliud quiddam quod non fit, etiam illud *ὅς κεν ἔην σώφρων ἢ πινυτὸς πραπίδας*, quod condicionali isti sententiae coniunctum est, proponitur tamquam aliquid, quod futurum sit si id fiat quod non fit: „*Si vitam augeret et foveret animus integer et probus, non qui temperans et sapiens foret, periret in pugna cet.*" Vs. 4. ubi dedi *ἦν γὰρ ἰδ[εῖν]*, Franzius coniicit *ἦν [π]α[τ]ρίδ᾽*. Vs. 5. potest etiam scribi *μοῖράν τε θ. ἰ. κ[αὶ ᾅδην*: sed *μοῖράν γε* aptissimum est, et dictio *μοῖρα κραταιὴ* usitata. Reliqua mitto, nisi quod vs. 10. *βουλησ* moneo me non intelligere quomodo in versum intraverit.

## 3559.

*Pergami*, sub anaglypho canem venaticum repraesentante (non agnum, ut Prokeschius putabat), in fronte olim ecclesiae, nunc balinei; ed. Spon. Itin. T. III. P. I. p. 26. Thom. Smith. Notit. VII eccles. p. 15. et ex schedis Prokeschii Welckerus Mus. Rhen. a. 1834. p. 304. n. 22. Habeo ipse ex schedis Prokeschii a Zellio missis.

ΟΥΝΟΜΑΦΙΛΟΚΥΝΗΓΟCΕΜΟΙΤΟΙΟCΓΑΡΥΠΑΡΧѠΝ
ΘΗΡCΙΝΕΠΙΦΟΒΕΡΟΙCΚΡΑΙΠΝΟΝΕΘΗΚΑΠΟΔΑ

Formam tituli et litterarum dedi ex Prok. Vs. 1. Spon. ΥΟΥΝΟΜΑ. Vs. 2. idem et Sm. ΘΕΙΡΣΙΝ. Mox Prok. ΚΡΛΙΗΝΕΟΚΑΠΟΝ; Sm. ut dedi, item Spon. nisi quod hic ΠΟΛΥ pro ΠΟΔΑ.

*Οὔνομα Φιλοκύνηγος ἐμοί· τοῖος γὰρ ὑπάρχων*
*θηρσὶν ἐπὶ φοβεροῖς κραιπνὸν ἔθηκα πόδα.*

Welck. dederat *ἧκα φόνον*.

## 3560.

In lapide inverso in angulo muri arcem *Pergamenam* cingentis; ex schedis Peyssonelii a Zieglero missis.

ΦΡΥΓΙΑ

---

## 3561.

Octo quantum video miliariis Anglicis ab urbe Pergamo in via, quae Somam (prope Germam antiquam) ducit, insignem hanc inscriptionem repperit Fellows, qui edidit Itin. As. min. p. 30. Notas addidit Iac. Yates (p. 312 sq.), cuius amicitiae debeo librum Fellowsii elegantissimum: quo minus decet singula, in quibus a priore interprete discedo, examinare. Lapis fonticuli structuris insertus est. Antiquum, ubi haec inscriptio posita erat, locum fuisse *Gambreum*, intellexi ex n. 3562.

## 3570.

*Ibidem* in ruinis inter portam principalem eiusdem aedificii, in duobus saxis lapidis quem graniten vocant; ex Huntii diario ed. Walpol. Mem. p. 128. item Leakius Diar. itin. As. min. p. 128. (hic minusculis), uterque coniuncta utraque parte; in duas partes divisum Richterus Itin. p. 576. n. XXXVI, 7. 8. ed. Ewers. et Franckius l. c. p. 242. cum notis (cf. Addend.), item Raczynski Itin. tab. 55. aeri incisum: postremo sinistram tantum partem exhibet Fellows As. min. p. 49. (cf. Yatesium ad Fell. p. 518.). Utramque habeo etiam ex schedis a Panofka missis, quas scripsit De Varennes.

ΕΚΤΗΣΠΡΟΣΟΔΟΥΤΩΝΑΓΡ‖ΩΝΩΝΑΠΕΛΙΠΕΝΕΙΣΕΠΙΣΚΕΥ
ΗΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΛΕΟΣΤΡΑΤΟ‖ΣΥΙΟΣΠΟΛΕΩΣΦΥΣΕΙΔΕ
ΑΠΕΛΛΙΚΩΝΤΟΣΕΠΕ . . . ‖ΥΣΘΗΙ

Usque ad finem vocis Ἀπελλικῶντος haec ita ut edidi sine commissurae notatione scripta sunt ap. Walp. nisi quod vs. 1. est ΑΓΡΩΝΑΠΕ cet. contra Leakius habet ἀγρῶν ὧν, et in fine Τελλικόντος ἐπεσκευάσθη, posterius verbum manifesto de coniectura. Ex reliqua varia lectione affero potissima. Vs. 1. Richt. ΤΩΝΑΕΡ|ΑΝΩΝ, Racz. ΤΩΝΑΓΡΩ|ΚΟΝΩΝ, manifesto ex coniectura, Var. ΤΩΝΑΓΡ‖ΟΝΩΝ; Fell. ΤΩΝΑΕΡ. Vs. 1. extr. Richt. ΕΠΙΣΥΞΥ, Racz. ΕΠΙ ΣΚΕΥΗ., falso. Vs. 2. init. Racz. ΒΟΥΛΗΝ, pessime. Tum Richt. ΚΛΕΩΣΤΡΑ‖ΥΙΟΣ, Racz. ΚΛΕΟ ΣΤΡΑΤΟ|ΑΣΣΥΙΟΥ, Var. ΚΛΕΟΣΤΡΑΤ.‖ΣΥΙΟΣ, Fell. ΚΛΕΟΣΤΡΑ'. Vs. 3. reductior a nobis proponitur ex Racz. Fell. Var. Ceterum Richt. habet ΤΕΛ ΛΙΚΩΝΤΟΣΕΠΙ‖ΣΘΗΙ, Racz. ΑΠΕΛΛΗΚΟΝΤΟΣ ΕΠΟΙΗ‖ΔΗΙ, Fell. ΤΕΛΛΙΚΩΝΤΟΣЄΠΕ', Var. ΠΕΛΛΙΚΩΝΤΟΣΕΠΕΛ‖ΥΣΟΗΙ: hinc delegimus nostra.

Ἐκ τῆς προσόδου τῶν ἀγρῶν, ὧν ἀπέλιπεν εἰς ἐπισκευὴν τῆς πόλεως Κλεόστρατος, υἱὸς πόλεως, φύσει δὲ Ἀπελλικῶντος, ἐπε[σκε]υ[ά]σθη.

Titulus videtur ad solam portam pertinere, quae restituta sit; lapis, in quo titulus scriptus, epistylii in formam elaboratus videtur (cf. Leak. Racz.), fortasse tamen fuerit hyperthyrum: in epistylio enim est titulus n. 3569. De dictione υἱὸς τῆς πόλεως Franckius in Notis et Addendis ablegat ad Bozium in Mem. Acad. Inscr. T. XV. p. 474 sqq. et alios; nec rara ea in inscriptionibus. In fine vs. 3. vacat Iota.

## 3571.

Inter saxa disiecta parietinarum *Assi* septem fragmenta (1-7.) ex totidem quantum video lapidibus transcripsit Fellows As. min. p. 49. (cf. Yates. p. 518.), eaque notavit aetatis inferioris esse quam fragmina n. 3569. a nobis composita. Ex his tertium dederat etiam Richterus l. c. ad n. 3569. apud quem id sexto loco positum est. Addidi particulam octavam, quam Richterus ibidem quinto loco dedit: sed forma Є apud Franckium, pro qua Ewers Ε edidit, docet hoc fragmen potius cum hisce quam cum n. 3569. componendum esse.

1) ЄΠΙCΕΞΤΟΥΑΠΙ
2) ΥΑΝΘΥΠ
3) ΥΚΑ
4) ΟΛΗΙΟ
5) UΝΟCΤΗCΠΟΑ
6) ΙΠΑΠ
7) ΤΑΘЄΙC^C
8) ΙΩΝΑΓΙΟΚΑΤЄC

Restitui haec non posse sponte patet; tamen possunt eodem fere ordine connecti:

Ἐπὶ Σέξτου Ἀπι[κίο]υ? ἀνθυπ[άτο]υ Κ[λαύδιος Ἀππ]ολήϊο[ς]? υ[ἱ]ὸς τῆς πό[λεως, φύσε]ι Παπ[ίου], - - - [καταστ]αθεὶς - - - [ἐκ τῶν ἰδ]ίων ἀ[π]οκατέσ[τησεν.

Supplementum particulae octavae debetur Franckio p. 237. Ἀποκατέστησεν est *restituit*; vide si tanti est, Franck. p. 241. et p. 518. De formula υἱὸς τῆς πόλεως cet. cf. n. 3570.

## 3572.

In epistylio inter parietinas *Assi* est titulus litteris inferioris aetatis scriptus, in qua Huntio teste in Diario (ap. Walpol. Mem. p. 126.) haec habentur:

Ἄνθιμος ὁ πρόεδρος Σκαμάνδρου.

Quid sit Σκαμάνδρου, mihi ambiguum: potest oppidum intelligi, quod tamen etsi Hierocli Σκάμανδρος vocatur, sollemni usu potius Σκάμανδροι appellatum est (vide ad n. 3597.).

## 3573.

*Assi*, inter parietinas, in theca sepulcrali; ed. Richterus Itin. p. 577. n. XXXVI. 9. (Franck. p. 243. ex quo dedi Α, ubi id in nostro exemplo vides), Fellows As. min. p. 48. (cf. Yates. p. 516.)

ΑΝΓΟΣΚΛΑΥΔ
ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ
ΚΑΙΚΛ·ΝΕΙΚΗΕ
ΠΕΡΙΟΥΚΑΙΔΙ
ΑΤΑΞΙΕΕΝΤΟΙΕ
ΑΡΧΕΙΟΙΕΑΠΟ
ΚΕΙΤΑΙ

Vs. 3. et 5. extr. ubi ex Fell. dedi Ε ut vero propius, Richt. habet Γ. Reliquam Fellowsii varietatem lectionis omitto.

Ἄνγος Κλαυδ. Μακεδόνος καὶ Κλ. Νείκη[ς], περὶ οὗ καὶ διάταξι[ς] ἐν τοῖ[ς] ἀρχείοι[ς] ἀπόκειται.

[ΑΓ]ΑΘΗΙΤΥΧΗΙ[ΟΙΚ]ΟΝΟΜΟΥΝΤΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥΜΗΝΟΣΘΑΡΓΗΛΙΩΝΟΣ
ΔΕΥΤΕΡΑΙΑΛΕΞΩΝΔΑΜΩΝΟΣΕΙ
ΠΕΝΝΟΜΟΝΕΙΝΑΙΓΑΜΒΡΕΙΩΤΑΙΣ
ΤΑΣΠΕΝΘΟΥΣΑΣΕΧΕΙΝΦΑΙΑΝΕΣΘ[Η]
ΤΑΜΗΚΑΤΤΕΡΡΥΠΩΜΕΝΗΝΧΡΗΣΘΑΙ
ΔΕΚΑΙΤΟΥΣΑΝΔΡΑΣΚΑΙΤΟΥΣΠΑΙΔΑΣ
ΤΟΥΣΠΕΝΘΟΥΝΤΑΣΕΣΘΗΤΙΦΑΙΑΙ
ΕΑΜΜΗΒΟΥΛΩΝΤΑΙΛΕΥΚΗΙΕΠΙΤΕ
ΛΕΙΝΔΕΤΑΝΟΜΙΜΑΤΟΙΣΑΠΟΙΧΟΜΕ
ΝΟΙΣΕΣΧΑΤΟΝΕΝΤΡΙΣΙΜΗΣΙΝΤΩΙΔ[Ε]
ΤΕΤΑΡΤΩΙΛΥΕΙΝΤΑΠΕΝΘΗΤΟΥΣΑΝ
ΔΡΑΣΤΑΣΔΕΓΥΝΑΙΚΑΣΤΩΙΠΕΜΠΤΩΙ
ΚΑΙΕΞΑΝΙΣΤΑΣΘΑΙΕΚΤΗΣΚΗΔΕΙΑΣ
ΚΑΙΕΚΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙΤΑΣΓΥΝΑΙΚΑΣΗ
ΤΑΣΕΞΟΔΟΥΣΤΑΣΕΝΤΩΙΝΟΜΩΙΓΕ
ΓΡΑΜΜΕΝΑΣΕΠΑΝΑΓΚΟΝΤΟΝΔΕΓΥ
ΝΑΙΚΟΝΟΜΟΝΤΟΝΥΠΟΤΟΥΔΗΜΟΥΑΙ
ΡΟΥΜΕΝΟΝΤΟΙΣΑΓΝΙΣΜΟΙΣΤΟΙΣΠΡΟ
ΤΩΝΘΕΣΜΟΦΟΡΙΩΝΕΠΕΥΧΕΣΘΑΙΤΟΙΣΕΜ
ΜΕΝΟΥΣΙΝΚΑΙΤΑΙΣΠΕΙΘΟΜΕΝΑΙΣΤΩΙ
ΔΕΤΩΙΝΟΜΩΙΕΥΕΙΝΑΙΚΑΙΤΩΝΥΠΑΡΧΟΝ
ΤΩΝΑΓΑΘΩΝΟΝΗΣΙΝΤΟΙΣΔΕΜΗΠΕΙΘΟ
ΜΕΝΟΙΣΜΗΔΕΤΑΙΣΕΜΜΕΝΟΥΣΑΙΣΤΑ
ΝΑΝΤΙΑΚΑΙΜΗΟΣΙΟΝΑΥΤΑΙΣΕΙΝΑΙΩΕ
ΑΣΕΒΟΥΣΑΙΣΘΥΕΙΝΜΗΘΕΝΙΘΕΩΝΕΠΙΔΕ
ΚΑΕΤΗΤΟΝΔΕΜΕΤΑΔΗΜΗΤΡΙΟΝ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝΤΑΜΙΑΝΑΙΡΕΘΕΝΤΑ
ΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΟΝΔΕΤΟΝΝΟΜΟΝΕΙΣΔΥΟ
ΣΤΗΛΑΣΚΑΙΑΝΑΘΕΙΝΑΙΤΗΜΜΕΝ
ΜΙΑΝΠΡΟΤΩΝΘΥΡΩΝΤΟΥΘΕΣΜΟΦΟ
ΡΙΟΥΤΗΝΔΕΠΡΟΤΟΥΝΕΩΤΗΣΑΡΤΕ
ΜΙΔΟΣΤΗΣΛΟΧΙΑΣΑΝΕΝΕΙΚΑΤΩ
ΔΕΟΤΑΜΙΑΣΤΟΑΝΑΛΩΜΑΤΟΓΕ
ΝΟΜΕΝΟΝΕΙΣΤΑΣΤΗΛΑΣΤΩΙ
ΠΡΩΤΩΙΛΟΓΙΣΤΗΡΙΩΙ

---

Una superest dubitatio, quod qui vss. 1. 2. nominatur Demetrius, me iudice ut gynaeconomus, is vss. 27. 28. stephanephorus audit, ibique manifesto eponymus civitatis est. At Demetrii nomen pervulgatum est; itaque eodem anno potuit aliquis Demetrius eponymus stephanephorus, alius Demetrius gynaeconomus esse: ne dicam potuisse eundem hominem et stephanephorum eponymum esse et simul gynaeconomia fungi. Ex initio legis discimus nomen civitatis, quod mirum est non vidisse principem editorem et interpretem. Est civitas Γαμβρειωτῶν, qui Stephano Byzantio Γαμβρειεῖς vocantur: *Γαμβρεῖον, πόλις Ἰωνίας. τὸ ἐθνικὸν Γαμβρειεὺς ὡς Σιγειεύς. γράφεται δὲ διὰ διφθόγγου, ὡς δηλοῖ τὸ Γαμβρήϊον.* Ioniae quod tribuitur, id non premendum est: rectius adscribetur Aeolidi, siquidem huic etiam Pergamus annumerabitur, aut certe Mysiae. Situm loci in hac regione confirmat Xenophon Hist. Gr. III, 1, 6. ubi Γάμβριον et Παλαιγάμβριον memoratur cum Pergamo, Teuthrania, Halisarna, Myrina, Grynio, Larissa. Vs. 17. *ἐπάναγκον* (pro *ἐπάναγκες*) refertur ad *ἐκπορεύεσθαι. Ἐξανίστασθαι ἐκ τῆς κηδείας* est *solvere* s. *deponere luctum*: ex quo tempore vero mulieres deposuerint luctum, debent rursum domo procedere et adesse pompis et supplicationibus, quas iubet lex peculiaris de his rebus lata; quae res pertinet ad Thesmophoria et similia sollemnia celebranda. Vs. 24. mire dictum est *μηδὲ ταῖς ἐμμενούσαις* p. *καὶ ταῖς μὴ ἐμμ.* Vs. 28. cave coniungas *στεφανηφόρον ταμίαν*: quaestori non convenit *στεφανηφορία*. Iunge: *τὸν δὲ ταμίαν (τὸν) μετὰ Δημήτριον στεφ.* „eum quaestorem, qui electus sit ut munere fungatur post annum Demetrii eponymi". Vs. 35. *ταστήλας* scriptum est p. *τὰς στήλας*, ut n. 3044. vs. 35. ubi vide not. Vs. 36. *τῷ πρώτῳ λογιστηρίῳ* videtur esse *in primo conventu logistarum*, quippe quibus rationes a quaestore reddendae fuerint. *Λογιστήριον* de curia sive *ἀρχείῳ* logistarum hic accipi vix potest: quis enim putaverit in oppido exiguo plures fuisse huiusmodi curias?

---

drinae (vide Strab. X. p. 473. coll. XIII. p. 604.): hinc in nummis Alexandriae habetur inscriptio ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΣΜΙΝΘΕΩΣ. Sminthii mentio fit etiam in titulo Troadensi n. 3582. ubi simul Asclepieum habes in eadem urbe Troade s. Alexandria. Qui sint *Moxynitae*, difficile dictu. Mitto portentosas explicationes Giorgii et Taurinensis editoris, cui assentitur Venutius: melius certe iudicarunt Muratorius et postea Maffeius, Amadutius, Saxius. Topici quippe quidam dii intelligendi, iique, quod ipsa nominis forma docere interpretes poterat, masculi. Etsi vero certa est littera Ξ, tamen non male ab interpretibus allata est Phrygiae civitas Mosyna, cuius meminerunt Hierocles in Synecdemo et Acta Conciliorum: apud Plinium autem H. N. V, 33. habemus Mosynos, eiusdem oppidi incolas, iurisdictionis Pergamenae. Noti sunt etiam Μοσσύνοικοι s. Μοσύνοικοι Ponti, qui et ipsi sunt brevius Μόσσυνοι s. Μόσυνοι vocati, a domibus vel turribus ligneis eadem voce appellatis (vide Steph. Byz. v. Μοσσύνοικοι et intpp.). Ut redeam ad Mosynos Phrygiae, eorum dii tutelares potuerunt Μοσυνῖται sive alia forma Μοξυνῖται dicti esse: ac videndum, ne hi Corybantes fuerint vel Corybantum similes. Certe ut in Phrygia sunt Corybantes Cybeles caerimoniis coniuncti, ita in Hamaxitia Troadensis dicionis prope Sminthium fuit Corybantium (Strab. XIII. p. 473.): ferebantur enim ex Creta insula, Corybantum sede, Teucri in hos locos profecti esse, a quibus etiam Sminthei Apollinis cultus institutus putabatur (Strab. XIII. p. 604.). Denique *curator* non templi intelligendus, ut cuidam visum est, sed curator coloniae Augustae Troadensis: haud raro enim rebuspublicis, coloniis, municipiis curatores dati sunt (Orell. Collect. inscriptt. Lat. T. II. n. 3898 sqq. et passim alibi). Addo titulum Troadensem, in pago Udschek-kevi haud procul ab Alexandria urbe repertum, qui in schedis Köhlerianis sic scriptus est: SPLENDIDISSIMVS || POPVLVS || COL AVG TROADENS || AVRELIVM IOBACCHVM || CVRATOREM || IDIOMENOCEN, *cen[sente* opinor.

## 3578.

Lapis Choiseulianus (Catal. Dubois. n. 217.), *Alexandria Troade* deportatus, altus pollices XV, latitudine inaequali, nunc in Museo regio Parisino (Catal. Clarac. n. 630.); ed. Claracus in tabulis et Osannus Syll. p. 373. 41. Habeo etiam ex schedis Fauvelii Köhlerianis, ex schedis Odofr. Mülleri, qui ex lapide transcripsit Parisiis, et ex schedis Pittaci s. Pittacis Graeci, qui falso Athenis tribuit. Marmor est candidum. Vs. 1. maioribus litteris scriptus est.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ.

in corona laurea:

ΑΠΕΛΛΗΝ
ΕΡΜΙΟΥ
ΙΛΙΕΑ

item:

- - - - - ΑΝ

Vs. 1. Fauv. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ; Pitt. integrum hunc versum omittit; reliqui habent tantum ΞΑΝ ΔΡΕΩΝ. Formas litterarum partim ex Claraco partim ex Müllero dedi.

[Ὁ δῆμος ὁ] Ἀλεξανδρέων
Ἀπελλῆν Ἑρμίου Ἰλιέα.

- - - - αν
- - - - -

Hermiam Hermiae f. Iliensem novimus ex n. 3599. Titulus est bonae aetatis, diu ante deductam coloniam Romanam Troadensem.

## 3579.

*Troade s. Alexandriae*, ed. Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 5. p. 40. n. 1. ex schedis alienis. De loco cf. Errata eiusdem.

Ι . ΚΥ . . . ΟΝ
ΤΙΚ . . . . ΤΙΚΟΝ
ΥΕΙΓ . . . ΑΦΛΑ
ΕΝΘΕ . . . . ΜΙΟΙΣ
ΟΥΛΕΥ . . . ΝΔΡΕΙΑΣ
ΑΙΙΕΡΩ . . ΙΗΣΓΝΩ
ΗΣΤΕΤ . . . ΡΑΤΕΣΚΡΑ
ΣΤΗΣΡ . . ΡΩΝΙΕΡΩ
ΕΓΑΛΩ . . ΣΙΚΩΝΚΑΙ
ΣΤΙΚ . . . ΕΝΕΙΚΗΣ
ΧΙΕΡΕ . . . ΕΑΣΟΛΥΜ
ΙΑΔΟΣΑ . . . ΟΝΗΡΩΑ
ΑΙΠΡΟΦ . . . ΩΣΜΝΕΙ
ΣΚΑΠΙΜ . . . ΟΙΚΟΥΜΕ
ΝΗΣΜΟΥ . . . ΦΒΟΥΛΗΣ

Nihil extrico ex laceris his et corruptis versibus. Quum Tib. Claudius Herodes Atticus aqua instruxerit Troadensem coloniam, adiuvante eum opibus patre Attico (Philostr. Vit. Sophist. II, 1, 3.), putes vss. 1. 2. Κλαύδιον Τιβέριον Ἀττικὸν inesse: sed neque hoc satis certum est, nec conspirant reliqua. Vs. 5. utrum ἀνδρείας an Ἀλεξανδρείας lateat nescio. Vs. 6. an ἀ[φ᾽] ἱερω[τάτ]ης γνώ[μ]ης? Mox τῆς κρα[τί]στης - - Vs. 9. μ]εγάλω[ν et fortasse μου]σικῶν καὶ - -, vss. 11. 12. ἀρ]χιερέ[α θ]εᾶς Ὀλυμ[π]ιάδος - - - ἥρωα, vs. 13. fortasse ἀπροφ[ασίστ]ως vel κα]ὶ προφ[άντ]ως, vss. 14. 15. οἰκουμένης et deinceps βουλῆς.

# SECTIO TERTIA.

## ASSUS, ALEXANDRIA TROAS, ILIUM, SIGEUM ET LOCI HIS OPPIDIS VICINI.

### 3569.

Inter parietinas magnificas *Assi* veteris (Beiram s. Beiram-kalesi) ex arce in Africum supersunt fundamenta magni aedificii, quod templum fuisse dicitur. Circumiacent lapides, ex quibus nonnulli plures orgyias longi sunt. Ex his aliquot ad porticum eius templi, ordinis Dorii, pertinebant, eiusque constituebant epistylium, inscripti illi alte incisis et magnis litteris (Huntius quattuor, Fellows novem pollices altas dicunt, diversos fortasse titulos significantes). Quae supersunt eiusdem epistylii fragmina, ea deinceps in certum quendam ordinem composui; videntur autem haec inscriptionis fragmenta paucos versus constituisse, in longitudinem ampli epistylii porrectos: quod enim singula fragmina unum tantum versum offerunt, potest inde explicari, quod epistylium ex pluribus in altitudinem lapidibus compositum fuerit. Unum quidem versum fuisse non admodum probabile est in tanta litterarum multitudine. Ceterum horum fragminum alia ab aliis edita sunt et ordine vario: Huntii diarium ap. Walpol. Mem. p. 128. habet particulas 5. 6. 3. (hoc ipso ordine); Richterus Itin. p. 576. n. XXXVI, 1-4. (cf. p. 467.) particulas 1. 3. 6. 5. (hoc ipso ordine) una cum aliis duabus, quas vide n. 3571. annotans simul quinque ex his esse coniungendas et propter rationem inscriptionis et propter ornamentorum denticulatorum aequalitatem; porro Leakius Diar. itin. As. min. p. 128. habet particulas 5 et 1.; Raczynski Itin. tab. 55. particulam 5. (aerea tabula expressam); Fellows As. min. p. 49. particulas 2. 3. 7. 4. quattuor has dicens ex zophoro (potius ex epistylio) templi esse, eiusdem omnes profunditatis et formae: deinde addit particulas 6. 5. 1. ad aliud templum pertinere. Sed omnes potius unius inscriptionis fragmenta sunt: id quod praeter vocabulorum nexum probabile fit etiam collato Richtero, qui particulas 1. 3. 5. 6. coniungendas esse monuit, ex quibus tamen una (3.) alii templo, tres reliquae alii tribuuntur a Fellowsio. Richteri apographum iterum ed. Franckius, Richtersche Inschriften p. 256. et quantum tum fieri potuit, non male tractavit, assumptis tamen duobus fragminibus, quae huc non pertinent.

1) ΑΙΣΑΡΙΣΕΒΑΣΤΩΙΚΑΙΤΩΙΔ
2) ΟΙΕΡΕΥΣΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΘ
3) ΕΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣΟΔΕΑΥ
4) ΟΣΚΑΙΠΑΤΡΙΟΣΒΑΣΙΛΕΥ
5) Σ · ΚΑΙ ΙΕΡΕΥΣΤΟΥΔΙΟΣΤ
6) ΟΥΟΜΟΝΩΟΥΚΑΙΓΥΜ
7) ΝΑΣΙΑΡΧΟΣ ο ΚΟΙΝΤΟΣΔΟ

Part. 1. Leakius ΚΑΙΣΑΡΙ, item Richt. ed. Ewers. (non Franck.); sed Κ ex coniectura additum est. In fine ΚΑΙΤΩΙΔ omittitur ap. Leak. Fellowsius ut dedi, nisi quod ΤΟΙΔ habet; Richt. ed. Ewers. ΤΩΙ\ (Franck. ΤΩΙ). Part. 3. init. Hunt. ΘΕΟΥ. Part. 5. Richt. ed. Ewers. Σ·ΚΑΙ, ed. Franck. ΣΚΑΙ, ut Huntius; Fell. Σ - - ΚΑΙΙΕΥΣ; Leak. Racz. omittunt Σ·ΚΑΙ, sed ille initio habet quattuor puncta. In fine pro Τ Hunt. Τ...; Leak. omittit Τ et habet tria puncta; Richt. omittit Τ neque addit puncta; Racz. habet ΤΕΡ, nescio quo casu: verum enim hoc esse non potest. Part. 6. in fine Fell. ΤΥΜ. Notabile est, quod quattuor horum fragminum totidem litteras continent; nimirum epistylium ex pluribus iisque partim aequalibus saxis compositum erat.

Κ]αίσαρι Σεβαστῷ καὶ τῷ δ[ήμῳ τῷ Ῥωμαίων] ὁ ἱερεὺς τοῦ Σεβαστοῦ Θεοῦ Καίσαρος, ὁ δὲ αὐ[τ]ὸς καὶ πάτριος βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς τοῦ Διὸς του Ὁμονώου καὶ γυμνασίαρχος, Κόϊντος Δο - - - - -

Porticum, cui haec inscripta sunt, ad templum pertinuisse probabile est: videtur enim Assi, ut tot aliis locis, templum Augusti fuisse. Cf. de templis Augusti ad n. 3524. extr. et nota statim etiam sacerdotem Augusti nominari. Initio desideret aliquis Αὐτοκράτορι: sed hoc omittitur aliquando (cf. n. 487.). Augustus sibi non permiserat templa condi nisi communi suo Romaeque nomine (Sueton. Octav. c. 52.); itaque in templorum eius dedicationibus solet Θεᾷ Ῥώμῃ addi: hic autem additur τῷ δήμῳ [τῷ Ῥωμαίων], ut in Nicaeensi dedicatione n. 3748. et saepius. Populo vero pro Dea Roma dedicari templum non probabile est; videndum igitur ne haec inscriptio ad solam porticum templi pertineat, ut Iliensi titulo Imperatori eiusque familiae et Senatui ac Populo dedicatur stoa. Tum Franckius suppleverat: ἱερεὺς Σεβαστοῦ καὶ Θεοῦ Καίσαρος, quasi de duobus sacerdotibus ageretur, altero Augusti, altero Iul. Caesaris; nunc postquam particula secunda edita est, aliter iudicandum. Mireris quidem, quod part. 1. Καίσαρι Σεβαστῷ sine Θεῷ dictum est, mox autem τοῦ Σεβαστοῦ Θεοῦ Καίσαρος de eodem Octaviano; sed ne dicam, initio aliquid deesse posse, ipsa illa vocabulorum varietas ferri potest. Πάτριος βασιλεὺς ille vir vocatur, quod a priscis Aeolicae urbis Assi regibus genus derivabat; atque hi posteri regum ipsi reges vocabantur, quod de Androcli posteris Ephesi tradit Strabo XIV. p. 633. Similiter n. 2189. Pergamenum habes hominem, qui in patria gesserat τὰν ἐπώνυμον ἀπὺ βασιλέων πρυτανηΐαν, ubi reges non dynastae illi Attalici sunt, sed urbis reges antiquissimi: ab his igitur ille genus derivabat ideoque creatus etiam prytanis eponymus erat, quod munus Pergami competivisse regum posteris patet. Ζεύς, qui deinceps commemoratur, videtur Ὁμονῷος s. Ὁμονώϊος esse, omissa ut solet in huiusmodi formis littera Iota. Hunc recte Franckius confert cum Boeotorum et Thessalorum Ὁμολωΐῳ: hoc enim nomen Istro auctore (ap. Suid. Eudoc. Phot. v. Ὁμολώϊος Ζεύς) diis inditum διὰ τὸ παρ' Αἰολεῦσι τὸ ὁμονοητικὸν καὶ εἰρηνικὸν ὅμολον (vel ὅμολοι) λέγεσθαι. Haud dubie Ὁμολώιος et Ὁμονῷος numen idem est. Part. 7. non Ἀσίαρχον scriptum esse, ut putabat Yates noster ap. Fellows. p. 317. patet ex ipsa restitutione.

kio ΜΟΥ; Köhl. Walk. quod dedi. Vs. 6. Lechev. *Αυριλιω*. Vs. 7. Turnerus praebet Ṫ, Ak. Köhl. Walk. solum magnum Τ; reliqui ΤΙΣ. Paulo ante finem huius versus Ak. et Köhl. ΝΕ, ut dedi; pro hoc Walk. ΝΕ, Turn. nihil nisi Σ. Reliqui non exprimunt ligaturas. Vs. 8. Köhl. Walk. Turn. ṪΝΟΣ, Ak. magnum Τ, reliqui ΤΙΝΟΣ. Tum Lechev. solus *εγκαταθεσθαι*. Ante ultimam litteram quam ligaturam dedi, habent Köhl. et Ak. recte (vide n. 3591.); Turn. Walk. Ε, quae vulgatior est. Vs. 9. prope finem ex Walk. et Ak. inserui lineolam incurvam ante ΒΦ. Hanc hoc loco reliqui omnes omittunt; medio vero versu soli Köhl. Ak. et Walk. habent.

*Μάρκυς Παυλῖνυς Αἔλιυς Αὐρ[ή]λιυς, [ὑωνὸς μὲν Αἰ]λίου? Ἀγαθόποδος Ὀθονιακοῦ, ὑὸς δὲ Αὐρηλίου Παυλείνου, τοῦ καὶ γενομένου παγκρατιαστοῦ, οὗ καὶ ἐν τῷ Σμινθείῳ ἕστηκεν ἀνδριὰς καὶ ἐνθάδε ἐν τῷ Ἀσκληπείῳ, ἔθηκα τὴν σορὸν ἐμαυτῷ καὶ τῷ γλυκυτάτῳ μου πατρὶ τῷ προγεγραμμένῳ Αὐρηλίῳ Παυλείνῳ καὶ τοῖς ἐκ τοῦ γένους μου. εἰ δέ τις τολμήσῃ ἀνοῖξαι ταύτην τὴν σορὸν καὶ νεκρὸν ἀλλότριον ἢ ὀστέα τινὸς ἐνκαταθέσθαι, δώσει προστείμου τῇ Τρωαδέων πόλει δηνάρια βφ καὶ τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ δηνάρια βφ.*

De Sminthio cf. ad n. 3577.

## 3583.

Theca sepulcralis integra cum operculo, quae nunc aquae fontanae recipiendae inservit in Tenedo insula, quo translata est ex *Troadis* urbis reliquiis e regione sitis. Litterae sunt magnae. Ex schedis a Bimardo missis ed. Murat. T. III. p. MDCXXXIX. 14. cum notis et Latina interpretatione, Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 1. p. 32. ex schedis alienis, Chandler. Inscr. P. I. p. 4. n. IV. (cf. Syllab.) cum Latina interpretatione, Villoison. Mem. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 319. (cf. eundem ap. Lechevalier. Voyage de la Troade T. II. p. 146.) Habeo etiam ex schedis Buherii iisdem, quas n. 2012. citavi, ex Köhlerianis et ex Peyssonelianis a Zieglero missis.

ΑΤΤΙΚΩΚΑΙΚΛΩΔΙΑΣΕΚΟΥΝΔΑ·ΕΑΝΔΕΤΙΣΕΤΕΡΟΝΝΕΚΡΟΝΒΑΛΗ
ΗΟΣΤΕΑΗΠΩΛΗΣΗ
ΔΩΣΕΙΙΣΤΟΝΦΙΣΚΟΝ
✱ /ΒΦ

Hoc est Chandleri exemplum, nisi quod ille casu omisit ΤΟΝ vs. 3. quod tamen habet in textu minusculis repetito. Consentiunt cum nostro hoc exemplo et in lectione et quantum ad formam tituli schedae Köhlerianae, nisi quod vs. 1. interpunctio et ligatura neglectae sunt, item schedae Peyssonelii, nisi quod habent ΝΕΚΡΟΝΕΤΕΡΟΝ et in fine ✱/Β.Φ. et vs. 1. negligunt interpunctionem. Schedae Buherii corruptiores sunt: vs. 1. habent ΚΑΩΔΙΑ et omittunt interpunctionem; pro ΕΑΝ praebent ΑΝ (ut Mur.); tum ΕΤΕΡΟΝΝΕΚΡΟΝ; vs. 2. ΗΘΣΤΕΛΗ ΓΙΟΛΗΣΙΙ; reliqua ut nos, sed mutata ex parte versuum divisione. Nec melius Pocock. ex quo non affero nisi ex vs. 3. ΔΩΣΕΠΙΤΟΝ cet. Muratorii integram varietatem non affero: annoto tamen habere eum ΙΣ, non ΕΙΣ. Villois. vs. 3. falso ΕΙΣ p. ΙΣ; nec servat genuinam tituli formam neque interpunctionem et ligaturam, neque habet lineolam ante ΒΦ (vs. 4.); reliqua ut nos habet.

*Ἀττικῷ καὶ Κλωδίᾳ Σεκούνδᾳ. Ἐὰν δέ τις ἕτερον νεκρὸν βάλῃ ἢ ὀστέα, ἢ πωλήσῃ, δώσει ἰς τὸν φίσκον δηνάρια βφ.*

Attici nomen a Tib. Claudio Attico Herode vel eius patre Attico derivatum videtur; nam et pater et filius bene meruerant de Troadensibus (vide Philostrat. vit. Sophist. II, 1, 3.).

## 3584.

In vico Dalian-kevi (aliis Talian-kevi) proxime ad reliquias *Alexandriae Troadis*, in operculo arcae sepulcralis; ed. Philippus Barker Webb, Osservazioni sull' agro Troiano, in Bibliot. Italiana Vol. XXIII. (a. 1821.) p. 72. n. 2. vel p. 124. translationis Germanicae (Untersuchungen über den ehemaligen und jetzigen Zustand der Ebene von Troia, übers. v. Heinr. Hase, Weimar 1822. 8.) et Vidua Inscr. ant. tab. XIII. 1. cf. p. 12 sq.

·ΑΥΡΗΛΙΟΣΒΑΛΕΡΙΟΣΗΓΟΡΑΣΑΕΜΑΥΤΩΤΗΝΣΟΡⓃ

Male Webb. ΤΗΝΕΜΑΥΤΟΥΣΟΡΟΝ.

*Αὐρήλιος Βαλέριος ἠγόρασα ἐμαυτῳ τὴν σορόν.*

## 3585.

Lapis sepulcralis candidissimi marmoris, latus pedes 6 uncias 5, altus pedes 3 uncias 2, crassus uncias 6, litteris elegantibus duarum unciarum magnitudinem excedentibus. Fuit olim *Alexandriae s. Troade*; ut Troadensem titulum ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 3. s. 1. p. 32. 1. ex schedis alienis. Marmor Tenedo Smyrnam allatum, et ab Hochepiedo Academiae Leidensi dono missum est, servaturque nunc in Museo publico Leidensi. Hinc Pocockiani exempli ignarus ed. Te Water Narrat. de rebus Academiae Lugduno-Batavae p. 161. Oudendorpius nescio quamobrem coniiciebat esse exemplum antiquioris tituli instauratum, sed et ipsum antiquum.

Μ·ΑΥΡΗΛΙΟΣΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣΕΘΗΚΑΤΗΝ
ΣΟΡΟΝΕΑΥΤΩΚΑΙΤΗΣΥΜΒΙΩΜΟΥΑΥΡΗΛΙΑ
ΕΥΗΜΕΡΙΑΚΑΙΤΟΙΣΤΕΚΝΟΙΣΜΟΥΜ·ΑΥΡΗΛΙΩ
ΠΡΕΙΜΩΚΑΙΜ·ΑΥΡΗΛΙΩΕΡΜΕΙΑΚΑΙΑΥΡΗΛΙΑ
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΑΚΑΙΑΥΡΗΛΙΑΕΥΗΜΕΡΙΑ
ΕΙΔΕΤΙΣΑΝΟΙΞΑΣΕΤΕΡΟΝΝΕΚΡΟΝΗΟΣΤΕΑ
ΒΑΛΗΔΩΣΕΙΤΩΤΑΜΕΙΩ✱/ΒΦΚΑΙΤΗΠΟΛΕΙ✱/ΒΦ

Ἄγγος esse p. ἀγγεῖον, de theca sepulcrali, recte notavit Franckius, qui etiam reliqua absolvit. Τοῖς ἀρχείοις correxerat iam Morgensternius ad Richt. Itin. p. 632. Ad sinistram in alio thecae latere est alia inscriptio haec (ap. Fellows.):

ϯΛΟΥΚΙ<>ΝΟΥΠΡΕΟΡ

Λουκι[α]νοῦ πρε[σβ](υτέρου).

Christianus igitur presbyter posthac in hac theca sepultus est; idem vero ille Lucianus memoratur in alia Christiana inscriptione ap. Fell. p. 50.

---

## 3574.

„In vico rustico *Sajaclee*, quattuor mille passibus a pago *Birameth* circa octodecimum milliare ab Abydo distante." Sic Pocockius, qui edidit Inscr. ant. P. I. cap. 3. sect. 5. p. 40. ex schedis alienis. Significatur locus Bairamitsch, qui circiter tribus miliariis Germanicis et semisse a sinus Adramytteni ea ora, quae est circa vetera *Gargara*, distat in septentrionem, media fere inter Alexandriam Troadem et Scepsin via. In huius pagi vel oppidi vicinia Leakius collocat *Cebrenen*; cf. ad n. 3576.

ΑΥΡΗΛΙΟΣΖΩΣΙ
ΜΟΣΚΕΑΥΡΗΛΙΑΕΥΣΕΒ
ΕΙΑΑΥΡΗΛΙΑΕΥΤΥΧΙΔΙΠ
ΡΟΙΚΛΟΣΔΕΑΝΤΟΛΜΗΣΗΑ
ΝΕΥΒΙΟΥΚΛΗΡΟΝΟΜΟΥΘΑ
⁎ΛΙΤΙΝΑΔΩΣΕΙΤΩΤΑΜΕΙΩ⁎ΒΦ

Αὐρήλιος Ζώσιμος κὲ (καὶ) Αὐρηλία Εὐσέβεια Αὐρηλίᾳ Εὐτυχίδι προῖκ[α]. ὃς δὲ ἂν τολμήσῃ ἄνευ Βίου κληρονόμου θά[ψα]ι τινά, δώσει τῷ ταμείῳ δηνάρια β͵φ.

Προῖκα videtur idem esse atque ἐκ τῶν ἰδίων. Ἄνευ Βίου κληρονόμου, si certa lectio, est: *Praeter Bium heredem*, vel Eutychidis vel Zosimi et Eusebiae.

## 3575.

Fragmentum inscriptionis thecae sepulcrali impositae, eique ex lapide qui vocatur granite elaboratae, quae nunc aquis recipiendis inservit; eodem loco repperit Huntius ap. Walpol. Mem. p. 117. Characterem litterarum vere antiquum dicit editor; qua de re dubito.

ΚΑΙΚΟΦΑΝΕΙΑΞΕΝΟΦΑΕΙ

## 3576.

In ruderibus, quae sunt in monte conico Kutschunlu-tipe, a loco Bairamitsch duarum fere horarum spatio in orientem, ubi Leakius collocat *Cebrenen*, in tabula marmorea fracta; ed. Clarkius Itin. T. II. P. I. p. 129.

. . . . . . . . . . . . . ΟΣ
. . . . . . . . . . . . ΑΙΟΝ
. . . . . : . . ΡΙΟΥ

---

## 3577.

In cippo quadrato arae formam referente, ex marmore Pario, qui cippus ex parietinis Troiae, ut dicitur, a. 1750. Venetias asportatus est ab Io. Angelo Emo, equite Veneto. Primum edidit et explicuit Dominicus Giorgi in Calogerae collectione, quae inscribitur Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici, T. XV. p. 157-205. sed in eo quo utor exemplo deest Graecus textus tabula aerea ut videtur expressus. Hinc habetur in Marmoribus Taurinensibus T. I. p. 222. cum inepta explicatione. Mox ab Emo donatum sibi edidit Maffeius Mus. Veron. p. XXXVI. 3. Novum apographum ab Iosepho Torellio Veronensi confectum editur in Monumentis Matthaeianis T. I. p. 51. cum notis Venutii, qui Taurinensis editoris quisquilias compilavit, et aliis Amadutii. Vitiosius ut solet dedit Muratorius T. I. p. LXXXIV. 9. missu Alex. Berti Lucensis (cf. Acta Lips. 1758. p. 659.). Postremo ex lapide ed. Venturius Guida al Mus. Veron. T. I. p. 74. n. 19. et in tabula aerea VIII. ad p. 64. Troiam, unde deportatus lapis, *Alexandriam Troadis* esse, quae et *Alexandria Troas* et *Troas* simpliciter et *Alexandria* vocatur, ex ipsa colligo inscriptione.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΣΜΙΝΘΕΙΑΠΛ
ΛΩΝΙΚΑΙΑΣΚΛΗ
ΠΙΩΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙΜΟΞΥΝΕΙ
ΤΑΙΣ·ΚΛ·ΦΛΩ
ΡΩΝΙΟΣΜΑΓ
ΚΡΙΝΟΣΚΟΥ
ΡΑΤΩΡΕΚΤΩΝ
ΙΔΙΩΝΑΝΕΘΗΚΕ

Lapis in superiore angulo dextro laesus, sed ita ut tamen vestigia litterarum superesse videantur. Repraesentavi Venturii exemplum, nisi quod vs. 3. in tertia a fine figura inferiorem lineolam horizontalem addidi ex fide Torellii. Reliqua varietas et perexigua est neque ullius pretii.

Ἀγαθῇ τύχῃ, Σμινθεῖ Ἀπόλλωνι καὶ Ἀσκληπίῳ Σωτῆρι καὶ Μοξυνείταις Κλ. Φλωρώνιος Μακρῖνος Κουράτωρ ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκε.

De Apolline Smintheo potissima breviter composuit Christoph. Saxius Act. Traiect. T. II. p. 250. ad hanc ipsam inscriptionem; etiam plura reperies apud Giorg. *Smintheum* sive *Sminthium* eius templum fuit prope Hamaxitum, quattuor miliariis Romanis Alexandria Troade dissitum in meridiem; vide Mannert. Geogr. vet. T. VI. P. III. p. 463 sq.; fueruntque in Hamaxitia etiam alii duo loci, quorum nomen Sminthium (Strab. XIII. p. 605.): Hamaxitia vero universa Strabonis aetate dicionis fuit Alexan-

dedi. Vs. 9. init. Welck. refert lectionem ΙΛΞΣΜΕ, quam recepi; Bouill. ΣΜΕ, Clar. - - ΔΙΣΜΕ; Müll. ΠΕΣΜΕ. Mox ubi Φ dedi ex Müllero, Clar. habet ☩, Bouill. ⊕. In fine Müll. ΔΙΣΚΟΒΟ - - ΠΕ ΝΕΟΝ. Vs. 10. init. Müllerus . . ΙΣ, Clar. ΔΙΣ, vere ut videtur. Bouill. ΩΔΚΓΑΤΟΝ. In fine Clar. ΚΑΤ ΕΚΟΝ. Vs. 11. Müll. ΚΑΛΛΟΣΕΣΧΟΝ et praeterea eo in versu nihil. Dub. legit ΚΑΛΛΟΣΕΧΩΝ et omittit reliqua eo in versu. Vs. 12. Dub. ΜΟΙΡΑ omisso Ι. Idem vs. 13. ΑΤΑΛΜΑΙ - - -

Ἔστ]ιν τοὔνομά μοι Ἀφροδείσιος, ὦ παροδεῖτα,
ε]ἰμὶ δ' Ἀλεξανδρεύς, τῶν δὲ χορῶν ὁ μέσος.
θν]ήσκω δ' οἰκτροτάτῳ θανάτῳ διὰ τὴν ἄλοχόν μου,
κ]λεψίγαμον, μιεράν, ἣν περὶ Ζεὺς ὀλέσει.
ταύτη[ς] γὰρ λάθριος γαμέτης κἀμὸν γένος αὐχῶν
ἦγ]ξ[ε] με κὰφ' ὕψους δισκοβόλησε νέον.
δὶς δέκατον γὰρ ἔτος κατέχοντά με, κάλλος ἔχοντα
κλώσασαι Μοῖραι πέμψαν ἄγαλμ' Ἀΐδῃ.
Χαῖρε.

Τῶν χορῶν ὁ μέσος est qui alias μεσόχορος dicitur, quod recte notavit Welckerus. Μιερὸς est apud Phrynichum p. 309. Lob. idque iure damnat Phrynichus. Dein cuivis in mentem veniat ἥνπερ ὁ Ζεύς: sed non male Welckerus (Syllog.) confert verba περιφιλέω, περιοργίζομαι cet. ad quorum normam potest etiam περιόλλυμι dictum esse, hoc est *funditus perdo*. Quod secunda vocis περὶ syllaba ante Ζεὺς corripitur, potest recentiorum poetarum usu defendi, non antiquiorum, qui quo temperamento admiserint brevem ante ζ, docet Hermannus Elem. doctr. metr. p. 46. Mox difficultas est in verbis ταύτην γὰρ cet. Welckerus vs. seq. legebat θέλξας με καθ' ὕψους, ita ut ταύτην suspensum sit ex participio θέλξας: sed nimium sic laborat hic pentameter. Iacobsius ap. Welck. pro αὐχῶν coniicit αἰσχῶν, ex quo pendeat ταύτην: sed nec verbum αἰσχέω satis adstruxit Henr. Stephanus (vide ed. Paris.), nec corruptum videtur αὐχῶν. Ταύτην si verum est, debet pendere ex αὐχῶν; sed quid sit ταύτην αὐχῶν etiam difficilius est ad dicendum quam quid sit ἐμὸν γένος αὐχῶν. Posterius Welckerus sic explicat: ,,Ad Aphrodisii uxorem, ut ipsi nuberet, perducendam hoc etiam corruptor usus erat, quod ad eandem cum illo claram gentem pertineret". Hoc verum videtur. Contra Iacobsius, si retineatur αὐχῶν, locum sic intelligit: ,,*Licet genere mihi cognatus*; quo gravius flagitium". Iam dixeris αὐχῶν ταύτην esse: *superbiens illius amore* vel *superbiens in illa*; sed hoc durissimum est. Expeditur nodus scribendo ταύτης; quamquam ταύτην in lapide esse puto. Ceterum scripsi κἀμόν, etsi Iota rectius omittitur, nec postea in κὰφ' ὕψους assumptum est. Initio sequentis pentametri quid legendum sit, valde ambiguum est. ΜΕΚΑΦ cet. vix videtur dubium esse: ac si receptam lectionem ΙΛΞΣ mutamus in ΗΝΞΕ, ἦνξε s. ἦγξε, commodam lucramur sententiam. Δισκοβόλησεν Iacobsio notante est *proiecit, iaculatus est*, ut δισκεύειν in Orphicis Argon. 1295. de Sirenibus: ἀπὸ δὲ σφεας ῥωγάδος ἀκρῆς Ἐς βυσσὸν δίσκευσαν ἁλιῤῥοθίοιο θαλάσσης, coll. Eurip. Ion. 1282. ed. Herm. Quod discum tenere Aphrodisius visus est, id verum non videtur, nec si verum est, coniunctionem ullam cum huius versus sententia habere potest. In fine versus additum est νέον, ut transitus pararetur ad proxima δὶς δέκατον γὰρ cet.

## 3589.

In vico Kistambol s. Iki-Stambol, haud procul a parietinis *Alexandriae Troadis* (Eski-Stambol); ed. Webb. l. c. (ad n. 3584.) n. 4.

ΔΗΜ ΡΩΜ.
ΓΥΝΗ ΑΝΕΘΗ
ΕΡΜΩΝ

Δῆμ(ος) Ῥωμ(αίων).
Γυνὴ ἀνέθη[κεν].
Ἕρμων.

Haec vix coniungi possunt.

## 3590.

Marmor candidum, olim *Alexandriae s. Troade*, unde translatum est in Tenedum et in atrio ecclesiae collocatum; ed. Chandlerus Inscr. P. I. p. 4. n. 5.

ΜΕΛΙΒΟΙΑ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟ.
ΓΥΝΗΧΡΗΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ

Μελίβοια Ἀπολλωνίο[υ], γυνὴ χρηστὴ χαῖρε.
Vel si malis Ἀπολλωνίου γυνή.

## 3591.

In vico Kum-kalessi s. Kum-kale prope Sigeum ponit Webb. l. c. (ad n. 3584.) n. 13. errore haud dubie. Certior fides Viduae Inscr. ant. p. 12. qui fragmentum hoc undique fractum repertum dicit in coemeterio pagi Jikli. Hic pagus aliis vocatur Geikli-kevi, item Ghekli, item Igikli-kevi; est is prope *Alexandriam Troadem* in septentrionem, sed a mari paulo quam Alexandria remotior. Titulus ap. Vid. extat tab. XII. 2. Idem notat supra apparere praegressi versus vestigia.

\- - - - - - - - - -
ΑΙΤΟΝΥΙΟΝΜΟΥΡΟΥΦΙΟΝ
ΕΙΔΕΤΙΣΤΟΛΜΗΣΕΙΕΤΕΡΟ
ΝΓ ΤΩΓΡΟΕ ΓΡΑΜΜ

Vs. 1. Webb. sine ligatura. Idem Φ, Vid. Φ. Tertium versum ex Webbiano et Viduano apographis composui. Ubi dedi ΓΡΑΜΜ, Vidua habet ΓΡΑΜΜ, Webb. ΓΡΕΑΜ.

### 3580.

*Ibidem* in „operculo sandapilae"; ed. idem l. c. s. 1. p. 33. n. 3. ex schedis alienis.

ΠΟΠΛΙΟΣΑΙΛΙΟΣΕΥΝΟΥΣΕΘΗΚΑΤΟΝΣΟΡΟΝΕΜΑΥΤΩ
ΚΑΙΤΗΣΥΝΒΙΩ

Πόπλιος Αἴλιος Εὔνους ἔθηκα τ[ὴ]ν σορὸν ἐμαυτῷ
καὶ τῇ συνβίῳ - - - - -

### 3581.

*Ibidem* (vide Pocockii Errata); ed. idem l. c. s. 5. p. 40. n. 2. ex schedis alienis.

ΝΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΚΑΤΕΣΚ
ΣΟΡΟΝΕΘΗΚΑ
ΕΑΥΤΩΚΑΙΤΗΣΥΜ
ΒΙΩΜΟΥ.ΑΙΛΙΑΚΛΑΥ
ΔΙΑΣΥΜΦΕΡΟΥΣΗ

- - - - - ω]ν τὸ μνημεῖον κατεσκ[εύασα καὶ τὴν] σορὸν ἔθηκα. ἑαυτῷ καὶ τῇ συμβίῳ μου Αἰλίᾳ Κλαυδίᾳ Συμφερούσῃ.

### 3582.

Theca sepulcralis marmoris candidi, quae *Alexandria Troade* deportata est ad vicum Erkessi-kevi, qui tribus fere miliariis Germanicis abest Alexandriā et ab Ilio novo in Africum vix miliarii unius spatio, situs ille in Scamandri (Mendere) ripa occidentali: huc vero delata haec arca erat, ut aquis recipiendis inserviret. Inscriptionem minusculis ed. Lechevalier Voyage de la Troade T. III. p. 508 sq. (ed. a. 1802.), translationis Germanicae a Lenzio confectae p. 214. cum notis. Notat Lechevalier, quod dixi, thecam hanc Alexandria deportatam esse; vicum tamen minus recte appellat Erkessighy. Praeterea ed. Dallaway Constantinop. p. 375. translat. Germ. qui itidem testatur lapidem esse Alexandria in viciniam Troiae apportatum, Lenzius in translatione operis Lechevalieriani p. 257. ex schedis Åkerbladi cum huius nota, Turner. Itin. T. III. p. 240. qui vidit in villa rustica Capitani Paschae, quae fuit ad vicum Erkessi-kevi. Clarkius Itinerario T. II. P. I. p. 160. ed. pr. inseruit Anglicam translationem; posthac ed. quart. T. III. p. 201. dedit etiam Graeca, unde petiit Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 94. sub voce *κενανδρίας* ex vs. 4. per errorem efficta (vide Franck. Richtersche Inschriften p. 255.). Viderat Clarkius in eodem illo vico Erkessi, notatque et ipse delatum huc monumentum Alexandria Troade esse. Nos habemus praeterea ex schedis Köhlerianis perfectissime delineatis, et a Welckero nostro ex schedis Harii Britanni, qui transcripserat ex apographo C. M. Walkeri; Walkerus autem suum apographum confecerat ex lapide. In schedis Köhlerianis tribuitur loco Erkessi-kevi; in Harianis hic vicus dicitur Gokase, quae mendosa nominis scriptura est (pro Erkessi). Mensurae monumenti in Harianis schedis notantur hae: longitudo 6′ 8″, latitudo 3′ 4″, altitudo 3′ mensurae Anglicae; apud Turnerum autem longitudo est pedum sex cum semisse, latitudo pedum trium, altitudo pedum quinque. In Köhlerianis schedis certissimis longitudo refertur 79″, latitudo 40″, altitudo 38″ (mensurae Gallicae); litterae vs. 2. sunt lineas 20 altae, vs. 3 sqq. autem 18 lineas altae. Inscriptio inde a vs. 2. est in latere.

ΜΑΡΚVΣΠΑVΛΙΝVΣΑΕΛΙVΣΑVΡΙΛΙVΣ
ΛΙΟΥΑΓΑΘΟΠΟΔΟΣΟΘΟΝΙΑΚΟΥΥΟΣΔΕΑΥΡΗΛΙΟΥ,
ΠΑΥΛΕΙΝΟΥΤΟΥΚΑΙΓΕΝΟΜΕΝΟΥΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΟΥ,ΟΥ
ΚΑΙΕΝΤΩΣΜΙΝΘΕΙΩΕΣΤΗΚΕΝΑΝΔΡΙΑΣΚΑΙΕΝΘΑΔΕΕΝΤΩ
ΑΣΚΛΗΠΕΙΩ›ΕΘΗΚΑΤΗΝΣΟΡΟΝΕΜΑΥΤΩΚΑΙΤΩΓΛΥΚΥΤΑΤΩΜΘ
ΠΑΤΡΙΤΩΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΑΥΡΗΛΙΩΠΑΥΛΕΙΝΩΚΑΙΤΟΙΣΕΚΤΟΥ
ΓΕΝΟΥΣΜΟΥ,ΕΙΔΕΤΙΣΤΟΛΜΗΣΗΑΝΟΙΞΑΙΤΑΥΤΗΝΤΗΝΣΟΡΟΝΚΑΙΝΕ
ΚΡΟΝΑΛΛΟΤΡΙΟΝΗΟΣΤΕΑΤΙΝΟΣΕΝΚΑΤΑΘΕΣΘΑΙΔΩΣΕΙΠΡΟΣΤΕΙ
ΜΟΥΤΗΤΡΩΑΔΕΩΝΠΟΛΕΙ ✱ /ΒΦ, ΚΑΙΤΩΙΕΡΩΤΑΤΩΤΑΜΕΙΩ ✱ /ΒΦ

Pro Θ, quod dedi, Turnerus docet Θ esse in lapide. Vs. 1. quem Turnerus coniicit in operculo scriptum fuisse, est ex solo Lechev. hic vero alicubi narrat se eum ex frustulis composuisse, quae Alexandriae reppererat, ubi ea Turcae resciderant, ut sarcophago idoneam novo usui formam praeberent. Est autem hic versus ex Graeca Latinaque scriptura mixtus: quare dedi V, non Υ. Inde a vs. 2. fundum lectionis constituunt schedae Köhlerianae, neque operae pretium est omnia reliquorum apographorum afferre vitia, nisi quod nihil ex Walkerianis omisi, quod a nostro exemplo discederet. Vs. 2. Lechev. initio habet Αἰλιου; sed ΑΙ ibi non fuisse scriptum omnia docent apographa: immo versum incipere a litteris ΛΙΟΥ monstrant plurima quae habeo exempla. Soli Dallaway (de quo postea) et Ak. signant ibi lacunam: hic enim habet ··ΛΙΟΥ. Mox Υ illud longius et obliquatum dedi ex Ak. qui perperam id putat pro ΥΙ esse; alii habent vulgare Υ, Turn. Ƴ, Dall. ΥΙ. Tum Lechev. omittit ΔΕ. Walk. habet in fine ΑΥΡΙΗΛΙΟΥ. Dallaway pessime dat : : ΑΥΡΗΛΙΟΣ.ΑΓΑΘΟΠΟΙΟΣ.ΟΘΟΝΙΑ ΚΟΣ.ΥΙΟΣ.ΔΕ.ΑΥΡΗΛΙΟΥ. Vs. 3. Köhl. ΠΑΤΚΡ cet. sed pro Τ fortasse Ν esse annotatur in margine. Dall. ΠΑΝΚΡ cet. reliqui ΠΑΓΚΡ. Vs. 4. Lechev. ε[στη]κεν, Dall. (et ex Clarkio Os.) ΕΣΤΙΚΕΝ; reliqui quod dedi. Tum Lechev. et Ak. ΑΝΔΡΕΙΑΣ, quod etiam in aliis titulis vidimus. Vs. 5. Turn. ΣΩΡΟΝ, neque aliter idem vs. 7. Apud Ak. ΣΟ maioribus litteris scriptum est. Sub finem vs. 5. Walk. ΚΑΓΟΙΣ. In fine ΜΘ deest ap. Lechev. et Dall. Turnerus habet ΜΟ, Ak. et Osannus ex Clar-

parti interpretum secundo eius nominis, vel meo quidem iudicio potius Seleuco III. amicitiam et societatem polliciti Romani sunt, si Ilienses ab omni onere immunes praestitisset (Sueton. Claud. 25.). Nec tertio ante Christum saeculo Ilium fuisse inops, intelligas vel inde, quod Attalus I. a. u. c. 536. a. Chr. 218. cum Iliensibus benigne egit ob fidem ipsi belligeranti servatam (Polyb. V, 78.): Duobus annis post Galli obsederunt Ilium nec tamen ceperunt, Alexandrinis Troadensibus obsidione eos liberantibus (Polyb. V, 111.). Munitum igitur etiam tum fuit Ilium, falsoque tradidisse Hegesianax (ap Strab. p. 594.) videtur *τοὺς Γαλάτας περαιωθέντας ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀναβῆναι μὲν εἰς τὴν πόλιν δεομένους ἐρύματος, παραχρῆμα δ᾽ ἐκλιπεῖν διὰ τὸ ἀτείχιστον.* Mox Antiochus M. a. u. c. 563. Minervae Iliadi apud Ilienses sacrificavit (Liv. XXXV, 43.). Et a. u. c. 564. Livius Romani exercitus dux Ilium adscendit et Minervae sacrificium fecit (Liv. XXXVII, 9.); eodem anno L. Scipio Rhoeteo Ilium progressus castrisque in campo, qui moenibus subiectus erat, positis in urbem arcemque adscendit et sacrificavit Minervae praesidi arcis, mutua gratulatione Iliensibus et Romanis cognationem agnoscentibus (Liv. XXXVII, 37. coll. Iustin. XXXI, 8.). Itaque tum Ilium arcem habuit et moenia; non recte igitur ea aetate *κωμόπολις* fuisse a Strabone dicitur, licet Demetrio Scepsio, qui tum Ilium viserat, credendum sit adeo id ea tempestate fuisse neglectum, ut ne latericia quidem tecta haberet; postea vero auctum est magnopere (Strab. p. 594.). Ita iam a. u. c. 566. decem Romani Senatus legati Iliensibus Rhoeteum et Gergithum addiderunt, non ob recentia ulla in bello adversus Antiochum M. gesto merita, sed originum memoria (Liv. XXXVIII, 39.), tantaque tum Iliensium apud hos legatos auctoritas fuit, ut illi apud hos intercedere pro Lyciis adversus Rhodios possent (Polyb. XXIII, 3.). Afflixit deinde Fimbria, incendit templum Minervae et urbem, ac moenia deiecit et incolas cecidit (Strab. l. c. Appian. Mithrid. 53. Liv. Epitom. 83. Augustin. de Civ. Dei III, 7. Dion. Cass. Fragm. Peiresc. 131. Aur. Victor. Vir. illustr. 70. Oros. VI, 2.): tum verò Sulla libertate donavit Ilienses et subsidiis auxit restitutam civitatem (Strab. ibid. Appian. ibid. 61. Oros. l. c.), multoque magis iis consuluit C. Iul. Caesar, et terram iis adiiciens et servans iis libertatem atque immunitatem, quae dona retinuerunt etiam Tiberio Imp. (Strab.). De posterioribus temporibus vide ad n. 3610. Strabonis vero aetate in planitie, et in Caurum quidem, ita crevisse urbs videtur, ut duodecim tantum stadiis distaret ab ora maritima, ubi erat Achaeorum portus, hoc est inter Rhoeteum et Sigeum (Strab. p. 595 sq.), vel mille et quingentis passibus (Plin. H. N. V, 33.), et ab ostio Scamandri viginti stadiis (Strab. p. 598.): coniecitque iam Akerbladus (ap. Lenz. l. c. ad n. 3581. p. 233.) hinc factum esse, ut tot reperirentur ornamenta aedificiorum in vico Kum-kevi, qui in ea regione situs est, distans a vetere Kalafatli stadiis fere tredecim et a mari stadiis fere viginti tribus. Quod ubi dico, non ea mea sententia est, ut solum vici Kum-kevi ipsum complexa urbs sit, vel adeo ultra huius vici situm mare versus porrecta: potius Strabonis aetate mare propius quam nunc afuisse videtur a loco vici Kum-kevi, quod interim alluvione, cui constat oram hanc obnoxiam fuisse, accreverit aliquid solo; sed propius tamen Strabonis aetate Ilium afuerit a loco vici Kum-kevi, quam aetate Scylacis, quod Scylax Ilium viginti quinque, Strabo vero tantum duodecim stadia a mari remotum esse scribit, quodque non probabile est inter Scylacem et Strabonem tredecim fere stadiorum terram alluvione subortam esse. Ad novum templum Iliense pertinet epigramma Agathiae LX. T. III. p. 54. Analect. Brunck. Haec praefaminis loco ex scriptoribus referenda de rebus Ilii videbantur, antequam accederem ad inscriptiones Iliaca egregie illustrantes; quum praesertim viderem multa in hac re turbata esse a recentioribus doctis, etiam a Mannerto (Geogr. vet. T. VI. P. III. p. 495 sqq).

Supplementa quae dedi, etsi non omnia aeque certa sunt, haud dubie tamen proxime ad sententiam accedunt, magnaque ex parte non egent accuratiore explicatione. Ad sinistram in prioribus versibus non desunt nisi litterae quattuor; in sequentibus plures deficiunt litterae, et hinc inde quidem plures quam ex nostro apographo colligas. Certe apud Claracum longiores lacunae sunt, et apud Köhlerum quoque inde a vs. 16. initia versuum reductiora quam in apographo nostro; sed plures ob causas nolui ab ea discedere litterarum dispositione, quam Müllerus praeivit. Ceterum quae supplementa initio versuum collocavi, eorum una et altera littera potuit in fine praecedentis versus scripta fuisse. Vs. 1. comparet Hermias Iliensis; Apellem Hermiae f. Iliensem vidimus n. 3578. Vs. 2. ΖΕ mutavi in ΕΣ. Vs. 3. διαφερ]ού[σῃ longe incertissimum est. Ex voce φιλοδοξίᾳ superesse videtur ΛΟΕΙΑΙ (ΔΟΞΙΑΙ). Vs. 4. μεγαλάμπρως non ausus sum mutare in μεγαλοπρεπῶς, quum in eo consentiant Clar. et Müll. Vs. 6. οὗ αὐτὸς ἀνέγραψεν admodum incertum est; sumpsi in litteris punctisque ΛΣ.. latere ΑΥΤΟΣ; quod enim Σ in Υ mutavi, id licet in hoc titulo, in cuius apographis, quae examinavi, quaevis fere littera cum quavis commutata est. Sententia me iudice haec est: Hermiam ex iis sacris pecuniis, quas ipse a sese collectas in tabulas rettulisset, Iliensibus donasse certam summam. Mireris fortasse tantam fuisse huius sacerdotis auctoritatem, ut donare populo sacras pecunias posset: sed revera nihil aliud nisi populo proposuit, ut quaedam pars sacrae pecuniae ex populiscito in caerimonias quasdam et sacrificia instituenda converteretur. Vss. 9. et 17. Ἰλιακὰ commemorantur. Grammatici ea Ἰλίεια vocant, ut Hesychius: Ἰλίεια, ἑορτὴ ἐν Ἰλίῳ· Ἀθηνᾶς Ἰλιάδος καὶ πομπὴ καὶ ἀγών (ita enim eius glossa legenda videtur), et Eustath. ad Iliad. δ'. p. 444. 13. et λ'. p. 878. 33. Aliquoties in Iliacis titulis memoratur ἡ θυσία καὶ ὁ ἀγὼν καὶ ἡ πανήγυρις n. 3062 sqq. coll. n. 3595. haec tamen sollemnia nescio an non eadem atque Iliaca sint: id quod suspicatus etiam Franckius erat (Richtersche Inschr. p. 441.), ipse tamen deinceps ab hac sententia decedens. Nimirum haec quae dixi sollemnia communia Iliensibus et aliis civitatibus fuerunt; haec autem communia sollemnia videndum est ne non Iliaca sint sed Panathenaea (cf. ad n. 3602.); Panathenaea enim in Iliacis titulis memorantur duplicia, νέα et μικρά. Vs. 12 sq. trapezitae, qui redeunt n. 3600. videntur argentarii publici esse, non privati, ut in titulis Teniis, quos in Atticis posui n. 203 sq. trapezita est magistratus; ita ut publica mensa Ilii fuerit. Tum ἔνθεμα manifesto est pecunia in mensa posita. Vss. 13. 14. τόκος δέκατος est qui vulgo ἐπιδέκατος vocatur. Verborum παραδοῦναι etc. sententia haec est: Prytanes huius anni danto trapezitis tantum pecuniae, quantae sunt usurae ἐπιδέκατοι bimestres capitis donati, hoc est drachmas CCL, non tamen trapezitis eius anni, quo decreta res est, sed trapezitis anni insequentis, ita ut prytanes huius anni magistratum depondituri trapezitis insequentis anni munus suum auspicantibus eam tradere pecuniam debuerint. Haec pecunia videtur a civitate Iliensium ex reditibus huius anni residuis futuris addita donationi esse, ut annuae explerentur usurae ad sollemnia celebranda, quod donatio duobus mensibus serius facta esset, quam ut usurae sufficerent celebrandis insequente anno sollemnibus. Vs. 17. dubium est supplementum ἐν τῇ ἑορτῇ: fortasse potius certus quidam Iliacorum dies constitutus erat, quo ageretur haec pompa cum sacrificio, exempli causa τῇ τετάρτῃ. Ante illud supplementum et vs. 18. quod legitur ἐν τῷ Παναθηναίῳ nec festi nomen esse potest nec mensis; festorum enim nomina sunt Ἰλιακὰ et Παναθήναια, non Παναθήναιον, mensisque nomen si vs. 18. scriptum esset, non dictum foret τῇ ἑνδεκάτῃ ἐν τῷ Παν. sed certe τῇ ἑνδεκ. τοῦ Παν. vel Παναθηναίου μηνὸς ἑνδεκάτῃ. Itaque τὸ Παναθήναιον est locus, τέμενος, ubi agi Minervae sollemnia solebant et maxime Panathenaica, ut Athenis est τὸ Λήναιον, ubi acta Bacchica sollemnia et maxime Lenaea, ut Ἀθήναιον Sigei, Πανελλήνιον, Πανιώνιον, alia multa. Vidit hoc iam Franckius (Richtersche Inschr. p. 441.). Sed τῇ ἑνδεκάτῃ vs. 18. refertur ad mensem, quo acta Iliaca; quod quum sponte pateret, non opus erat mensis nomen addi. Vs. 20. non dubito quin offensionem praebitura sit portentosa vox ἀνατριακοσιολόγιστον. At tertia pars vocis satis certa est; secunda vero manifesto latet in litteris Mülleriani apographi ΤΡΙΑΚΟΣΤΟ, pro quibus Clar. ΤΡΙΑΚΟΣΙΤΟ, bis scripta eadem littera, quae potuerit et Ι et Τ videri; postremo ante has litteras superest Α et ante hoc explenda est lacuna, quae haud dubia est. Scripseris igitur [κατ]α vel [ἀν]α.

ΝΗΝΜΕΘΩΝ. Vs. 32. ΤΩΝ non tantum ex Clar. sed etiam ex Dub. praemissum est. In fine Clar. Müll. ΕΙ, Dub. ΕΠ. Vs. 33. init. Clar. ΜΟΥ, Müll. ΥΜΟΥ, Dub. ΙΣΜΟΥ. In fine Clar. Müll. ΟΙ, Dub. ΟΝ. Vs. 34. init. Clar. ΙΑΝΚΑΙ, Müll. ΤΑΚΗΝΚΑΙ, Dub. ΚΑΙΑΡΕΤΗΝΚΑΙ. Retinui Claraci lectionem licet incertam.

\- - - - - - -
\- - - - - - - - - τ]ὴν αὐτῶ[ν - -
\- - - - - - - - ν κατὰ τοὺς νόμους
\- - - - - - - - τος διέλυσαν εὐγνω-
μόνως· τύχῃ τῇ ἀγαθῇ] δεδόχθαι τῇ βουλῇ κα-
ὶ τῷ δήμῳ, ἐπαινέσαι μὲν] ἐπὶ τούτοις τὰς πόλεις
καὶ τοὺς ἀποσταλέντας δικασ]τάς· καὶ εἶναι αὐτοὺς
προξένους καὶ εὐεργέτας τοῦ] δήμου τοῦ Ἰλιέων· στεφ-
ανῶσαι δὲ καὶ Παναθηναίοις τοῖς] νέοις ἐν τῷ γυμνικῷ
ἀγῶνι· τὸν δὲ ἀγωνοθέτην] ἀναγορεῦσαι, ὅτι ὁ δῆμο-
ς ὁ Ἰλιέων στεφανοῖ τὸν δῆμον] τὸν Ῥοδίων καὶ τὸν δῆ[μον
τὸν - - - καὶ τὸν δῆμον τ]ὸν Δηλίων καὶ τὸν Παρί[ων
ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας τῆ]ς πρὸς αὐτὸν καὶ τοὺς ἀσ-
τυγείτονας. ἵνα δὲ - - - τῶν ἱ]ερῶν? καὶ τῆς πατρίδος
\- - - - - - - - πρεπ]όντως, τὰς μὲν ἐκ - -
\- - - - - - - - τὰ]ς δὲ ἀναγγελίας ποιη-
σάσθων οἱ πρυτάνεις? καὶ ὁ ἀγω]νοθέτης Σκύθης? καλέσα-
ι δὲ καὶ εἰς πρυτανεῖον τὸν σύνδικο]ν κα[ὶ] τοὺς ἀ[γ]αγόντας
εἰς τὸ δικαστήριον. ὅπως δὲ τὰ ἐψ]ηφισμένα φανερὰ ᾖ πᾶ-
σι τοῖς βουλομένοις εὖ πράτ]τειν τὴν πόλιν, ἀναγράψ-
αι τόδε τὸ ψήφισμα εἰς στήλας δύο] τοῦ λευκοῦ λίθου καὶ θ-
εῖναι τὴν μὲν μίαν ε]ἰς ἱερὸν τῆς παρ' ἡμῖν θ-
εᾶς, τὴν δ' εἰς ἱερὸν τῶν πάντων θε]ῶν? ἑλέσθαι δὲ κα[ὶ] ἄν[δρ-
ας. - - - - - - - μεν]οι δώσουσιν ἑκάστῳ ....
\- - - - - - - - - πρ]υτανε[ῖ]α εἰςκομιζόμεν[α
\- - - - - - - - - Ἀλεξανδρείας ἑκα- . . . .
τόν - - - - - - - - - ν Ἀλεξανδρείας
\- - - - - - - - - - τοῖς πρυτάνεσιν εἰς τὴ-
ν θυσίαν - - - - τῶν πρυ]τανείων τῶν περιόντων
\- - - - - - - - - - πεντήκοντα. τὴν δὲ δό-
σιν γενέσθαι - - - - τετρά]δι ἀπιόντος ἀπὸ μισθω-
μάτων? - - - - νουμηνίαν?] τὴν ἐνισταμένην, μεθ' ὧν
\- - - - - - - - - - τῶν πρυτανείων. τὴν δὲ ἐπ-
\- - - - - - - - - - ἀπολογ]ισμοῦ οἱ πρυτάνεις καὶ οἱ
\- - - - - - - - - - εὐδαιμον]ίαν? καὶ σωτηρίαν

Decretum hoc refertur ad iudicium, quo Rhodiorum, Deliorum, Pariorum et alius civitatis iudices decreverunt de litibus civitatis Iliensium et oppidorum vicinorum, quas lites pertinuisse ad terrarum possessionem arbitror, quod Iliensium dicionem ante instauratam urbem habuerant alii, Aeolenses, Astypalaeenses, qui Rhoeteum tenebant, et ii qui Sigeum incolebant (Strab. XIII. p. 600. 601. 602.). Illarum igitur urbium ἐκκλήτων arbitrio compositae res sunt: quod significat vox διέλυσαν vs. 3. Quae restitui, non omnia pariter certa esse vix est quod moneam. Vs. 8. Παναθηναίοις τοῖς νέοις dedi ex n. 3620. Vs. 9. ἀγωνοθέτην explevi ex n. 3595. 39. Vs. 10. notabile est Rhodios coronari ab Iliensibus. A. u. c. 566. Ilienses Rhodiis minime favebant (v. lemma ad n. 3595.); nostrum hunc titulum magis eo inclino ut antiquiorem illa epocha quam recentiorem esse putem. Vs. 11. expectes καὶ τὸν δῆμον τὸν Παρίων. Pro Παρίων possis etiam Παριανῶν; praetuli Παρίων, quod Parii Deliis vicini sunt. Vs. 15. ad dictionem τὴν ἀναγγελίαν ποιεῖσθαι cf. n. 3595. 41. Vs. 17. dedi τὸν σύνδικον, hoc est patronum, qui pro causa Iliensium in iudicio dixit, ut qui apud Amphictyones causam certae alicuius civitatis agit, σύνδικος vocatus est. Τοὺς ἀγαγόντας me iudice est pro sollemni εἰςαγαγόντας. Vs. 20. de dictione τοῦ λευκοῦ λίθου cf. ad n. 3595. 36. Vs. 22. quod supplevi τῶν πάντων θεῶν, verisimile fit ex n. 3599. vs. 1. et 26. Reliqua inde a vs. 23. ita mutila sunt, ut nequeant restitui. Vocem Ἀλεξανδρείας, quae bis scripta est, Claracus in Catalogo ad urbem Alexandriam Troadem rettulit; sed drachmae Alexandrinae intelligendae sunt ut n. 3599. Vide de his quae dixi Disquisitt. metrol. p. 148 sq.

- - . . - - πρ]υτάν[εις?] τοὺς . . . - - -
- τὸ] δὲ δαπάνημα [ὃ] τα[μ]ίας τὸ δέον [π]α[ραδότω - -
- . των ἀφ᾽ ὧν καὶ τἄλλα ἃ ἐψήφισται αυ - - - - -
εἰ δὲ μὴ ἐκκομίσωνται ὑπὸ τὴν? - - - - - - - -
- τοὺς τραπεζίτας· τοὺς δὲ παραλα[βόντας? - - - -
ὁ δεῖνα] εἶπεν· τὰ [μὲ]ν ἄλλα καθάπερ ἡ βουλή, τω. [δὲ - - -
. . . . . . . . . . . . . . . νεώτεροι ἢ πρεσβύτεροι - - - - - - -
πρυτανεύοντας καὶ τοὺς στρατηγοὺς - - - - - - - - -
τὸ δὲ εἰς] τὴν θυσίαν δαπάνημα δώσ[ει . . . . . . . . . - - - -
- - - . . ἐπιτελέσαι τὴν θυσίαν, εἶναι δὲ τὴν τ - - - - -
- τῆς σ]τηλώσεως τοῦ ψηφίσματος . . . . . . . . . . . . . . - - -

Continebantur hoc titulo duo decreta, alterum Senatus, alterum a cive in concione latum, quod nova quaedam decreto Senatus addenda complectebatur (vs. 15 sqq. confer de formula τὰ μὲν ἄλλα cet. ad n. 84.). Ad sacrificia referri haec decreta patet: ceterum adeo multa ad dextram potissimum perierunt, ut ne unus quidem versus expleri queat. Vs. 11. post παραδότω haud dubie tale quiddam fuit: ἀπὸ τῶν χρημάτων ἀφ᾽ ὧν cet. sed ante hoc ἀφ᾽ ὧν addita alia fuisse videntur. Vs. 13. εἰ cum coniunctivo constructum non ausus sum mutare. De trapezitis vs. 15. conf. n. 3599.

## 3601.

Fragmentum marmoris altum pedem cum quadrante, aequali fere latitudine, sternendo vado Scamandri adhibitum, ante tabernam ad canalem fontium frigidorum exstructam, ad vicum Bunarbaschi-kevi, hoc est proxime a loco, ubi vetus Ilium fuisse putatur; Scamandrum enim nunc dico non qui hodie Mendere vocatur, sed minorem illum fluvium, qui cum illo haud procul ab Ilio novo miscetur. Alterum eiusdem lapidis fragmentum camino eiusdem tabernae insertum est, sed inversum; quod didici ex Duboisii schedis, quas misit Letronnius. Richterus (Itin. p. 461.) qui a. 1816. agrum Troianum adiit, prius fragmentum nuperrime effossum dicit in horto prope fontes Scamandri; ex eius schedis id editum est Itin. p. 574. (cf. p. 627. ubi de forma litterarum monetur in edito p. 574. exemplo non expressa), et ap. Franckium Richtersche Inschr. p. 436. cum commentario usque ad p. 468. porrecto. Leakius in loco vici Bunarbaschi Scamandriam sitam fuisse censet, quod mihi non probari dixi ad n. 3597. Mihi in proxima vicinia fuisse pagus Iliensium videtur. Strabo quidem Ἰλιέων κώμην ab urbe Ilio novo in orientem sitam dicit (vide ad n. 3595.); quare eam in loco Eski-Atschi-kevi collocat Leakius: sed eam licebit opinor paulo in austrum removere propius ad vicum Bunarbaschi. Pagum vero Iliensium ad urbis Iliensium dicionem pertinuisse manifestum est; itaque hic titulus in solo *Iliensium* videtur collocatus fuisse, pertinetque manifesto ad communia Iliensibus vicinisque civitatibus sacra, quorum antistites Ilienses fuerunt.

- - - - - -
A|ΝΟ..ΑΡΙΣΤΕΙΟΝΤΟ....
ΥΝ|ΚΑΙΔΙΟΙΚΕΡΙΘΑΙΚΑΘΟΤΙΚΑΙΠ...
|ΘΑΣΚΑΙΠΡΟΤΕΡΟΝΤΑΣΔΕΒΟΥΣΑΠΟ...
...ΑΝΤ..|ΤΩΝΜΙΣΘΟΥΜΕΝΩΝΥΠΟΤΗΣ...
...ΟΝ...Ο|ΝΚΑΙΑΛΛΗΝΒΟΥΝΜΙΑΝΩΣΚΑΙΤΩ...
...|ΘΟΤΙΝΕΝΟΜΟΘΕΤΙΑΤΑΙ...ΤΟΑΛΕΙΜ...
...|ΤΑΣΚΑΙΤΟΥΣΣΥΝΕΔΡΟΥΣΑΡΚΙΞΟΜΕΝΟΥ...
...|ΤΑΠΕΡΙΤΟΥΘΥΜΕΛΙΚΟΥΚΑΙΤΩΝΑΧΡΟΑΜΑΤΩΝΟ...
...|ΑΙΤΟΥΣΣΥΝΕΔΡΟΥΣΑΡΤΙΞΟΜΕΝΟΥΣΠΡΟΣΤΑ...
...|ΝΑΤΟΝΕΥΜΝΙΚΟΝΚΑΙΙΠΠΙΚΟΝΓΙΝΕΣΘΑΙΕΙ..ΤΟΝ...
...|ΞΞΑΙΡΕΙΣΘΑΙΔΕΚΑΙΕΝΤΟΙΣΜΙΚΡΟΙΣΠΑΝΑΘΗΝ...
...|ΝΑΝ..ΥΠΑΤΟΝΣΥΝΚΡΙΝΟΝΤΩΝΤΟΝΤΕΑΓΩΝΟ...
...|ΔΡΩΝΚΑΙΑΠΕΡΤΩΝΑΘΛΩΣ...ΕΙΣΤΑΣΣΥΝΟΔΟΥΣΤΩΝΑΡΧ...
..ΑΡΩΙΚ..|ΩΝΛΟΙΠΩΝΚΑΘΟΤΙΕΙΟΙΣΤΑΙΕΞΑΙΡΕΙΣΟ...
...|ΩΤΟΝΕΙΣΤΑΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΚΑΙΔΙΑΤΑΞΑΠ...
...|ΣΥΝΕΔΡΟΥΣΑΡΤΙΞΟΜΕΝΟΝΠΡΟΣΤΗΝ...
...|ΕΞΑΠΟΣΤΕΛΛΕΙΝΤΑΣΠΟΛΕΙΣ...
...|ΥΡΗΜΑΤΑΕΣΤΑΘΕΩΡΙΚΟΤ...
...|ΔΙΟ...ΣΘΑΙΛΟΙΟ...
...|ΕΔΡΙΟΝΔΙΔΟΣΟ...
...|ΣΔΙΟΙΚΕΙΣ...
...|ΟΣΟΝΑΝ....
- - - -

Fundus lectionis est textus Duboisii, ex quo etiam formas litterarum dedi. Eundem secutus sum in forma tituli repraesentanda, quam ille distincte delineavit. Linea vero verticali ea, quae Richterus initio versuum solus habet, separavi ab iis, quae etiam ap. Dub. comparent. Post quam lineam ap. Dub. initia versuum sunt, eaque ita disposita, ut prima cuiusque versus littera eadem, qua in nostro

Γ - -; pro his Clar. lacunam et ΑΝΑΓΡΑΨΑΝ et rursum lacunam. Vs. 7. lacuna post ΑΥΤ nimia est pro certo supplemento: in ea quippe versuum regione per universum prope titulum lapidem excavatum esse Köhlerus annotat, idque cavum quadratarius hinc inde vacuum reliquit. Hoc tenendum maxime de vs. 8. In fine vs. 8. Müll. ΑΙΞ, Clar. ΑΓ, Köhl. Α . Τ, unde Τ recepi. Vs. 9. init. Clar. ΤΩΝ. Ibid. ubi ex Müll. dedi . . ΣΑΙ, Clar. habet ΤΟΣΑ; Müll. litteram Σ ut incertam notavit. In fine Ι addidi ex Clar. Vs. 10. init. Lechev. *των*, Clar. Müll. ΙΝ. Vs. 12. init. Clar. ΣΤΑ. Deinde Ζ dedi ex Claraco, ubi Müll. lacunam habet; non dubito tamen quin fuerit Ξ. Ibid. extr. Lechev. *τας ειδια γεγραμμενας*. Vs. 13. Müll. ΕΝΘΕΜΑΣΙ . . . . ΕΚΤΟΣΟΝ ΑΥΓΩΝ . . ΕΚΑΤΟΝ cet. Clar. ΕΝΘΕΜΑ . . . . . . . . ΤΟΣΟΝΑΥΤΩΝΔΕΚΑΤΟΝ cet. In fine Ο addidi ex Köhl. Vs. 14. primum Τ addidi ex Clar. Lechev. Deinde Γ addidi ex Clar. Mox ubi ΟΚΟ dedi, Müll. habet ΟΡΟ, Köhl. post magnam lacunam ΚΟ, unde Κ assumpsi. Clar. hoc loco nihil habet. In fine ΔΕ est ex Köhlero; Müllerus ibi habet solum Λ, Claracus nihil. Vs. 15. init. Müll. ΕΙΝ, Clar. ΧΕΙΝ, Lechev. *εχειν*, Köhl. ΣΙΝ. Deinde Α voculae ΤΑΣ, pro quo Müll. lacunam habet, adscivi ex Lechevalerii quisquiliis, qui habet *ενθεματα* et hinc iam nihil hoc versu. In fine Ι addidi ex Köhlero. Vs. 16. Müll. ΑΝ . . ΑΝ, Clar. Köhl. ΑΝΑΠΑΝ cet. Vs. 17. init. Clar. ΤΗΝ, Müll. Köhl. ΤΗΙ. Deinde ubi Müllerus . ΗΙ, Clar. ΠΑΝ, Köhl. . ΑΝ. Lechev. habet *θυσιας εν τω* et sequenti versu *Παναθηναιω*, quae omnia excepto *θυσια* ex vs. 16. petita sunt. Per magnam enim tituli partem Lechev. finitimos versus inter se confudit, quod semel atque iterum annotare sufficiet. Vs. 18. ΤΩΠΑΝ cet. in lapide esse diserte notat Müll. et *τω* est etiam ap. Lechev. etsi Clar. habet ΤΩΙΠΑΝ cet. Köhlerus ΕΙΠΑΝ cet. In fine tamen ex Clar. addidi Ι omissum a Müll. Köhlerus hoc loco Ν (pro Ι) praebet, Lechev. *ω* sine Iota. Vs. 20. primam lacunam (. . .) diserte notavit Köhlerus, neglexerunt Müll. Clar. Tum Müll. ΑΤΡΙΑ ΚΟΣΤΟΛΟΓΙΣΤΟ, Clar. ΑΤΡΙΑΚΟΣΙΤΟΛΟΓΙΣ ΤΟ . ., Köhl. ΑΤΡΙΑΤΟΛΩΙΣΤοΝ; Lechev. hoc versu habet haec: *τα τριο . . . λονα φελην δραχμας ἑκατον*, ex quibus ultimae tres voces pertinent ad priorem versum. In fine vs. 20. Ν addidi ex Clar. Köhl. Vs. 21. ante ΤΑΠΕΜΜΑΤΑ Clar. prope nullam lacunam habet. Lechev. habet *στεμματα προφερεσθαι* (sine praecedente ΤΑ); Köhl. ΠΑΡΕΜΜΑΤΑ cet. Omnes quattuor auctores consentiunt in lectione *προφέρεσθαι*. Vs. 22. ultimum Ι ex Köhl. et Lechev. addidi, qui ΑΙ habent. Vs. 23. init. Clar. quod dedi; Köhl. ΑΣ ΤΟΥΣ, Müll. ΣΤΟΥΣ, Lechev. *τους*. Mox ligaturam habent Müll. Clar. Köhlerus eo loco magnam habet lacunam. Sub finem Müll. ΓΥΙΙΝΗΙΒΟΙΕΠΙ ΓΡΑΨΑΙΑ, Clar. Π . . . . . . . . ΕΠΙΓΡΑΨΑΝΤΑ, Köhl. ΠΡΟΙΕΠΙΓΡΑΨΑΙ, Lechev. *επιγραψαντας*. Vs. 26. ΝΟΘΕ addidi ex Claraco. Vs. 27. ex Lechev. dedi ΩΣΚΑΙΕΠΑΞΙΑ; ceterum post ΚΑΙ Lechev. lacunam trium litterarum signavit, quae tamen nulla est. Incidit enim in eum locum, ubi cavum lapidem et litteris vacuum esse supra dixi. Pro his Claracus Ο . . . . . . . ΑΞΙΑ, Müllerus Ο . . . . . ΑΞΙΑΙ, Köhlerus lacunam exiguam et ΑΞΙΑΙ. Vs. 28. primum Τ est ex Lechev. Tum Clar. ΕΠΙΜΕΛΗΣΟΜ - - -, Müll. ΕΠΙΜΕΛΗΣΟΜΕ - -, Köhl. ΕΠΙΜΕΛΗΣΟΜΕΝ - -, Lechev. *επιμελησομενους*. In fine litteras ΙΝ addidi ex Köhl. Lechev. Vs. 29. Müll. ΑΓΕ . . . Ε, Clar. ΑΠΕ ΛΑΞΞΙΝΔΕ, Köhl. ΑΤΕ . . ΔΕ. In apographo Lecheval. huc pertinet *τηνδε την πομπην εκ των βασιλικων*, haud dubie fictum de coniectura. Reliqui omnes in fine tantum ΒΑΣΙΛ habent. Vs. 30. init. Müll. ΔΙΑΤΑΞΩ . . Ν, Clar. ΔΙΑΤΑΞΩΜΕΝ, Köhl. ΔΙΑΤΑΖ . Ν, Lechev. *ιλια ταξιν εν*, unde primum Ι assumpsi. Pro ΤΗΙ Köhlerus habet ΜΗ. Vss. 31. et 32. ita evanidi sunt, ut Dubois in catalogo tantum triginta versus superesse dixerit. Neque ex duobus postremis versibus Lechev. et Köhl. quidquam habent. Clar. vs. 31. habet tantum ΑΥΤΟΥΣ - - - - - ΡΑ, vs. 32. autem ΘΗΣ, pro quo Müll. ΟΗ‾.

*Ἐπει]δὴ ὁ ἱερεὺς τῶν πάντων θεῶν Ἑρμίας Ἑρμίου [ἀεὶ] κατακολουθ[ῶ]ν [τ-*
*ῇ τῶν π]ρ[οφανεστά]των? εὐεργετῶν προγόνων [πρὸ]ς τὸν δ[ῆμον πρ]ο[θ]υμ[ί]ᾳ καὶ [δ-*
*ιαφερ]ού[σῃ? φιλοδ]ο[ξ]ίᾳ πρό[ς] τε τοὺς θεοὺς ὁσίως καὶ εὐσεβῶς προσφέρεται κ-*
*αὶ πρ]ὸς τὸν δῆμον φιλαγάθως καὶ μεγαλάμπρως, προ[αιρού]μενός τε καὶ α[ὐ-*
*τὸς π]ρὸς τοὺς θεοὺς [σέ]β[ε]σ[θ]αι καὶ τὸν δῆμον [εὐσε]β[ῶς διαθέ]σθα[ι]? ἐ[π]ιδέδωκε*
*ἐκ τοῦ] ἱεροῦ ἀργυρίου, [οὗ αὐτὸς] ἀν[έ]γραψ[ε]ν?, [δρ]α[χμὰς μυρίας καὶ] πεντατισχιλία-*
*ς, συνδο]κ[ε]ῖ δὲ τῷ δήμῳ ἀποδεξαμένῳ αὐτ[οῦ τὴν εὔ]νοιάν τε καὶ σπουδή-*
*ν καθ]ὰ καὶ περὶ τῶν ἐπιδεδομένων χρημάτων προσῆκόν ἐστιν· ἵνα αἵ τε*
*τῶν Ἰλια]κῶν τιμαὶ ἀπὸ τῶν χρημάτων [καὶ] αἱ εἰς τοὺς [πολί]τας φιλανθρωπίαι δι-*
*αμένωσ]ιν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, ἀγαθῇ τύχῃ ἐπὶ ὑγι[εί]ᾳ καὶ σωτηρίᾳ καὶ τοῖς*
*ἄλλοις] ἀγαθοῖς πᾶσι δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, τὰ μὲν χρήματα εἶναι*
*τὰ ἐπιδοθέν]τα ὑπὸ Ἑρμίου ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς· τοὺς δὲ τραπεζίτας, ἐπεὶ διαγεγραμμέ-*
*να ἦ τὰ διά]φορα, ἔχειν ἔνθεμα [δ]ι[δόντας] τό[κ]ον αὐτῶν δέκατον, καὶ παραδοῦναι [το-*
*ῖς τραπεζίταις] τοῖς μεθ᾽ ἑαυτοὺς τοὺς πρυταν[έ]ας [τ]όκο[ν] διμήνου δέκατον, τοὺς δὲ*
*τραπεζίτας] ἔχειν ἔνθεμα τὰς μυρίας καὶ πεντακισχιλίας Ἀλεξανδρείας καὶ*
*τὸν διμήνου τό]κον. ἀπὸ δὲ τῆς προσόδου γίνεσθαι ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐν τῷ Παναθην-*
*αίῳ ἐν τῇ ἑορ]τῇ τῶν Ἰλιακῶν πομπὴν καὶ θυσίαν [τ]ῇ Ἀθηνᾷ· τοὺς δὲ τραπε-*
*ζίτας διδόναι ἑκάσ]του ἔτους ἀπὸ τῆς προσόδου τῇ ἑνδεκάτῃ ἐν τῷ Παναθηναίῳ*
*τοῖς ἀφ᾽ ἑκάστη]ς φυλῆς αἱρεθησομένοις φυλάρχαις κατὰ φυλὴν δραχμὰς ἑκα-*

celebre Minervae Iliensis templum non in pago illo Iliensium sed in urbe Ilio fuit (v. lemma ad n. 3595.). Festum hoc quam antiquum sit, non licet accurate definiri. Haud dubie tamen idem est quod n. 3595. Antiochi Soteris aetate commemoratur, ubi etiam gymnici certaminis, ut in nostra inscriptione, mentio fit, quod iam Alexandrum M. Iliensibus pollicitum esse probabile est (vide not. ad n. 3595.). Noster hic titulus nihil impedit quominus secundo vel tertio ante Christum saeculo tribuatur. Vs. 1. *στέφανον ἀριστεῖον* recte dedit Franckius, ut in Atticis tabulis Quaestorum habetur *στέφανος ἀριστεῖα τῆς θεοῦ*, et n. 2376. in Pario titulo: *ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Πραξικλῆν Νεομήδους ἐτίμησεν τὸ ἕβδομον χρυσῷ στεφάνῳ ἀριστείῳ.* Vs. 3. dedi *καθ᾽ ἃς*; minus verisimile est *καθώς*, pro quo potius *καθότι* in hac inscriptione dicitur. Videtur tale quiddam fuisse: *κατὰ τὰς διατάξεις καθ᾽ ἃς* cet. Tum fere hoc dictum fuerit: boves immolandas oportere emi ex reditibus agrorum locatorum, in hunc fere modum: *τὰς δὲ βοῦς ἀπὸ [τῶν τελῶν ἀγοράζειν τῶν τεμένων] πάντ[ων] τῶν μισθουμένων ὑπὸ τῆς [βουλῆς* cet. Vs. 6. in litteris ΤΟΑΛΕΙΜ quid lateat, non exputo; vix aptum huic loco est, quod Franckius dedit, *τῷ ἀλείμματι.* Vs. 8. iam Morgensternius ad Richt. p. 632. recte correxit. *Θυμελικὸς (ἀγὼν)* ad choros saltantium potissimum referri videtur, *ἀκροάματα* vero ad musica quaelibet. Utrumque vocabulum coniungit etiam Malelas Chronogr. IX. p. 95. b. Ven. *ἀγῶνας ἀκροαμάτων καὶ θυμελικῶν σκηνικῶν πάντων καὶ ἀθλητῶν καὶ ἱππικὸν ἀγῶνα.* Vs. 10. extr. ad *ἐπὶ τὸν* fortasse supplendum *τύμβον*, ut ad tumulum herois alicuius Iliensis habita gymnica et equestria certamina sint. Vs. 13. extr. *ἀρχόντων* valde incertum est; incidit in id etiam Franckius coniiciens insuper *ἀρχιθεώρων*, sed hoc repudians; neque id ego probaverim, quum videatur potius *θεωρῶν* exspectari. Vs. 17. *αἱ πόλεις* sunt eae, quibus haec sacra communia fuerunt; fortasse hoc versu de mittendis theoris dicitur. Ita vs. 18. manifesto memorantur pecuniae in theorica impendendae. Vs. 19. fortasse supplendum *λόγον δὲ θέσθαι* ut n. 3599. 25.

## 3602.

Leucae Gallicae dimidiae spatio a fontibus Scamandri, qui sunt ad vicum Bunarbaschi, in occidentem inter varias ruinas, in columna semisepulta; minusculis ed. titulum ab Åkerblado repertum Lechevalier Voy. de la Troade T. III. p. 311. n. 6. cum falsa Åkerbladi restitutione, et litteris epigraphicis sed pessime Turner. Itin. T. I. p. 59. et hinc Dobraeus Diar. class. T. XXX. p. 138. et in Rosii Inscr. Gr. p. 406. Sed Dobraeus Lechevalerii apographum Åkerbladianum aliquatenus confudit cum n. 3603. et n. 3604. (ut Clarkius Gr. Marbles p. 50. et Itin. T. II. P. I. p. 99. cum n. 3603.) nec vidit Turneri titulum eundem esse atque Åkerbladianum, atque ita se impedivit variis difficultatibus, quae expeditae a nobis sunt distinguendis ut debent titulis. Aliud insuper Åkerbladi apographum ed. Lenzius in translatione Germanica operis Lechevalierii p. 250. cum nota. Habeo praeterea ex ipsis Åkerbladi schedis a Müntero missis, quibus meliora continentur editis, et ex schedis Köhlerianis, quas delineavit Duboisius. Tractavit Franckius Richtersche Inschr. p. 444. non sine errore.

- - - ΠΟΛΕΙΣΑΝΟ ΩΙ..ΣΑΙ
- - - ΣΙΑΣΚΑΙΤΟΥΑΓΩΝΟΣ
ΚΑΙΤΗΣΠΑΝΗΓΥΡΕΩΣ
ΑΓΩΝΑΣΙΝΔΗΜΗΤΡΙΟΥΙΛΙΑΔΑ
ΚΑΛΩΣΚΑΙΕΛΔΟΕΩΣΚΑΝΗΦΟΡΗΣΑΣΑΝ
ΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΠΡΟΣΤΗΝΘΕΑΝ

Ita schedae Köhlerianae, nisi quod unam litteram mutavi et alteram addidi; reliqua apographa nullius sunt pretii, utpote et magis mutila et corruptiora. Littera Η hanc formam habet Η. Vs. 4. init. Akerbl. in schedis - - ΤΩΝΑΣΙΝ, ex quo assumpsi Σ; Dub. ΑΓΩΝΑΕΙΝ: reliqui hanc vocem omittunt, nisi quod Turn. habet inde ultimum Ν. Vs. 5. ΚΑΙ dedi ex sched. Akerbladi; Κ omittit Dub. reliqui has tres litteras omittunt et plures insuper. Vs. 6. Lechev. *ευσεβειας*, quod non est in lapide integrum.

*Ἰλιεῖς καὶ αἱ] πόλεις α[ἱ κ]ο[ιν]ω[νοῦ]σαι [τῆς θυ]σίας*
*καὶ τοῦ ἀγῶνος καὶ τῆς πανηγύρεως Ἀγώνασιν? Δημη-*
*τρίου Ἰλιάδα, καλῶς καὶ ἐ[ν]δό[ξ]ως κανηφορήσασαν,*
*[εὐσ]εβείας ἕνεκεν τῆς πρὸς τὴν θεάν.*

Franckius p. 447. huic ut videtur canephoro virgini apud Scamandrenses dicatum titulum censebat: sed potius et hic titulus et n. 3603. in solo Iliensi dicati erant eo loco ubi Panathenaea acta, hoc est ad vicum Bunarbaschi (cf. ad n. 3601.): et nota hunc titulum non esse aliunde huc allatum, quum semisepultus inter ruinas inventus sit.

## 3603.

Columna marmorea, nunc Cantabrigiae in vestibulo bibliothecae Universitatis. Edidit qui eo apportavit Clarkius, the Tomb of Alexander p. 158. et Greek Marbles n. 28. p. 50. ubi eam dicit in planitie Troiae inter rudera templi prope fontes Scamandri repertam esse. Scamandrum vero Clarkius certe alibi non eum fluvium dicit, cuius fontes sunt prope Bunarbaschi, ubi n. 3602. repertus est, sed fluvium Mendere (Itin. T. II. P. I. p. 109.), cuius tamen fontes tam remoti sunt, ut ad eos hic titulus non possit repertus esse. At idem Clarkius aliquot annis post Itin. T. II. P. I. p. 99. titulum hunc perhibuit repertum esse in ruderibus, quae sunt in meridionali ripa fluminis Kalafat-Osmack s. Kallifat-Osmack, quem putat Simoenta esse: hoc flumen est propius ad Ilium novum, a fontibus illis, qui sunt prope Bunarbaschi, in septentrionem, trans fluvium Mendere. Quodsi reputo Clarkium in opusculo de Graecis marmoribus Cantabrigiensibus prope Scamandri fontes repertum hunc lapidem dixisse et eundem confudisse cum n. 3602. quem ex Lechevalerio sciebat prope Bunarbaschi inventum esse, non dubito quin ibidem repertus lapis n. 3603. sit, Clarkiusque ante editum Itinerarium, quum opusculum de Cantabrigiensibus marmoribus conscriberet,

Iam vero hae tres partes *ἀνα* vel *κατα*, *τριακοσιο* et *λογιστον*, non videntur separari posse. Ausus igitur sum scribere *τριώβολον ἀνατριακοσιολόγιστον*, hoc est: Trapezitae singulis tribubus danto drachmas CL sive *triobolum trecenties computatum*, *λελογισμένον ἀνὰ τριακοσίων λόγον*. Caput est drachmarum quindecies mille; usurae sunt drachmarum MD; singulis tribubus dantur drachmae CL (videntur enim decem Ilii tribus fuisse); in singulos autem viros computatur triobolum, quod trecenos circiter viros singulae continerent tribus. Itaque Ilium huius tituli aetate civium fere tria millia habebat, hoc est praeter inquilinos et servos incolas fere tredecies mille et quingentos. Additur *καὶ τὸ ἥμισυ ἀργύριον*, hoc est: earum CL drachmarum dimidiam partem *argento* numerandam esse (non aere, nec si cui hoc addi placeat auro). Vs. 21. cave *στέμματα* verum putes; cf. vs. 24. Pro verbo *προφέρεσθαι* exspectabamus *προσφέρεσθαι*. Vide Pollux I, 28. Ad infinitivum *προφέρεσθαι τὰ πέμματα* supple ex prioribus *ἀπὸ τούτων*. Vs. 23. *τῇ βοῒ ἐπιγράψαντας* certum est. Inscriptiones impositas animalibus esse etiam aliunde constat (vide Philostr. vit. Apoll. I, 1. Pausan. VIII, 10. extr. Schol. Pind. Olymp. III. vs. 53.), sive in collari sive in stragulo sive in cornibus. Vs. 29. *βασίλεια* sunt aut Seleucidarum aut Attalorum, quae tamen potuerunt iam a Lysimacho condita esse (vide ad n. 3595.), haud dubie in arce. Titulus enim quin tertio vel secundo ante Christianam epocham saeculo exaratus sit, non dubito.

## 3600.

Lapis Choiseulianus altus pedem I pollices III lineas IX, latus pollices XI et dimid. nunc in Museo regio n. 544. Aeri incisum edidit Claracus, habeoque etiam ex schedis Mülleri, qui transcripsit ex lapide. Titulus Iliensibus tam similis est, ut eum non dubitarim *Iliensibus* interponere.

ΘΥΣΙΑΣΙΤΟΥ
ΓΕΙΣΑΓΕΣΘΑ
ΤΗΛΙΩΞΑΝΚΑΙΤΑΣΑ
ΚΩΙΤΟΥΣΚΑΜΑΝΔΡΟΥ
Θ. . . . . . . . . . . ΞΟ.
. . . . . . . . . . . . . . . .
. . . ΤΗ . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . ΑΠ
. . . . . . . . ΗΚ. . . ΕΝ. . . ΙΛ
Σ‾. . . . . . . . . ΥΤΑΝΙΣΝΤΟΥΣΤΟΙ
ΔΕΔΑΓΑΝΗΜΑΛΤΑ. . ΙΑΣΤΟΔΕΟΝ.Α
ΟΤΩΝΑΦΩΝΚΑΙΤΑΛΛΑΑΕΨΗΦΙΣΤΑΙΑΥ
ΕΙΔΕΜΗΕΚΚΟΜΙΣΩΝΤΑΙΥΠΟΤΗΝΕ. . . .
ΤΟΥΣΤΡΑΠΕΞΙΤΑΣΤΟΥΣΔΕΠΑΡΑΛΑ
ΕΙΓΕΝΤΑΝΗΝΑΛΛΑΚΑΘΑΓΕΡΗΒΟΥΛΗΤΩ
ΔΩΣΙΜΕ.ΑΣΣΑΝΝΕΩΤΕΡΟΙΗΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙ
ΠΡΥΤΑΝΕΥΟΝΤΑΣΚΑΙΤΟΥΣΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ
ΤΗΝΘΥΣΙΑΝΔΑΠΑΝΗΜΑΔΩΣΣ. . . 7.ΟΔΟΤΟΙ
ΩΔΕΠΙΤΕΛΕΣΑΙΤΗΝΘΥΣΙΑΝΕΙΝΑΙΔΕΤΗΝΤ
ΤΗΛΩΣΕΩΣΤΟΥΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣΑΤ.ΛΛΗΣΑΙΡΓΙΦΑ

Fundus lectionis est textus Mülleri, cui paucas litteras ex Claraco addidi; alias omittit Claracus, quas singillatim enumerare non est operae pretium. Vs. 1. Müll. tantum ΟΥΣ; Clar. iis quae dedi praefigit insuper litteras ΑΡΧΙ punctis delineatas. Vs. 2. Clar. in fine addit litteras ΝΤΟΣ punctis delineatas. Vs. 3. Clar. nihil nisi ΤΑΝΚΑΙΤΑΣ. Vs. 4. init. Clar. ΚΟΙ, cui punctis delineatas litteras ΑΠΟΙ praefigit. Vs. 11. pro primo Λ Clar. habet Α. Deinde ΤΟΔΕΟΝ dedi ex Clar. Müllerus habet ΤΟΙΛΕΟΝ. Vs. 12. Müll. ΤΑΛΛΑΑ. Clar. tantum ΤΑΛΛΑ. Vs. 13. extr. Clar. ΤΗΣΣ - - - Vs. 16. init. Clar. ΕΔΟΚΙΜΕΥΙΑΣΣΑΝ. Vs. 20. init. Clar. ΤΗΛΟΣΕΩΣ. Post vocem ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣ Müll. .Τ. ΛΛΗΣΑΙΡΓΙΦΑ, Clar. Α . . . ΛΛΗΣ - - - -, ex quo primam litteram in ordinem recepi.

- - *θυσίας .του* - - -
- - . *εἰσάγεσθα[ι* - - -
. . . . . . *αν καὶ τὰς α* - -
*κῳ τοῦ Σκαμάνδρου* - -
- - - - -
- - - - -
- - - - -
- - - - -
- - - - -

## 3605.

Tabula marmoris Parii aliis duobus lapidibus imposita ita, ut quasi exigua quaedam porta vel mensa formetur, vel ut Clarkius perhibet sedilis vicem praestans, ad portam Moscheae vici Bunarbaschi, ac proinde *Iliensis*, alta secundum Duboisium pedes V pollices II, lata pedem et pollices X mensurae Gallicae, crassa secundum Viduam pollices Anglicos X, litteris valde attritis. Vss. 26-33. ex Walpolii schedis ed. Clark. Itin. T. II. P. I. p. 114. et universum titulum cum supplementis (vss. 23-25.) Vidua Inscr. ant. tab. XII. 3. (cf. p. 12.) Vss. 26-34. habeo ex schedis Duboisii, quas misit Köhlerus. Mire tractavit Franckius Richtersche Inschr. p. 437 sq. Lapidem viderat etiam Richterus Itin. p. 461. sed legere non potuit.

. . . . . . . . . αΠΕ . . . .
. . . . . . . ΓΟΝΤ. . ΝΙΚ . . . .
. . . . . . ΤΗΣΤΟΥΤΩΝ . . . .
. . . . . . . ΑΣΔεΗσ . . . . . .
. . . ΣγΝΕΝΟΑιΚΑΙ . . πτ . . .
. . . οαυχπο . . . .
ΒΟΩ . . . . . .
ΤΟΝ . . . Ω . . ΟπΕΡ . . .
. . . . ξ . . .
. . . . . . Α .
. . . . . ΑΡΥΠΟ
. . . . . . εΙΩ
. . . . . . αΙ
. . . . . . ΤΙΟ
. . . . . . Οι
. . . . . . ΑΙ . .
. . . . . . Ωμ
. . . . . . ΟιΕ
. . . . . . Ξ
. . . . . . .
. . . . . . ΟΕ
. . . . . . .
. . ΑΕ . . . . ΟΣΙΛΙΕ[ΩΝ]
. . . . ΤΗΒΟΥΛ[ΗΙΚΑΙ]ΤΩΙΔΗΜ[ΩΙ]
ΧΑΡΙΝΗΝΕΧΩΝΔΙΑ[ΤΕΛΕΙ]
ΙΝΕΝΠΑΝΤΙΚΑΙΡΩΙΠΕΡΙΤΗΣ
ΠΡΟΣΤοΘΕΙοΝΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΚΑΙΜΑΛΙΣΤΑΠΡΟΣΤΗΝΑΘΗΝΑΝ
ΕΚΤΗΣΠΡοΤΕΡοΝΓΡΑΦΕΙΣΗΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗΣΠΡοΣΥΜΑΣΠΕ
ΠΕΙΣΜΑΙΠΑΣΙΦΑΝΕΡΟΝΠΕ
ΦΥΚΕΝΑΙΚΑΘΗΝΤΑΣΤΕΒΟΥΣΚΑΙ
ΤοΥΣΒοΥΚοΛοΥΣΑΝΕΤΙοΕΙΝ
ΑΙΝΥΝΔΕΧΩΡΑΝΗΓΟΡΑΙ

Vss. 1-25. sunt ex solo Vid. In reliquis fundus lectionis est textus Duboisii. Vs. 26. Vid. ΙΝ ΕΝΠΑΝΤΙΧ . . . ΩΙ cet. Dub. · · · · · ΕΝΠΑΝΤΙΚΑΙ ΡΩΙΠΕΡΙΤΗΣ, Walp. · · · · · ΕΝΠΑΝΤΙΚΑΙΡΩΠΕΡΙ ΤΗΣ. Vs. 32. init. Dub. Walp. ΦΥΚΕΝΑΙ, Vid. perperam ΤΗΚΕΝΑΙ. Deinde, ut mittam Viduae menda, vs. 33. Walp. desinit in voce ΒΟΥΚΟΛΟΥΣ; tum Dub. ΑΝΕΠοΕΙΝ, Vid. ΑΝΕΤΙοΕΙΝ. Vs. 34. init. Dub. ΛΙ, Vid. ΑΙ. Usque ad vs. 22. nihil proficias; reliqua haec sunt:

. . [λ]ε? - - - - ος Ἰλιέ[ων] τῇ βουλ[ῇ καὶ] τῷ δήμ[ῳ].
χάριν ἣν ἔχων δια[τελῶ ὑμ]ῖν ἐν παντὶ καιρῷ περὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείας καὶ μάλιστα πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν, ἐκ τῆς πρότερον γραφείσης ἐπιστολῆς πρὸς ὑμᾶς πέπεισμαι πᾶσι φανερὸν πεφυκέναι, καθ' ἣν τάς τε βοῦς καὶ τοὺς βουκόλους ἀνετί[θ]ειν· [κ]αὶ νῦν δὲ χώραν ἠγόρα[κα cet.

Quid in praecedentibus scriptum fuerit quaerere otiosi hominis est: sed reliqua satis aperta sunt. Itaque de hoc titulo mireris quae iudicarunt viri docti. Osannus enim decretum populi Iliensium inesse putabat (vide eum in Jahn. Annal. philol. et paedag. VI, 1. p. 321), Franckius autem epistolam, qua quis, fortasse rex Pergamenus, pago Iliensium commendarit virum de hoc pago bene meritum: quasi talis vir commendatione eguerit. Epistolam tamen contineri apertum est: neque improbo, quod regis haec epistola esse putatur. Walpolius quidem Romanae aetati tribuendum titulum iudicabat, quod abesset Iota quod vocatur subscriptum; cui recte obloquitur Franckius: patet enim nunc hoc Iota non omissum esse, nisi quod vs. 24. deest in vocula ΤΗ; sed ne hoc quidem verum videri posthac exponam. Denique universa scripturae forma ea est, ut titulum secundo vel tertio ante Christum saeculo tribui liceat. Ex nomine eius, qui epistolam dedit, vs. 23. paucissima supersunt; eum arbitror vel Seleucidam vel Pergamenum principem fuisse: ΑΕ, quod in ΛΕ muto, potest ex βασιλεὺς vel βασιλέως superesse, vel ex Seleuci nomine; quamquam restitutio ne sic quidem praestari potest. Lapidem in vicinia vici Bunarbaschi ex ruderibus petitum esse, apertum est. Quum plura antiqua saxa in illum translata sint e vico Atschi-kevi, non eo, qui Eski-Atschi-kevi vocatur (cf. ad n. 3601.), sed eo, qui propius abest a Bunarbaschi, potest sane hinc apportatus esse ad moscheam vici Bunarbaschi, ut inserviret usui incolarum ad moscheam versantium: sed utut est, titulum vix neges ad pagum Iliensium positum fuisse. Quae quum ita sint, vss. 23. 24. scripseris cum Franckio Ἰλιέ[ων κώμης] τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Sed quis credat Ἰλιέων κώμην habuisse *Senatum et Populum?* Immo is fuit vicus dicionis Ilii novi, nec separatam habuit rempublicam, separata sacra. Scribendum igitur Ἰλιέων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Nempe lacunarum spatia in hoc titulo litteris valde inaequalibus scripto admodum incerta sunt: ita vs. 26. initio ubi ΙΝ habetur apud Viduam, quinque litterarum lacunam posuerunt Dub. Walp. Fac vs. 23. extr. oblitteratum esse tantum Ω, non quod Vidua putabat ΩΝ, et scribe vs. 24. init. ΝΤΗΙ, mutato ΤΗ in ΗΙ; satis iam expletae lacunae erunt. Epistolae sententia aperta est. Scribit rex, quem favorem perpetuo habuerit Iliensibus (ὑμῖν certa via emendavi), patere ex prioribus quas ad illos dederit litteris, secundum quas deae Iliensi boves cum pastoribus dedicaverit; nunc vero se emisse insuper terram, nempe ubi pascerentur boves. Boves has puta Panathenaeorum sacrificiis inservisse; lapis enim in Panathenaeorum loco videtur collocatus fuisse (cf. ad

apographo, ratione collocata sit; apud Richterum autem aliam litterarum initialium dispositionem reperies, eamque minus probabilem. Varietas lectionis potissima haec est exceptis iis litteris, quas ante lineam posui, ac vitiis Richteri permultis et manifestis. Vs. 1. Dub. ΝΟΑΝΣΙ..ΟΝΤΟ, Richt. Ν... ΑΡΙΣΤΕΙΟΝΤΟ; quae composui. Vs. 2. pro litteris ΕΡ Richt. tria puncta habet. Vs. 3. init. Richt. ΘΟΣ, Dub. ΘΑΝ, quae composui. Vs. 5. Dub. ΑΛΛΗ, Richt. ΑΛΛΗΝ; tum pro ΜΙΑΝ Richt. ΙΛΙΑΝ. Vs. 6. Richt. ΟΤΙΝ..ΕΝΟΑΣΘΕΤΑΤΑΙΤΩΑΛΕΙΜ - - - Dub. quod dedi, nisi quod in fine habet ΤΟΑΛΕ. Vs. 7. extr. Richt. ed. Franck. ΑΡΧΙΞΟΜΕΝΟΥ, ed. Morgenst. ΑΡΧΙΣΟΜΕΝΟΥ. Vs. 8. Dub. ΑΙ..... ΤΟΥΜΕΛΙΚΟΥΚΑΙΤΩΝΑΧΡΟΑΡΙΑΤΩΝΟ; Richt. quae dedi, nisi quod pro ultimo Τ habet Ι. Vs. 9. init. Dub. ΑΠΟΥΣΣΑΝΕΔΡΟΥΣ, Richt. ΟΙΤΟΥΣ ΣΥΝΓΕΝΟΥΣ, quae composui. Mox Ξ ex Richt. dedi, Dub. Σ. Vs. 10. ubi dedi ΕΥΜΝΙΚΟΝ, Dub. ΣΥΜ..ΟΝ, Richt. ΕΥΔΙΝΙΚ.. In fine pro ΕΙ..ΤΟΝ Richterus ΕΝΤΩ - - Vs. 11. pro ΜΙΚΡΟΙΣ Richt. ΜΕΤΟΙΣ. Vs. 12. Richt. ΔΝ.ΣΥ.ΝΟΝΚΥΠ..Ν ΣΥ..ΡΙΚΟΝΤΟΝΥΙΟΝΤ (Franck. Γ) ΕΑΙΩΝΟ - -, Dub. ut dedi, nisi quod sub finem pro ΤΟΝ habet ΤΩΝ. Ap. Richt. litterae ΚΥΠ..Ν haud dubie variam lectionem constituunt praecedentis ΣΥ.ΝΟΝ. Vs. 13. in fine Dub. ΤΩΝΑΙ, Richt. quod dedi. Eod. vs. Richt. ΚΑΛΓΕΡΤΩΝΑΘΛΩ - - - - Ceterum Richt. hunc versum in duas divisit lineas; sed Dub. lapidis formam tam accurate delineavit, ut ei hac in re potior fides habenda sit. Vs. 14. ubi dedi ΚΑΘΟΤΙ, Dub. ΚΑΘΟΓΓ, Richt. ΚΑΘΟΥΙ. Vs. 15. pro ΕΙΣ Richt. ΔΙΣ. Vs. 16. Dub. ΑΡΤΙΞΟΜΕΝΩΝ, Richt. quod dedi. Vs. 18. Richt. ΦΝΑΙΑΤΑΕΙΣΤΑ ΘΕΑΡΙΣΤ - - -, quae in Franckii apographo casu omissa sunt, sed non neglecta in restitutione ab illo tentata. Vs. 19. omissus est ap. Dub. Eum dedi ex Franck. (Morgenst. Ο pro Θ). Vs. 20. Richt. ΘΑ ΡΩΝΔΙΔΟΣ - - Vs. 21. omisit Richt. Vs. 22. idem ΟΤΟΝΑΝ.

- - - - - - - - - - - - -
- - στέφ]ανο[ν] ἀριστεῖον το - - - - - - - -
- - - ῦν καὶ διοικε[ῖσ]θαι καθότι καὶ π[ρότερον - - - - -
- - - κα]θ' ἃς καὶ πρότερον· τὰς δὲ βοῦς ἀπὸ - - - - -
- π]άντ[ων] τῶν μισθουμένων ὑπὸ τῆς - - - - - - -
- - ον . . . . ον καὶ ἄλλην βοῦν μίαν, ὡς καὶ τω - - - - -
- - - - κα]θότι νενομοθέτ[η]ται . . . τοαλειμ - - - - -
- - - - τας καὶ τοὺς συνέδρους ἀρ[τ]ιζομένου[ς - - - - -
- - - - τὰ περὶ τοῦ θυμελικοῦ καὶ τῶν ἀ[κ]ροαμάτων ο - - - -
- - - κ]αὶ τοὺς συνέδρους ἀρτιζομένους πρὸς τα - - - - -
- - - ἀγῶ]να τὸν [γ]υμνικὸν καὶ ἱππικὸν γίνεσθαι ἐ[πὶ] τὸν - - -
- - - - ἐξαιρεῖσθαι δὲ καὶ ἐν τοῖς μικροῖς Παναθην[αίοις - - -
- - - - ναν . . . ὑπ[ὸ] τ[ῶ]ν συνκρινόντων, τόν τε ἀγωνο[θέτην - - -
- τῶν συνέ]δρων καὶ [ὑ]πὲρ τῶν ἄθλω[ν. καὶ?] εἰς τὰς συνόδους τῶν ἀρχ[όντων - -
αρωι κ[αὶ τ]ῶν λοιπῶν, καθότι εἴ[θ]ισται. ἐξαιρεῖσ[θαι δὲ καὶ - - -
- - - πρ]ῶτον εἰς τὰ προγεγραμμένα καὶ διατάξα[ι - - - -
- - - - συνέδρους ἀρτιζομένο[υς] πρὸς τὴν - - - - - - -
- - - - ἐξαποστέλλειν τὰς πόλεις - - - - - - - -
- - - - χ]ρήματα ἐς τὰ θεωρικ[ὰ] τ - - - - - - -
- - - - διο[ικεῖ]σθαι. λό[γ]ο[ν - - - - - - - -
- - - σύν]έδριον δίδοσ[θαι - - - - - - - - -
- - - - ς διοικεῖσ[θαι - - - - - - - - - -
- - - - ὅσον ἂν - - - - - - - - - - -

Infructuosam et plane infelicem huic marmori operam impendit Franckius, quum ex imperfectissimo Richteri apographo restituere titulum tentaret, qui ne nunc quidem possit suppleri, posteaquam eam quae superest partem ex meliori exemplo rectius restituimus. Etenim praeter ea quae in sinistro latere oblitterata sunt, permulta perierunt ad dextram, et coniicio alterum huius lapidis fragmentum, cuius mentionem facit Duboisius, dextram huius tituli partem constituisse, propterea quod Dubois haec fragmenta coniungenda esse vix perspicere potuit nisi ex forma fracturae, qualem in dextra parte delineavit. Titulus non honorarius est, ut putabat Franckius, nec decretum simile illis quae collegia artificum fecerunt, ut putabat Osannus (Syll. p. 235.), sed decretum Ilii atque urbium vicinarum, quae cum Ilio sacrorum communionem habebant (n. 3602 sq.), de ratione sollemnium et ludorum instituendorum scitum. Haec sollemnia arbitror fuisse Panathenaea (conf. ad n. 3599.), quae et ipsa, minora quidem, vs. 11. nominata sunt; egregieque huic convenit sententiae, quod tituli honorarii a communi Iliensium et vicinarum civitatium canephoris dicati (n. 3602. 3603.) in loco Bunarbaschi reperti sunt, itemque alius titulus n. 3605. ad talia sacra pertinens: vix ut dubitem quin eo ipso loco, dico ad pagum Iliensium, qui in vici Bunarbaschi proxima vicinia situs erat, in Minervio ibi condito acta Panathenaea sint; etsi Ilii quoque Panathenaeum fuisse ac proinde Panathenaica sacra colligo ex n. 3600. et

ἀπαγιηθείσης, quod Villoisonus dedit, quasi sit *consecratae*, Graecum non est. Patet scribendum esse ἀπαιτηθείσης, hoc est *exactae*; nempe iussu (ἐκ κελεύσεως) Imperatorum et Caesarum exactum ab Iliensium templis sacrum argentum erat, ex quo confecta statua Iovis est. Ἱερὸν ἄργυρον intellige non cum Lenzio monetam sacram officinae, in qua Iliensium vel provinciae nummi percussi sint, sed vasa sacra argentea in massam deinceps conflata. Melius tamen dictum foret ἐκ τῆς ὕλης τοῦ ἀπαιτηθέντος cet. Vss. 5. et 8. nota elogium Caesarum ἐπιφανέστατοι, hoc est *Nobilissimi*. Vs. 9. inter ΘΕ et Ω nulla lacuna est, sed haud dubie vitium lapidis. Ἡ θεὸς est Minerva Iliensis, ut aliquoties in his titulis. Post haec quae scripta sunt, ea maximam certe partem recte mihi videor assecutus esse. Designatur pondus statuae, id quod demonstrat vox σταθμοῦ vs. 11. quam Lenzius mire explicat *stationem*. Vs. 9. Λ designat litras s. libras, ut Λ vel A vel A passim in ponderibus et in libris scriptis. Librae sunt LXXIX. Sequuntur unciae septem; unciae ut plurimum eo designantur siglo, quod in textu minusculis repetito dedi. In lapide pro ΤΟ fuerit ΓΟ. Vs. 10. post ΕΠΤΑ lacuna non magis statuenda est quam vs. 9. Quod sequitur ΙΤΡ vix potest aliud esse, quam siglum scriptuli s. γράμματος; Τ fuit Γ, Iota vero praecedens videtur pro obliqua lineola lectum esse; siglum enim scriptuli est illud quod dedi in minusculis. Scriptula sunt sex. Superest vs. 10. ΟΗ in quo cave putes oboli notam latere. Sane in scriptulum oboli duo computantur a metrologis antiquis, ac possit proinde aliquis hoc loco emendare Ο(ΒΟΛΟΥ)Α. Sed mihi persuasi scriptuli divisionem in duos obolos theoreticis deberi nec vulgo in usu fuisse, certe in trutina. Sume Η lectum esse pro ΑΙ, Ι vero superesse ex Κ: licebit iam coniicere ὁλκὴν hic scriptum fuisse. Superest vs. 11. ΑΚΟΥ quod in promptu est cum Lenzio explere [ΙΛΙ]ΑΚΟΥ. Sed non probabile est donario imperatorio adhibitum esse pondus Iliense, nec mihi persuadeo peculiarem Iliensibus litram fuisse. Romanum haud dubie pondus intelligendum est, quod vulgo Italicum vocatur; v. nostras Disquisitt. metrol. p. 372. A arbitror Λ fuisse et intercidisse Ι. Universum pondus est librarum LXXIX unciarum VII scriptulorum VI. Deficiunt tantum unciae IV scriptula XVIII ad libras octoginta s. talentum Atticum Soloneum complendum; itaque non dubito quin statuam octoginta librarum pondo dedicare voluerint et casu factum sit, ut quattuor unciae octodecim scriptula deficerent.

## 3608.

In vico Gheumbrek, Ghiumbrek s. Thymbrek-kevi, qui est prope *Ilium* novum proxime ad vicum Eski-Atschi-kevi fere in septentrionem, in columna fracta inserta muris casae, pulchris litteris. Edidit Webbius Bibl. Ital. T. XXIII. p. 73. (translat. Germ. p. 125.) Cf. Borghesi Giorn. Arcad. 1825. p. 86. et Orelli Syll. Inscr. Lat. n. 574. Eodem loco in aëtomate fracto magnis litteris scriptum esse EPM notat Webbius.

ΟΔΗΜΟΣ
ΓΝΑΙΟΝΠΟΜΠΗΙΟΝΓΝΑΙΟΥΥΙΟΝ
ΤΟΤΡΙΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ

Ὁ δῆμος Γναῖον Πομπήϊον Γναίου υἱὸν τὸ τρίτον Αὐτοκράτορα.

## 3609.

Prope Eski-Atschi-kevi, qui vicus prope *Ilium* novum in orientem ultra vicum Tschiblack situs est, Leakioque et aliis locus pagi Iliensium esse videtur, in basi. Edidit Huntius in Walpolii Mem. p. 106.

ΜΑΡΚΟΝΑΓΡΙΠΠΑΝΤΟΝΣΥΝΓΕΝΕΑ
ΚΑΙΠΑΤΡΩΝΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝΕΠΙΤΗΠΡΟΣΤΗΝΘΕΟΝ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΚΑΙΕΠΙΤΗΠΡΟΣΤΟΝΔΗΜΟΝ
ΕΥΝΟΙΑ

Μάρκον Ἀγρίππαν τὸν συνγενέα καὶ πάτρωνα τῆς πόλεως καὶ εὐεργέτην ἐπὶ τῇ πρὸς τὴν θεὸν εὐσεβείᾳ καὶ ἐπὶ τῇ πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίᾳ.

## 3610.

In colle Beyan Mezaley s. Veeran Mezaley prope vicum Tschiblack inter lapides coemeterii Turcici fragmentum columnae striatae ab Åkerblado repertum est, ad quam tabula plana elaborata est tres pedes alta et duos pedes cum semisse lata; in hoc plano legitur haec inscriptio. Primus edidit Lechevalier Voy. de la Troade T. III. p. 312. minusculis, cum supplementis maiore charactere expressis, dein ex Åkerbladi ipsius schedis Lenzius in translat. Germ. Lechevaleriani operis p. 234. Clarkius Itin. T. II. P. I. p. 90. Turner. Itin. T. III. p. 237. Richter. Itin. p. 573. (cf. p. 459. et p. 632.) ap. Franckium (Richtersche Inschr.) p. 227. cum commentario usque ad p. 233. Franckius dicit se usum esse Bröndstedii exemplo, quod Münteri manu scriptum sit. Habeo etiam ex schedis Åkerbladi a Müntero missis et ex schedis Köhlerianis, quas delineavit Duboisius. Titulus *Iliensis* est.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Formam tituli et characterum dedi ex Duboisii pulcherrima delineatione; reliqui hac in parte non veniunt in censum. Fundus lectionis est eiusdem textus; varias lectiones omitto perpaucas, in his ea, quae Clarkius punctis delineata praebet. Akerbladum ubi posthac nomino, schedas nostras intellige; eas quibus Lenzius usus est huius nomine vocabo. Vs. 1. extr. Dub. ΚΑΙΣΑΙ; Ρ dedi ex Clark. Ak. Turn. (apud hunc imperfectum est). Addidi Ι ex Clark. et Σ ex Lechev. Ak. Lenz. Vs. 2. initio mutilum Ι habent Dub. et Br. Pro hoc Richt. A, reliqui nihil. In fine Σ addidi ex Lechev. Lenz.

vulgari rationi obsecutus Scamandri fontes eos dixerit, qui sunt prope Bunarbaschi: postea vero per errorem hunc titulum videtur ruderibus tribuisse, quae sunt ad Kallifat-Osmack. Quattuor priores versus denuo ex lapide edidit Dobraeus Diar. class. T. XXX. p. 138. et in Rosii Inscriptt. Gr. p. 405. Partem inde recitat Walpol. Travels p. 588. Clarkiique apographum repetiit Osannus Syll. p. 368. Diversum lapidem et a n. 3602. et a n. 3604. esse notavimus ad n. 3602.

Λ . . . . . . ΟΙΟΑΙ
ΑΙΚΟΙΝΩΝΟΥΣΑΙΤΗΣΘΥΣΙΑΣ
ΚΑΙΤΟΥΑΓΩΝΟΣΚΑΙΤΗΣ
ΠΑΝΗΓΥΡΕΩΣ
ΠΥΘΑΝ
ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΤΙΜΟΥΙΛΙΑΔΑ
ΚΑΛΩΣΚΑΙΑΞΙΩΣΚΑΝΗΦΟ
ΡΗΣΑΣΑΝΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΕΝΕΚΕΝΤΗΣΠΡΟΣΤΗΝΘΕΟΝ

Litteras vs. 1. scriptas solus habet Dobraeus, sed ut incertas.

*Ἰ]λ[ιεῖς καὶ αἱ π]ό[λεις] αἱ κοινωνοῦσαι τῆς Θυσίας καὶ τοῦ ἀγῶνος καὶ τῆς πανηγύρεως Πύθαν Σκαμανδροτίμου Ἰλιάδα, κάλῶς καὶ ἀξίως κανηφορήσασαν, εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς πρὸς τὴν Θεόν.*

Vs. 1. scriptum fuisse *Ἰλιεῖς καὶ αἱ πόλεις* comparatis n. 3602. et n. 3604. apertum est viditque iam Osannus, licet Dobraeus haec ibi posse scripta esse neget. Titulus me iudice eodem fere loco positus fuit ubi n. 3602. hoc est in vicinia eius loci, ubi Panathenaea acta sunt (cf. ad n. 3602.). Mirum est quod Clarkius (Greek Marbles p. 50. et Itin. l. c.) refert Porsono iudice hunc titulum aetate aequare archontem Euclidem, vel prope aequare, ut dixit in libro de sepulcro Alexandri. Quod an recte ita excusaverit Dobraeus, ut ille tertio quartove saeculo ante Christum natum tribuerit hunc titulum, parum refert. Tertium quidem saeculum vix superat haec inscriptio, potestque eodem iure primo tribui.

## 3604.

Tabula marmoris candidi alta pedes II pollices III, lata pedes II pollices V, reperta in coemeterio vici Halileli, de quo vide ad n. 3598.; huius coemeterii lapides omnes ex parietinis *Ilii novi* asportati sunt notante Dubois. Catal. Chois. p. 78. Primus edidit Lechevalier Voy. de la Troade T. III. p. 305. litteris minusculis et vitiose (translat. German. p. 208 sqq. cum notis). Hinc habet Rosius Inscriptt. gr. vett. p. 426. Ex eodem particulam tituli petiit Boissonadus in calce epp. Holstenii p. 439. et ex hoc Dobraeus l. c. ad priores titulos. Lapis fuit olim Choiseulianus, Catal. Dubois. n. 192. ubi titulus editus est; nunc servatur in Museo regio Catal. Clarac. n. 661. Ibi transcriptum titulum edidit Osannus Syll. p. 367. aerique incisum Claracus in tabulis. Ex lapide transcriptum misit Müllerus.

ΙΛΙΕΙΣΚΑΙΑΙΠοΛΕΙΣΑΙΚοΙΝΩΝοΥΣΑΙΤΗΣΟ.
ΣΙΑΣΚΑΙΤοΥΑΓΩΝοΣΚΑΙΤΗΣΠΑΝΗΓΥΡΕ . . .
ΑΥΤοΚΡΑΤοΡΑΚΑΙΣΑΡΑΘΕοΥΥΙοΝΘΕοΝΣΕ . .
ΣΤοΝΑΝΥΠΕΡΒΛΗΤοΙΣΠΡΑΞΕΣΙΝΚΕΧ . .
ΜΕΝοΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΙΣΤΑΙΣΕΙΣΑΠ . .
ΤΑΣΑΝΘΡΩΠοΥΣ
ΙΠΠΑΡΧοΣΗΓΗΣΙΔΗΜοΥΙΛΙΕΥΣΣΥΝΕΔ - - -
οΝΤοΝΑΝΔΡΙΑΝΤΑΑΝΕΘΗΚΕΝΕΚΤΩΝΙΔΙ . .
ΔΙΑΤΗΝΠΡοΣΤοΝΣΕΒΑΣΤοΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕ . . .
ΚΑΙΣΩΤΗΡΑΕΑΥΤοΥΕΥΣΕΒΗΑΝ

Fundus lectionis est textus Mülleri. Littera Π hanc formam habet Π. In varia lectione omitto ea quae apud Claracum punctis delineata sunt. Vs. 1. ΑΙ post ΠΟΛΕΙΣ omittit Osannus; Lechev. *Ιλιει και πολει κοινωνουσαι*. In fine Ο addidi ex Lechev. Vs. 5. extr. Clar. omittit ultimum Π. Vs. 7. extr. Lechev. *συνεδ* cum supplemento, quod hic omitto, et vs. 8. init. *τον* omisso quod praecedit ΟΝ. Vs. 8. ultimum Ι addidi ex Clar. et Os. Vs. 10. in fine Lechev. *ευσεβ[ειαν]*.

*Ἰλιεῖς καὶ αἱ πόλεις αἱ κοινωνοῦσαι τῆς [Θυ-*
*σίας καὶ τοῦ ἀγῶνος καὶ τῆς πανηγύρε[ως*
*Αὐτοκράτορα Καίσαρα Θεοῦ υἱόν, Θεὸν Σε[βα-*
*στὸν ἀνυπερβλήτοις πράξεσιν κεχ[ρη-*
*μένον καὶ εὐεργεσίαις ταῖς εἰς ἅπ[αν-*
*τας ἀνθρώπους.*
*Ἵππαρχος Ἡγησιδήμου Ἰλιεὺς σύνεδ[ρος τοῦ-*
*τ]ον τὸν ἀνδριάντα ἀνέθηκεν ἐκ τῶν ἰδί[ων*
*διὰ τὴν πρὸς τὸν Σεβαστὸν καὶ εὐεργέ[την*
*καὶ σωτῆρα ἑαυτοῦ εὐσέβηαν.*

Titulus pertinet ad Augustum, et Ilii in ipsa urbe positus est, non ibi ubi n. 3602. et n. 3603. Vs. 1. extr. *Θυσίας* scripsit iam Walpol. Travels p. 587. et nos ad n. 2957. aliique. Vs. 7. cum Osanno scripsi *σύνεδρος τοῦτον*, etsi cum Villois. ap. Lechev. malim *συνεδρεύων* (hoc est, quum erat synedrus, in ipso magistratu) omisso *τοῦτον*. Sed vs. 8. init. praeter Lechev. omnia apographa pertinaciter tenent litteram Ο. Inepta est coniectura *σύνεδρον* ap. Lechev. proposita, addita interpretatione *cum basi*. Synedrus hic, in quo tricatur Franckius (Richtersche Inschr. p. 476.), est assessor concilii Iliensium et reliquarum civitatium, isque ab Iliensium urbe delegatus. De synedris his vide n. 3601. Lenzii notas erroribus rebusque alienis refertas non percenseo. Hipparchus Iliensis antiquior notus est ex Polyb. XXIII, 2.

b.

- - ΟΝΘΕΟΝ

a.

ΑΥΤΟΚΡΑΤ.....
ΤΟΝΚΑΙΣΑΡΑΘ
ΘΕΟΥΟΥΕΣΠΑΣ...
ΝΟΥΥΙΟΝΣΕΒΑΣΤ..

c.

ΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΘΕΟΝ
ΘΕΟΥΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ
- - ΥΙΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝ

*a.* vs. 1. Vidua omittit ultimum Τ. Vs. 2. ultima ΑΤ habet solus Vidua. Vs. 3. ultimum Σ omittit Vidua. *b.* quod in alio latere est, solus habet Vidua.

*a.* Αὐτοκράτ[ορα Τί]τον Καίσαρα θ[εόν], θεοῦ Οὐεσπα-σ[ια]νοῦ υἱὸν Σεβαστόν. Ita explevit iam Vidua.
*b.* fortasse ad Vespasianum pertinet: [Οὐεσπασια-ν]ὸν θεόν.
*c.* Si titulus idem est atque *a*, Duboisius confudit versus duos priores et ΘΕΟΝ explevit de coniectura.

## 3612.

Fragmentum columnae repertum prope Halileli, ex ruderibus templi quod putatur Apollinis Thymbraei fuisse, nunc Cantabrigiae in vestibulo bibliothecae Universitatis; edidit Clark. Greek Marbles p. 44. (cf. eundem Itin. T. II. P. I. p. 85.) Titulus est *Iliensis*.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΗΣΑΝΤΙΤΟΝΟΥ
ΛΕΡΙΟΝΠΡΟΚΛΟΝΤΟΝΦΡΟΝ
ΤΙΣΤΗΝΔΡΟΥΣΟΥΚΑΙΣΑ
ΡΟΣΚΑΘΕΛΟΝΤΑΤΑΕΝΕΛ
ΛΗΣΠΟΝΤΩΛΗΣΤΗΡΙΑΚΑΙ
ΕΝΑΠΑΣΙΝΑΝΕΠΙΒΑΡΗΤΟΝ
ΦΥΛΑΞΑΝΤΑΤΗΝΠΟΛΙΝ

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησαν Τίτον Οὐ[α]λέριον Πρόκλον τὸν φροντιστὴν Δρούσου Καίσαρος, καθελόντα τὰ ἐν Ἑλλησπόντῳ λῃστήρια καὶ ἐν ἅπασιν ἀνεπιβάρητον φυλάξαντα τὴν πόλιν.

Ad eundem fortasse Proclum pertinet fragmentum n. 3630. φροντιστὴς est fisci procurator, quod ex Ducangio notatur in Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 517. Drusus Caesar est Germanici Caesaris filius, quem celebrat inscriptio Latina in Troade reperta, nunc Cantabrigiae in vestibulo bibliothecae Universitatis (Clark. Greek Marbles p. 46.)

DRVSO CAESARI
GERMANICI CAESARIS
FILIO
TI AVGVSTI NEPOTI
DIVI AVGVSTI PRONEPOTI
PONTIFICI
D D

## 3613.

In tabula marmoris candidi reperta in via inter pagos Tschiblack et Bunarbaschi; edidit Choiseul-Gouffier Voy. pittoresque de la Grèce, T. II. P. II. p. 453. Titulus *Iliensis* est.

In corona: ΔΙΟΦΑΝΤ
ΟΔΗΜΟΣ

Ὁ δῆμος Διόφαντ[ον cet.

## 3614.

Prope *Ilium* in pago Eski-Atschi-kevi (de quo vide n. 3609.) in arcu porticus variae sunt inscriptiones ex Huntii diario editae ap. Walp. Mem. p. 106. *a. bb. c.* sunt in tribus coronis oleaginis inscriptae; ex tertia tamen tantum duae voces, quas edimus, legi potuerunt. In ipso arcu legitur *d.* et in alio fragmento *e.* Postremo particula *b.* edita est a Muratorio T. III. p. MDCLXXIV. 5. ligno incisa; ea est in marmore „ex ruinis Troiae" petito et a. 1735. Smyrnam delato, cuius apographum Muratorio miserat Bimardus: circum haec quoque verba corona sculpta est. Hanc particulam hoc loco posui ideo, quod Pocockius Inscr. ant. P. I. 2, 12. p. 22. n. 2. eandem habet inter Smyrnaea sed subscriptis verbis ὁ δῆμος ὁ Μυτιληναίων etsi corruptioribus: haec enim manifesto eadem sunt atque Huntiana, quae nota *bb.* signavi. Sed quum ex Muratorio pateat, tantum ea, quae particula *b.* continentur, Smyrnam delata esse, iudicandum est Pocockium apographo usum esse, in quo etiam alia scripta erant, quae in solo Troiano remanserant, hoc est illa ὁ δῆμος ὁ Μυτιληναίων: rursum haec sola Huntius repperit, quod particula *b.* Smyrnam asportata pridem erat. Ceterum Pocockiana edidi in Smyrnaeis n. 3215. immemor tum Iliensium fragmentorum a Muratorio et Huntio editorum.

*b.* ΤΩ
ΕΥΤΥΧΕΙ
ΔΗΙΦΟ
ΒΩ

*a.*
ΟΙΝΕΟΙ

*bb.* ΟΔΗΜΟΣΟΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ

*c.*
- - - ΙΛΙΩΡΩΜΑΙΩΝ - - -

*d.*
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΤΟΥ ΙΛΙΕΩΣ ΕΡΜΟΚΡΑΤΟ..

*e.*
ΤΗΑΘΗΝΑΙ

n. 3901.). Vs. 25. pro χάριν ἣν melius dicebatur ἣν μὲν χάριν vel certe ἣν χάριν; pro quo dictum accipe χάριν ἥν. Vs. 31. φανερὸν non ad χάριν refertur: tum enim debebat φανερὰν esse: sed ad ἣν χάριν ἔχων διατελῶ, hoc sensu: *quem favorem vobis perpetuo habeam, hoc patere persuasum habeo* cet. Vs. 33. mira extat forma ἀνετίθειν; in promptu est corrigere ἀνετίθην: sed non ausus sum insolentem illam formam tollere, quae potest Hellenistica esse. Nec reprehenderim imperfectum, quod refertur ad tempus tum durans, quum prior epistola scriberetur.

## 3606.

ΤΟΣΚΑΙΠΟΛΛΑΚΑΙΜΕΓΑΛΑΧΡΗΣΙΜΟΥΓΕΓΕΝΗ
ΜΕΝΟΥΤΩΙΔΗΜΩΙΤΩΙΠΑΡΙΩΝΤΑΣΤΙΜΑΣΤΑΣΔΕ
ΔΟΜΕΝΑΣΑΥΤΩΙΥΠΟΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΠΑΡΙΩΝΕΝ
ΤΕΤΗΙΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΑΝΑΓΝΩΝΑΙΚΑΙΤΟΙΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣΕΝΤΩΙΘΕΑΤΡΩΙΣΤΕΦΑΝΩΝΑΙΚΑΙΤΑΣ
ΤΙΜΑΣΑΝΑΓΓΕΙΛΑΙΚΑΙΤΟΠΟΝΑΙΤΟΥΝΤΑΙΕΝΤΗΙΑΓΟ
ΡΑΕΝΩΙΣΤΗΣΟΥΣΙΤΗΝΕΙΚΟΝΑΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΙΒΟΥ
ΛΗΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙΜΕΝΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΠΑ
ΡΙΩΝΟΤΙΕΥΝΟΥΣΩΝΚΑΙΦΙΛΟΣΔΙΑΤΕΛΕΙΤΩΙΔΗΜΩΙΤΩΙΚΥ
ΖΙΚΗΝΩΝΕΠΑΙΝΕΣΑΙΔΕΚΑΙΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΝΑΠΟΛΛΩ
ΝΙΟΥΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΕΝΕΚΕΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΕΙΣΤΟΝ
ΔΗΜΟΝΤΟΝΠΑΡΙΩΝΤΟΥΣΔΕΠΡΥΤΑΝΕΙΣΣΤΕΦΑ
ΝΩΣΑΙΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΝΤΟΙΣΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΙΣΕΝΤΩΙ
ΘΕΑΤΡΩΙΚΑΙΑΝΑΓΓΕΙΛΑΙΤΑΣΤΙΜΑΣΤΑΣΔΕΔΟΜΕ
ΝΑΣΑΥΤΩΙΥΠΟΠΑΡΙΩΝΔΕΔΟΣΘΑΙΔΕΑΥΤΩΙΚΑΙΤΟ
ΠΟΝΕΝΩΙΣΤΗΣΟΥΣΙΤΗΝΕΙΚΟΝΑΠΑΡΑΤΑΣΤΡΑΠΕ
ΖΑΣΠΡΟΤΗΣΣΤΟΑΣΤΗΣΔΩΡΙΚΗΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕ
ΚΑΙΤΑΨΗΦΙΣΜΑΤΑΚΑΘΑΤΕΤΙΜΗΤΑΙΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ
ΥΠΟΠΑΡΙΩΝΕΙΣΤΑΔΗΜΟΣΙΑΓΡΑΜΜΑΤΑΠΕΜΨΑΙΔΕ
ΚΑΙΞΕΝΙΑΤΟΙΣΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙΣΤΟΥΣΠΡΥΤΑΝΕΙΣΚΑΙ
ΤΟΝΤΑΜΙΑΝΚΑΘΟΤΙΑΝΔΟΚΕΙΑΥΤΟΙΣ

Spatium vacuum versuum fere quinque vel sex.

ΤΗΣΑΝΑΓΡΑΦΗΣΕΠΕΜΕΛΗΘΗΣΘΡΥΝΗΣ
ΦΙΛΩΝΟΣΤΑΜΙΑΣ

---

*Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, Γοργόνικος Διοκλέους εἶπεν· Ἐπεὶ ἡ πόλις ἡ Παρίων ἔν τε τοῖς ἔνπροσθε χρόνοις εὔνους καὶ φίλη οὖσα διατελεῖ τῷ δήμῳ τῷ Κυζικηνῶν καὶ νῦν ἀποστείλασα πρέσβεις Κυδίαν Ἀμιάντο[υ] καὶ Ἀρχέφυλον Λέοντιος ἀξιοῖ τὸν δῆμον, Ἀπολλοδώρου τοῦ Ἀπολλωνίου νησιαρχοῦντος καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα χρησίμου γεγενημένου τῷ δήμῳ τῷ Παρίων, τὰς τιμὰς τὰς δεδομένας αὐτῷ ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Παρίων ἔν τε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ἀναγνῶναι, καὶ τοῖς Διονυσίοις ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανῶ[σ]αι καὶ τὰς τιμὰς ἀναγγεῖλαι, καὶ τόπον αἰτοῦνται ἐν τῇ ἀγορ[ᾷ], ἐν ᾧ στήσουσι τὴν εἰκόνα· δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι μὲν τὸν δῆμον τὸν Παρίων, ὅτι εὔνους ὢν καὶ φίλος διατελεῖ τῷ δήμῳ τῷ Κυζικηνῶν; ἐπαινέσαι δὲ καὶ Ἀπολλόδωρον Ἀπολλωνίου φιλοτιμίας ἕνεκε καὶ εὐνοίας τῆς εἰς τὸν δῆμον τὸν Παρίων· τοὺς δὲ πρυτάνεις στεφανῶσαι Ἀπολλόδωρον τοῖς Ἀνθεστηρίοις ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἀναγγεῖλαι τὰς τιμὰς τὰς δεδομένας αὐτῷ ὑπὸ Παρίων· δεδόσθαι δὲ αὐτῷ καὶ τόπον, ἐν ᾧ στήσουσι τὴν εἰκόνα, παρὰ τὰς τραπέζας πρὸ τῆς στοᾶς τῆς Δωρικῆς. ἀναγράψαι δὲ καὶ τὰ ψηφίσματα, καθ᾽ ἃ τετίμηται Ἀπολλόδωρος ὑπὸ Παρίων εἰς τὰ δημόσια γράμματα. πέμψαι δὲ καὶ ξένια τοῖς πρεσβευταῖς τοὺς πρυτάνεις καὶ τὸν ταμίαν, καθότι ἂν δοκῇ αὐτοῖς.*

*Τῆς ἀναγραφῆς ἐπεμελήθη Σθρύνης? Φίλωνος ταμίας.*

Decretum hoc tertio vel secundo ante Christum saeculo tribuerim, libera etiamtum Cyzico. Apollodorus haud dubie Cyzicenorum nesiarchus fuit, hoc est praefectus insulis Propontidis Cyzico parentibus, de quibus vide Marquardt. Cyz. p. 17 sq. Quo munere quum fungeretur, Pariis mercatoribus potuit beneficus esse. Vs. 20. Anthesteria non diversa sunt a Dionysiis paulo ante nominatis: Cyzici autem Anthesteriis ludi theatrales acti haud dubie sunt, licet Athenis in Anthesteriorum sollemnibus non videantur fabulae actae esse, nisi quod *προαγὼν* in iis dramatum fuit. Verba *παρὰ τὰς τραπέζας πρὸ τῆς στοᾶς τῆς Δωρικῆς* Belleius p. 244. et Marquardtus p. 147. ita intelligunt, ut mensae prytanei significentur, ad quod proinde fuerit porticus Dorica. Sed mensae, quae fuerunt in ipso prytaneo, ut illa, cuius vasa aurea Cyzicenis donavit Antiochus Epiphanes (Liv. XLI, 20.), non possunt hoc loco commemoratae esse; nec constat Doricam hanc stoam fuisse ad prytaneum. Mensae intelligendae sunt ante stoam collocatae, argentariae opinor in loco publico.

ΗΓΕΡΟΥΣΙΑ
ΚΥΡΟΝ<ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ<ΑΡΧΙΑ
ΤΡΟΝ<ΑΡΙΣΤΟΝ<ΠΟΛΕΙΤΗΝ<ΕΠΙ
ΣΗΜΟΝΠΡΟΣΠΟΛΛΟΙΣ<ΕΥΕΡΓΕ
ΤΗΜΑΣΙΝΕΙΣΑΥΤΗΝ<ΑΛΕΙΨΑΝΤΑ
ΛΑΜΠΡΩΣΚΑΙΠΟΛΥΔΑΠΑΝΩΣΚΑΙ
ΑΣΥΝΚΡΙΤΩΣΚΑΙΑΠΟΧΑΡΙΣΑΜΕ
ΝΟΝΧΕΙΛΙΑΣΑΤΤΙΚΑΣΤΗ<ΓΕΡΟΥΣΙΑ

---

Sponius (Itin. l. c.) Florentiae in villa Strozziana repperit titulum Latinum hunc: CYRVS . LIVIAE DRVSI CA(ESARIS) MEDIC. quem coniiciunt et ipse et Patinus esse eundem illum Lampsacenum; quod admodum incertum est. Nostrum habes etiam n. 3645. Ἀλείψαντα est: *oleum praebentem in gymnasiis*, ut n. 3616. 3617. et saepius: talia index demonstrabit plenius; interim cf. Franckium ad Inscr. Richter. p. 226 sq. Male Vandalius hoc ad officium ἀλείπτου referebat; sed ineptissime Westonus Hermesian. p. 110. vs. 3. corrigit πόλιν τὴν (pro πολείτην) cum viro illo docto in Misc. Obss.; et ἀλείψαντα refert ad aedificia urbis a Cyro calce obducta et dealbata, merito ideo notatus a Porsono (Tracts and misc. critic. p. 44.). Χειλίας Ἀττικάς, quippe δραχμάς, ellipsi notissima, quam tamen plures interpretum huius tituli ignorabant.

## 3644.

In vico Scherdák s. Schordák s. Schardák prope vetustam *Lampsacum*; ed. Chishullus Itin. p. 60. et Murat. T. IV. Append. p. MMXIX. 2. cum Latina interpretatione: acceptum a P. Frölichio S. I. Dominicus Bricherius Columbus misit Muratorio.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΤΙ·ΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΦΛΩΡΟΝΠΥΚΤΗΝ
ΝΕΙΚΗΣΑΝΤΑΕΝΔΟ
ΞΩΣΠΑΙΔΩΝΑΓΩΝΑ
ΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΤΥΧΕΙ
ΩΝΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥΝ
ΤΟΣΓ·ΙΟΥΛ·ΕΤΕΩΝΕΩΣ
ΥΠΟΠΑΙΔΟΤΡΙΒΗΝ
ΚΛΑΥΔ . . . . . .

Vitia apographi Muratoriani non affero: Murat. pro Σ habet C, et excepto vs. 8. ω pro Ω. Vs. 8. Chish. ΙΟΥΛ, Mur. ΙΟΥ; tum Chish. ΕΛΕΩΝΕΩΣ, Mur. ut dedi.

Ἀγαθῇ τύχῃ, Τι(βέριον) Κλαύδιον Φλῶρον, πύκτην νεικήσαντα ἐνδόξως παίδων ἀγῶνα τῶν μεγάλων Τυχείων, ἀγωνοθετοῦντος Γ. Ἰουλ(ίου) Ἐτεωνέως, ὑπὸ παιδοτρίβην Κλαύδ[ιον] . . . . . . . .

## 3645.

*Ibidem*; ed. Chishullus l. c. et Murat. l. c. p. MMLXV. 5. cum Latina interpretatione: hic habuit a Bricherio Columbo, Bricherius a Frölichio, Frölichius a P. Etschlagero S. I.

ΚΥΡΟΣΑΠΟΛΛΩΝ
ΙΟΥΤΗΝΤΑΦΗΝ
ΚΑΙΤΟΝΕΝΑΓΙΣ
ΜΟΝΤΩΠΑΤΡΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΩ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

Vs. 5. extr. Mur. C pro Σ.

Κῦρος Ἀπολλωνίου τὴν ταφὴν καὶ τὸν ἐναγισμὸν τῷ πατρὶ Ἀπολλωνίῳ Ἀπολλωνίου.

Cf. n. 3643.

## 3646.

„*Lampsaci*" collocat Dominicus Bricherius Columbus, qui acceperat a Frölichio et miserat Muratorio, qui edidit T. III. p. MDCLXIV. 2. sed Bimardus, qui et ipse Muratorio misit, collocat *Heracleae*, hoc est *Perinthi*: nam Perinthias et Lampsacenas inscriptiones in apographis Muratorianis a Bricherio et Bimardo missis confundi docet n. 2027. qui titulus, quod patet collato Pocockio, haud dubie in dicione Perinthia (Tyrili) repertus est, ubi collocat Bimardus, et tamen apud Murat. T. IV. p. MMLI. Lampsaco tribuitur ex schedis Bricherii Columbi a Frölichio acceptis, qui habuerat ab Etschlagero. Quem hoc loco edo, is potest et ipse Perinthius esse. Infra inscriptionem est toreuma virum equo insidentem repraesentans et ante hunc aram vel vas, a quo exit laurus vel cupressus, cui circumvolviter anguis. Ita descripsit Bimardus.

ΗΡΩΣΕΠΙΦΑΝΗΣΟΚΡΑΤΗΣ

Ἥρως ἐπιφανὴς ὁ Κράτης.

Dubito de veritate lectionis ob articulum; fortasse O fuit siglum interpunctioni inserviens.

## 3647.

Prope vicum Schardák, qui vicinus *Lampsaco*, oblitteratam inscriptionem repperit Turner. Itin. T. III. p. 211. cuius has tantum litteras legere potuit:

Ο . . ΡΟΝΕΘΗΚ . . . .
ΤΚΑΙΥΙΟ . . .

Ὁ δεῖνα τὴν] σ[ο]ρὸν ἔθηκ[α ἑαυτῷ καὶ . . . . καὶ] υἱο[ῖς cet.

ΕΠΙΗΓΗΣΙΟΥΑΡΤΕΜΙΣΙΩΝΟΣΤΕΤΡΑΔΙΦΘΙΝΟΝΤΟΣΕΔΟΞΕΝΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΔΗΜΩ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣΔΙΟΔΩΡΟΥΑΙΓΙΚΟΡΕΥΣΜΕΣΗΣΕΠΙΜΕΝΕΣΘΕΩΣΕΙΠΕΝΕΠΕΙΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣ
ΟΑΠΟΛΛΟΦΑΝΟΥΦΗΣΙΝΤΑΣΣΥΝΤΕΛΟΥΣΑΣΤΟΥΣΚΟΣΜΟΥΣΠΑΡΑΤΗΜΗΤΡΙΤΗΠΛΑΚΙΑΝΗ
ΚΑΙΤΑΣΙΕΡΟΠΟΙΟΥΣΤΑΣΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΟΜΕΝΑΣΘΑΛΑΣΣΙΑΣΚΑΙΤΑΣΣΥΝΟΥΣΑΣΜΕΤΑΥΤΩΝ
ΙΕΡΕΙΑΣΒΟΥΛΟΜΕΝΑΣΑΝΑΘΕΙΝΑΙΕΙΚΟΝΑΧΑΛΚΗΝΚΛΕΙΔΙΚΗΣΤΗΣΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΑΞΙΟΥΝ
ΣΥΝΧΩΡΗΘΗΝΑΙΕΑΥΤΑΙΣΤΟΠΟΝΕΝΤΗΑΝΔΡΗΑΑΓΟΡΑΕΠΙΤΟΥΠΡΟΓΟΝΙΚΟΥΑΥΤΗΣΣΥΝΕ
ΔΡΙΟΥΤΟΝΑΠΟΔΥΣΕΩΣΤΟΥΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣΤΟΥΑΔΕΛΦΟΥΑΥΤΗΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΤΟΥΑΣΚΛΗΠΙ
ΑΔΟΥΔΕΔΟΧΘΑΙΤΩΔΗΜΩΔΕΔΟΚΙΜΑΣΘΑΙΤΕΤΗΝΕΙΚΟΝΑΚΑΙΕΞΕΙΝΑΙΑΥΤΑΙΣΑΝΑ
ΘΕΙΝΑΙΚΑΘΑΠΕΡΑΞΙΟΥΣΙΝΕΞΕΙΝΑΙΔΕΑΥΤΑΙΣΚΑΙΕΠΙΓΡΑΨΑΙΕΠΙΤΗΝΒΑΣΙΝΑΙΣΥΝΤΕΛΟΥ
ΣΑΙΤΟΥΣΚΟΣΜΟΥΣΠΑΡΑΤΗΜΗΤΡΙΤΗΠΛΑΚΙΑΝΗΚΑΙΙΕΡΟΠΟΙΑΙΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΟΜΕΝΑΙΘΑ
ΛΑΣΣΙΑΙΚΑΙΣΥΝΟΥΣΑΙΜΕΤΑΥΤΩΝΙΕΡΕΙΑΙΚΛΕΙΔΙΚΗΝΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΙΕΡΩΜΕΝΗΝΜΗΤΡΟΣ
ΤΗΣΕΚΠΛΑΚΙΑΣΚΑΙΠΡΟΙΕΡΩΜΕΝΗΝΑΡΤΕΜΙΔΟΣΜΟΥΝΥΧΙΑΣΕΠΑΓΓΕΙΛΑΜΕΝΗΝΚΑΙΕΠΙΔΟΥ
ΣΑΝΕΑΥΤΑΙΣΔΩΡΕΑΝΕΙΣΤΑΣΥΝΤΕΛΟΥΜΕΝΑΥΠΑΥΤΩΝΙΕΡΑΕΝΤΗΣΥΝΟΔΩΤΟΥΤΑΥΡΕΩΝΟΣ
ΤΗΠΕΜΠΤΗΣΤΑΤΗΡΑΣΕΠΤΑΚΟΣΙΟΥΣΕΥΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΚΑΙΦΙΛΟΣΤΟΡ
ΓΙΑΣΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΑΣΘΕΟΙΣΠΑΣΙΚΑΙΠΑΣΑΙΣ

*μέσης ἐπὶ Μενεσθέως εἶπεν· Ἐπεὶ Ἀρίστανδρος ὁ Ἀπολλοφάνου φησὶν τὰς συντελούσας τοὺς κόσμους παρὰ τῇ μητρὶ τῇ Πλακιανῇ καὶ τὰς ἱεροποιοὺς τὰς προσαγορευομένας Θαλασσίας καὶ τὰς συνούσας μετ' αὐτῶν ἱερείας βουλομένας ἀναθεῖναι εἰκόνα χαλκῆν Κλειδίκης τῆς Ἀσκληπιάδου ἀξιοῦν συνχωρηθῆναι ἑαυταῖς τόπον ἐν τῇ ἀνδρῴᾳ ἀγορᾷ ἐπὶ τοῦ προγονικοῦ αὐτῆς συνεδρίου τὸν ἀπὸ δύσεως τοῦ ἀνδριάντος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Διονυσίου τοῦ Ἀσκληπιάδου· δεδόχθαι τῷ δήμῳ δεδοκιμάσθαι τε τὴν εἰκόνα καὶ ἐξεῖναι αὐταῖς ἀναθεῖναι, καθάπερ ἀξιοῦσιν, ἐξεῖναι δὲ αὐταῖς καὶ ἐπιγράψαι ἐπὶ τὴν βάσιν· Αἱ συντελοῦσαι τοὺς κόσμους παρὰ τῇ μητρὶ τῇ Πλακιανῇ καὶ ἱεροποι[οὶ] αἱ προσαγορευόμεναι Θαλάσσιαι καὶ [αἱ] συνοῦσαι μετ' αὐτῶν ἱέρειαι Κλειδίκην Ἀσκληπιάδου, ἱερωμένην μητρὸς τῆς ἐκ Πλακίας καὶ προϊερωμένην Ἀρτέμιδος Μουνυχίας, ἐπαγγειλαμένην καὶ ἐπιδοῦσαν ἑαυταῖς δωρεὰν εἰς τὰ συντελούμενα ὑπ' αὐτῶν ἱερὰ ἐν τῇ συνόδῳ τοῦ Ταυρεῶνος τῇ πέμπτῃ στατῆρας ἑπτακοσίους, εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ φιλοστοργίας καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτὰς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις.*

Hegesias Cyzicenae civitatis eponymus est, ut n. 3656. Aristander, haud dubie archon; archontem eponymum Cyzici habes in titulo Imperatoriae aetatis n. 3667. ubi simul collegium archontum comparet, ex quibus duo nominati sunt; item archon comparet in nummis. Alias *ἱππάρχης* vel duo *ἱππάρχαι* vel *ἱππαρχοῦσα* sunt pro eponymis, et antiquiore aetate et Imperatoria (vide n. 3658. c. not.): ni fallor *ἱππάρχης* eponymus fuit princeps collegii archontum, qui et *ἄρχων* et *ἱππάρχης* vocari potuit; aliquando vero bini hipparchae eponymi creati sunt vel etiam *ἱππαρχοῦσα*. Qui n. 3663. 3664. archontes vocantur, ii non sunt eponymi civitatis, sed calliarchae; n. 3666. autem sitne archon civitatis universae annon, haud liquet. Asclepiades, qui rogationem tulit, propinquus videtur eius esse, pro qua dixit, Clidicae Asclepiadis filiae; is vocatur *Αἰγικορεὺς μέσης ἐπὶ Μενεσθέως*. *Αἰγικορεὺς* refertur ad tribum Cyzicenam (vide ad n. 3665.); tribus vero videntur ut Athenis in *τριττύας* divisae fuisse, ita ut *Αἰγικορεὺς μέσης* sit: *Aegicorensis ex media trittye.* Difficilius est illud *ἐπὶ Μενεσθέως*. Regem Atticum intelligebat Buherius eumque fingebat Scylacen et Placiam condidisse; ceterum corruptum locum esse, quo putabat dictum fuisse Asclepiadem descendisse ab aliquo eorum, quos Menestheus Placiam misisset, colonorum. Sed titulus Cyzicenus est, non Placiae repertus; Menestheus vero nec Placiam nec Scylacen condidisse fertur, sed Scylacium Italiae (Strab. VI. p. 261.). Mitto coniecturas Belleii praeter hanc, quod Hegesiam putavit sacerdotem esse, Menestheum magistratum civilem; quam sententiam ferri non posse intelliget, qui decretorum norit formulas. Ipsa quidem vocabulorum consecutio docet, dictionem *ἐπὶ Μενεσθέως* esse coniungendam cum verbis *Αἰγικορεὺς μέσης*: fortasse Menestheus fuit trittyarchus, ut *μέσης ἐπὶ Μεν.* sit idem quod *μέσης τῆς ὑπὸ Μενεσθεῖ*: quamquam similem formulam nusquam repperi. De Aristandro Apollophanis f. cf. ad n. 3656. et n. 3660.

## 3651.

*Parii* ex sabulo maritimo sepulcrum magnificum effodit Dubois, ediditque inscriptionem Catal. Marm. Choiseul. p. 138.

ΦΑΛΕΡΙΑ
ΕΠΙΚΤΗΣΙΣ
ΑΙΛΙΑΠΡΟΚΛΗ
ΘΥΓΑΤΡΙ
ΜΝΗΜΗΣΧΑΡΙΝ

Φαλερία Ἐπίκτησις Αἰλίᾳ Πρόκλῃ θυγατρὶ μνήμης χάριν.

Φαλερία est pro Οὐαλερία: sed coniicio scriptum fuisse Βαλερία.

## 3652.

*Ibidem* ubi n. 3650. super porta ecclesiae; ed. Murat. T. III. p. MCDXXX. 2. missum a Bimardo, item ex schedis D. de Bohn missum a Bricherio T. IV. Append. p. MMLXIV. 1. utroque loco cum Latina interpretatione. Habeo etiam ex schedis Buherii, de quarum origine dixi ad n. 3650.

Π̊ΑΙΛΙΟϹΦΙΛΩ
ΠΑΤΡΙΔΕΙΦΙΛΩ
ΚΑΙΘΡΕΠΤΗΜΥΡ
ΝΑΛΙΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ ❦

Initio exemplum Bimardi ap. Mur. ΠΟ.. sed Bricherianum Π̊. Porro utrumque Muratorii exemplum habet ω et C, ac vs. 4. Bimardianum ΤΑΛΑΙ ΜΝΗΜΗC ex correctione manifesta, quam Buh. in margine apposuit, Bricherianum vero vs. 3. extr. CΜΥΡ (p. ΜΥΡ) et vs. 4. ΝΑΛΙ cet. Omnia haec apographa ex eodem fonte manarunt. Ego expressi schedas Buherii, nisi quod ex Bimardiano addidi foliolum.

Πό(πλιος) Αἴλιος Φίλω[ν] πατρὶ Δειφίλῳ (hoc est Διφίλῳ) καὶ θρεπτῇ Μυρ[τ]άλ[ῃ] μνήμης χάριν.

## 3653.

Ex *Parii* reliquiis in vico Camaris; ed. Murat. T. IV. Append. p. MMLVII. cum Latina interpretatione. Muratorio miserat Bricherius, cui dederat Frölichius acceptum a P. de Bohn S. I.

ΚΛΟΔΙΑ
ΒΕΝΥϹΤΑ
ΜΟΥϹΗΘΥΓΑ
ΤΡΙΜΝΗΜΗϹ
ΚΑΡΙΝΚΑΙΜΗ
ΕΞΟΝϹΙΝΑΙΑΛ
ΛΟΝΒΛΗΘΗΝ
ΑΙ

C an in lapide sit, non Σ vel ⊏, incertum est; nam Mur. etiam in titulis prioribus C habet, ubi nostrae schedae Σ vel ⊏ praebent.

Κλ[ω]δία Βενύστα (Venusta) Μούσῃ θυγατρὶ μνήμης [χ]άριν. καὶ μὴ ἐξὸν [ε]ἶναι ἄλλον βληθῆναι.

## 3654.

*Parii* (in vico Camaris); ed. Huntius in Walpol. Mem. p. 88.

ΠΟΠΛΙΟΣΚΑΙΚΑ
ΚΟΙΝΤΟΣΓΟΝΕΥΣΙΝ
ΜΝΗΜΗΣΧΑΡΙΝ

Πόπλιος Καικ[ίλιος?] Κόϊντος γονεῦσιν μνήμης χάριν.

Praenomen *Quintus* h. l. nominis vices sustinet; cf. ad n. 3408.

---

# SECTIO QUINTA.

## CYZICUS CUM ARTACE, INSULA HALONE, INSULA PROCONNESUS, PANORMUS, BESBICUS INSULA, LOPADIUM, APOLLONIA AD RHYNDACUM, POSTREMO LOCI MYSIAE INCERTI.

## 3655.

Lapis *Cyzicenus* Venetiis in Museo Grimano; ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 45. p. 336. sed mendis inquinatum, cum Latina interpretatione, melius Montfauc. Diar. Ital. p. 38. cum Latina interpretatione refecta sed tamen passim falsa.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Litterarum formas dedi ex Montf. Palaeogr. Gr. p. 144. ubi aeri incisae sunt; in lapide tamen modo Π modo Γ̄ est, incertum quibus utrumque locis. Tituli formam dedi ex Montf. Diar. Fundus lectionis est textus Montf. Vs. 1. extr. Spon. ΠΟΡΙΟΝΙ ΚΟΣ. Vs. 3. Montf. ΕΝΠΡΟΣΤΕ, Spon. quod dedi. Ibid. extr. Spon. ΦΙΛΟΣ. Vs. 5. extr. Spon. ΑΠΙΑΝ ΤΟΝ. Vs. 12. ΣΤΕΦΑΝΩΝΑΙ etiam Spon. Vs. 29. Spon. ΕΠΙΜΕΛΗΘΗΣΑΙΣΧΙΝΗΣ. Annotat Montf.: „In his duabus postremis lineis paulum erasae litterae sunt. Sponius male haud dubie legit, sic putavi legendum Σθύνης". Reliqua Sponii menda omitto.

ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΥΝΤΟΣ
ΤΟΥΑΡΙΣΤΟΛΟΧΟΥΕΦΗΒΑΡΧ...
ΕΠΙΑΠΟΛΛΟΦΑΝΟΥΤΟΥΑΡ....
ΟΙΔΕΕΚΩΛΕΚΡΑΤΗΣΑΝΕΠ
ΕΤΑΙΡΙΩΝΚΟΡΡΑΓΟΥ
ΤΙΜΟΘΕΟΣΠΟΤΑΜΩΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΠΠΙΔΗΣΑΡΙΣΤΟΓΕΝ....
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΑΡΙΣΤΟ......
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΑΝΔΡΟΝ....
ΗΡΑΚΛΕΟΔΩΡΟΣΗΡΑΚΛ....
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΣΑΠΟΛΛ....
ΔΙΩΝΠΡΟΜΗΘΙΩΝΟΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣΜΕΙΔΙΟΥ
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΚΑΙΕΝΤΟΙΣΦΙΛΕΤΑΙΡΕΟΙΣ
ΑΡΙΣΤΟΓΕΝΗΣΑΡΙΣΤΟΚΛ....
ΑΡΤΕΜΩΝΒΑΚΧΙΟΥ
ΔΙΟΚΛΗΣΜΗΝΟΔΩΡΟΥ

*Γυμνασιαρχοῦντος [τοῦ δεῖνος] τοῦ Ἀριστολόχου ἐφηβάρχ[ου], ἐπὶ Ἀπολλοφάνου τοῦ Ἀρ[ιστάνδρου] οἵδε ἐκωλ[α]κρ[έ]τησαν ἐ[ν τοῖς - - -*
*Ἑταιρίων Κορράγου,*
*Τιμόθεος Ποτάμωνος,*
*Καλλιππίδης Ἀριστογέν[ους,*
*Ἀπολλόδωρος Ἀριστο - -*
*Ἀπολλόδωρος Ἀνδρον[ίκου,*
*Ἡρακλεόδωρος Ἡρακλ[ε - -*
*Ἀρίστανδρος Ἀπολλ[οφάνου,*
*Δίων Προμηθίωνος,*
*Ἀσκληπιάδης Μειδίου,*
*Μητρόδωρος Διονυσίου,*
*καὶ ἐν τοῖς Φιλεταιρέοις*
*Ἀριστογένης Ἀριστοκλ[ε - -*
*Ἀρτέμων Βακχίου,*
*Διοκλῆς Μηνοδώρου.*

Apollophanes est eponymus, de quo vide ad n. 3657. Eius pater videtur Aristander Apollophanis filius esse. Aristandrum Apollophanis filium vidimus n. 3656. et 3657. atque idem nomen haud dubie scriptum habetur vs. 11. Qui vs. 11. scriptus est colacretes, eum probabile est filium archontis esse; qui vero n. 3656. et 3657. comparet, is potest vel filius vel pater eiusdem eponymi esse. Vs. 4. in marmore est ΕΚΩΛΕΚΡΑΤΗΣΑΝ, quod vitium lapidarii esse mihi cum Ruhnk. in Tim. Lex. Plat. p. 172. videtur. Colacretarum magistratus Athenis Miletum, Mileto Cyzicum traductus videtur; de Atheniensium colacretis vide Oec. civ. Athen. T. I. p. 186 sq. coll. p. 385. Cyzici colacretas cum gymnasiis vel certe cum ludis coniunctos fuisse hic titulus docet, et singulis quidem ludis, qui in gymnasiis haberentur, peculiares esse colacretas attributos. Nimirum antiquitus colacretae Athenis universam rem pecuniariam civitatis administrabant tam sacram, quantum ad rempublicam pertineret, quam profanam: fuerunt igitur universae reipublicae quaestores et pecuniarum dispensatores: Athenis vero quum hoc nomen Cyzicum propagatum esset, fieri potuit, ut Cyzici in decursu aetatum non solum qui universae reipublicae reditibus accipiendis et dispensandis praeessent, colacretae vocarentur, sed etiam qui singulis institutis impendendas pecunias dispensarent, *huius partis* vocarentur *colacretae*. Igitur in hoc titulo nominantur, qui colacretarum munere functi erant in Philetaereis sollemnibus et in aliis quibusdam. Vs. 4. extr. ΕΠ non potest verum esse: desideratur *ἐν* ac nomen festi vel ludorum, ut vs. 15. est *ἐν τοῖς Φιλεταιρε(ί)οις*. Miror Ruhnkenium (l. c.), qui putaverit legendum: *ἐκωλακρέτησαν ἐπ' ἑταιρίων, Κορράγου Τιμόθεος* etc. quo nihil potest perversius dici. *Ἑταιρίων* est nomen Cyzici usitatum; vide n. 2158. In priori, quod nominatum erat, festo colacretae fuerunt decem; in altero tantum tres. Altera haec sollemnia sunt *τὰ Φιλεταίρεια*, acta in honorem Philetaeri principis Pergameni. De coniunctione Cyzicenorum cum Pergamenis principibus vide Marquardt. Cyz. p. 73 sqq. Ceterum Belleius mirifice hoc *Φιλεταιρέοις* putabat masculinum esse, et *τοὺς Φιλεταιρείους* fingebat esse collegium aliquod, quod si extitisset, vocatum esset *τὸ κοινὸν τῶν Φιλεταιριστῶν*, ut alibi habuimus *τὸ κοινὸν τῶν Ἀτταλιστῶν* et similia.

## 3661.

Inscriptio *Cyzicena* in coronide posita, Parisiis in aedibus bibliothecae; lapis longus pedes IV pollices III, latus pollices VIII, crassus pollices tres cum semisse. Ed. Caylus Rec. d'Ant. T. II. P. III. tab. 67. cum explicatione Belleii p. 254 sqq.

ΙΠΠΑΡΧΟΥΝΤΩΝΤΕΡΕΝΤΙΔΩΝΑΤΟΥΚΒΕΙΒΙΑΜΦΙΚΤΥΟΝΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ
ΤΗΣΙΕΡΑΣΒΟΥΛΗΣΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣΤΟΥΒΚΑΛΛΙΑΡΧΟΥΝΤΟΣ
ΟΙΔΕΕΠΡΥΤΑΝΕΥΣΑΝΜΗΝΑΤΟΝΑΠΑΤΟΥΡΕΩΝΑ
...............ΚΑΙΟΙΝΩΠΕΣ

*Ἱππαρχούντων Τερεντί(ου) Δωνάτου καὶ Βειβί(ου) Ἀμφικτύονος, γραμματέως τῆς ἱερᾶς βουλῆς Νικομήδους τοῦ β̄ καλλιαρχοῦντος, οἵδε ἐπρυτάνευσαν μῆνα τὸν Ἀπατουρεῶνα·*
*[Ὅπλητες] καὶ Οἰνῶπες.*

Deficiunt nomina per duas columnas disposita.

De hipparchis vide ad n. 3658. et de prytanibus ad n. 3663. ubi simul de calliarcha dixi. Mire hic dicitur *τοῦ β̄ καλλιαρχοῦντος*: si enim Nicomedes tum ipsum calliarcha erat, exspectabas *τοῦ τὸ β̄ (δεύτερον) καλλιαρχοῦντος*, ut n. 3664. 29.: sin prius bis calliarcha fuerat, dicendum erat *τοῦ β̄ (δὶς) καλλιαρχήσαντος*. De mensibus dixi ad n. 3664. Ante verba *καὶ Οἰνῶπες* periit nomen tribus; *Ὅπλητες* eo loco repositi sunt a Marquardto Cyz. p. 54. recte opinor (vide ad n. 3663.). De tribubus ipsis vide ad n. 3665.

## 3656.

*Cyzici*; ed. Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 2. s. 3. p. 27. n. 2.

ΕΠΙΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟΥΤΟΥΛΙUΛΛΟΙ
ΣΩΣΙΒΙΟΥΚΑΙΘΕΩΡΟΙΟΙΝΟΒΙΟΣΕΥΝΕΩΙΚΕΣΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΑΠΟΣ
ΨΗΦΙΣΜΑΤΑΠΑΡΑΡΟΔΙΩΝΕΠΙΕΡΕΩΣΑΡΑΤΟΦΑΝΕΥΣΣΜΙΝΘΙΟΥΠΡΥΤΑΙΕΞΙ
ΕΔΟΞΕΙΤΩΙΔΑΜΩΙΕΠΕΙΔΗΚΥΣΙΚΑΝΟΙΦΙΛΟΚΑΙΕΥΝΟΙΚΑΙΣΥΜΜΑΧΟΙΥΠ
ΤΩΙΔΑΜΩΙΑΠΕΣΤΑΑΚΑΝΤΙ . ΨΑΦΙΣΜΑΚΑΙΑΡΧΙΘΕΟΡΟΝΑΠΑ
ΚΑΙΘΕΩΡΟΥΣΟΙΝΟΒΙΟΝΚΑΙΚΕΣΙΟΝΟΙΤΑΝΤΕΚΑΤΑΓΓΕΛΙΑΜΕΠΟΗΣ .
ΔΙΣΔΕΠΕΝΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣΕΠΙΤΑΝΒΟΥΛΑΝΚΑΙΤΑΝΕΙΟΚΛΗΑΝΧ\Σ
ΤΟΙΣΕΝΤΩΙΨΑΦΙΣΜΑΤΙΚΑΤΑΚΕΚΟΡΙΣΜΕΝΟΙΣΣΠΟΥΔΑΣΚΑΙ
ΟΥΘΕΝΕΛΛΕΙΠΟΝΤΕΣΕΠΟΙΗΣΑΝΤΟΔΕΚΑΙΤΑΝΕΠΙΔΑΜΙΑΝΑΞΙΩΣ
ΤΑΝΠΟΛΙΩΝΑΠΟΚΡΙΝΑΣΘΑΙΑΥΤΟΙΣΟΤΙΟΔΑΜΟΣΤΑΝΤΕΤΟΥΤΟΥ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΝΠΕΡΙΠΛΕΙΣΤΟΥΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣΚΑΙΤΑΝΚΥΖΙΚΑΝΩΝ
ΔΙΑΤΗΡΩΝΤΑΝΤΕΚΑΤΑΓΓΕΛΙΑΝΑΠΟΔΕΧΕΤΑΙΜΕΤΑΠΑΣΑΣ
ΚΑΙΕΠΑΡΟΔΟΥΘΩΝΤΟΙΣΥΠΟΚΥΖΙΚΑΝΩΝΑΞΙΟΥΜΕ . . ΣΧΟΣΤ
ΣΥΝΟΥΣΕΥΝΤΑΣΟΠ . . . ΣΔΕΚΑΙΣΥΤΕΛΕΣΟΗΤΑΤΑΡΑ

*Ἐπὶ Ἀριστάνδρου τοῦ [Ἀπ]ολλο[φάνου ἀρχιθέωρος Ἀπατούριος?*
*Σωσιβίου καὶ θεωροὶ Οἰνόβιος Εὔνεω, Ἱκέσιος Διονυσίου ἀποσ[ταλέντες ἀπέδωκαν τάδε τὰ*
*ψηφίσματα παρὰ Ῥοδίων· Ἐπ[ὶ] ἱερέως Ἀρατοφάνευς Σμινθίου, πρυτα[ν]ε[ύοντος - - - -*
*ἔδοξε[ν] τῷ δάμῳ· Ἐπειδὴ Κυ[ζ]ικανοὶ φίλο[ι] καὶ εὖνοι καὶ σύμμαχοι ὑπ[άρχοντες*
*τῷ δάμῳ ἀπεστά[λ]καντι ψάφισμα καὶ ἀρχιθέ[ω]ρον Ἀπα[τούριον?*
*καὶ θεωροὺς Οἰνόβιον κα[ὶ] Ἱκέσιον, οἳ τάν τε καταγγελίαν ἐποήσ[αντο καὶ αὐτοὶ*
*δι[έλ]ε[γ]εν ἐπελθόντες ἐπὶ τὰν βουλὰν καὶ τὰν ἐ[κ]κλη[σί]αν [ἀκολούθως*
*τοῖς ἐν τῷ ψαφίσματι κατακεχ[ω]ρισμένοις, σπουδᾶς καὶ [φιλοτιμίας*
*οὐθὲν ἐλλείποντες, ἐποιήσαντο δὲ καὶ τὰν ἐπιδαμίαν ἀξίως [ἀμφοτερᾶν*
*τᾶν πολίων· ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς, ὅτι ὁ δᾶμος τάν τε [π]ο[τὶ] τοὺ[ς θεοὺς*
*εὐσέβειαν περὶ πλείστου ποιούμενος καὶ τὰν Κυζικανῶν [φιλίαν*
*διατηρῶν τάν τε καταγγελίαν ἀποδέχεται μετὰ πάσας [προθυμίας*
*καὶ ἐπα[κ]ο[λ]ουθῶν τοῖς ὑπὸ Κυζικανῶν ἀξιουμέ[νοι]ς χοστ - - - -*
\- - - - - - - - - - - - - -
*ε]ὔνους ἐ[ό]ντας. ὅ[π]ως δὲ καὶ συ[ν]τελεσ[θ]ῇ τὰ [π]αρὰ [Κυζικανῶν* cet.

Vs. 1. vocem *Ἀπολλοφάνου* supplevi ex n. 3657. conf. n. 3660. 3. 11. unde simul probabile fit titulum hunc fere non antiquiorem Philetaero Pergamenorum principe esse, certe si qui in his inscriptionibus memoratur Aristander Apollophanis f. idem in omnibus est, vel si ii paucis tantum aetatibus dirempti sunt; immo secundo ante Christum saeculo vix superior haec inscriptio fuerit, quum praesertim in titulo n. 3657. Iota mutum constanter omissum sit. Antiquior est Apollophanes Cyzicenus ap. Xenoph. IV, 1, 29. Plutarch. Ages. 12. Architheori nomen ex vs. 5. petii. Vs. 2. sub finem incerta restitutio est: si tamen vs. 3. verum est *ψηφίσματα*, nec potius legendum *ψήφισμα τὸ π. Ῥοδ.* necessarium est plura decreta hic scripta fuisse, ac proinde vs. 2. extr. *τάδε τὰ* vel simile supplendum est. Qua de re Cyziceni ad Rhodios miserint, non constat, nisi quod de sacris: de quibus quod agebatur, decreto Rhodiorum praeter prytanem eponymum sacerdos praescriptus est. De prytane Rhodiorum eponymo cf. Paulsen. Rhod. p. 55. Ad vss. 6. 7. prout eos correxi, cf. n. 3947 sqq. Post vs. 13. coniicio integrum versum a Poc. omissum esse.

## 3657.

Marmor *Cyzicenum*, altum pedem et pollices sex cum semisse, latum quattuor pedes et pollices quinque, crassum pollices quinque cum semisse, repertum Artacae (Ardek s. Artak, Artaki, Artakui) in paeninsula prope Cyzicum, et hinc translatum Constantinopolin, Constantinopoli vero Avenionem ad Marchionem de Caumont, nunc Parisiis in aedibus bibliothecae; primus edidit Buherius (Recherches et Dissertations sur Herodote p. 116.) cum Latina interpretatione et notis inutilissimis, sed falso tribuit Placiae; dein Caylus Rec. d'Ant. T. II. P. III. tab. 59. aeri incisum, sed praeter fidem lapidis scriptura non continua (vide Caylus. p. 170.), cum interpretatione et notis Belleii p. 193 sqq. qui usus est explicatione a Peyssonelio missa. Habeo etiam ex schedis Parisinis nescio cuius a Bekkero transcriptis, ex quibus notavi locum ubi lapis repertus est.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Formam litterarum dedi ex aere Caylusii quamvis minime fido. Versuum longitudinem prope aequalem repraesentavi; ex nullo eorum, quibus usus sum, apographorum de forma tituli iudicare licet. Vs. 4. Buh. ΠΡΟΣΑΓΟΜΕΝΑΣ, quod ipse recte correxit. Vs. 7. Buh. ΤΟΥΑΠΟ. Vs. 9. Cayl. ΚΑΤΑΠΕΡ, ceteri quod dedi. Vs. 12. Buh. ΜΟΥΝΙΧΙΑΣ. Omitto manifesta exempli Buh. vitia.

*Ἐπὶ Ἡγησίου Ἀρτεμισιῶνος τετράδι φθίνοντος ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, Ἀσκληπιάδης Διοδώρου Αἰγικορεὺς*

## 3663.

Marmor *Cyzicenum* Parisiis, utroque latere perscriptum, altum pedem et pollices IX, latum pedem et pollices quinque, crassum pollices VII cum semisse; ed. Caylus l. c. tab. 71. 72. cum explicatione Belleii p. 261 sqq. *A.* est in adverso, *B.* in averso plano. Extrema dicuntur mutila esse. Ceterum partis *A.* vss. 1–5. ante Caylusium ex amici cuiusdam apographo ediderat Corsinus F. A. T. II. p. 470. cf. Nott. Gr. l. c. in animadversionibus nostris.

*A.*

\- - - - - - - - -
. . . ONTOΣTHΣNEΩKOPOYBOY . . .
AIMIΛIOYAIΛIANOYITAΛOYOIΔEEΠPY
TANEYΣANMHNAKAΛAMAIΩNAKEKAΛΛIA
ΣANTONΠANHMONEΠIAPXONTOΣΦIΛH
NOYTPOΦIMOY
A I Γ I K O P E I Σ
Π AIΛ OYΛΠIANOΣAΘHNOΔΩPOΣΓPAM
IOYΛ ΔIOΓENIANOΣΓPAM
ΠOΣIΔHΣAPIΣTΩNOΣ
. APMENIΣMHTPOΔΩPOY
. AIΛ MENIΣKIANOΣAΣKΛHΠIAΔHΣ
OKTABIOΣMAΞIMOΣΠPOΣO
. ONΠΩNIOΣAΓAΘHMEPOΣMYΣTAP
. . ΘIΩNAΣKΛHΠIAΔOYOINOΦ
. . . ΣTOΣΠOMΠΩNIOΣKAPΠOΣEΠIΘ
. . . KΛANΘOΣ
Π KΛ EΠIKTHTOΣBAΣI
M BAIBIOΣAIKOYANOΣMOΔEΣTOΣBAΣI
TI KAPHΓΛOΣBAΣI
ΣΩΣIMOΣKΛEANΔPOYAΠOΛΛΩNIOΣBAΣ
ΔΩPOΣAΠOΛΛΩNIOYBAΣ
ΘEAΓENHΣBΦIΛOT
ΦOYΛBIOΣMENANΔPOΣΦIΛ
EΠAΦPOΔEITOΣAΘHNAIΔOΣ
ΠIOΣΦOYΛBIOΣΔΩΣO
\- - - - - - -

*B.*

\- - - - - - - - - -
Π AIΛIOΣOYΛΠIANOΣAΘHNOΔΩPOΣ
ΓAMMATEYΣ KΦYΛ
ΠOΣIΔHΣAPIΣTΩNOΣΓ
Γ IOYΛIOΣΔIOΓENIANOΣΓ
T AIΛIOΣIOYΛIANOΣEPMOΔΩPAΦ
T IOYΛIOΣKPIΣΠOΣΛAΛOΣBA
TI KΛYMNOΣΠPOΣOΔ
Π ΠΛΩTIOΣΛOΓΓEINOΣKΛAYΔM
EΠAΦPOΔEITOΣMYPINOYMYΣT
M ΠEPΠEPNAΣΔIΔYMOBAΣKIEPΦI
ΣEΞ Λ AIΛ MEΣTPIOΣΣΠENΔΩNBAΣ
Γ IOYΛIOΣEYTYXOΣBAΣ
. . TEΣAΣAΓAΘOKΛEOYΣBAΣ
. . . . . IOYΛIANOΣ
. . . . KYΛAΣ
\- - - - - -

*A.* vs. 6. maioribus characteribus scriptus est. Cors. vs. 1. . . . . . ONTOΣ, vs. 2. OIΔEΠPY, vs. 3. KAΛΛIMAIΩNAK-KAΛΛIA, vs. 5. inde ab initio . . . . . TPOΦIMOY. In lapide esse KAΛAMAIΩNA diserte annotatum est in tabula Caylusii.

*A.*

\- - - - - - - - - - - -
γραμματεύ]οντος τῆς νεωκόρου βου[λῆς] Αἰμιλίου Αἰλιανοῦ Ἰταλοῦ, οἵδε ἐπρυτάνευσαν μῆνα Καλαμαιῶνα καὶ ἐκαλλίασαν τὸν Πάνημον ἐπὶ ἄρχοντος Φιλή[μονος τ]οῦ? Τροφίμου·
Αἰγικορεῖς·
Π. Αἴλ(ιος) Οὔλπιανὸς Ἀθηνόδωρος γραμ(ματεύς),
Ἰούλ(ιος) Διογενιανὸς γραμ(ματεύς),
Ποσίδης Ἀρίστωνος,
[Π]άρμενις Μητροδώρου,
Αἴλ. Μενισκιανὸς Ἀσκληπιάδης,
Ὀκτάβιος Μάξιμος προσο(δ.),
[Π]ονπώνιος Ἀγαθήμερος μυστάρ(χης),
. . θίων Ἀσκληπιάδου οἰνοφύ(λαξ),
[Σέξ]στος Πομπώνιος Κάρπος ἐπιθύ(της),
[Τι](βέριος) Κλ(αύδιος) Ἄνθος,
Π. Κλ(αύδιος) Ἐπίκτητος βασι(λεύς),
Μ. Βαίβιος Αἰκουανὸς Μόδεστος βασι(λεύς),
Τι(βέριος) Κ[λ](αύδιος) Ῥῆγλος βασι(λεύς),
Σώσιμος Κλεάνδρου Ἀπολλώνιος βασ(ιλεύς),
Δῶρος Ἀπολλωνίου βασ(ιλεύς),
Θεαγένης $\overline{\beta}$ φιλοτ.
Φούλβιος Μένανδρος φιλ(οτ.),
Ἐπαφρόδειτος Ἀθηναΐδος,
Πίος Φούλβιος Δώσ[ων]?
\- - - - -

*B.*

\- - - - - - -
Π. Αἴλιος Οὔλπιανὸς Ἀθηνόδωρος γραμματεὺς καὶ φιλ(άρχης),
Ποσίδης Ἀρίστωνος γρ(αμματεύς),
Γ. Ἰούλιος Διογενιανὸς γρ(αμματεύς),
Τ. Αἴλιος Ἰουλιανὸς Ἑρμόδωρ[ος] φυ(λάρχης),
[Γ.] Ἰούλιος Κρίσπος Λάλος βα(σιλεύς),
Τι(βέριος) Κλύμ[ε]νος προσοδ.
Π. Πλώτιος Λογγεῖνος Κλαυδ(ιανὸς) μύ(στης),
Ἐπαφρόδειτος Μυρίνου μύστ(ης),
Μ. Περπέρνας Διδύμο[υ]? βασ(ιλεὺς) καὶ ἱερ(ῶν)? φι(λοτ.),
Σέξ(τος) Λ(ούκιος) Αἴλ(ιος) Μέστριος Σπένδων βασ(ιλεύς),
Γ. Ἰούλιος Εὔτυχος βασ(ιλεύς),
. . τεσᾶς Ἀγαθοκλέους βασ(ιλεύς),
. . . . . Ἰουλιανός,
. . . [Ἀ]κύλας?
\- - - - - -

De mulieribus sacra administrantibus (vs. 3 sqq.) cf. Marquardt. Cyz. p. 100 sq. ubi etiam de matre Placiana, Placia Cyzicum traducta. Ad *ἀνδρείαν ἀγορὰν* conferenda ex Menandro *γυναικεία* (Poll. X, 18.). *Συνέδριον* non curiam publicam hic significare videtur, sed exedram familiae propriam. Dianam Munychiam sponte patet Athenis Miletum Mileto Cyzicum traductam esse. Vs. 13. comparet Taureon mensis ut n. 3658. Stateres dubium est aurei an argentei intelligendi sunt: posterius magis probo, quod nimia videtur pecuniae vis esse, si hi stateres aurei Cyziceni fuerint. De aureis Cyzicenis dixi in Oec. civ. Athen. et in Disquisitt. metrol. de argenteis nummis Cyzicenis vide numismaticos scriptores et catalogos: de his enim rebus non hic agendi locus est. In fine supple *ἀνέθεσαν*.

## 3658.

**Tabula marmorea, olim *Cyzici*, nunc in museo Regis Sueciae; dedit nobis Schröderus, bibliothecae Upsaliensis praefectus. Nos communicavimus cum Marquardto, qui edidit Cyz. p. 91.**

ΜΗΝοΣΤΑΥΡΕΩΝοΣΤΡΙΤΗΙΑΠΙ
ΟΝΤΟΣΕΠΙΙΠΠΑΡΧΕΩΒΟΣΠΩΝΟΣ
ΕΔΟΞΕΝΤΟΙΣΠΟΛΙΤΑΙΣ..ΦΙΛΟΣΑΠ
ΛΛΩΝΙΟΥΕΙΠΕΝΕΠΕΙΔΗΕΤΑΡΡΙΑΣΗΞ
ΩΣΕΝΘΕΟΓΝΗΤΟΝΚΑΙΤΟΥΣΠΟΛΙΤΑΣΔΙΑ
ΛΥΘΗΝΑΙΥΠΕΡΑΠΑΝΤΩΝΤΩΝΠΡΟΣΑΛ
ΛΗΛΟΥΣΔΙΑΛΕΛΥΣΘΑΙΑΥΤΟΥΣΔΟΥΝΑΙ
ΔΕΤΟΥΣΠΟΛΙΤΑΣΘΕΟΓΝΗΤΩΙΣΤΑΤΗΡΑΣ
ΕΚΑΤΟΝΑΛΛΑΞΑΣΘΑΙΔΕΑΥΤΩΙΚΑΙΤΑΓ
ΜΕΝΗΙ ΕΞΑΡΧΗΣ
ΠΑΤΕΡΕΣ ΕΣΘΛ

*Μηνὸς Ταυρεῶνος τρίτῃ ἀπιόντος, ἐπὶ ἱππάρχεω Βόσπωνος* (?) *ἔδοξεν τοῖς πολίταις, [Δί]φιλος [Ἀ]π[ο]λλωνίου εἶπεν· Ἐπειδὴ Ἑτα[ι]ρίας ἠξ[ί]ωσεν Θεόγνητον καὶ τοὺς πολίτας διαλυθῆναι ὑπὲρ ἁπάντων τῶν πρὸς ἀλλήλους, διαλελῦσθαι αὐτούς· δοῦναι δὲ τοὺς πολίτας Θεογνήτῳ στατῆρας ἑκατόν· ἀλλάξασθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὰ - - μέν[α] - - - - - ἐξ ἀρχῆς* cet.

Hipparches hic est eponymus (cf. ad n. 3657.), ut n. 3661. bini *ἱππαρχοῦντες*, n. 3665. *ἱππαρχοῦσα*; item n. 2157. 2158. formula *ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἱππάρχεω* ita scripta est, ut pateat *ἱππάρχην* fuisse Cyzicenorum eponymum: quamobrem non dubitavi inter Cyzicenos titulos referre etiam n. 3668. ubi habes *ἱππαρχοῦντος Βουλείδου τοῦ Μητροδώρου* et deinceps *ἐπὶ Θεογνήτου τοῦ - - - ἱππάρχεω*. Mira deinde formula est *ἔδοξε τοῖς πολίταις* (non *τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ*), quae non potest sine causa usurpata esse. Ni fallor, concio habita est civium extraordinaria, qua cives quasi privati congregarentur, ut transigeretur cum Diogneto, qui a civibus, non ab aerario publico, sibi deberi pecunias contenderet. Theognetus vero et ipse Cyzicenus fuit haud dubie; hipparchen Theognetum habes n. 3668. in cuius magistratu C. Iulio Caesari classe auxilium tulerunt Cyziceni. Et fortasse Theognetus tituli n. 3658. est idem atque ille hipparches; fortasse in illam classem impensas fecit Theognetus, quas a singulis posthac civibus exigeret. Etsi enim hic titulus iis characteribus scriptus est, qui etiam remotiori aetati conveniant, tamen non negaverim eum in C. Iulii Caesaris aetatem incidere.

## 3659.

**Inter *Cyzicenas* inscriptiones ed. Paulus Lucas Itin. Gr. As. min. Maced. et Afric. T. I. p. 295. n. 6. sed ut repertam Dorylaei (Eskischehr) p. 302. n. 22.**

ΔΕΕΠΙΠΡΟΦΑΤΕΩΣΤ
ΙΣΙΣΤΟΜΜΗΡΗΟΝ

Hoc est prius exemplum; in altero uterque versus in unum coniunctus est, et pro ΙΣΙΣ legitur ΕΙΙ. Vs. 1. legendum videtur: *ἐν - - -] δὲ ἐπὶ προφ[ή]τεω [τοῦ δεῖνος]*. Cf. n. 108. et passim. Terminatio Ionica, quam Cyzici habemus in voce *ἱππάρχεω* (vide n. 3659. et locos ibi allatos) et n. 2157. in nomine proprio *Ἀρίστεω*, magis suadet ut Cyzico tribuamus hunc titulum quam Dorylaeo.

## 3660.

**Marmor *Cyzico* Parisios allatum, nunc in aedibus bibliothecae regiae, altum pedes II pollices III cum semisse, latum pedem cum pollice, crassum pollices V; ed. Caylus Rec. d'Ant. T. II. P. III. tab. 65. cum translatione et notis Bellei p. 231 sqq. In aere Caylusii tam hic quam in reliquis Cyzicenis titulis vocabula intervallis distincta sunt praeter fidem lapidis (vide Caylus. p. 170.).**

menstrui igitur fuerunt οἱ καλλιάσαντες, quod patet etiam ex n. 3662. His qui praeest vocatur καλλιαρχῶν (n. 3661.), vel ἄρχων τοῦ καλλι. (n. 3664. bis); idemque n. 3663. intelligendus, ubi dicitur ἐκαλλίασαν τὸν Πάνημον ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνος. Corsinus vocem ἐκαλλίασαν explicat de coniectura: *sacris operati sunt*; neque hoc magnopere discedere a vero videtur. Nota est Athenis curia iudicum κάλλιον (Lex. rhet. ap. Bekker. Anecd. T. I. p. 269. extr. quem locum emendavit Schömannus de sortitione iudicum p. 41.) sive accuratius τὸ Μητίχου κάλλιον (Poll. VIII, 121.), quod etiam Μητίχου s. Μητιόχου τέμενος vocatur (Hesych. v. Lex. rhet. ap. Bekker. Anecd. T. I. p. 309.): κάλλιον est igitur fere idem quod τέμενος. Hinc Lex. rhet. p. 270: κάλλιον· λυπρὸς ναὸς ἐξ αὐτοσχεδίου γενόμενος. Fuerit igitur Cyzici τέμενος aliquod, in quo sacra nescio quae agerentur et conventus: huius praeses fuit καλλιάρχης quidam s. ἄρχων τοῦ καλλί(ου), et sacrorum illorum conventuumque curatores videntur καλλιάζοντες vel καλλιῶντες dicti; ex quibus formis vera videtur prior, ut dicitur τεμενίζειν, ἡλιάζειν, quae verba eodem modo a nominibus locorum derivata sunt. Calliarchen sumpsi in hoc titulo esse Philemonem Trophimi f.: in utroque apographo enim habetur ΦΙΛΗ; ΝΟΥ vero, quod ap. Cayl. in tabula aerea est, omittitur apud Corsinum, nec facile potest verum esse. Omnino enim tabulis istis aeri incisis non magna fides habenda est, quippe quae hinc inde manifesta offerant vitia. Ex nominibus, quae supersunt, Aegicorensium, aliquot supplevi vel emendavi. Vs. 15. dedi Σέξστος, quae scriptura satis nota est. Vs. 16. Belleius putabat esse nomen mutilatum - - - *clanthus*; quod dedi haud dubium est. Vs. 18. Αἰκουανὸς est *Aequanus*; vs. 19. Ῥῆγλος *Regulus*, ut Πρόκλος *Proculus*, quod miror latuisse Belleium, apud quem prodit Tib. Careglus. Vs. 20. Ἀπολλώνιος est pro usitatiori ὁ καὶ Ἀπ. Sigla, quae in fine nominum in hac columna addita vides, non omnia sunt aperta. Vs. 12. est προσο, sicut n. 3664. II. 32. atque ut videtur ibid. I, 1. pro quo col. *B.* vs. 8. plenius est προσοδ. Quod utrum ad redituum (προσόδων) rationem an ad prosodia pertineat, dubites: prius sumpsit Belleius p. 248 sq. ac proinde putat hoc siglo denotari προσοδευτὴν s. προσοδίτην, quae vox possit quaestorem aliquem significare. Mox cum Belleio dedi ἐπιθύτης et οἰνοφύλαξ; hunc hic censet Cyzici custodiam cellarum vinariarum reipublicae habuisse. Sed οἰνοφύλαξ videtur potius in conviviis prytanum vel in sacris Callii vini custodiam habuisse, ut οἰνόπται, magistratus vilis, quem ipse iam Belleius contulit, in conviviis publicis Atheniensium rem vinariam et lucernas curabant (Athen. X. p. 425. A. B. Poll. VI, 21 sq. Hesych. et Phot. v.). Conferuntur etiam σιτοφύλακες Atheniensium et a Belleio et a Marquardto Cyz. p. 84. non recte opinor. Tum frequens et hic et col. *B.* est nota, qua designatur βασιλεύς; reges sacrificulos mysteriorum recte intelligunt Belleius p. 241. Marquardtus p. 55. 127.; falso tamen Belleius huc rettulit βασιλέα n. 2157. qui Samothracum est eponymus. De notis φιλοτ. φιλ. vide ad n. 3662. et de nota β̄ ad n. 3664.

De col. *B.* paucissima annoto. Est hic recensus similis priori inscriptioni, isque Aegicorensium; initio quum desint praescripta, quo fine hic nominum recensus institutus sit nescimus. Primo loco tres personae scriptae sunt eaedem quae col. *A.* primae sunt, non tamen eodem prorsus quo col. *A.* ordine: et col. *A.* Posidae nomini nulla muneris nota addita est, col. *B.* vero vocatur γραμματεύς. Reliqua nomina differunt. Vs. 5. mira est lectio ΕΡΜΟΔΩΡΑ, quae defendi non potest voce ΒΕΙΒΙΑ n. 3664. col. II. 23. quae videtur decurtata esse; idem iudicandum de scriptura ΕΥΤΥΧΙΑ n. 3665. II. 42. Munerum sigla, quae in praecedentibus titulis nondum habuimus, accedunt pauca, φυλ. vel φυ., μυστ. vel μυ., et ιερ. praemissum siglo φι. Primum, quod etiam Athenodoro adscriptum est (quum id desit col. *A.*), et hic et n. 3664. (sub finem columnarum) designat φυλάρχην, ut recte visum Belleio p. 245. et Marquardto p. 55. Athenis phylarchi equitatui singularum tribuum praeerant: Herodotus (V, 69.) tamen phylarchos Atticos quattuor tribuum, quae ante Clisthenem fuerunt, et decem tribuum, quas instituit Clisthenes, ita componit, ut illis putes priscos φυλοβασιλεῖς, his ἐπιμελητὰς τῶν φυλῶν designari: quamquam Clisthenem dicit decem phylarchos instituisse, ut fuerunt re vera decem phylarchi equitatui praepositi, quum ἐπιμελητὰς quaeque tribus habuerit plures. Utcunque de Herodoti verbis statues, Cyziceni phylarchi haud dubie iidem sunt, qui Athenis ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν, non praefecti equitum; atque ut Athenis plures sunt cuiusque tribus curatores, ita Cyzici duo comparent n. 3663. *B.* et n. 3664. col. I. 62. 63. Sed ni fallor terni singulis tribubus fuerunt, ita ut trittyi praefuerint singuli (cf. ad n. 3657.), nec phylarchi alii sint ac trittyarchi: Athenis quoque censeo trittyarchos non fuisse alios atque ἐπιμελητὰς τῶν φυλῶν. Altera nota designantur μύσται, qui redeunt n. 3664. Eosdem Cyzicenos mystas habemus in Samothraciis titulis n. 2157. 2158. ubi quod Samothraciorum mysteriorum mystas intellexi, id nunc retracto. Ἐπόπτην in Cyzicenis titulis non reperio, sed in solo Samothracio n. 2158. nisi fallit coniectura ibi a me tentata. Μυστάρχην praeterea habes n. 3662. et μυστηριάρχας n. 3666. Mysteria Cyzicena pertinere ad matrem deorum, potest ex imagine coniici, cuius ad n. 2158. mentionem feci: iam vero haec quum Placiana fuerit (n. 3657.), Placiani vero Tyrrheni Pelasgi fuerint ex ea stirpe, quae condidit Samothracia mysteria (conf. Müller. Prolegg. scient. mythol. p. 152.), non mirum est quod cum Samothraciis mysteriis coniuncta fuerunt Cyzicena. Postremo siglum ιερ. vs. 10. Belleio p. 263. visum est esse ἱερεύς; ut tria Perpernae munera significentur, βασιλεύς, ἱερεύς, φιλότιμος. At hoc si verum esset, debuisset scribi ἱερ(εὺς) καὶ φι(λότιμος), ut scriptum est βασ(ιλεὺς) καὶ ἱερ. φι. Potius igitur sigla ιερ et φι coniungi debent; unde dedi ἱερῶν φιλότιμος. De φιλοτίμῳ cf. ad n. 3662.

## 3662.

Fragmentum marmoris *Cyziceni*; ex apographo Peyssonelii ed. Caylus Rec. d'Ant. T. II. P. III. tab. 66. cum explicatione Belleii p. 249 sqq.

\- - - - - - - - - - -
......ΣΔΕΤΗΣΑΣΙΑΣΝΑΟΥΤΟΥΕΝΚΥΖΙΚΩ.......
ΕΚΑΛΛΙΑΣΑΝΤ'.'ΕΣΤΟΝΚΥΑΝΕΨΙΩΝΑ
ΜΥΣΤΑΡΚΓΡΑΜ.....Μ ΤΕΡΕΝΤΙΟΣΜΟΝΤΑΝΟΣ
ΝΕΙΝΙΟΣΒΑΣΣΟΣΦΙΛΟΤ Λ ΔΕΙΔΙΟΣΚΡΙΣΠΟΣ
ΕΩΡΤΙΟΣΚΑΜΕΡΙΑΝΟΣΠΟΛΛΙΩΝ Μ ΤΥΔΙΚΙΟΣΜΑΓΝΟΣ
ΑΙΛ ΙΣΑΥΡΟΣΟΝΕΣΙΜΟΣ Λ ΑΝΧΑΡΙΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΑΛΙΠΠΟΣΣΑΤΥΡΟΥΜΗΝΟΦΙΛΟΣΛΑΟΚΚΗΙΟΣΕΥΤΥΧΙΩΝ
ΛΟΥΚΙΟΣΠΩΛΛΙΩΝ Λ ΒΡΟΥΤΤΙΟΣΡΟΥΦΟΣΣΤΡΑΤΩΝ
ΜΑΞΙΜΟΣ Γ ΚΑΣΣΙΟΣΑΥΦΙΔΙΑΝΟΣΜΕΝΑ
ΟΥΑΡΙΟΣΠΩΛΛΙΩΝΚΑΠΡΟΣΔΕΚΙΟΣ

Vs. 3. quae ante lacunam habentur, maioribus litteris scripta sunt.

[Ἱππαρχοῦντος τοῦ δεῖνος? γραμματέως τῆς βουλῆς τοῦ δεῖνος? καλλιαρχοῦντος τοῦ δεῖνος? ἀρχιερέω]ς δὲ τῆς Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Κυζίκῳ .......[ς] καλλιάσαντες τὸν Κυανεψιῶνα·

Μυστάρ(χης) καὶ γραμ[ματ](εὺς) Μ. Τερέντιος Μοντανός,
Νείνιος Βάσσος φιλοτ.
Λ. Δείδιος Κρίσπος,
Ἑώρτιος Καμεριανὸς Π[ω]λλίων,
Μ. Τυδίκιος Μάγνος,
Αἴλ. Ἴσαυρος Ὀν[ή]σιμος,
Λ. Ἀνχάριος Δημήτριος,
[Κ]ά[λ]λιππος? Σατύρου,
Μηνόφιλος,
Λ. [Λ]οκκήϊος Εὐτυχίων,
Λούκιος Πωλλίων,
Λ. Βρούττιος Ῥοῦφος,
Στράτων,
Μάξιμος,
Γ. Κάσσιος Αὐφιδιανὸς Μ[η]νᾶ,
Οὐάριος Πωλλίων,
Κάπρος,
Δέκιος - - - -
\- - - - - - - - -

Praescripta huius tituli certa via restitui non possunt; unum hoc certum est supplendum esse [ἀρχιέρεω]ς, quod dedit iam Belleius, multisque id exemplis confirmari potest. Pontifex hic Asiae fuit, hoc est τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας, non quod nonnullis visum templi Asiae: additamentum ναοῦ τοῦ ἐν Κυζίκῳ docet tantum hoc, pontificatum eius pertinere ad sacra τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας, quatenus in Cyziceno templo celebrabantur; quae sententia fere eadem est atque illa, quam proposuit Eckhel. D. N. T. IV. p. 209. Asiam non usquam habuisse templum tanquam deam idem ibid. recte notavit. Templum hoc sacris τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας dicatum cuius fuerit numinis, dubites; sed verum vidisse puto Belleium, qui Hadriano consecratum esse censet. Haud dubie est templum illud Cyzicenorum maximum et pulcherrimum, de quo vide Marquardt. Cyzic. p. 150 sqq. Tum exspectes οἵδε ἐκαλλίασαν vel certe ἐκαλλίασαν sine pronomine, ut in reliquis huius generis inscriptionibus legitur; sed non ausus sum **Τ** et **ΕΣ** mutare, inter quas litteras quae intercedit lacuna, potest vitium lapidis haberi. Participii ratio quaenam sit, diiudicari nequit, quum desit initium. De καλλιάσασι vide ad n. 3663. Nomina subscripta ita constitui, ut maxime sunt probabilia visa. Vs. 7. est Λ. Λοκκήϊος Εὐτυχίων; n. 3665. I. 42. inter ephebos Argadenses scriptus est Λουκκήϊος Ἀντ. Εὐτύχης, haud dubie ex eadem familia: itaque mense Cyanepsione pars τῶν καλλιασάντων fuit ex tribu Argadensium; quod cur observem, vide ad n. 3663. Ceterum Belleius nomina per duas columnas digessit, quarum priore putabat mystarchas, altera scribas contineri: quod falsum esse nominum dispositio, quam lapis offert, primo docet adspectu. Solus, qui primo loco scriptus est, Montanus est et mystarcha et scriba; reliqui nullo insignes muneris vel honoris vocabulo sunt, nisi quod Ninio Basso additum est siglum φιλοτ. quod redit n. 3663. I. 22. ubi Θεαγένης $\overline{\beta}$ φιλοτ. Nec diversum videtur esse φιλ. n. 3663. I. 23. et φι. frequens n. 3664.; ibidem semel est $\overline{\beta}$ φι.; n. 3663. II. 10. autem habetur aliquis βασ(ιλεὺς) καὶ ἱερ. φι. Nisi bis scriptum foret φιλοτ., diceres nihil hoc siglum significare, nisi φίλος, ut φίλοι dicuntur sodales alicuius societatis s. ἐράνου (vide Inscr. Ten. editam a nobis in Bullet. inst. archaeol. Rom. 1832. p. 56.). Belleius ap. Cayl. p. 247. putat esse φιλότιμος, nec novi melius: attamen cavendum, ne putes esse merum honorarium epitheton; sed ut τῶν καλλιασάντων alii alia officia et munia habuerunt et in sacris faciendis locum quendam obtinuerunt (fuerunt enim βασιλεῖς vel μυστάρχαι vel μύσται vel γραμματεῖς cet.), ita φιλότιμος videtur nomen ordinis cuiusdam sive gradus vel civilis vel sacri esse. De illo ἱερ. φι. vide ad n. 3663. Nota vero eundem potuisse et mystam et φιλοτ. esse; vide n. 3664. II. 48. Siglum $\overline{\beta}$, quod semel atque iterum praecedit, non ad hoc φιλοτ. referendum est, sed ad nomen praecedens, significatque eius, qui inscriptus est, patrem eodem ac filium nomine vocatum esse; vide ad n. 3664. Nomina τῶν καλλιασάντων sunt XVIII, qui numerus non est integer (vide ad n. 3663.); aut igitur mutilus est titulus aut certa de causa non omnes, qui mense Cyanepsione ἐκαλλίασαν, perscripti in hoc lapide sunt.

ΡΟΣΟ
ΜΟΙ
ΒΡΙΒΑΣΣΟΣ
ΣΙΜΟΣ
ΑΚΙΠΕΡΓΕΝΗΣ
ΡΟΥΦΟΥ
ΠΛΗΤΟΥ Ο Κ ΕΥΦΗΜΟΥ
...ΕΣΦΟΡΙΩΝ
ΩΝ
ΠΙΘΥΜΗΤΟΣ
. ΝΟΣΕΥΤΥΧΟΥ
ΛΗΛ..ΤΥΡΑΝΝΟΣ
ΓΕΔΑΝ .. ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ
ΩΣ ΑΜΦΙΘΑΛΟΥΣ

ΚΛ ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟΣ
Γ ΒΑΛΒΙΛΛΙΑΝΟΣ
ΑΥ..ΓΩΛΛΙΩΝ
... ΟΛΛΩΝΙΟΣ
. ΗΜΟΣΘΕΝΟΥ.
ΠΟΣΥΛΙΑΝΟΥ
ΜΑΞΙΜΟΣ
. ΥΚΑΠΟΣ
Σ ΣΟΣΣΙΟΥ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ

ΙΟΥ ΚΑΡΠΟΣ ΜΥΣΤ
ΜΑΡΚΟΣ ΡΟΥΦΟΥ ΜΥΣΤ
ΓΕΡΓΕΝΗΣΘΕΜΙΣΤΑΓΟΡΟΥ
ΣΟΣΙΜΟΣΦΙΛΩΤΟΥ
ΓΡΩΤΟΦΑΝΗΣΜΗΝΟΔΩΡΟΥ
ΑΙΛ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣΣΤΡΗΝΟΥ
ΚΛ ΣΩΚΡΑΤΗΣ
ΕΥΤΥΧΙΩΝΡΟΥΦΟΥ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣΝΟΣΤΙΜΟΥ
ΙΟΥΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΣ
ΜΣΕΝΓΡΩΕΥΤΥΧΗΣ
ΤΙΚΛΙΟΥΣΩΚΡΑΤΗΣ
ΣΕΞΦΟΥΛΒΙΟΥΛΙΑΝΟΣ
ΑΙΛ ΜΑΞΙΜΟΣ
ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΣΚΑΡΙΚΟΥΦΙ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΦΙΛΗΤΟΥΦΙ
ΣΕΝΕΚΑΣΝΕΙΚΙΟΥ ΦΙ
ΚΟΝΔΙΑΝΟΣ Β
ΕΥΤΥΧΙΩΝΦΟΙΝΙΓΠΟΥ
ΗΡΗΣ Β
ΜΟΥΛΠΟΛΥΚΤΗΤΟΣ
ΤΙΒ ΚΛΑΥΔΙ ΒΕΙΒΙΑ ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΦΙ
ΕΛΒΙ ΕΡΜΗΣ ΜΑΡΚΟΣ Β ΦΙ
ΚΛ ΛΕΩΝΙΔΗΣ
ΘΕΛΓΕΝΗΣ Β

. . ΓΡΥΤΑΝΕΥΣΑΝ ΜΗΝΑ ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Κ . . .
. . ΑΣΑΝ ΜΗΝΑ ΛΗΝΑΙΩΝΑ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΚΑΛΛ
Τ° Β ΑΡΓΑΔΕΙΣ Κ ΓΕΛΕΟΝΤΕΣ

ΑΣΓΡΑ
ΔΩΡΟΣΧΡΥΣΕΡΩΤΟΣ
ΟΦΩΝ
Π. ΓΡΕΙΣΧΟΣ
ΔΗΣ Β
ΟΣΧΡΗΣΤΟΥΜΥΣ
ΡΟΣΚΑΡΠΟΥ
ΓΑΘΟΠΟΥ
ΗΝΑΙΟΣ
ΔΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
.. ΣΜΗΝΟΦΑΝΟΥ
. ΑΡΘΕΝΙΣ
ΑΜΦΙΘΑΛΗΣ
Β
ΟΣ Β
ΥΚΙΑΝΟΣ ΔΟΓ
ΜΥΣΤΑΙ
ΔΙΩΝ ΕΡΜΗΣ
Β
ΤΡΥΦΩΝΟΣ
ΩΟΣ ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΦΙ
ΗΣΙΜΟΣ
ΝΗΣΙΦΟΡΟΥ

ΙΠΛΟΥΣ
ΩΡΙΩΝ
ΛΕΣΦΟΡΟΣ
ΖΩΣΙΜΟΣ
ΤΙΡΙΟΣΣΚΑΥΡΙΑΝΟΥ

ΑΙΜΙΕΣΠΕΡΟΣΙΕΡΑΜΜΩ
ΤΙ ΚΛ ΜΑΡΚΙ ΕΡΜΕΙΑΣ
Π ΚΑΙΚΙ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΓΡΟΣΟ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ Β ΜΥΣΤ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥ
ΑΥΚΑΙ ΙΟΥΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
ΠΟΠΛΙΟΣΦΑΥΣΤΟΥ
Τ ΤΕΡ ΚΑΣΣΙ ΜΑΡΓΑΡΕΙΤΗΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣΟΝΗΣΙΜΟΥ
ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ ΕΥΕΛΠΙΣΤΟΥ
ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ Β
Π ΑΙΛ ΟΥΛΠ ΥΓΕΙΝΟΣ
ΚΥΖΙΚΟΣ Β
ΡΟΥΦΟΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥ
ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΣΕΒΗΡΟΥ
ΚΛ ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ ΦΙ
ΜΥΣΤΑΙ
ΣΥΝΦΟΡΟΣ Β ΑΣΚΛΗΠΙΑΣ
ΛΟΥΚ ΦΑΒΙΟΣ ΜΕΝΙΣΚΟΣ ΦΙ
ΜΟΣΧΟΣ ΣΑΛΛΟΥΣΤΙΟΥ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ Β
ΣΥΝΦΟΡΟΣΑΤΕ..ΤΟΥ
ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΗΣ
ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ Β

ΕΓΡΥΤΑΝΕΥΣΑΝ ΜΗΝΑ ΛΗΝΑΙΩΝΑ Κ ΕΚΑΛΛΙ . . . .
ΜΗΝΑ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝΑ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΚΑΛΛΙΠΑΡ
ΒΩΡΕΙΣ Κ ΑΙΓΙΚΟΡΕΙΣ

ΤΟΣ Β ΥΨΙΜΟΣ Φ
ΩΠΥΡΟΣ Φ
ΖΑΝΟΣΚΑΛΛ
ΣΩΖΟΜΕΝΟΣ
ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ
ΙΕΝΟΣ Β
ΚΑΡΜΙΦΙΡΜΟΣΜΥΣ
ΦΗΜΟΣ
ΦΙΛΑΡΓΥΡΟΣ

ΠΟΥΑΡ ΚΛΑΥΔΙ ΙΛΑΡΙΩΝ Φ
ΚΑΛΛΙΠΑΡΘΕΝΟΣΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ
ΚΛ ΛΑΒΕΡΙ ΑΙΛΙ ΠΩΛΛΙΩΝ
ΕΥΚΑΡΠΟΣ ΤΡΟΦΙΜΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΑΘΗΝΙΩΝΟΣ
ΑΙΔΙ ΦΙΕΡΩΝ ΜΥΣΤ
ΑΛΥΠΟΣ ΦΑΥΣΤΙΝΩΝΟΣ
ΤΙ ΚΛ ΓΡΟΚΛΟΣ
Μ ΑΙΛ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
ΤΙ ΚΛ ΑΡΔ . . . . . . .

*A.* ante vs. 1. periit magna pars praescriptorum, quae fuerunt fortasse talia qualia n. 3661. ubi quum habeatur γραμματεὺς τῆς ἱερᾶς βουλῆς, vs. 1. supplevi γραμματεύ]οντος. Corsinus Nott. Gr. Append. Diss. VI. p. cxxvii. coniiciebat προεδρεύοντος. *Mensis* nomen esse Καλαμαιών docui ad n. 2082. ubi Olbiopolitarum est, qui ut Cyziceni Milesiorum coloni sunt: Corsinus ignorabat Cyzicenum esse marmor hoc, in quo nunc versamur, ac proinde nesciebat mensem hunc Cyzicenis tribuendum esse. Etiam Ephesiis fuisse mensem hunc coniecimus ad n. 2953. *b.* vs. 10. Atticum heroem Καλαμίτην ex Demosthene notum et grammaticis cum mensis huius nomine confert Marquardtus Cyz. p. 138. nescio quam recte. De *prytanibus* Cyzici probabiliter egit Marquardtus p. 53 sq. Prima in titulis eorum mentio fit n. 3655. Recentiorum quidem inscriptionum aetate menstrui sunt (n. 3661. 3663. *A.* 2664.): singulis vero mensibus prytanes fuerunt ex binis tribubus creati (n. 3661. 3664.); quare n. 3663. *A.* post praescripta supra scribitur nomen tribulium Αἰγικορεῖς. Horum Aegicorensium nomina supersunt xix; plura Aegicorensium nomina possunt intercidisse. Deinceps desideratur recensus prytanum ex altera tribu. Integrum numerum tenemus ex n. 3664. ubi sub mense Posideone habentur quinquaginta, totidemque nomina servata sunt in parte antecedente, quae ad mensem proximum superiorem pertinet. Et in superiore quidem parte ex altera tribu sunt xxiv, ex altera xxvi; in secunda vero Argadensium sunt xxvii, Geleontum xxiii. Quae numerorum inaequalitas vix aliam patitur explicationem, nisi ut ex binarum tribuum senatoribus simul sumptis sorte creati prytanes sint: ita enim evenire potuit, ut dispar numerus utriusque tribus sodalium sortiretur prytaniam. Iam quum non sit verisimile, eundem senatorem potuisse eodem anno bis vel saepius prytania fungi, sexcenti videntur senatores fuisse. Quodsi Cyzici, quod omnino probabile est, sex fuerunt tribus, ex singulis tribubus centeni senatores creati sunt. Primam igitur prytaniam obtinebant primarum duarum tribuum senatores ii, quibus hoc munus sorte obtigerat, secundam prytaniam tertiae quartaeque tribus senatores et tertiam quintae sextaeque tribus senatores, quibus sors faverat. Iam quartam, quintam, sextam prytaniam earundem tribuum eodem ut videtur ordine dispositarum senatores sortiebantur, exclusis iis, qui iam in prima vel secunda vel tertia prytania munere functi essent; et sic deinceps septimam, octavam, nonam: decimam, undecimam, duodecimam sine sortitione obibant reliqui cuiusque tribus senatores, quibus sors non assignasset priorem aliquam prytaniam. Ceterum Athenis duplex fuit ordo tribuum, alter constans, qui in variis observabatur recensibus (ἀναγραφαῖς), alter quotannis sorte constitutus, quo utebantur in prytaniis obeundis et reliqua reipublicae administratione: Cyzici vero unus et constans ordo obtinuit, ex quo etiam prytanias obierunt tribus. Nam si n. 3665. in recensu epheborum sumimus constantem tribuum ordinem observatum esse, et col. I. extr. intercidisse Βωρεῖς, quod sumere licet omnino, hic tribuum fuit ordo constans: Γελέοντες, Ἀργαδεῖς, Αἰγικορεῖς, (Βωρεῖς), Οἰνῶπες, Ὅπλητες. Quodsi vera sunt quae de prytaniis paulo ante diximus, et in prytaniis quoque obeundis constans tribuum ordo observatus est, ita divisae inter tribus prytaniae fuerunt, ut haec docet tabula:

| | *Trimestre I.* | *Trimestre II.* | *Trimestre III.* | *Trimestre IV.* |
|---|---|---|---|---|
| Γελέοντες καὶ Ἀργαδεῖς | Mensis I. incerti nominis | Mensis IV. Ποσειδεών | Mensis VII. Ἀρτεμισιών | Mensis X. incerti nominis |
| Αἰγικορεῖς καὶ Βωρεῖς | Mensis II. Κυανεψιών | Mensis V. Ληναιών | Mensis VIII. Καλαμαιών | Mensis XI. incerti nominis |
| Οἰνῶπες καὶ Ὅπλητες | Mensis III. Ἀπατουρεών | Mensis VI. Ἀνθεστηριών | Mensis IX. Πάνημος | Mensis XII. incerti nominis. |

Cui tabulae conveniunt quaecunque in titulis Cyzicenis tradita sunt, nisi quod excepto uno titulo n. 3663. ex cuiusque prytaniae tribubus posterior quaeque priore loco posita est, et prior quaeque posteriore. Etenim tertio mense Apatureone n. 3661. secundo loco scripti inter prytanes sunt Οἰνῶπες, primoque possunt Ὅπλητες suppleri; item n. 3664. init. manifesto habentur prytanes tertii mensis Apatureonis, et ipsa successio mensium tribuumque ibi scriptarum docet eo mense fuisse prytanes Ὅπλητας et Οἰνῶπας: deinde quarto mense Posideone n. 3664. prytanes sunt Ἀργαδεῖς καὶ Γελέοντες, quintoque mense Lenaeone Βωρεῖς καὶ Αἰγικορεῖς; unde consequens est sexto mense Anthesterione redisse Ὅπλητας καὶ Οἰνῶπας; denique octavo mense Calamaeone n. 3663. Αἰγικορεῖς primo loco inter prytanes scripti sunt, quibus consentaneum est additos fuisse Βωρεῖς. Postremo n. 3662. mense secundo Cyanepsione ἐκαλλίασαν Argadenses (vide not. ad n. 3662.); sed qui quoque mense ἐκαλλίασαν, ii priore quoque mense prytanes fuerant: itaque ex illo titulo constat Ἀργαδεῖς prytaniam obisse primo anni mense. Hactenus de prytanibus. Prytanei Cyziceni meminerunt Livius XLI, 20. Plinius H. N. XXXVI, 23. Illud vero quod admodum magnificum fuisse perhibent Belleius p. 244. et Marquardtus p. 147. de ea re nihil traditum apud veteres est, maleque illi huc rettulerunt stoam Doricam, de qua dicitur n. 3655. Praeterea Cyzici fuit βουλευτήριον amplum et memorabile (Plin. l. c. Aristid. or. sacr. V. T. I. p. 350. Jebb.). Prytanes vero qui quoque mense fuerant, ii iam insequente mense ἐκαλλίασαν (n. 3663. 3664.);

Anni Attici, qui lunaris est, initium quum per Iunium et Iulium anni Iuliani vagetur, menses eius cum mensibus solarium annorum varia ratione comparari possunt. Si a novissimo fere anni Attici initio progredimur, qui in tertiam Iulii decadem incidit, primus Attici anni mensis Hecatombaeon respondet Asiano Anteo s. Macedonico Gorpiaeo, et primo Asiano mensi Caesario primoque Macedonico Dio Atticus Boedromion; atque hac comparatione usus Belleius est. Nos ne quid nostris rationibus minus consentaneum premere videremur, addidimus comparationem mensium Atticorum eius anni, cuius initium in tertiam Iunii decadem incidit (I.): qua ratione Hecatombaeon Atticus congruit cum Hecatombaeo Asiano et cum Loo Macedonico, prorsus ut Plutarchus (Alex. c. 3.) Loum et Hecatombaeonem comparat. Intermedia anni initia negligere licet, nec minus ea, quae tertiam Iunii decadem antecedunt, qualia frequenter offert Canon Callippeus ab Idelero constructus, sed nullum Canon Metonis; postremo annus Atheniensium solaris prorsus non venit in censum, ut qui admodum sero receptus sit (cf. Ideler. l. c. p. 360 sq.). Iam ex tabula, quam proposuimus, patet, etsi Hecatombaeus Asianus cum Hecatombaeone Attico congruit ex ea Atticorum mensium computatione, quam col. I. exhibet, tamen Posideonem et Lenaeum Asianorum uno mense serius atque Atticos Posideonem et Gamelionem secundum col. I. computatos incidere, et respondere potius Posideoni et Gamelioni Atheniensium secundum col. II. computatis: hoc est, inter Hecatombaeonem et Posideonem Atticorum intersunt quattuor menses, inter Hecatombaeum et Posideonem Asianorum quinque menses. In Asiano igitur anno tum opinor quum ex lunari in solarem mutaretur, Posideon dilatus est in Atticum Gamelionem et Lenaeus in Atticum Anthesterionem (cf. commentationem nostram de Lenaeis, Anthesteriis et Dionysiis cap. 2. in Act. Acad. Boruss. a. 1817. et Ideler. l. c. p. 418. ubi lin. 4. pro numero *sex* scribendum *quattuor*); quocum consentit quod in tabula mensium Atticorum ap. H. Stephanum Lenaeon et Posideon idem mensis vocatur, quippe quod Posideon in illa tabula ad solarem Atheniensium annum pertinens respondet vetusto Atheniensium Anthesterioni (Ideler l. c.). Nunc ut ad Cyzicenos menses transeam, Posideon et Anthesterion Cyzicenorum et omnino Ionum, etsi ab initio, donec Ionum annus lunaris esset, cognominibus Atheniensium mensibus respondisse videntur, quum tantus, quantum mox viderimus, Asiani et Cyziceni anni consensus fuerit, in solari Cyzicenorum anno eandem passi fuerint dilationem, quam Posideon in Asiano anno: ita ut Posideon et Anthesterion Cyzicenorum cognominibus Atticis mensibus responderint ex ea computatione, quam col. II. designavimus. Iam quum inter utrumque mensem intercedat Lenaeon (n. 3664.), est hic Atticus Gamelion eadem ratione computatus et Asianus Lenaeus: Ionumque Lenaeonem fuisse Atticum Gamelionem pluribus argumentis pridem demonstravi (de Lenaeis, Anthest. et Dionys. c. 2.). Proximus vero Cyzici ante Posideonem mensis fuit Apatureon (n. 3664.); itaque hic respondet Attico Maemacterioni ex computo col. II. designato, et Asiano Apaturio: unde simul intelligitur, quantum cum Asiano anno consenserit Cyzicenus. Ceterum Apatureon memoratur etiam n. 3661. sed eo in titulo solus positus est, nullo alio addito, ex quo de eius situ iudicare possis. Maemacterionem autem quum apud Athenienses proxime praecedat Pyanepsion, consentaneum est Cyzici Cyanepsionem (n. 3662.) proximum fuisse ante Apatureonem; ut hic quoque responderit Attico cognomini ex computo tab. II. instituto. Vicinos fere menses Cyanepsionem et Apatureonem fuisse etiam inde colligas, quod Apaturia Athenis mense Pyanepsione acta sunt: haec igitur apud Iones dilata sunt in mensem insequentem; in mensem longius dissitum dilata fuisse non probabile est. Porro Cyzicenus mensis est Artemision (n. 3657.); cui proximum post Anthesterionem locum assignat comparatio anni Asiani et Macedonici. Panemus vero, qui in aliis civitatibus alio loco situs est, Cyzici vix potuit aliunde atque ex Macedonicis fastis petitus esse: hinc illi designatus locus est. Ante Panemum proximus est Calamaeon (n. 3663.). Ita constituto ordine mensium simul commoda prodit prytaniarum dispositio, quam ad n. 3663. docui: quo certior fit ordo mensium. Taureoni (n. 3657. 3658.) locus assignari nequit. Ceterum mensium Cyzicenorum plurimi Ionici sunt, Cyanepsion, Apatureon, Posideon, Lenaeon, Anthesterion, Calamaeon, fortasse etiam Artemision et Taureon: quamquam horum pars in Asiano Ephesiorum anno solari iam non comparet, ut Cyanepsion, Anthesterion, Calamaeon, Taureon: sed Cyanepsionem probabile est Ionum fuisse, quippe Athenis derivatum, Anthesterionem vero constat apud Smyrnaeos et Cianos Milesiorum colonos receptum fuisse (vide nos de Lenaeis cet. l. c.), et Calamaeonem esse Ionicum mensem patet ex iis, quae ad n. 3663. diximus. Ex Macedonico anno unus, quantum novimus, Panemus Cyzicenis mensibus insertus est, nisi Artemisionem indidem fluxisse putabimus.

De nominibus personarum annoto paucissima. Col. I. 5. col. II. 3. comparet Πεϱγένης, Aeolicum p. Πεϱιγένης. Col. I. 18. coniicias Βα[ϱ]βιλλιανός. Col. II. 7. in promptu est corrigere Σ[ε]ϱήνου; sed diffido huic coniecturae. De siglis, quae nominibus apposita sunt, praecepi plurima ad n. 3662. et 3663. reliqua paucis persequor. Et primum quidem insolens est, quod vs. 31 sqq. uni Argadensium col. I. 35. et uni Geleontum col. II. vs. 33. nota mystae addita est, quum tamen inde a vs. 47. mystae uno tenore separatim enumerati sint peculiari indice praemisso. Huius adornationis non video quae possit causa fuisse, nisi quod prytanes, qui deinceps ἐκαλλίασαν, certo quodam ordine inscribendi erant, ex quo illis duobus mystis is quem tenent competebat locus, reliquis vero mystis ultimus locus assignandus erat: horum vero (inde a vs. 47.) singulis quum nota mystae adscribenda esset, maluit auctor universis praemittere indicem μύ-

## 3664.

Tabula marmorea *Cyzici* reperta, alta pedes IV pollices VII, lata pedem et pollices VII, crassa pollices VII, supra infraque mutila; in sinistrâ particula quaedam rescissa est, quum lapis novicio alicui operi aedificando materiae loco adhiberetur: servatur nunc Parisiis in aedibus bibliothecae regiae. Ed. Caylus Rec. d'Ant. T. II. P. III. tab. 68-70. cum explicatione Belleii p. 257 sqq.

[*Textum vide pag. seq. interpositum.*]

Vss. 27-29. 46. 59-61. maioribus litteris scripti sunt.

\- - - - -

\- - - - -

[Ἐπρυτάνευσαν μῆνα Ἀπατουρεῶνα καὶ ἐκαλλίασαν
μῆνα Ποσειδεῶνα ἄρχοντος τοῦ Καλλί(ου)] - - - -

| | |
|---|---|
| [Ὅπλητες καὶ | Οἰνῶπες] |
| - - - - - - [π]ροσο(δ.), | Ἰού(λιος) Κάρπος μύστ(ης), |
| - - - - μοι - - | Μάρκος Ῥούφου μύστ(ης), |
| - - - [Ῥού]βρι(ος) Βάσσος, | Περγένης Θεμισταγόρου, |
| - - - - σιμος, | Σ[ώ]σιμος Φιλώτου, |
| - - Ἀκί(λιος) Περγένης, | Πρωτοφάνης Μηνοδώρου, |
| - - - Ῥούφου, | Αἴλ. Ἀλέξανδρος, |
| - - - - πλήτου ὁ καὶ Εὐφήμου, | Πολυκράτης Στρήνου? |
| - - [Τελ]εσφορίων, | Κλ(αύδιος) Σωκράτης, |
| - - ων, | Εὐτυχίων Ῥούφου, |
| - - [Ἐ]πιθύμητος, | Ἐπαφρόδειτος Νοστίμου, |
| - - νος Εὐτύχου, | Ἰού(λιος) Ἀφροδείσιος, |
| - - λ η λ . . Τύραννος, | Μ. Σενπρώ(νιος) Εὐτύχης, |
| - - Πεδάν[ι](ος) Εὐτυχιανός, | Τι(βέριος) Κλ(αύδιος) Ἰού(λιος) Σωκράτης, |
| - - ως Ἀμφιθάλους, | Σέξ(τος) Φούλβ(ιος) Ἰουλιανός, |
| | Αἴλ(ιος) Μάξιμος, |
| | Εὐχάριστος Καρικοῦ φι(λοτ.), |
| - - Κλ(αύδιος) Ἀνδρόνεικος, | Διονύσιος Φιλήτου φι(λοτ.), |
| - - Γ. Βαλβιλλιανός, | Σενεκᾶς Νεικίου φι(λοτ.), |
| - - Αὐ[ρ](ήλιος) Πωλλίων, | Κονδιανὸς β, |
| - - [Ἀπ]ολλώνιος, | Εὐτυχίων Φοινίππου, |
| - - - [Δ]ημοσθένου[ς], | Ἡρῆς β, |
| - - πος [Ἰο]υλιανοῦ? | Μ. Οὔλ(πιος) Πολύκτητος, |
| - - Μάξιμος, | Τιβ(έριος) Κλαύδι(ος) Βειβια(νὸς) Σωκράτης φι(λοτ.), |
| - - [Ἐ]ὔκαρπος, | Ἕλβι(ος) Ἑρμῆς Μάρκος β φι(λοτ.), |
| - - - ς Σοσσίου, | Κλ(αύδιος) Λεωνίδης, |
| - - - Ἐπαφροδείτου. | Θε[α]γένης β. |

[Ἐ]πρυτάνευσαν μῆνα Ποσειδεῶνα καὶ [ἐκαλλί]ασαν μῆνα
Ληναιῶνα ἄρχοντος τοῦ Καλλ[ί](ου) - - - τὸ β

| | |
|---|---|
| Ἀργαδεῖς καὶ | Γελέοντες |
| - - - ας γρα(μματεύς), | Αἰμί(λιος) Ἕσπερος ἱερ[ο]μ(νή)μω(ν), |
| - - - δωρος Χρυσέρωτος, | Τι(βέριος) Κλ(αύδιος) Μάρκι(ος) Ἑρμείας, |
| - - - οφῶν, | Π. Καίκιος Ἐπίκτητος προσο(δ.), |
| - [Οὔλ]π(ιος)? Πρεῖσ[κ]ος, | Ἀσκληπιάδης β μύστ(ης), |
| - - - δης β | Σωκράτης Στεφάνου, |
| - - - ος Χρήστου μύσ(της), | Αὐ(ρήλιος) Καί(κιος)? Ἰού(λιος) Ἀσκληπιάδης, |
| - - - ρος Κάρπου, | Πόπλιος Φαύστου, |
| - - - [Ἀ]γαθόπου, | Τ(ίτος) Τερ(έντιος) Κάσσι(ος) Μαργαρείτης, |
| - - - ήναιος, | Ἀσκληπιάδης Ὀνησίμου, |
| [Τι(β.) Κλαύ]δ(ιος) Ἰού(λιος) Ἀλέξανδρος, | Εὐτυχιανὸς Εὐελπίστου, |
| - - - ς Μηνοφάνου, | Εἰσίδωρος β, |
| - - [Π]άρθενις, | Π. Αἴλ(ιος) Οὔλπ(ιος) Ὑγεῖνος, |
| - - Ἀμφιθάλης, | Κύ[ζ]ικος β, |
| - - - - β, | Ῥοῦφος Σωκράτου, |
| - - ος β, | Νεώκορος Σεβήρου, |
| - - [Λο]υκιανὸς? δογ. | Κλ(αύδιος) Εἰσίδωρος φι(λοτ.) |
| μύσται· | μύσται· |
| - - Δίων Ἑρμῆς, | Σύνφορος β Ἀσκληπίας, |

[*Continuatur pag.* 924.]

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΙΠΠΑΡΧΟΥΣΗΣ ΑΥΡΗΛΙΑΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΜΕΝΕΛΑΙΔΟΣ
ΗΡΩΙΔΟΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΑΥΡ ΜΕΝΕΛΑΟΥ ΑΣΙΑΡΧΟΥ
ΑΓΟΜΕΝΟΥ ΑΓΩΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΟΛΥΜΠΙΩΝ
ΕΦΗΒΑΡΧΟΥΝΤΟΣ ΤΗΣ ΛΑΝΠΡΟΤΑΤΗΣ ΜΗΤΡΟ
ΠΟΛΕΩΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΑΔΡΙΑΝΗΣ ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΦΙΛΟ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΠΟΛΕΩΣ ΜΑΡΚΟΥ
ΑΥΡ ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ ΥΠΕΦΗΒΑΡΧΟΥΝΤΟΣ ΤΟΥ
ΑΔΕΛΦΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡ ΦΑΥΣΤΕΙΝΟΥ
ΟΙ ΔΕ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝ

ΙΟΥΛΙΟΣ ΛΟΛΛΙΟΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ ΕΥΕΛΠΙΣΤΟΣ ΑΙΓΙΚΟΡΕΥΣ Β ΕΦΗΒΟΣ
Μ ΑΥΡ ΕΥΤΥΧΗΣ ΔΙΟΙΚΗΤΗΣ ΒΩΡΕΥΣ

ΓΕΛΕΟΝΤΕΣ
Μ ΑΥΡ ΣΥΝΕΚΔΗΜΟΣ
ΝΑΙΒΙΟΣ ΠΛΩ ΠΕΔ ΑΥΡ ΣΑΤΟΡΝΕΙΝΟΣ
ΑΥΡ ΣΩΤΗΡΙΧΟΣ ΑΥΞΑΝΟΝΤΟΣ
ΑΥΡ ΤΙΤΟΣ
ΑΥΡ ΑΡΤΕΜΩΝ ΚΟΙΝΤΟΥ
ΑΥΡ ΣΑΡΑΠΙΩΝ
ΑΥΡ ΖΩΣΙΜΙΑΝΟΣ Β
Π ΛΟΛΛΙΟΣ ΑΥΡ ΠΑΥΛΟΣ
Μ ΚΛ ΦΟΥΛ ΑΥΡ ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ
Μ ΚΛ ΦΟΥΛ ΕΥΤΥΧΗΣ
ΒΑΛΕΡΙΟΣ ΜΑΞΙΜΟΣ
ΒΑΛΕΡΙΟΣ ΒΙΚΤΩΡΕΙΝΟΣ

ΑΡΓΑΔΕΙΣ
ΑΥΡ ΦΙΛΟΔΕΣΠΟΤΟΣ
ΑΥΡ ΟΥΛ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ
ΑΥΡ ΖΩΣΙΜΟΣ ΦΙΛΩΝΟΣ
ΑΥΡ ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΣ ΤΡΙΣ
ΑΥΡ ΚΛ ΔΙΩΝ
ΑΥΡ ΦΑΥΣΤΟΣ ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΥ
ΙΟΥΛ ΑΥΡ ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ
ΑΥΡ ΤΥΧΙΚΟΣ ΖΩΣΑ
ΑΥΡ ΕΥΤΥΧΙΩΝ
ΑΥΡ ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ ΑΠΟΛΟΔΩΡΟΥ
ΑΥΡ ΑΣΚΛΗΠΑΣ ΜΑΡΚΟΥ
ΑΥΡ ΣΑΡΑΠΙΑΚΟΣ
Γ ΟΥΛ ΚΑΙΚΙΝΑ ΕΛΕΝΟΣ
ΦΛ ΑΥΡ ΟΝΗΣΙΜΟΣ
ΑΥΡ ΙΟΥΛ ΑΤΤΕΙΛΙΟΣ ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ
ΛΟΥΚΚΗΙΟΣ ΑΝΤ ΕΥΤΥΧΗΣ
ΛΟΥΚ ΑΝΤ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
ΝΑΙΒΙΟΣ ΦΟΥΛ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΑΥΡ ΑΛΥΠΟΣ Β
ΟΥΑΛ ΠΟΜΠ ΑΥΞΙΜΟΣ

ΑΙΓΙΚΟΡΕΙΣ
ΑΥΡ ΟΚΤΑΒΙΟΣ ΦΙΛΟΞΕΝΟΣ
ΚΛ ΤΙΒ ΕΥΛΙΜΕΝΟΣ
Μ ΟΥΛ ΚΛ ΒΕΛΛΙΚΙΟΣ ΕΥΚΤΟΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΑΥΡ ΚΡΗΣΤΟΣ
ΚΑΡΠΟΝΝΙΟΣ ΖΩΤΙΧΟΣ
ΑΥΡ
ΑΥΡ ΝΕΙΚΙΑΣ ΟΝΗΣΙΜΟΥ

ΟΙΝΩΠΕΣ
Γ ΙΟΥΛ ΣΑΛΒ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ
ΑΥΡ ΑΝΤ ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ ΑΜΕΙΚΙΑΝΟΣ
ΑΥΡ ΑΝΤ ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ ΙΟΥΣΤΟΣ
ΑΥΡ ΑΡΙΣΤΩΝ
ΑΥΡ ΠΩΛΛΙΑΝΟΣ
ΑΥΡ ΝΟΥΜΙΣΙΟΣ ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ
ΑΥΡ ΑΓΑΘΙΑΣ ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ
ΑΥΡ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΩΝ
ΑΥΡ ΚΑΗΝΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
ΑΥΡ ΙΤΑΛΟΣ ΕΥΤΥΧΙΩΝΟΣ
ΑΥΡ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΕΥΤΥΧΙΩΝΟΣ
ΑΥΡ ΑΛΥΠΙΑΝΟΣ
ΑΥ

ΟΠΛΗΤΕΣ

ΑΙΛ ΕΥΤΥΧΗΣ

ΤΡΙΧΟΝΗϹΤΗϹ
ΑΥΡ ΗΡΑΚΛΕΙΔΗϹ ΕΥΤΥΧΙΑ

ΑΥΡ ΜΑΡΚΙΑΝΟΣ Β
ΑΥΡ ΔΩΡΟΘΕΟΣ ΑΥΡ ΣΑ . .
ΑΥΡ ΔΙΟΚΛΗΤΗΣ
ΑΥΡ ΣΤΕΦΑΝΟΣ
ΜΕΝΟΔΩΡΟΣ
ΕΥΤΑΚΤΩΣ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΑ Λ ΑΙΛΙΟΝ

ΒΟΥΛΚΑΚΙΟΝ ΕΥΤΥΧΗΝ

| | |
|---|---|
| - - - $\overline{\beta}$, | Λούκ(ιος) Φάβιος Μενίσκος φι(λοτ.), |
| - - Τρύφωνος, | Μόσχος Σαλλουστίου, |
| - - ωος Εὐτύχους φι(λοτ.) | Σωκράτης $\overline{\beta}$, |
| - - ήσιμος, | Σύνφορος Ἀτε[ιμή]του? |
| - [Ὀ]νησιφόρου, | Καλλισθένης, |
| | Εἰσίδωρος $\overline{\beta}$. |
| - - - ίπλους, | |
| - - - ωρίων, | |
| - - [Τε]λέσφορος, | |
| - - - Ζώσιμος, | |
| - - τίριος Σκαυριανοῦ. | |

Ἐπρυτάνευσαν μῆνα Ληναιῶνα καὶ ἐκαλλί[ασαν] μῆνα Ἀνθεστηριῶνα ἄρχοντος τοῦ Καλλί(ου) Παρ - - -

| Βωρεῖς καὶ | Αἰγικορεῖς |
|---|---|
| - - - τος $\overline{\beta}$ Ὕψιμος φυ(λάρχης), | Π. Οὐάρ(ιος) Κλαύδι(ος)? Ἱλαρίων φυ(λάρχης), |
| - - [Ζ]ώπυρος φυ(λάρχης), | Καλλιπάρθενος Ἀρτεμιδώρου, |
| - - ζανος Καλλ(ίου)? | Κλ(αύδιος) Λαβέρι(ος) Αἴλι(ος)? Πωλλίων, |
| - - Σωζομενός, | Εὔκαρ[π]ος Τροφίμου, |
| - - Ἰουλιανός, | Ἀντίοχος Ἀθηνίωνος, |
| - - . ενος $\overline{\beta}$, | Αἴ[λ]ι(ος) Φ. Ἱέρων μύστ(ης), |
| - - Καρμί(νιος) Φῖρμος μύσ(της), | Ἄλυπος Φαυστίωνος, |
| - - φημος, | Τι(βέριος) Κλ(αύδιος) Πρόκλος, |
| - - Φιλάργυρος, | Μ. Αἴλ(ιος) Ἀλέξανδρος, |
| - - - - | Τι(βέριος) Κλ(αύδιος) [Ἀ]ρδ - - - |
| - - - - | - - - - - - - - |

Belleio iudice integra tabula prytanes et *τοὺς καλλιάσαντας* duodecim anni mensium complectebatur: quod si verum esset, debebat pedes circiter viginti alta esse. Hoc vero ut minime probabile est, ita ne hoc quidem sumamus necesse est, ex pluribus lapidibus compositum hunc recensum fuisse: potius hic recensus non comprehendebat nisi *τοὺς καλλιάσαντας* secundi trimestris, hoc est mensium Posideonis, Lenaeonis, Anthesterionis (vide tabulam ad n. 3663. propositam): quod simul annotatur, quo mense quique prytanes fuerint, id ex more factum est, non tamen eo consilio, ut prytanum redderetur recensus, sed *τοὺς καλλιάσαντας* hac tabula comprehendere voluisse auctorem vel ex eo patet, quod calliarches qui quoque mense fuerit praescriptum est, non prytanum scriba vel alius prytanum princeps. De prytaniis et de *Καλλίῳ* postquam ad n. 3663. diximus, superest ut menses Cyzicenorum explicentur; quamquam post accuratam Belleii (l. c. p. 235 sqq.) hac de re disputationem non multum novi huc conferre licet. Asianos horum titulorum aetate constat anno solari usos esse (cf. Ideler. Enchir. chronol. T. I. p. 410 sqq.); idemque ad Cyzicenorum fastos pertinet, qui Asianis similes sunt pluribus nominibus. Initium igitur Cyziceni anni consentaneum est fere idem fuisse quod in Asiano calendario secundum hemerologium Florentinum et in calendario Ephesio, hoc est Macedonico Asiano, in eodem hemerologio, hoc est d. 24. Septembris anni Iuliani; vide Ideler. Enchir. chronol. T. I. p. 414 et 419. Ordo vero mensium Cyzicenorum qui fuerit, brevissima via poterit explicari, quum primum ante oculos posita fuerit tabula maximam partem (II-V.) a Belleio (p. 240.) concinnata, qua menses Atticos, Asianos et Macedonicos Asianos s. Ephesios cum Cyzicenis comparavit.

| I. *Menses Attici anni a vergente Iunio incipientis* | II. *Menses Attici anni a vergente Iulio incipientis* | III. *Menses Asiani* | | IV. *Menses Macedonici* | V. *Menses Cyziceni* |
|---|---|---|---|---|---|
| Pyanepsion | Boedromion | Caesarius | a d. 24. Sept. | Dius | ——— |
| Maemacterion | Pyanepsion | Tiberius | - - 24. Oct. | Apellaeus | Cyanepsion |
| Posideon | Maemacterion | Apaturius | - - 24. Nov. | Audynaeus | Apatureon |
| Gamelion | Posideon | Posideon | - - 25. Dec. | Peritius | Posideon |
| Anthesterion | Gamelion | Lenaeus | - - 24. Ian. | Dystrus | Lenaeon |
| Elaphebolion | Anthesterion | Hierosebastus | - - 22. Febr. | Xanthicus | Anthesterion |
| Munychion | Elaphebolion | Artemisius | - - 24. Mart. | Artemisius | Artemision |
| Thargelion | Munychion | Euangelius | - - 24. April. | Daesius | Calamaeon |
| Scirophorion | Thargelion | Stratonicus | - - 24. Mai. | Panemus | Panemus |
| Hecatombaeon | Scirophorion | Hecatombaeus | - - 24. Iun. | Lous | ——— |
| Metagitnion | Hecatombaeon | Anteus | - - 25. Iul. | Gorpiaeus | ——— |
| Boedromion | Metagitnion | Laodicius | - - 25. Aug. | Hyperberetaeus | ——— |

itaque aliqua pars tabulae vacua est et fuit ab initio: at n. 3665. spatia valde diversa singulis data tribubus sunt, et quod col. II. 26. superest AY, inde colligitur post vs. 26. temporis iniuria perisse partem tituli. Quae quum ita sint, vel vss. 27-31. vel in alterutra earum, quae sunt post vs. 36., lacunarum possunt Βωρεῖς scripti fuisse. At lacuna prima (vss. 27-31.) tam exigua est, ut non probabile sit integram ibi intercidisse tribum: sin post vs. 36. statueris Βωρεῖς scriptos fuisse, fuerint ultimi, iique usque ad vs. 52. pertinentes, ubi finitur epheborum recensus. At enim prytaniarum ratio suadet, ut Βωρεῖς statuamus col. I. extr. scriptos fuisse, ac tabulam infra detruncatam esse: cui sententiae etiam numeri epheborum magis conveniunt quam obstant. Nam Geleontes sunt XII, Argadenses XX, Aegicorenses, si tabula integra est, tantum VII, quum, si mutila sit, possint plures inscripti esse; Oenopes si col. II. usque ad vs. 31. processerunt, quod omnino probabile est, fuerunt XVIII vel paulo pauciores (potuit enim unum et alterum nomen duos versus complere, ut col. I. 50. 51.); Hopletes si usque ad vs. 52. procedebant, fuerunt fere XX: sin post Hopletes illati fuerint Borenses, coniuncti utrique non amplius XIX fuerint. Ceterum de industria opinor in priore columna quattuor tribus perscriptae sunt, ut columnae secundae spatium inferius relinqueretur honoribus epheborum inscribendis. Nam col. II. vs. 52. epheborum recensus finem habet, et vss. 53. 55. honoratur L. Aelius Vulcacius Eutyches, cuius nomini, quod accusativo casu expressum est, non dubito quin addita corona fuerit, quae et ipsa perisse truncato lapide iudicanda est.

Ex tribubus his Cyzicenis quattuor, Geleontum, Argadensium, Aegicorensium, Hopletum, vetustae sunt Atticae illae, quae nomine tenus Athenis perdurarunt usque ad Clisthenem; easdem Ionibus diserte tribuit Herodotus (V, 69.), licetque eas Ionicas eo magis appellare, quod ab Ionis filiis ferebantur denominatae esse: quamquam qui nostra aetate non perspiciat, Ionis filios ex tribuum nominibus fictos esse, eius non operae pretium est depellere superstitionem. De Ionicis igitur his tribubus ut ante me dixerunt plures, quos nunc omitto, ita postquam a. 1812. de ea re commentationem edidi scholarum Universitatis Berolinensis aestivarum indici praemissam, recusam illam in Beckii Actis Semin. philol. Lips. P. II. p. 452 sqq. in Seebodii sylloge, quae inscribitur „Neues Archiv f. Philol. u. Pädag." 1828. Fasc. III. p. 50 sqq. et in Mus. crit. Cantabrig. Vol. II. p. 608 sqq. plurimi deinceps vel de universis illis quattuor tribubus vel de singulis, maxime de Geleontibus s. Teleontibus disputarunt, ex quibus sufficiet si nominati fuerint Feod. Eggo (Untergang der Naturstaaten p. 139 sqq. a. 1812.), Buttmannus (de phratriis, a. 1818. in Mythologi P. II. p. 318 sqq.), Schoemannus (de comitiis Athen. p. 350 sqq. a. 1819. deinde in Annalibus Berolinensibus „Jahrbücher für wissenschaftl. Kritik 1827. N. 85. 86. tum in prooemio lectionum Univ. Gryph. hibern. 1835-1836. postremo in Antt. iuris publici Graec. p. 165. a. 1838.), Odofr. Müllerus (Orchom. p. 307 sq. coll. p. 183 sqq. a. 1820. de Minerv. Pol. p. 12. a. 1820.), Ed. Platnerus (Beiträge z. Kenntnifs des Att. Rechts p. 43 sqq. a. 1820.), Tittmannus (Darstellung d. Gr. Staatsverf. p. 369 sqq. a. 1822.), Welckerus (Aeschyli Trilog. Prometh. p. 297 sqq. et p. 612. a. 1824.), Wachsmuthius (de tribuum Att. partitione triplici a. 1825. et Hellen. Alterthumskunde T. I. P. I. p. 224 sqq. a. 1826.), Ern. Const. Ilgenius (de tribubus Att. p. 7 sqq. a. 1826.), God. Hermannus (Praef. ad Eurip. Ion. p. XXI-XXX. a. 1827.), Henr. Hase (Gr. Alterth. P. II. p. 68 sqq. a. 1828.), Niebuhrius (Hist. Rom. T. I. p. 327. ed. III. a. 1828.), Car. Lud. Grotefendus (de demis Atticae p. 8 sq. a. 1829.), Hieron. Pietrowski Leopolitanus, Zinserlingianae disciplinae alumnus (de gravitate oraculi Delphici p. 102. a. 1829.), Maur. Meierus (de gentilitate Att. cap. II. a. 1833. et a. 1835.), Clintonus (Fast. Hell. T. I. p. 54. a. 1834.), Car. Frid. Hermannus (Lehrbuch der Gr. Staatsalterth. p. 202 sqq. ed. II. a. 1836.), Car. Henr. Lachmannus (Spartan. Staats-Verf. p. 246 sqq. a. 1836.), Kutorga (Essai sur la tribu de l'antiquité p. 81 sqq. a. 1839.), G. B. Matthiae Altenburgensis (in Zimmermanni diario philologico: Zeitschrift für d. Alterthumswiss. 1840. N. 93.). Equidem nunc, quid horum doctorum quisque dixerit, ut plurimum omittens, quae adversus me disputata sunt, raro tangam: non enim iuvat perpetuare simultates: ultroque me his finibus continebo, ut nominum significatum et primitivam vim ac formas explicem, non ut ex vetustissima historia, quam rimari in tantis tenebris anceps est, explicare coner, per quas populorum migrationes, quibus rerum mutationibus evenerit, ut hae in Attica tribus natae sint, neque ut demonstrem, quomodo hae tribus et cum phratriis gentibusque (vide ad n. 3064.) et cum aliis quae feruntur antiquioribus populi divisionibus coniunctae sint, quas omnes, ne Theseïa quidem in Eupatridas ac Geomoros et Demiurgos excepta, fabulosas esse vel inde patet, quod Ionica, de qua dicimus, ex summa antiquitate derivata manifesto est eademque in historicam aetatem propagata. Primum igitur Ionicis tribubus quattuor nomina indita esse a negotiis, quae illae vel sola vel potissimum tractarent, ipsa clamant vocabula. Quodsi qui eorum, quos nominavi, praetereaque alii, quos non nominavi, negarunt talem negotiorum distributionem hereditariam, quae apud Aegyptios et Orientis populos antiquitus instituta et patriorum perpetuitate morum confirmata est, Graecorum convenire indoli: equidem, quod Graecorum ingenium ex institutis Graecorum aestimandum est, non quae eorum instituta fuerint, ex praecepta de ingenio opinione statuendum, primarium censeo id esse, ut qualibus Graeci quaque aetate institutis usi sint, pernoscatur. Atqui ipsa ea aetas, cuius historia certa est, haud pauca offert vestigia eius instituti, ex quo certis familiis vel gentibus certa olim negotia competebant: qua de re nonnulla diligenter composita sunt a Car. Frid. Hermanno (l. c. p. 16 sqq.) et magis accommo-

σται, quam toties repetere siglum. Ter statui sigla latere, ubi ea non agnovit Belleius, col. I. vs. 1. (προσοδ.), col. I. 45. ubi habetur δογ. quamquam quid hoc significet nescio, col. II. 30. ubi Belleius statuit nomen proprium Ἱεραμμω. Postremo in eo mihi discedendum a Belleio esse video, quod notam $\overline{\beta}$ nominibus propriis virorum appositam de munere iterum capto intellexit. Etenim in Cyzicenis titulis ubicunque $\overline{\beta}$ viri (non muneris vel ordinis) nomini appositum est, abest patris nomen; unde mihi nata suspicio, hoc $\overline{\beta}$ designari patris nomen filio cognominis, ut n. 2455. 3391 cet. Rem conficiunt loci, ubi $\overline{\beta}$ inter bina eiusdem hominis nomina interpositum est: col. II. 47. Σύνφορος $\overline{\beta}$ Ἀσκληπίας, hoc est Σύμφορος Συμφόρου ὁ καὶ Ἀσκληπίας, col. I. 62. - - - τος $\overline{\beta}$ Ὕψιμος, quod eodem modo explicandum. Eodem referendum n. 3665. 30. Αὐρ. Διογενιανὸς τρίς, hoc est Αὐρ. Διογενιανὸς Αὐρ. Διογενιανοῦ υἱός, Αὐρ. Διογενιανοῦ υἱωνός. Ad universam rem cf. etiam not. ad n. 3665. Unum me male habebat, quod n. 3664. col. II. bini prytanes et καλλιάσαντες eodem appellantur nomine Εἰσίδωρος $\overline{\beta}$ (vs. 40. 53.): binos enim esse, non unum bis inscriptum, et universa recensus ratio evincit et numerus prytanum (vide ad n. 3663.). Quidni tamen Cyzici duo fuerint Isidori Isidori filii? Nec fortasse opus visum avorum nomina addere, quod alter fuit mystes, alter non: qua sola nota satis distinguebantur.

## 3665.

Marmor *Cyzicenum*, altum pedes IV pollices VII, latum pedes II pollices VIII, crassum pollices II cum semisse, nunc Parisiis in theca nummaria, olim in bibliotheca regia, cum reliquorum, qui Parisiis asservantur, lapidum Cyzicenorum plurimis missum ut videtur a Peyssonelio; ed. Caylus Rec. d'Ant. T. II. P. III. tab. 60-62. cum explicatione Belleii p. 204 sqq. qui Peyssonelii usus est dissertatione de hoc marmore conscripta. Quattuor ultimi versus iam tum, quum marmor primum ederetur, fracto lapide interciderant, additique ex schedis Peyssonelii sunt (Bellei. p. 218.).

[*Textum vide pag. seq. interpositum.*]

Vs. 1. maioribus litteris scriptus est, et tribuum quoque nomina charactere paulo insigniore. Vs. 5. ΛΑΝ pro ΛΑΜ esse in marmore diserte annotatum est.

Ἀγαθῇ τύχῃ.

Ἱππαρχούσης Αὐρηλίας Ἰουλίας Μενελαΐδος ἡρωΐδος, θυγατρὸς Αὐρ. Μενελάου, Ἀσιάρχου, ἀγομένου · ἀγῶνος Ἀδριανῶν Ὀλυμπίων, ἐφηβαρχοῦντος τῆς λανπροτάτης μητροπόλεως τῆς Ἀσίας Ἀδριανῆς νεωκόρου φιλοσεβάστου Κυζικηνῶν πόλεως Μάρκου Αὐρ. Ἀμερίμνου, ὑπεφηβαρχοῦντος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Μάρκου Αὐρ. Φαυστείνου, οἵδε ἐφήβευσαν·

Ἰούλ. ... Λόλλιος Ἰγνάτιος Εὐέλπιστος Αἰγικορεύς, $\overline{\beta}$ ἔφηβος,
Μ. Αὐρ. Εὐτύχης, διοικητής, Βωρεύς.

Γελέοντες

Μ. Αὐρ. Συνέκδημος,
Ναίβιος Πλώ(τιος) Πεδ(άνιος) Αὐρ. Σατορνεῖνος,
Αὐρ. Σωτήριχος Αὐξάνοντος,
Αὐρ. Τίτος,
Αὐρ. Ἀρτέμων Κοΐντου,
Αὐρ. Σαραπίων,
Αὐρ. Ζωσιμιανὸς $\overline{\beta}$,
Π. Λόλλιος Αὐρ. Παῦλος,
Μ. Κλ(αύδιος) Φούλ(βιος) Αὐρ. Εὐτυχιανός,
Μ. Κλ(αύδιος) Φούλ(βιος) Εὐτύχης,
Βαλέριος Μάξιμος,
Βαλέριος Βικτωρεῖνος.

Ἀργαδεῖς

Αὐρ. Φιλοδέσποτος,
Αὐρ. Οὔλ(πιος) Μητρόδωρος,
Αὐρ. Ζώσιμος Φίλωνος,
Αὐρ. Διογενιανὸς τρίς,
Αὐρ. Κλ(αύδιος) Δίων,
Αὐρ. Φαῦστος Νεικηφόρου,
Ἰούλ. Αὐρ. Ἐπαφρόδειτος,
Αὐρ. Τυχικὸς Ζωσᾶ,
Αὐρ. Εὐτυχίων,
Αὐρ. Ἀθηνόδωρος Ἀπολ[λ]οδώρου,
Αὐρ. Ἀσκληπᾶς Μάρκου,
Αὐρ. Σαραπιακός,
Γ. Οὔλ(πιος) Καικῖνα Ἕλενος
Φλ. Αὐρ. Ὀνήσιμος,
Αὐρ. Ἰούλ(ιος) Ἀττείλιος Εὐτυχιανός,

Οἰνῶπες

Γ. Ἰούλ. Σάλβ(ιος) Ἰουλιανός,
Αὐρ. Ἀντ(ώνιος) Οὐλπιανὸς Ἀμεικιανός,
Αὐρ. Ἀντ(ώνιος) Οὐλπιανὸς Ἰοῦστος,
Αὐρ. Ἀρίστων,
Αὐρ. Πωλλιανός,
Αὐρ. Νουμίσιος Τελέσφορος,
Αὐρ. Ἀγαθίας Ἀρισταινέτου,
Αὐρ. Ἀλεξανδρίων,
Αὐρ. Καῖνος (Κλεῖνος?) Ἀσκληπιάδης,
Αὐρ. Ἰταλὸς Εὐτυχίωνος,
Αὐρ. Ἰουλιανὸς Εὐτυχίωνος,
Αὐρ. Ἀλυπιανός,
Αὐ[ρ.] - - - - - -
- - -
- - -
- - -
- - -
- - -

Ὅπλητες

- - -
- - -
- - -
Αἰλ. Εὐτύχης,
- - -
- - -
- - -
- - -
Τριχονήστης,

[*Continuatur pag.* 928.]

cit Strabo, eos patet esse Hopletes; idem ut ceteri agricolarum et opificum stirpem agnoscit, quos eum consentaneum est habuisse pro Geleontibus et Argadensibus, ut ceteri fecerunt veterum: relinquitur igitur, ut Strabo Aegicorenses, qui manifesto pastores sunt, pro sacrificulis habuerit, credo quod putaret Aegicorenses aluisse pecudes, ex quibus hostias pro universo immolarent populo. Accedit quod, si Aegicorenses Straboni sunt sacrificuli, iusto ordine produxit tribus sive vitae genera, Geleontes (γεωργούς), Argadenses (δημιουργούς), Aegicorenses (ἱεροποιούς), Hopletes (φύλακας): de quo ordine et supra ex Cyzicenis titulis dixi et mox iterum dicam. Nec tamen magna in ista interpretatione Strabonis auctoritas est a ceteris scriptoribus dissentientis, quum praesertim pronior fuisse ad sacerdotum stirpem statuendam videatur, qui esset ex sacerdotali familia prognatus; omnibusque vitae generibus communia apud Graecos sacerdotia fuisse multa docent indicia (cf. Odofr. Müller. Min. Pol. p. 9 sqq. Prolegg. Mythol. p. 249 sqq.). Consistimus igitur in ea vocabulorum interpretatione, quam paulo ante proposui ex vetustis auctoribus, quibuscum conciliari nequeunt, quaecunque aliae explicationes allatae sunt. Fac Geleontes s. Teleontes nobiles vel sacerdotes fuisse, Argadenses opifices, desiderabuntur agricolae, quos veteres auctores consensu agnoscunt; sin Geleontes nobiles vel sacerdotes fuisse statuas, sed agricolas Argadenses, deerunt opifices, quos veteres omnes nominant; rursum si Argadensibus complecteris agricolas et opifices, non solum commiscebis diversissima vitae genera, sed etiam veteres auctores adversarios habebis, qui duo haec genera distinguunt. Denique qui Geleontes putet nobiles esse, is ut illos ab Hopletibus distinguat, qui haud dubie et ipsi nobiles fuerunt, duplicem necesse est statuat nobilitatem; id quod fecit Schömannus noster, postquam repudiavit priorem suam sententiam Geleontes esse sacerdotes, sumens iam Geleontibus vetustos et indigenas optimates, Hopletibus adventicios comprehendi: quod quamquam perite inventum est, vel sic tamen manebunt ceterae, quas exposuimus, difficultates. Nec minus premitur his ea interpretatio vocabuli Τελεόντων, ex qua hi sint οἱ τὰ τέλη ἔχοντες, hoc est stirps eorum, penes quos sint magistratus sive soli seu una sacerdotia.

Ordo tribuum illarum quattuor apud Cyzicenos hic fuit: Γελέοντες, Ἀργαδεῖς, Αἰγικορεῖς, Ὅπλητες, quocum consentire Strabonem conieci. Ex ceteris auctoribus Plato et Aristoteles, hic quidem ut nunc comparatum istud de Aristotelis sententia testimonium est, non quidquam de ordine tribuum docent. Euripides (Ion. 1579.) inter filios Ionis primum locum diserte tribuit Teleonti; sequuntur apud eum Ὅπλητες, Ἀργαδῆς, Αἰγικορῆς. Apud Herodotum (V, 66.) hic est ordo filiorum Ionis, qui tribuum eponymi sunt: Γελέοντος s. Τελέοντος, Αἰγικόρεος, Ἀργάδεω, Ὅπλητος. Apud Pollucem (VIII, 109.) series est haec: Τελέοντες, Ὅπλητες, Αἰγικόρεις, Ἀργάδεις; apud Plutarchum Ὅπλητες, Ἐργαδεῖς, Γελέοντες, Αἰγικορεῖς; apud Stephanum Byzantium (v. Αἰγικόρεως, ubi Αἰγικορεῖς recte negat demum Atticae fuisse, contra quam ego olim putabam) Αἰγικορεῖς, Ἀργαδεῖς, Τελέοντες s. Γελέοντες, Ὅπλητες (vulgo Ὁπλῖται, sed ad lectionem Ὅπλητες manu ducit varietas lectionis, ut cod. Vrat. ap. Passow. Symb. crit.). Haud dubie hi scriptores nomina haec maxima ex parte nullo certo ordine sed promiscue rettulerunt: Cyzici tamen qui reperitur ordo, is videtur etiam Athenis obtinuisse, et qui ex eo primi sunt Geleontes, eorum heroi primum locum diserte assignat Euripides, consentientibus Herodoto et Polluce, Hopletes vero ut Cyzici ita apud Herodotum, Stephanum, Strabonem ultimi sunt. Atqui Hopletes tum, quum Atticae tribus constituerentur, omnino fuerunt nobiles; itaque ordo tribuum non ex sola pendebat dignitate, sed probabile est vetustatis rationem habitam esse. Primi sunt vetusti incolae, inter quos agricolis primus locus iure datus est; Hopletes sunt adventicii, qui armis potiti sede sua sunt: his agricolas si non omnes certe plurimos tributa pependisse, non tam ex Platone colligo quam inde, quod hoc plurimis in terris factum est, in quas immigrarunt fortiores. Quamquam non nego etiam inter Geleontes s. agricolas potuisse nobiles familias esse et tributorum immunes: ut Butadae, quos Geleontibus annumerare non dubito, posthac certe praestabant nobilitate et poterant a tributis liberi etiam antiquissima aetate esse, quod sanctissimarum caerimoniarum administratio esset pro vectigali, diisque ipsi quodammodo tributarii essent.

De formis et scriptura trium posteriorum nominum pauca dicenda sunt. Hopletum nomen, ubi non Ὁπλῖται scriptum est parum accurate, in libris prope constanter est Ὅπλητες proparoxytonum et herois Ionidae nomen Ὅπλης, ut Μέλης Μέλητος, Χρέμης Χρέμητος, Μόργης Μόργητος, Πίγρης Πίγρητος, πλάνης πλάνητος, γόης γόητος, et similia: Ὁπλῆτες tamen habetur in codice Pollucis ap. Kühn. et Atticus heros, cuius filiam Aegeus uxorem duxit, haud dubie idem ille Ionis filius, Ὁπλῆς extat ap. Apollod. III, 15, 6. et Tzetz. ad Lycophr. 494. quamquam hic quoque Aegei socer rursum Ὅπλης est ap. Athen. XIII. p. 556. F. et Schol. Eurip. Med. 673. In Scholiis ad Theodos. ap. Bekk. Anecd. T. III. p. 1189. habetur Ὁπλῆς Ὁπλῆτος, quamquam quum ibi de barytonis agatur (v. Theodos. p. 978.), exspectes potius Ὅπλης Ὅπλητος. Argadenses et Aegicorenses apud Euripidem e vestigiis traditae lectionis scribuntur Ἀργαδῆς et Αἰγικορῆς a singulari Ἀργαδεύς et Αἰγικορεύς; forma Αἰγικορεύς certa est ex Cyzicenis n. 3657. et n. 3665. 11. nec minus ap. Steph. Byz. v. Ἀντιγονίς, nec dubito quin Stephanus etiam v. Αἰγοκόρεως, ubi lectio fluctuat, ter scripserit Αἰγικορεύς. Sed apud Pollucem vulgo scribitur Αἰγικόρεις, etiam e libro scripto enotatum ab Iungermanno; apud Herodotum secundus casus singularis numeri in libris est partim Αἰγικορέος partim Αἰγικόρεος: fortasse igitur, quod olim conieci, dictum est etiam Αἰγικόρης et Αἰγικόρεις, sed certe praevaluit forma Αἰγικορεύς. Ἀργαδεῖς littera A scriptum forma prisca ac proinde verior est; pro ἔργον

date ad Atticam civitatem ab Ilgenio (l. c. p. 10 sq.). Nec vero quamdiu Ionicae tribus Athenis nomine tenus retentae sunt, tamdiu per tribus divisa negotia esse quisquam putaverit, sed abolita pridem instituti vi manserunt vocabula et quaedam ut dixi veteris moris reliquiae ex eo aevo propagatae, quo Graeci vinculis naturae magis quam rationis obnoxii et barbarorum similes essent: ab his enim ipso Thucydide iudice (I, 6.) prisci Graecorum mores non magnopere distabant. Nimirum in eo cernitur praestantissima Graecorum indoles, quod, quum ab initio eorum instituta non magnopere diversa a barbaris essent, non constiterunt Graeci in primitivis cultus civilis rudimentis, sed excusso cascae disciplinae iugo ad perfectiorem properarunt rerum statum: quamquam ne ab initio quidem tam certis finibus disiuncta apud Graecos quam apud Aegyptios vel Indos vitae genera fuisse consentaneum est, sed eatenus quatenus ipsa natura, soli ingenium, varia gentium origo ferebant ad diversa negotia tractanda. At tribuum Ionicarum nomina tam sunt ambigua, ut ea neutiquam constet a negotiis derivata esse. Audio, et miror istam duumvirorum eximiorum religionem, qui quum tot alia sibi videre visi essent, quae crassa caligine teguntur, in his nominibus tractandis maluerunt clara luce caecutire. Iam producam locos veterum, qui tribus has ad negotiorum divisionem rettulerunt. Primum huc referre licet Platonem Critia p. 110. C. quem cur putemus, quaecunque de hac dixit, ea ex suo cerebro finxisse, nec potius antiquam famam accommodasse suis rationibus, nulla causa est; hic igitur, *Ὤικει δὲ τότ᾽*, ait, *ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ τὰ μὲν ἄλλα ἔθνη τῶν πολιτῶν περὶ τὰς δημιουργίας ὄντα καὶ τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν, τὸ δὲ μάχιμον ὑπ᾽ ἀνδρῶν θείων κατ᾽ ἀρχὰς ἀφορισθὲν ᾤκει χωρίς, πάντα εἰς τροφὴν καὶ παίδευσιν τὰ προσήκοντα ἔχον, ἴδιον μὲν αὐτῶν οὐδεὶς οὐδὲν κεκτημένος, ἅπαντα δὲ πάντων κοινὰ νομίζοντες αὑτῶν, πέρα δὲ ἱκανῆς τροφῆς οὐδὲν ἀξιοῦντες παρὰ τῶν ἄλλων δέχεσθαι πολιτῶν.* Tria minimum negotia sive vitae genera distinguit Plato, militum, opificum, agricolarum: ex quibus quum milites manifesto non alii sint atque Hopletes, Aegicorenses autem, quos Euripides a Palladis aegide denominatos esse poetico dixit lusu, non possint nisi pastores minoris pecudis, caprarum et ovium (*ποιμένες*) esse, patet pastores sive Aegicorenses omissos esse a Platone, cuius non intererat singula quaeque explicare, et ex eiusdem sententia Geleontes cum Argadensibus referendos esse ad agricolas et opifices; et nihil certe impedit, quominus ille in eadem fuerit sententia, quam ex aliis affert Plutarchus, ex qua Geleontes quidem agricolae, Argadenses vero opifices fuerint. Cave autem putes agricolas pastoribus coniunctos potuisse vel a Platone vel ab alio quoquam pro Aegicorensibus haberi: ovium enim et caprarum cultus infestus agrorum culturae. Postremo sacerdotalem stirpem non agnoscit Plato; id quod non monerem, nisi in ea re errassent Ilgenius et Clintonus, ab aliis tamen iam refutati: Timaei enim locus p. 24. A. ubi de sacerdotali stirpe dicitur, ad Aegyptiorum rationem referendus est, quam vetustissimis Atticis institutis similem esse ibi pronuntiat sacerdos Aegyptius: similis vero utraque ratio esse non desinit, etiamsi sacerdotum stirps apud Atticos nulla fuerit. Platoni addo Aristotelem, summum iudicio, fide, doctrina; de quo Schol. Plat. Axioch. p. 465. ed. Bekk.: *Ἀριστοτέλης φησὶ τοῦ ὅλου πλήθους διῃρημένου Ἀθήνησιν εἴς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς δημιουργούς, φυλὰς αὐτῶν εἶναι τέσσαρας, τῶν δὲ φυλῶν ἑκάστης μοίρας εἶναι τρεῖς, ἃς τριττύας τε καλοῦσι καὶ φρατρίας, ἑκάστης δὲ τούτων τριάκοντα εἶναι γένη, τὸ δὲ γένος ἐκ τριάκοντα ἕκαστον ἀνδρῶν συνεστάναι. τούτους δὲ τοὺς εἰς τὰ γένη τεταγμένους γεννήτας καλοῦσιν.* Apertum est Aristotelem causam, quare Athenienses in quattuor illas tribus divisi fuerint, repetere a negotiorum distributione; quae causa continetur verbis in principio collocatis: *τοῦ ὅλου πλήθους διῃρημένου Ἀθήνησιν εἴς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς δημιουργούς.* Mutila haec esse recte animadvertit Schömannus (Prooem. indicis lect. a. 1835 - 1836. p. 10.): ut enim quattuor tribus sunt, ita debuerunt quattuor vitae genera nominari: sed vetustam esse lacunam, quam quidem iam Moeris reppererit, qui scripsit pessime (v. *γεννηταί*)· *ἡ πόλις ἡ τῶν Ἀθηνων τοπαλαιὸν διεκεκόσμητο διχῶς, εἴς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς δημιουργούς· οὗτοι δὲ πάλιν διῄρηντο εἰς φυλὰς δ̄* cet. Agricolas autem et opifices quum inter tribus agnoverit Aristoteles, dubitari non potest, quin ille ut Plato hos viderit in Geleontibus et Argadensibus latere, quum neque Hopletes neque Aegicorenses potuerint pro agricolis vel opificibus haberi. Ceterum si Aristoteles Polit. VII, 10. ubi iis, qui de re publica philosopharentur, antiquitus cognitum esse dicit, *ὅτι δεῖ διῃρῆσθαι χωρὶς κατὰ γένη τὴν πόλιν καὶ τό τε μάχιμον ἕτερον εἶναι καὶ τὸ γεωργικόν*, hoc institutum ex Aegypto repetit et Cretenses ex Minois legibus eandem rationem tenuisse affirmat, Atticae vero illius divisionis mentionem non facit, videtur tantum insignioris Graeci legislatoris exemplo uti voluisse. Porro veterum, vel Aristotelis vel Atthidum unius et alterius auctoris, de tribubus Ionicis sive Atticis sententiam disertius prodit Plutarchus Solon. c. 23. *καὶ τὰς φυλάς εἰσιν οἱ λέγοντες οὐκ ἀπὸ τῶν Ἴωνος υἱῶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν γενῶν, εἰς ἃ διῃρέθησαν οἱ βίοι, τοπρῶτον ὠνομάσθαι, τὸ μὲν μάχιμον Ὁπλίτας* (corrige *Ὅπλητας*), *τὸ δὲ ἐργατικὸν Ἐργάδεις, δυεῖν δὲ τῶν λοιπῶν Γεδέοντας* (scribe *Γελέοντας*) *μὲν τοὺς γεωργούς, Αἰγικορεῖς δὲ τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ προβατείαις διατρίβοντας.* Quae quum ita sint, qui Geleontes agricolas, Argadenses opifices, Aegicorenses pastores, Hopletes milites nobiscum interpretabitur, veterum sequetur auctoritatem non temere spernendam. Unus aliquantillum discedit Strabo VIII. p. 383. de Ione dicens: *Ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέτταρας βίους· τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημιουργούς, τοὺς δὲ ἱεροποιούς, τετάρτους δὲ τοὺς φύλακας.* Non, ut olim putabam, tribus et vitae genera distinguit Strabo, sed hoc vult: „Ion primum constituit quattuor tribus, dein vero quattuor vitae genera incolis assignavit (his quippe tribubus, singula singulis comprehensa)." Quos vero *φύλακας* di-

dixerunt, quod primus proposuit Hemsterhusius et maxime Creuzerus noster Symbol. T. III. p. 53. ed. II. exornavit aliique repetierunt, quorum plurimos nominat Car. Frid. Hermannus l. c. p. 204. eorum sententia ferri non potest, quod Geleontum tribus agricolas potius complexa est a nobilibus ut militibus divisos, et quod γελέοντες non tam *splendentes* sunt quam *ridentes*, qua de re monuit iam Ilgenius l. c. p. 23 sq. Sed qui factum sit, ut Τελεόντων nomen, dum nomen herois Τελέων a poetis potissimum retentum est, publice transierit in formam Γελέοντες, sane difficillimum dictu. In qua re non, quod olim feci, litterarum formis affinibus tribuerim quidquam momenti; illud tamen fieri potuit, quo pridem digitum intendi, ut quod agricolas illos ab initio fuisse constaret, heros tribus Γελέων videretur appellandus esse, quasi Γεώλεως s. λεὼς γεωργικός, et haec appellatio, quamvis paulo licentius formata, adscisceretur ad abolendam vectigalis condicionis memoriam. Mox aliam rationem iniit Ilgenius p. 34. provocans ad glossas Hesychii: Γέγγει (hoc est τέγγει), βρέχει (cf. ibi intt.); γέλεα, τέλεα; τέλγη pro γέλγη (ubi tamen additur: κακῶς· ἔστι γὰρ γέλγη); ἄγεκτοι (p. ἄτεγκτοι), ἄβροχοι, σκληροί; γέλγει (p. τέγγει), βαπτίζει, χρωματίζει. Quae glossae etsi valde suspectae sunt, quod tam apud alios quam apud Hesychium glossae occurrunt ex mera litterarum Τ et Γ permutatione natae, ut apud hunc ἠγιᾶτο (ἠτιᾶτο), ἐνεκάλει, et ἔγλασας (ἔτλασας), ὑπέμεινας, atque aliae, et quod Γ et Τ alterum in alterum transire nullo alio exemplo demonstrari potest; tamen praefracte negari nequit, vetustissimam linguam tulisse eiusmodi variationem, quae non male inde explicanda visa est, quod primitiva forma fuerit γτέλος (p. κτέλος), unde alterutra consona abiecta prodierit vel γέλος vel τέλος, ut ex κμέλας derivatur μέλας et κελαινός, ex κνοέω vero νοέω et κοέω.

Quae Cyzici accesserunt Ionicis s. Atticis tribubus duae novae, non constat unde appellatae sint, neque opus est ut ambae a negotiis denominatae putentur. Adscriptae hae tribus erant aut ex vetustis Cyzicenae terrae incolis, quod Müllerus Aeginet. p. 8. et Marquardtus de Cyz. p. 53. coniecerunt, aut ex sociis coloniae, qui cum Milesiis condiderint Cyzicum. Οἴνοψ s. οἰνώψ etsi ad colorem, non ad cultum vini refertur (Soph. Oed. Col. 674.), tamen heros Chius Οἰνοπίων, cuius nomen inde deflexum est, ad vitis cultum et vini confectionem pertinet auctoribus Theopompo ap. Athen. I. p. 26. B. et Diodoro V, 79. (cf. Apollod. I, 4, 3.): quam rem uberius persequitur Osannus in Mus. Rhen. a. III. (1835.) p. 242 sqq. Ni fallor, stirps quaedam fuit Οἴνοπες s. Οἰνῶπες, qui ut Οἰνωτροί, a vini cultu nominati sunt, terminatione assumpta eadem quae cernitur in gentium plurium nominibus, qualia sunt Ἔλλοπες, Δρύοπες, Μέροπες cet. ab hoc deinceps nomine derivatum est herois nomen Οἰνοπίων, et terrae nomen Οἰνοπία, hoc est Aegina (Pind. Isthm. VII, 21. Ovid. Metam. VII, 472. 490.), alias Οἰνώνη dicta, quae forma est eiusdem significatus atque Οἰνόη, plurium locorum nomen: hae autem voces omnes a vini cultu fluxerunt. Ab hac igitur Οἰνόπων stirpe videtur Cyzicena tribus nomen traxisse, non opinor quod Cyzici haec tribus vineta coleret, etsi Cyzicenum solum vini fertile fuisse videtur (vide Marquardt. p. 32 sqq. quem obiter noto perperam vetustissimos Aeginae incolas Oenones appellare), sed quod stirpis, quae antea iam a vini cultu Οἰνόπων nomen nacta erat, aliqua pars Cyzicum migraverat. Postremo Βωρεῖς nescio an ex fabuloso aliquo vel si mavis etiam a vero quodam Boro denominati sint. Borum novimus Perieris f. cui nupsit Polydora Pelei f. (Iliad. π, 175 sq. Apollod. III, 13, 1.), Borum Lydum (Iliad. ε, 44.), denique Borum Melanthi Messenii, qui rex Athenarum creatus est, avum (Paus. II, 18, 7.). Ab hoc Melanthi avo potest paulo recentior eiusdem familiae vir nomen traxisse, possuntque ex eorum Messeniorum, quos post Heraclidarum reditum in Atticam concessisse constat, posteris aliquot cum Boro hoc recentiore in Ioniam pervenisse, indeque appellati Cyzicenorum Βωρεῖς esse.

## 3666.

„In loco Artacui prope *Cyzicum*"; ed. Paulus Lucas Itin. Gr. Asiae min. cet. T. I. p. 295. 5. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 2. s. 13. p. 27. prior imperfectius. Ex his habet Marquardtus Cyz. p. 127 sq.

```
        \ııΝΛΙΑΣΑΙΙ . . ΩΝΤ
ΟΥΛΠΙΟΣΦΑΙΝΟΣΑΡΧΩΝ
  ΑΡΧΩΝΑΞΙΩΣΑΝΤΩΝΜΥΣ
   ΝΕΞΗΤΑΣΑΚΑΙΕΠΕΓΡΑΨΑ
  ΔΕΙΞΑΝΤΑΣΤΑΔΙΚΑΙΑΤΗΣΕΙΣ
    ΡΩΝΑΣΚΑΙΜΥΣΤΗΡΙΑΡΧΑΣ
       ΕΙΣΟΔΟΥ
       ΡΟΥΧΣ
         ΟΥ      ΟΥΛΠΙΟΣΦΑΙΝΟΣΦ...
                 ΦΛΑΥΡΗΠΡΩΤΑΣ
```

Fundus lectionis est textus Poc. neque universam Lucae variam lectionem affero. Vs. 1. Luc. ..ΝΛΙΑΣΛΙ...ΩΝΤ, Poc. \ıııΙΝΑΣΑΙΓ..ΩΝΙ, quae composui. Vs. 4. primum Ν ex Luc. addidi, et vs. 5. primum et secundum Σ ex eodem inserui. Vs. 6. init. Luc. ΡΩΜΑΣ; sub finem Luc. ut dedi, Poc. Ζ pro Χ habet. Vs. 7 sqq. Lucas sic:

```
             ΕΙΣΟΛΟΥ
             ΟΥΛΠΙΟΣΦΑΙΝΟΣφ...
...ΕΙΣΟΛΟΥ   φλΑΥΡΗΠΡΩΤΑΣ
...ΡΟ * * Σ
.......ΟΥ
```

Vs. 9. extr. puncta addidi ex Luca et vs. 10. ultimum Σ assumpsi ex eodem (Poc. ΠΡΩΤΑ¯).

- - - καλ]λιασά[ντ]ων? τ - - -
Οὔλπιος Φαῖνος ἄρχων [τῶν μυστη-
ρι]αρχῶν? ἀξιωσάντων μυσ[τ - - -
- - ν ἐξήτασα καὶ ἐπέγραψα - - -
- - - δείξαντας τὰ δίκαια τῆς εἰς - -

enim dictum est ἄργον vel ϝάργον (vide Vol. I, p. 29. b.): apud Plutarchum legitur Ἐργ. Stephani libri variant. Ultima circumflectitur apud Euripidem et Stephanum; paenultima acuto notata est apud Plutarchum et in vulgatis Pollucis libris; in manuscripto Pollucis et in editionibus antiquis legitur Κάδεις: postremo apud Herodotum genitivus singularis est Ἀργάδεω (vel Ἀρκάδεω), unde pluralem exspectes fuisse Ἀργάδαι, quae forma est sine exemplo.

Maiores fluctus excitarunt Γελέοντες s. Τελέοντες. Apud Euripidem et Pollucem hucusque in libris sine varietate reperta scriptura Τελέων et Τελέοντες; Herodoti libri plurimi Γ, pauci Τ offerunt; apud Stephanum vulgo habetur Τ, sed ex libris enotatur Γ; idem Γ est apud Plutarchum; in Cyziceno titulo n. 3665. scriptum esse ΓΕΛΕΟΝΤΕΣ non solum apud Caylusium affirmatur bis (a Belleio p. 208. et ab hoc vel a Caylusio p. 209.), sed etiam ab Odofr. Müllero, qui lapidem denuo inspexit. Neque incertam iudico eandem scripturam n. 3664. et in Teio titulo n. 3078. eamque ipse restitui n. 3079. Ex quibus Teiis inscriptionibus prior tum, quum commentationem de tribubus Atticis primum ederem, nondum cognita fuit; ipse tamen posthac primus et solus eius notitiam cum doctis communicavi in nota ei commentationi addita (vide Mus. crit. Cantabr.), nec merui opinor Godofr. Hermanni (l. c. p. XXVI.) reprehensionem, quod eum titulum, quem ex sola mea annotatione norat, silentio praeterissem. Concedendum igitur apud Iones eam tribum publice Γελέοντας vocatam esse, nec, quod olim putabam, a Cyzicenis inventam hanc scripturam esse. Sed paulo calidius agere mihi videntur, qui hanc solam agnoscunt: quamquam quum inscriptiones offerant Γ, in manuscriptis autem Γ facile transierit in Τ, admodum speciosa ista ratio est, nec mirum quod tanto accipitur plausu. Ἀλλ' οὐ μέντοι, ut cum Platone loquar, ἀποκνητέον γε τῷ λόγῳ ἐπεξελθεῖν σκοπούμενον. Est enim Teleon heros Atticus, Zeuxippae maritus, pater Butae Argonautae (Apollon. Rhod. I, 95. IV, 912. Apollod. I, 9, 16. Hygin. Fab. 14.); idem in Argonauticis Orphicis vs. 141. vulgo audit Αἰνιάδης, recte vero Heynius (ad Apollod. l. c.) correxit Αἰγείδης, non quasi ex tribu Aegeide sit, ut putabat Heynius, sed Αἰγείδης est idem quod Ἀθηναῖος, ut Κεκροπίδαι, Ἐρεχθεῖδαι vocantur Athenienses universi. Iam ex iis rationibus genealogicis, quae ab Hesiodeis Eoeis manarunt (cf. Müller. Prolegg. mythol. p. 179.), Xuthus et Aeolus fratres sunt, Hellenis filii: Xuthi vero filius ferebatur Ion, Ionis Geleon s. Teleon, Teleontis Butes Argonauta, et Aeoli filius Cretheus, Crethei Aeson, Aesonis Iason Argonauta; itaque secundum Hesiodeae genealogiae rationem fabulosam eodem gradu ab Hellene et eadem aetate Teleon Butae pater positus est atque Ionis filius Geleon s. Teleon, nec magis Teleon Butae pater potest ab Ionicarum tribuum explicatione separari quam Hoples ille Aegei socer. At alia quoque habetur genealogia, ex qua Xuthus est filius Aeoli, cuius genealogiae me oblitum esse Kutorga p. 95. volebat annotare, sed lepide annotavit me oblitum esse eius, quam unice secutus sum, certe ut in Gallica, qua utor, translatione reddita eius verba sunt. Quasi vero non satisfactum sit, si alterutri fabulosae genealogiae exacte convenire rationes nostras demonstraverim: quasi multum mutetur, si sequaris alteram. Accipio enim quod dixit Godofr. Hermannus (l. c. p. XXV.), in fabulis nihil interesse, quartusne quis an quintus numeretur: quamquam si aequales duos viros esse monstrandum est, nescio an in fabulis plus intersit numerare gradus quam in historia. Porro qui fabulis recte uti didicerit, non negliget Teleontem Locrum ap. Apollon. Rhod. I, 72. 73. Val. Flacc. I, 402. Hygin. Fab. 14. Herodor. ap. Schol. Appollon. l. c. cuius filius est Eribotes Argonauta, quamquam alii eum Eurybaten vocarunt, intelligetque quem locum in Atticis fabulis obtinuerit Butes Teleontis f., eundem in Locricis tenuisse Eriboten Teleontis f. Butae quidem et Eribotae nomina manifesto pertinent ad rem agrariam: bos enim arator est: Butes autem et Eribotes quum Teleontis filii sint, quid magis consentaneum est quam Teleontis nomine significari colonum sive agricolam? Iam vero quum prima Ionicarum tribuum, quam constat Geleontum fuisse, non alia fuerit nisi agricolarum, quid probabilius, quam illum poetarum Argonauticorum Teleontem eundem esse ac Geleontem Ionicae tribus eponymum, diversasque has eiusdem nominis formas esse? Nam quominus etiam ex Argonauticorum scriptoribus Teleontem exulare iubeamus substituendo Geleonte, et librorum consensus et Latini auctores impediunt, in quorum libris G non potuit tam facile in T depravari quam in Graecis. Horum igitur Teleontum sive agricolarum quod gens (γένος) fuerint Butadae, Teleontis iudico Buten filium vulgo dictum esse: nec qui fabularum varietatem noverit, mirabitur quod Butadae ipsi s. Eteobutadae (gentem dico, non pagum Butadarum, qui a gente demum denominatus est), aliam secuti genealogiam sunt. Hi enim non ab Ione, sed ab Erechtheo, quem genuerunt Terra et Vulcanus, repetierunt originem suam (Vitt. X Orr. in Lycurgo); et Butes, sacerdotalis gentis auctor fabulosus, Pandionis ferebatur filius, frater Erechthei, cuius filiam Chthoniam in matrimonium duxisse dicebatur (Apollod. III, 15, 1. coll. Steph. Byz. v. Βουτάδαι). Denique ipsum hoc Τελεόντων vocabulum aptam patitur explicationem. Nam quum Hopletes nobiles occupasse armis sedem videantur, probabile est tributarios factos esse indigenas agrorum possessores, si non omnes, certe plurimos: itaque illi iam redditi sunt τελοῦντες. Non tamen ideo necesse est contempti fuerint: paulatim demum aliqua eorum pars ad paupertatem redacta pervenerit in condicionem eorum, qui ante Solonis legislationem θῆτες et ἑκτημόριοι s. ἑκτήμοροι vocati sunt, utpote ἕκτα τῶν γινομένων τελοῦντες, ut ait Plutarchus Solon. cap. 13. Quae ratio quum ipsi rerum statui plane accommodata sit, tum eo est commendabilior, quo minus iusta formae Γελέοντες interpretatio reddi potest. Nam qui *Luceres, Illustres, Splendidos* esse

Titulus quum ne unum quidem Romanum nomen contineat, probabile est eum ante Imperatorum aetatem scriptum esse. Qui vss. 1-5. scripti sunt *Rex*, *Hieromnemon*, *Propheta*, *Nomophylaces*, sunt annui magistratus, quasi dictum sit ἐπὶ βασιλέως cet. soli anno designando praemissi; neque illi nominativi cum verbo ἐστεφάνωσαν nec cum participio αἰσυμνῶντες coniuncti sunt: qui Dionysium coronarunt, ii sunt aesymnetae mensis Dionysii, quorum nomina habes vs. 10 sqq. Quae non annotarem, nisi Belleius constructionem prorsus aliter instituisset, atque in eundem errorem induxisset Tittmannum, Darstellung der Griechischen Staatsverfassungen p. 463. et Odofr. Müllerum Dor. T. II. p. 169. nec minus, quamquam aliter, erravit Schneiderus Lex. Gr. v. αἰσυμνάω. Corsinus quid de structura statuerit, ex interpretatione eius perspici nequit. Eponymus anni est *Rex*, ut apud Megarenses (vide n. 1052. c. not.), quorum coloni Chalcedonii sunt. Sequitur *Hieromnemon*, magistratus sacerdotalis, de quo dixi T. I. p. 610. *b*. Hieromnemonem Megarensem habes ap. Plutarch. Qu. Symp. VIII, 8, 4. eumque Neptuni sacerdotem, et in Megarensium colonia Byzantio, ubi eponymus est (vide decreta ap. Dem. de cor. p. 255. et ap. Polyb. IV, 52, 4. coll. nummo ap. Eckhel. D. N. T. II. p. 31 sq.), ut mittam alias civitates, de quibus iam monui l. c. Additur *Propheta*, quem pertinere ad oraculum Apollineum recte vidit Belleius; antiquissimum enim Chalcedone Apollinis templum fuit (Lucian. Pseudomant. 10.), Pythaënsis opinor s. Pythii Megaris culti (vide ad n. 1058.): Megaris enim hanc Chalcedoniam religionem traductam esse merito iudicavit Müllerus Dor. T. I. p. 230. qui non immemor fuit Apollinei oraculi apud Chalcedonios, provocans ad nummos (vide Eckhel. l. c. p. 412.) et Dionys. Byz. de Bospor. Thrac. p. 23. in Hudson. Geogr. min. T. III. ubi hoc Apollinis oraculum nullo summorum oraculorum inferius esse dicitur. *Prophetidem* Chalcedone habes n. 3796. *Nomophylaces* in pluribus instituti civitatibus erant, sed notissimi sunt Spartanorum. Hactenus de praescriptis. Coronam decernunt aesymnetae mensis Dionysii, qui quartus est anni Bithynorum, in anno solari incipiens a die 24. Decembris (vide Ideler. Enchir. Chronol. T. I. p. 421.). De aesymnetis potissima complexus sum ad n. 3044. Nostro in marmore αἰσιμνῶντες scribitur, quod defendas ea originatione, qua hoc vocabulum ex αἴσιος vel αἴσιμος derivatur. Chalcedone quod fuerit aesymnetarum munus, probabili coniectura expediri potest. Non esse agonisticos magistratus, de quibus vide Hesych. v. αἰσυμνῆται, vix est quod moneam. Sunt menstrui; unus ex iis est scriba Senatus et Populi, qui Megaris quoque institutus erat (n. 1052.); coronant principem Senatus: patet igitur cum Senatu coniunctos esse. Nec tamen βουλευταὶ vocantur, ac proinde non sunt menstrui senatores. Quid igitur fuerint, nisi menstrui Senatus praesides, qui Athenis vocantur prytanes? Hoc aliquatenus perspexit iam Tittmannus, etsi aesymnetarum denominationem cum Belleio rettulit ad Regem, Hieromnemonem, Prophetam, Nomophylaces. Ex his aesymnetis non dubito quin singulis mensibus lectus sit ἡγεμὼν βουλῆς et γραμματεὺς βουλῆς καὶ δήμου, fere ut Athenis epistates, qui tamen diurnus est, et γραμματεὺς βουλευτῶν (cf. T. I. p. 323. *b*.). Iam si ducem Senatus et scribam Senatus et Populi annumeramus aesymnetis, decem habebimus aesymnetas menstruos. Hi vero praesides Senatus non ut Athenis eiusdem fuerunt tribus, sed alius ex alia: igitur ex eorum numero colligo decem Chalcedone tribus fuisse ut Athenis; senatores vero fortasse CXX fuerunt, ex singulis tribubus XII: quamquam hoc minus certum est, quum non necesse sit omnes senatores per vices potitos aesymnetarum munere esse. Tribuum nomina vel notae nominibus septem adscriptae sunt in hoc titulo; in tribus nominibus de-

est nomen tribus, quod additis ternis lineolis significavi, licet in marmore ipso omissae eae notae sint haud dubie. Diversae hae tribus a Doricis sunt, quae Megaris receptae erant. Chalcedoniarum quae supersunt nomina, haec sunt: Πολητήα, Καλλιχορεᾶται, Ἱππωνήα, Τρίασπις, Σεπρο -' -, Ἀτθίς, Ἀσωποδω-(ρήα). Ex his prima videtur quasi Πολῖτις s. Πολιτικὴ esse, ut Teni tribus est denominatio ἐκ πόλεως (n. 2338.) et Mylasis ἡ κατὰ πόλιν (n. 2694.): offendor tamen forma Πολητήα, pro qua Πολιτήαν vel Πολειτήαν exspectes: nisi quis dicet secundae syllabae diphthongum ει transisse in η, ut fit in tertia syllaba. Tribus Καλλιχορεατῶν haud dubie a loco nomen traxit, ut Eleusine fuit φρέαρ καλούμενον Καλλίχορον (Pausan. I, 38, 6.). Duae a viris vel heroibus denominatae sunt, Ἱππωνήα et Ἀσωποδωρήα, si hoc nomen recte explevi. Ex nominibus propriis virorum Ἵππων reperitur Megaris n. 1052. et in nummo Antinoi Chalcedonio ap. Eckhel. D. N. T. II. p. 412. praeterea Δαμέας Megaris n. 1052. pro quo in nostro hoc titulo est Δαμᾶς; mitto Διονύσιον et Νικίαν pervulgata, quae in Megaricis quoque titulis obvia esse non est notabile. Vs. 19. Μενεκράτειος (ad cuius normam vs. 3. scripsi Ἀπολλοφάνειος) sitne genitivus pro Μενεκράτεος an potius patronymica forma ad Boeotorum fere rationem usurpata (cf. ad n. 1574.), non mihi liquet. In terminationibus memorabile est ήα p. εία, ut Πολητήα, Ἱππωνήα. Inconstanter modo Ἀθαναίων scribitur, modo Ἀθηναίων et Ἀθηνοκλῆς.

## 3795.

*Chalcedone* Smyrnam delatum marmor anaglyphum, coenam sepulcralem repraesentans; ex Richteri schedis ed. Franckius, Richtersche Inschriften p. 288. De marmore hoc cf. Richteri Itin. p. 501 sq.

ΒΟΥΒΑΣΜΟΚΑΠΟΡΙ
ΓΙΓΛΙΓΗΚΟΣΔΙΝΔΙΠΟΡΙ
ΧΑΙΡΕΤΕ

Βουβᾶς Μοκαπόρι(δος),
Γιγλίγηκος (?) Διυδιπόρι(δος),
χαίρετε.

Homines hi possunt Bosporani videri ex Chersoneso Taurica, quod simillimum nominibus huius tituli binis est nomen in Bosporo Cimmerio occurrens *Rhescuporis*, de qua re monuit iam Franckius. Sed Rhescuporis potius Thracium nomen est ad reges Bosporanos propagatum (vide T. II. p. 109.), et haec quoque nostri tituli nomina sunt Thracum, ad quorum gentem Bithyni pertinent. Dionysius Byzantius l. c. (ad n. 3794.): ,,*Post Laurum insanam* (ad Bosporum Thracium) *sequitur sinus profundus valde, nominatus Moucaporis a rege quodam Bithyniae.*" Eodem pertinere videtur nomen Μωκάδιον, de quo Procopius de aedificc. I, 9. ἀκτὴ δέ τίς ἐστι Μωκάδιον ὄνομα τοῦ χωρίου ἐγγὺς ὃ καὶ νῦν ἱερὸν ὀνομάζεται. Ad nomen Βουβᾶς cf. nomen regis Bithynorum Βᾶς ap. Phot. Bibl. cod. 224. p. 228. ed. Bekk. ex Memnone, nisi ibi quoque potius Βουβᾶς legendum.

## 3796.

*Chalcedone* (Cadi-kevi) in theca sepulcrali; ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 33. p. 332.

ΟΡΒΑΝΙΛΛΑ
ΘΡΕΠΤΗΑΠΦΗΣ
ΠΡΟΦΗΤΙΔΟΣ
ΖΗΣΑΣΑΕΤΗΖΚ
ΜΗΤΗΡΤΥΡΑΝ
ΝΙΣΖΗ

Ὀρβανίλλα θρεπτὴ Ἄπφης προφήτιδος, ζήσασα ἔτη ζκ̄·
μήτηρ Τυραννὶς ζῆ.
Cf. ad n. 3794.

## 3797.

Inscriptio basis marmoreae, repertae in aedibus privatis prope ecclesiam loci Kadi-kioi s. veteris *Chalcedonis*. Primus edidit Whelerus Itin. p. 209. dein Sponius Misc. erud. antiq. X, 34. p. 312. uterque ex lapide Chalcedone posito; ex his Fleetwood Syllog. p. 52. 1. Dein solis illorum apographis usus tractavit Chishullus Antt. Asiat. p. 59-64. a. 1728. Emendavit et explicuit Rich. Bentleius in litteris a. 1729. scriptis, quae publici iuris factae sunt una cum Io. Taylori Commentario ad L. decemviralem de inope debitore in partis dissecando (Cantabr. 1742. 4.), p. 23-27. addita insuper p. 27-28. brevi Chishulli responsione et alia praeterea eiusdem nota p. 28. Bentleianae litterae cum additamentis his Chishullianis repetitae sunt in Bentleii Epistolis a Burneio editis et ex Burneii editione a Friedemanno (p. 236 sqq. ed. Friedem.). Posthac Mordacus Mackenzie et Thomas Payne lapidem in Britanniam afferendum curaverunt ad Rich. Meadium: ex ipso igitur marmore Chishullus inscriptionem aeri incisam dedit folio singulari a. 1731. excuso et aliquot exemplis Antiquitatum Asiaticarum in calce affixo. Hoc aes repetiit deinceps Taylorus l. c. Praef. p. v. additis notis (usque ad p. VII.). Mox de hoc titulo disputavit Britannus quidam in Miscell. Obss. Vol. III. p. 205-207. (a. 1733.) Corruptum dedit Reinesius I, 91. habent praeterea Bonada T. I. p. 73. Donius I, 104. p. 38. cum Salvinii Latina interpretatione, et hinc Donatus T. I. p. 4. n. 7. Ex solo Chishullo (p. 59.) non accurate dedit Dallaway Constantinop. p. 149. cum Latina interpretatione. Ex Chishullo Brunckius recepit in Analecta T. III. p. 192. n. 203. et notis instruxit Iacobsius Animadv. T. III. P. I. p. 408. Idem repetiit Anthol. Palat. Append. n. 283. cum notulis T. III. p. 947. Ex lapide, qui nunc est in Mus. Brit. Spat. VI. n. 32. denuo inspecto ed. Osannus in Seebodii Misc. crit. T. I. p. 287-293. et Syllog. p. 228 sqq. Latine hunc titulum plures verterunt, et carmine quidem Chishullus p. 62. (cuius translationem refinxit Os. p. 231.) multoque elegantius Bentleius. Huius translationem addidi.

ΟΥΡΙΟΝΕΚΠΡΥΜΝΗΣΤΙΣΟΔΗΓΗΤΗΡΑΚΑΛΕΙΤΩ
ΙΗΝΑΚΑΤΑΠΡΟΤΟΝΩΝΙΣΤΙΟΝΕΚΠΕΤΑΣΑΣ
ΕΙΤΕΠΙΚΥΑΝΕΑΣΔΙΝΑΣΔΡΟΜΟΣΕΝΘΑΠΟΣΕΙΔΩΝ
ΚΑΜΠΥΛΟΝΕΙΛΙΣΣΕΙΚΥΜΑΠΑΡΑΨΑΜΑΘΟΙΣ
ΕΙΤΕΚΑΤΑΙΓΑΙΗΝΠΟΝΤΟΥΠΛΑΚΑΝΟΣΤΟΝΕΡΕΥΝΑΙ
ΝΕΙΣΘΩΤΩΙΔΕΒΑΛΩΝΨΑΙΣΤΑΠΑΡΑΞΟΑΝΩΙ
ΩΔΕΤΟΝΕΥΑΝΤΗΤΟΝΑΕΙΘΕΟΝΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥΠΑΙΣ
ΣΤΗΣΕΦΙΛΩΝΑΓΑΘΗΣΣΥΜΒΟΛΟΝΕΥΠΛΟΙΗΣ

Litterae prope trientem pollicis Britannici altitudine aequant, et eleganter exaratae sunt. Ρ et Β habent fere hanc formam Ρ, Β; Ο modo maius modo minus est, non tamen minimum illud, quod in multis titulis occurrit. Σ quale dedi est in aere Chishulliano, item Μ; sed coniicio in lapide utrumque obliquatos potius exteriores ductus habere. Fundus lectionis est aes Chish. neque annoto vitia aliorum manifesta. Vs. 5. extr. Whel. et qui eum sequuntur ΕΡΕΥΝΩΝ; Os. ΕΡΕΥΝ, sed ΕΡΕΥΝΑΙ esse genuinam lapidis lectionem dicit. Diserte ΕΡΕΥΝΑΙ habent Spon. et aes Chish. atque hoc in lapide sese legisse nuntiavit Odofr. Müllerus. Vs. 6. litterae 3 - 8. in aere Chish. arrosae repraesentantur; Os. dicit hodie superesse tantum ΝΕΙ.... Plenas dedi ex Whel. Spon. Ibidem ex Os. dedi Ξ; aes Chish. Ι, Whel. Spon. Ζ.

Οὔριον ἐκ πρύμνης τις ὁδηγητῆρα καλείτω
    Ζῆνα, κατὰ προτόνων ἱστίον ἐκπετάσας.
εἴτ᾽ ἐπὶ Κυανέας δίνας δρόμος, ἔνθα Ποσειδῶν
    καμπύλον εἱλίσσει κῦμα παρὰ ψαμάθοις,
εἴτε κατ᾽ Αἰγαίην πόντου πλάκα νόστον ἐρευνᾷ,
    νείσθω τῷδε βαλὼν ψαιστὰ παρὰ ξοάνῳ.
ὧδε τὸν εὐάντητον ἀεὶ θεὸν Ἀντιπάτρου παῖς
    στῆσε Φίλων ἀγαθῆς σύμβολον εὐπλοΐης.

„Urion inclamato Iovem comitemque ducemque
    navita, quum ventis pandere vela parat.
Sive ad Cyaneas immani in vortice petras
    tendat, ubi horrificis aestibus unda fremit;
sive iter Aegaei scopulosa per aequora tentet,
    tutus, ubi huic statuae liba sacrarit, eat.
Huncce deum hic posuit nautis laetabile signum
    praesidiumque Philo filius Antipatri."

Notum est emporium *Hieron* Bithyniae in ore Bospori Thracii ad Pontum Euxinum, quod duodecim diis et Neptuno potissimum condidisse vel Phrixus vel Argus Phrixi f. vel Argonautae ferebantur; cuius rei antiquissima mentio est ap. Pind. Pyth. IV, 204 sqq. recentior ap. Apollon. Rhod. II, 532. (ubi cf. Scholia cum Schol. Demosth. T. II. p. 79. ed. Reisk.). Ἱεροῦ huius meminit iam Herodotus IV, 85. 87. deinde Demosthenes adv. Lacrit. p. 926. 5. p. 936. 4. adv. Polycl. p. 1211. 25. in Lept. p. 468. 10. Scylax p. 207. et p. 216. ed. Klausen. et alii Περίπλων auctores, Dionysius Byzantius in Anaplo Bospori Thracii, Polybius IV, 39, 6. (ubi etiam aram duodecim duorum nominat, in qua primum Iasonem sacra fecisse proditum sit), 43, 1. 50, 2. 52, 7. alii plures. Locos Byzantinorum scriptorum, qui Ἱεροῦ mentionem iniiciunt, vide ap. Taylor. l. c. p. VII. et adi praeterea, si tanti est, F. A. Wolf. ad Dem. Lept. p. 259. Mannert. Geogr. ant. T. VI. P. III. p. 601 sq. Buttmann. Lexil. T. II. p. 32 sqq. Eo igitur loco templum fuit Iovis Urii, numinis notissimi, secundo vento adiuvantis navigationem; hinc Hieron saepe distinctius vocatur τὸ ἱερὸν Διὸς Οὐρίου. De eo templo praeter Pompon. Mel. I, 19. vide auctores Περίπλων, qui longe frequentissimam eius mentionem faciunt: ex quibus aliquot appono locos, maxime quod quanto Hieron a propinquis locis afuerit, accurate definiunt. A Marciano Heracleota Menippus traditur circumnavigasse πρότερον μὲν τὸν Πόντον, μετ᾽ ἐκεῖνον δὲ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὴν Προποντίδα ἅμα τῷ Ἑλλησπόντῳ, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοῦ καλουμένου Διὸς Οὐρίου, ὅπερ ἐπ᾽ αὐτοῦ κεῖται τοῦ στόματος τοῦ Πόντου, τοῦ περίπλου τὴν ἀρχὴν ἑκατέρων τῶν ἠπείρων ποιησάμενος (p. 121. ed. Miller.). Tum ex ipso hoc Menippo, quod nuper demonstratum est, non ut vulgo creditum, ex Artemidoro, Marcianus affert haec (ap. Miller. p. 122.): Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἐν τοῖς δεξιοῖς τῆς Ἀσίας μέρεσιν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους, κεῖται χωρίον Ἱερὸν καλούμενον, ἐν ᾧ νεὼς ἐστι Διὸς Οὐρίου προσαγορευόμενος. τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἀφετήριόν ἐστι τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων. Hinc posthac intervalla orientem versus metitur Menippus. Eadem fere quae ex Menippo apposui verba habet Anonymus initio Peripli (ap. Hudson. Geogr. min. T. III.). Arrianus Peripl. p. 12. (Huds. T. I.): Τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου διέχει ἀπὸ Βυζαντίου σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ ἔστι στενώτατον ταύτῃ τὸ στόμα τοῦ Πόντου καλούμενον. Idem p. 25. Ἐκ δὲ Κυανέων ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου, ἵνα περ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, στάδιοι τεσσαράκοντα. Mitto alios locos ex Periplo Arriani et Periplis iis, de quibus egit Osannus Disputatione de fragmento Peripli Graeco e cod. Hafn. deprompto (Gissae 1829. 4.). Ex his quidem locis satis patet, quam longe Hieron et Urii Iovis templum a Chalcedone dissitum fuerit. Nihilominus tamen probabile est statuam, cui epigramma nostrum subscriptum erat, fuisse in illo Urii templo vel prope illud in sacro loco collocatam: unde coniicio basin Hiero Chalcedonem delatum navi esse, fortasse saburrae loco. Novimus autem duas illius templi statuas. Alteram describit Dionysius Byzantius l. c. (ap. Huds. T. III. p. 19. ex Gyllii Bosp. Thrac. III, 5.) cuius haec verba sunt: „In fano statua aerea est antiquae artis, aetatem puerilem prae se ferens, tendens manum. Causae multae afferuntur, cur haec statua sit in hanc figuram conformata. Quidam aiunt audaciae signum esse navigantium, deterrens temeritatem navigationis periculis plenam, atque ostendens redeun-

tium salutis felicitatem et pietatem: non enim sine terrore utrumque est. Alii dicunt puerum in littore errantem aliquanto post venisse quam e portu navis soluta esset, salutisque desperatione affectum manus ad caelum tendere, pueri autem preces deum exaudientem reduxisse (navem) in portum. Alii aiunt in magna maris tranquillitate, omni vento silente, nave diu retardata, nautas inopia potus laborasse: navarcho autem visionem insedisse iubentem, ut navarchus filium suum sacrificaret; non enim alio modo posse assequi commeatum et ventos. Navarcho necessitate coacto et parato puerum sacrificare, manus quidem puerum tetendisse, deum vero misericordia motum ob absurdum pueri supplicium obque pueri aetatem sustulisse puerum et ventum secundum immisisse. Haec quidem et his contraria, ut cuique placuerit, credibilia existimentur." Sed haec statua quominus possit ea haberi, cui epigramma nostrum subscriptum erat, vel hoc impedit, quod epigrammatis nostri statua manifesto Urium Iovem repraesentabat, quam vero Dionysius describit, ea si Urii fuisset, profecto id non reticuisset Dionysius; nec profecto Urius potuit ea, quam Dionysius explicat, forma repraesentari, quum Urius Romanis visus sit *Iuppiter Imperator* dicendus esse: denique quum in isto signo describendo Dionysius tam copiosus sit, non probabile est eum omissurum fuisse epigramma subscriptum Urii hanc statuam esse testatum, qui quidem paulo post inscriptionem sepulcri a Charete Boidio positi diserte rettulerit. Simile signum Osannus contulit Olympiae collocatum, de quo Pausanias V, 24. Παρὰ δὲ τῷ Πελοπίῳ κίων τε οὐχ ὑψηλὸς καὶ ἄγαλμα Διός ἐστιν ἐπ' αὐτῷ μικρόν, τὴν ἑτέραν τῶν χειρῶν προτεῖνον: sed statuam a Dionysio descriptam non constat Iovis signum fuisse; probabilius est esse donarium puerum repraesentans (cf. Buttmann. l. c.). Aut igitur Dionysius non omnes templi illius statuas descripsit, quod omnino probabile est, aut tum quum scripsit, perierat iam et haec a Philone collocata, et ea de qua statim dicam: qua de re licet eo minus iudicare, quod Dionysius Byzantius quando vixerit non constat nec satis a Bernhardyo (Dionys. Perieget. T. II. p. 492.) evictum est eum sub Imperatoribus scripsisse. Altera illius templi statua Iovis fuit Urii, quae Ciceronis aetate integra inviolataque servata erat (Verr. II. lib. IV. 58.). Hoc signum fuit ex tribus Urii, quem Cicero bis *Iovem Imperatorem* vocat (cap. 57. 58.), signis pulcherrime factis: duo reliqua erant Syracusanum a Verre sublatum, et Macedonicum in Capitolio collocatum, a T. Quinctio Flaminino sublatum ex fano antiquissimo barbarorum et sanctissimo, quod L. Piso posthac diripuit (Cic. in Pison. 35.): quartum Iovis Imperatoris Praeneste Romam deductum de industria non nominat Cicero, quod de signis Iovis Imperatoris dicit Graeca arte et eo habitu, quem Οὐρίῳ dederant Graeci artifices, elaboratis, non de quibusvis Iovis Imperatoris signis. Quodsi vere Cicero Οὔριον Imperatorem vocat nihilique sunt tot coniecturae doctorum Imperatoris vocabulum expellere conantium, quibus nollem assensus esset Levezowius in Commentatione de Iove Imperatore (Berol. 1826. 4.), Οὔριον ut Imperatorem Iovem hasta ornatum esse censendum est. De quo Iovis Imperatoris insigni monuit Osannus l. c. (de fragmento Peripli) p. 13. et de ea re postea uberius exposuit Guil. Abeken elegante commentatione edita in Annal. Inst. archaeol. Vol. XI. p. 62-72. simul Buttmanno potissimum duce explicans, quomodo fieri potuerit, ut Οὔριος Graecorum a Romanis appellaretur Imperator. Ceterum nulla causa est, quare signum, cuius epigramma tenemus, illud ipsum esse putemus, quod inter celebratissima Iovis Urii simulacra refert Cicero: quamquam refelli non potest qui ita statuat. Nostrum hoc dedicavit Philo quidam, de quo accipe quae Osannus disputavit. ,,Denique de Philone, Antipatri filio," ait, ,,quid commentus sim, promam, licet ipse sciam veri hoc potius simile, quam verum esse. Nimirum hanc Philonis navigationem atque eam, de qua multus est Demosthenes in Lacritum oratione, suspicor nihil differre. In nave enim a pluribus Atheniensibus pecuniam contribuentibus mercaturae causa in Bosporum Cimmerium missa simul οἱ οἰκέται Antipatri, negotiatoris Atheniensis, ad quem pars navis mercibus repletae pertinebat, iter in Theudosiam, Panticapaeum aliasque in regiones fecisse a Demosthene (l. c. p. 934.) traduntur. Hos inter Antipatri οἰκέτας quominus filium ipsum fuisse credamus, quum nihil obstet, nescio cur non Philonem nostrum eius Antipatri filium esse arbitremur, quem mercationis illius participem fuisse Demosthenes diserte tradit, eumque in templo Iovis Urii, ad quod ii qui Athenis profecti in Bosporum Cimmerium tenderent, aut e Ponto Athenas peterent, quasi in media via appellere solebant, propter fortunatum usque iter statuam Iovi erigi iussisse. Huic coniecturae minime palaeographicae, quam dicunt, lapidis ratio adversatur, quae Demosthenis aetatem eum attingere sinit. Mira profecto est nec satis perpensitata Chishulli (p. 64.) et Winckelmanni (Opp. T. VI. P. I. p. 135.) sententia, statuam cum basi a Philone statuario illo factam esse, qui Alexandri M. aetate florens, limatissimum Hephaestionis signum fecisse perhibeatur: quae sententia non solum verbis ipsius tituli non comprobatur, sed quae de Philone statuario narratio fertur, valde incerta fit, quum Plinius (H. N. XXXIV, 19, 6.), gravior Tatiano profecto testis, Hephaestionis statuam a Lysippo elaboratam referat, simul addens, fuisse qui eam ex errore Polycleto tribuissent: quae postrema ad coniecturam sponte ducunt, ne Polycleti nomen in Tatiani verbis πάνυ Φίλων lateat." Tatiani locum in notula addit, Orat. ad Graecos c. 55. τὴν Ἡφαιστίωνος οὐκ αἰδεῖσθε πορνείαν, καὶ εἰ πάνυ Φίλων αὐτὸν εὐτέχνως ἐποίει. Haec etsi probabiliter disputata videntur, tamen re accuratius perpensa repudianda sunt. Nam ille Antipater Citiensis, de quo in Demosthenea oratione dicitur, non navem nec merces in Pontum miserat, sed pecuniam suam nautico fenore dederat Hyblesio nauclero in Pontum naviganti (Dem. p. 933. 934.).

Neque Antipatri filius cum Hyblesio navigavit, sed servi (οἰκέται) et servi soli, non una filius, neque ii Antipatri, sed Apollonidis Halicarnassensis, qui eius navis particeps erat; id quod ex Apollonidis testimonio (p. 935.) manifestum atque a Reiskio pridem intellectum est. Verba testimonii haec sunt: Ἀπολλωνίδης Ἁλικαρνασσεὺς μαρτυρεῖ εἰδέναι δανείσαντα Ἀντίπατρον Κιτιέα τὸ γένος χρήματα Ὑβλησίῳ εἰς τὸν Πόντον ἐπὶ τῇ νηΐ, ἣν Ὑβλήσιος ἐναυκλήρει, καὶ τῷ ναύλῳ τῷ εἰς τὸν Πόντον. κοινωνεῖν δὲ καὶ αὐτὸν τῆς νεὼς Ὑβλησίῳ καὶ συμπλεῖν ἑαυτοῦ οἰκέτας ἐν τῇ νηΐ. καὶ ὅτε διεφθάρη ἡ ναῦς, παρεῖναι τοὺς οἰκέτας τοὺς ἑαυτοῦ καὶ ἀπαγγέλλειν ἑαυτῷ cet. Quo loco tam ex vocibus ἑαυτοῦ et ἑαυτῷ quam ex universo testimonii tenore liquet Apollonidem testem, non Antipatrum, navis fuisse participem, ac κοινωνεῖν αὐτὸν esse dictum pro κοινωνεῖν αὐτός, de quo usu vide Matthiae Gramm. Gr. T. II. p. 1054. ed. sec. Denique Hyblesii navis quum naufragium fecerit, quis pro ea navigatione Urio donarium obtulerit? Chishulli sententiam, qui Philoni statuario inter athletarum, armatorum, venatorum et sacrificantium fictores a Plinio (XXXIV, 19, 34.) relato tribuebat statuam hanc Bosporanam, probabat etiam Bentleius, et probavit nuper Silligius Catal. Artiff. p. 350. Hunc Alexandri aetate vixisse ex Tatiano discimus; nec video cur Tatiano denegetur fides, ubi Hephaestionis statuam a Philone factam dicit, nimirum aliam atque eam, quam Lysippo tribuit Plinius. Nec tamen constat ab hoc Philone dicatam statuam eam esse, cuius epigramma servatum est: nihil est enim probabilius, quam quod in Misc. Obss. proposuit vir doctus, aliquem qui felicem perfecisset in ea plaga navigationem, statuam hanc dedicasse Urio. His in universum disputatis pauca sunt quae addenda videantur. Vs. 1. ἐκ πρύμνης coniungendum esse cum praegresso Οὔριον recte notavit Iacobsius his verbis: „Οὔριος ἐκ πρύμνης est ventus πρυμναῖος, qui a puppi oritur. Hinc πρύμνηθεν οὖρος ap. Eurip. Troad. 20. Contra ventus adversus est πνεῦμα ἐκ πρώρας. Utrumque illustravit Dorvill. ad Charit. p. 115. ubi hoc distichon excitat, et Valck. in Diatr. p. 234. A." De προτόνοις dixi in libro „Urkunden über das Seewesen des Attischen Staates" p. 147. Sunt hi funes a summo malo ad proram, vel ad proram et puppim tensi. Hoc loco non ut recentiore aetate, quod ex Luciano docui, unus est πρότονος, sed plures, iique cum velis coniuncti, ut ap. Eurip. Hecub. 114; vela enim etiam a προτόνοις, non tantum ab antenna, suspendi posse sponte patet. Quamquam etiam alios funes atque eos quos dixi esse πρότονα vocatos Eustathius perhibet, cuius locum ibidem apposui. Vs. 4. extr. tantum commate interpunxi cum Iacobsio, ut deinceps νείσθω pertineret ad utramque sententiam praecedentem εἴτ᾽ ἐπὶ Κυανέας δίνας δρόμος (ἐστίν), εἴτε κατ᾽ Αἰγαίην πόντου πλάκα νόστον ἐρευνᾷ. Eodem modo intellexerat Bentleius; Chishullus vero, maxime in responsione ad Bentleii litteras, pravissima distinctione inelegantissime distorsit sententias. Vs. 5. Bentleius vocem νόστον de *profectione* intelligit universe: sed probabilius est auctori Graecum hominem obversatum esse, qui in Pontum ex Aegaeo profectus redeat per Aegaeum, ac proinde νόστον hic esse *reditum* ut vulgo. Mox tamen νείσθω est generale *proficiscatur*, utpote ad utrumque pertinens iter, et in Pontum et ex Ponto. Ξόανον constat ligneum potissimum vel eburneum, item lapideum simulacrum dici (v. Siebelis. Praef. Pausan. p. XLII sq.); sed potest id hic minus proprie etiam de aerea statua dictum esse. Lapis, qui superest, Chish. teste (in Append.) plumbum et uncos ferreos et excavatum superius ad recipiendam statuam foramen ostendebat: hinc tamen de signi materia non potest coniectura fieri. Vs. 7. εὐάντητον recte Schäferus in Apollon. Rhod. T. II. p. 169. exponit *preces facile exaudientem*, hoc est paulo generalius dictum *gratiosum*. Paulo aliter ap. Oppian. Cyneg. 488. ἄγρη et Halieut. II, 149. ἐδωδὴ vocatur εὐάντητος, nimirum *accepta et exoptata.*

Hactenus de epigrammate in Urii statuam. Aliud epigramma ad Bosporum Thracium olim collocatum, epitaphium Boidii Charetis uxoris, servavit Dionysius Byzantius p. 23. Huds. ex quo in Anthologiam translatum est; nos et hoc omittimus et oraculum haud dubie ficticium tabulae lapideae, ut fertur, inscriptum, quae, quum Valentis Imp. indignatione muri Chalcedonis everterentur, in fundamentis reperta sit, editum ap. Bandur. Antiqq. Constantinop. II. p. 337.

---

## 3797. *b*.

In insula *Chalcitide*, una ex *Demonnesis*, hodie Kalki dicta, in aula coenobii D. Georgii, super porta, in anaglypho virum et feminam sedentes repraesentante, alto pedem, longo pedes duos; transcripsit De Varennes, misit Panofka.

ΕΥΦΗΜΟΣΕΠΙΘΥΜΗΤΟΥΘΥΓΑΤΡΙ
ΜΝΗΜΑΕΠΟΙΗΣΕΜΝΗΜΗΣΧΑΡΙΝ
ΖΗΣΑΣΗΕΤΗΚΟΝΟΜΑΜΟΙΜΙΚΚΗ
ΧΑΙΡΕΠΑΡΟΔΙΤΑ

Εὔφημος Ἐπιθυμήτου θυγατρὶ μνῆμα ἐποίησε μνήμης χάριν, ζησάσῃ ἔτη κ̄. ὄνομά μοι Μίκκη· χαῖρε παροδῖτα.

---

## SECTIO QUARTA.

### HADRIANI S. ADRIANI AD OLYMPUM, PRUSIAS AD HYPIUM, NYMPHAEUM, HERACLEA, HADRIANOPOLIS, FLAVIOPOLIS.

### 3797. *c.*

Postquam priores sectiones typis iam expressae erant, missae mihi a Kieperto sunt aliquot inscriptiones, quae ad *Hadrianos s. Adrianos* Bithyniae referendae sunt. Has igitur hoc loco interposui, excepta una adeo mutila, ut digna non sit quae edatur. Prima haec est in fragmine columnae marmoris candidi reperto in loco Adranas Tschiftlik (hoc est „villa rustica Agae dioecesis Adranas") prope Adrianos ad Olympum.

ΙΙΣΕΒΑΣΤΩΝΕΙ
ΚΗ ∖_ΝΙΟΥΔΙΑΜΟΝΗΣΑΙΑΙΑΝΟΣ
ΦΙΛΟΠΑΠΠΟΣΟΚΑΙΕΠΙΜΕΛΗΘΕΙΣ
ΤΗΣΤΟΥΥΔΑΤΟΣΕΙΣΑΓΩΓΗΣΕΚΤΩΝ
ΔΗΜΟΣΙΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝΕΞΥΠΟΣΧΕΣΕ
ΩΣΤΗΝΚΡΗΝΗΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΠΡΩΤΟΣ
ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ ΕΠΙΤΩΝΕ
ΣΥΜΦΟΡΩΝΕΙΡΗΝΙΩΝΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣ

Ὑπὲρ τῆς τῶν Αὐτοκρατόρων τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δεῖνος, Καισάρων] Σεβαστῶν [ν]είκη[ς καὶ αἰω]νίου διαμονῆς Αἴ[λ]ιανὸς Φιλόπαππος, ὁ καὶ ἐπιμεληθεὶς τῆς τοῦ ὕδατος εἰςαγωγῆς ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἐξ ὑποσχέσεως τὴν κρήνην ἐκ τῶν ἰδίων πρῶτος ἀποκατέστησεν. ἐπὶ τῶν [π]ε[ρὶ] Σύμφορ[ο]ν Εἰρηνίωνος ἀρχόντ[ων.

### 3797. *d.*

In cippo marmoris candidi prope Serdschilar in valle Tchai Deresi, ex parietinis *Adrianorum*, scripturae aegre legibilis. In superiore parte cippi circulo inscriptum est X; nec tamen Christianum titulum esse sponte patet.

ΙΔΙΟΙϹΑΘΗΝΑΙΗϹΤΡΟΦΙΜΟϹ
ΤΟΔΕϹΗΜΕΠΟΙΗϹΑ
ΑΥΤΩΚΑΙΤΕΚΕΕϹϹΙΝΙΕ
ΗΜΕΤΕΡΟΝΔΑΡΑΤΥΜΒΟΝ
ΟϹΧΕΤΕΡΟΝΘΑΨΗΠΟΙΝΗ
ϹΕΙΝΕΚΑΔΩϹΕΙ
ΤΩΤΑΜΙΩΧΡΥϹΟΥ
ΟΚΤΑΚΙΤΟΙΔΕΚΑ
ΤΟΥϹ_
ΠΙΟΦΙ

Ἴδ[ρ]ις Ἀθηναίης Τρόφιμος τόδε σῆμ' ἐποίησα
αὐτῷ καὶ τεκέεσσιν· [ἐς] ἡμέτερον δ' ἄρα τύμβον
ὅς χ' ἕτερον θάψῃ, [ὅ γε] ποινῆς εἵνεκα δώσει
τῷ ταμίῳ χρυσοῦ[ς] ὀκτάκι τοι δεκάτους.

Versu carminis tertio ut metro succurrerem, inserui ὅ γε, quod non est in lapide. Δεκάτους videtur pro δέκα dictum esse, nisi malis esse versum mutilum et ΤΟΥϹ superesse ex Ἔ]τους. Vs. 10. fuit fortasse Τρ]όφι[με χαῖρε.

### 3797. *e.*

*Ibidem*; in superiore parte cippi circulo inscripta est crux (+): sed cave titulum putes Christianum esse.

ΠΑΙΔΕϹΜΕΝΠΑΤΡΙΤΑΥΤΑϹ
ΧΟϹΓΑΜΕΠΗΔΕϹΤΕ
ΑΝΤΙΦΙΛΟΦΡΟϹΙΝΗϹΤΕ
ΛΕϹΦΟΡΩΑΛΕΞΑΝΔΡΩ
ΧΡΗϹΙΜΟϹΟΝΟΜΑϹΙΝ
ΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΔ ΤΙ
ϹΗΜΑΤΕΚΑΙΒΩ
ΞΑΝΑΠΟΦΘΙΝΙ

Παῖδες μὲν πατρὶ ταῦτ', ἄ[λο]χος γαμέ[τ]η δὲ [ἔ]τε[υξαν
ἀντὶ φιλοφροσ[ύ]νης Τελεσφόρῳ Ἀλεξάνδρῳ.
Χρήσιμος ο[ὔ]νόμασιν, [Ἀ]λεξάνδρεια - - - -
σῆμά τε καὶ βω[μὸν τεῦ]ξαν ἀποφθι[μένῳ.

Litterae Ε forma est Ε. Epigramma est deterioris notae, in quo quae emendavi, non omnia certa sunt. Lin. 4. extr. possis Ἀλεξάνδρου legere; sed potuit ille bina nomina habere: Τελέσφορος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος.

---

### 3798.

*Prusiade ad Hypium* (Uskub), prope vetustum ut videtur templum, in basi; ed. Ainsworth, Journal of the R. Geogr. Soc. of London, Vol. IX. p. 221.

ΑΝΤΙΝΩ
ΘΑΛΛΩΛ
ΚΛΑΡΙΣΗ
ΑΝΕΣΤΗΣΕ

Iota subscriptum non arbitror in lapide esse. Vs. 3. extr. scribe Η.

Ἀντίνῳ Θάλλῳ Α. Κλ(αυδία) Ἀρίσ[τ]η ἀνέστησε.

---

### 3799.

*Nymphaei*; ex schedis Prokeschii a Zellio missis.

ΘΕΟΤΕΛΗΣΛΙΣΑΡΧΟΥ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣΕΡΜΕΙ

Θεοτέλης Α[ὐ]σάρχου γυμνασιαρχήσας Ἑρμῇ, sc. ἀνέθηκεν.

---

## 3800.

*Heracleae in Ponto*; ex schedis Pittaci. In quibus etsi locus non notatus est, ubi hoc fragmentum repertum erat, tamen id non ad aliam ac Ponticam Heracleam pertinere praeter argumentum inde colligo, quod Pitt. schedis Mustoxydis usus est, Mustoxydem autem Heracleae huius titulos habere didici ex quibusdam notatis, quae Mustoxyde concedente ad me misit Forchhammer.

ΣΤΡΑΤΗΓΟΣΡΩΜΑΙΩΝ
ΟΣΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝΤΗΙΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤΩΙΔΗ . .
. ΕΝΕ - - - - ΜΙΜΟΙΠΑΡΥΜΩΝΠΡΕΣΒΕΙΣΔΙΑΣΔΙΟ : Β :
ΔΡΟΣ . . . ΛΗΜΟΣΜΟΣΧΟΣΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣΜΕΝΗΣΑΝΔΡΕΣ . . .
ΟΙΤΟΤΕ . . . ΙΣΜΑΑΠΕΔΩΚΑΙΚΑΙΑΥΤΟΙΔΙΕΛΕΤΗΣΑΝΑΚΟΛΟΤ
ΣΕΝΤΩ . . . ΡΙΣΜΑΤΙΚΑΤΑ . . . . . ΩΡΙΣΜΕΝΟΙΣΟΥΔΕΝΕΛΛΕΙΠΟΝΤΑ . .
ΝΑΣΕΥΕ . . . ΠΡΟΣΠΑΝΤΑΣΤΟΥΣΕΛΛΗΝΑΣΕΥΝΟΩΣΔΙΑΚΕΙΜΕΝΟΥΣ
. ΝΟ . . . ΠΕΙΡΑ . . . ΟΜΕΕΘΑΠΑΡΑΓΕΓΟΝΟΤΩΝΥΜΩΝΕΙΣΤΗΝΗΜΕΤΕΡ
Π:ΡΟΝΟΙΑΝΠΟΕΙΣΘΑΙΤΗΝΕΝΔΕΧΟΜΕΝΗΝΑΕΙΤΙΝΟΣΑΓΑΘΟΥΠΑΡΑ
ΜΕΝΟΙΣΥΓΧΩΡΟΥΜΕΝΔΕΥΜΙΝΤΗΝΤΕΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝΚΑΘΟΤΙΚΑ . . .
. ΑΙΣΠΟΛΕΣΙΝΟΣΑΙΗΜΙΝΤΗΝΕΠΙΤΡΟΠΙΗΝΕΔΩΚΑΝΕΧΟΥΣΙΝ . . . .
ΤΑΤΑΑΥΤΩΝΠΟΝΤΕΥΕΣΘΑΙΚΑΤΑΤΟΥΣΥΜΕΤΕΡΟΥΣΝΟΜΟΥΣ
ΟΙΣΠΕΙΡΑΣΟΜΕΘΑΕΥΧΡΗΣΤΟΥΝΤΕΣΥΜΙΝΑΕΙΤΙΝΟΣΑΛΛΟΥ
ΣΟΔΙΑΠΟΔΕΧΟΜΕΘΑΔΕΚΑΙΤΑΠΑΡΥΜΩΝΦΙΛΑΝΟΡ . . ΙΤΑΚΑΙΤΑ
ΕΠΕΙΡΑΣΟΜΕΘΑΜΗΔΕΝΟΣ . ΑΕΙΠΕΣΘΑΙΕΓΧΑΡΙΤΟΣΑΠΟΔΟΣΕΙ
ΠΡΟΣΥΜΑΣΛΞΙΜΟΝΟΡΒΙΟΝΤΟΝΕΠΙΜΕΛΗΣΟΜΕΝΟΝΤΟΕ
ΤΟΣΜΗΔΕΝΥΜΑΣΠΑΡΕΝΟΧΛΗΙ

Στρατηγὸς Ῥωμαίων
- - - ος Ἡρακλεωτῶν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δή[μῳ χαίρειν.
Ἐνέ[τυχόν] μοι [οἱ] παρ' ὑμῶν πρέσβεις Δίας, Διό[δωρος? - - αν-
δρος, - - - [δ]ημος, Μόσχος, Ἀριστείδης, Με[λ]ήσανδρ[ο]ς, [οἱ παραγενόμεν-
οι τό τε [ψήφ]ισμα ἀπέδωκα[ν] καὶ αὐτοὶ διελέ[γ]ησαν ἀκολο[ύθως τοῖ-
ς ἐν τῷ [ψηφ]ίσματι κατα[κεχ]ωρισμένοις, οὐδὲν ἐλλείποντ[ες σπουδῆς, καθὰ καὶ
ἡμ]ᾶς εὖ [ἴστε] πρὸς πάντας τοὺς Ἕλληνας εὐνόως διακειμένους. [ἡμεῖς μ-
ὲ]ν ο[ὖν] πειρα[σ]όμεθ[α] παραγεγονότων ὑμῶν εἰς τὴν ἡμετέρ[αν αἵρεσιν
π]ρόνοιαν ποεῖσθαι τὴν ἐνδεχομένην, ἀεί τινος ἀγαθοῦ παρα[ίτιοι γενησό-
μενοι. συγχωροῦμεν δὲ ὑμῖν τήν τε ἐλευθερίαν, καθότι κα[ὶ ταῖς ἄλ-
λ]αις πόλεσιν, ὅσαι ἡμῖν τὴν ἐπιτροπί[α]ν ἔδωκαν, ἔχουσιν [πάν-
τα τὰ αὐτῶν πο[λι]τεύεσθαι κατὰ τοὺς ὑμετέρους νόμους, [καὶ ἐν τοῖς
ἄλλ]οις πειρασόμεθα εὐχρηστοῦντες ὑμῖν ἀεί τινος ἄλλου [ἀγαθοῦ παραίτιοι
γενέ]σ[θα]ι. ἀποδεχόμεθα δὲ καὶ τὰ παρ' ὑμῶν φιλάν[θ]ρ[ωπ]α καὶ τὰ[ς πίστεις, καὶ
αὐτοὶ δ]ὲ πειρασόμεθα μηδενὸς [λ]είπεσθαι ἐγ χάριτος ἀποδόσει. [ἀπεστείλα-
μεν δὲ] πρὸς ὑμᾶς [Μά]ξιμον [Φά]βιον τὸν ἐπιμελησόμενον τ[ῶν ὑμετέρων, ὅπως ἂν
ὁ στρα]τὸς μηδὲν ὑμᾶς παρενοχλῇ.

Dicis causa addidi supplementa: non enim ea omnia arbitror vera esse. Romani Praetoris, qui in Asia exercitum ducebat, haec epistola est, neque ea male convenit in eam, quam Publius Aemilius misisse ad Heracleotas dicitur a Memnone ap. Phot. cod. CCXXIV. p. 229. ed. Bekk. Ἀναλαβὼν δὲ (ὁ Μέμνων) γράφει ὅπως Ἡρακλεῶται, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τοὺς τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὺς ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβεβηκότας, ἀσμένως τε ἀπεδέχθησαν καὶ ἐπιστολῆς φιλοφρονούμενοι ἔτυχον, Ποπλίου Αἰμιλίου ταύτην ἀποστείλαντος, ἐν ᾗ φιλίαν τε πρὸς αὐτοὺς τῆς συγκλήτου βουλῆς ὑπισχνεῖτο καὶ τὰ ἄλλα προνοίας τε καὶ ἐπιμελείας, ἐπειδάν τινος αὐτῶν δέοιντο, μηδεμιᾶς ὑστερεῖσθαι. Hoc unum me male habet, quod Senatus in epistola, quam edimus, nulla mentio fit, cuius tamen amicitiam Aemilius pollicitus esse apud Memnonem dicitur. Quodsi quis hanc ob causam maluerit hanc epistolam tantum praeviam iudicare, quam insecuta sit illa, cuius mentionem facit Memnon, me quidem non habebit adversarium. Titulus videtur circa a. u. c. 565. vel paulo post scriptus esse, nuperrime in Asiam profectis Romanis: certe haec, de qua agitur, Heracleotarum legatio ad Romanos videtur prima esse; altera, quam deinceps Memnon prodidit, pertinet ad a. u. c. 608. Auctor videtur Praetor esse ut dixi, nisi praemissum fuit ὕπατος et στρατηγὸς est *belli dux*: sed tum exspectabatur potius ordine contrario στρατηγὸς ὕπατος, ut n. 1325. In vss. 5. 6. mediis quae dedi, ea certa sunt; ad vs. 6. extr. confer, ne plura, n. 3656. Haud incertiora sunt ea, quae vss. 9. et 13-14. dedi. Vs. 15. ad verbum λείπεσθαι cf. n. 3052; ceteras formulas, quae a me restitutae sunt, vix opus est exemplis confirmare, quum sint frequentissimae. Vs. 16. haud dubia videtur emendatio Μάξιμον Φάβιον, etsi non ignoro Ὄρβιον quoque esse Latinum. Μάξιμον Φάβιον pro legitimo Φάβιον Μάξιμον haud inauditum est, ut ap. Plutarch. Aem. Paul. c. 5. Vs. 17. ὁ στρατὸς longe incertissimum est.

## 3801.

*Heracleae Ponti* inter multas inscriptiones male habitas Tournefortus vidit haec paucula, et edidit Itin. T. II. epist. 16. p. 24. Eadem memorat Minas Bsheschkeantz in Descriptione Ponti Armeniace scripta p. 32. dicitque super porta in marmore esse prope templum. Ubi duplici lineola distinxi, separat haec Tournefortus, dicitque in altero latere priora, in altero posteriora esse; ego coniunxi cum Armenio.

Ρ.Β.Α.ΤΡΑΙΑΝ||...ΤΟΚΡΑΤΩΡΙ

Titulus pertinet ad Traianum; initio latet Νέ]ρβα; in fine sitne nominativus Αὐ]τοκράτωρ an dativus Αὐτοκράτ[ο]ρι nescio. Ω tamen est in utroque apographo.

---

## 3802.

Unius horae et dodrantis spatio ab oppido Boli, in orientem, hoc est in vicinia *Hadrianopolis* ut videtur, inter columnarum fragmina, in basi; ed. Sestinus, Viaggio da Constantinop. a Bassora p. 20. Habeo ex schedis Richardi Vaughan, quas misit Levis Britannus.

ΑΓΑΘΗΙΤΗΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙ
ΣΑΡΑΘΕοΥΤΡΑΙΑ
ΝΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥΥΙ
ΟΝΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑ
ΥΙΩΝΟΝΤΡΑΙΑΝοΝ
ΑΔΡΙΑΝΟΝΣΕΒΑΣ
ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΜΕ
ΓΙΣΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗΣΕΞοΥΣΙΑΣΤΟ
ΗΙϕΥΠΑΤΟΝΤΟϕΓϕ
ΠΑΤΕΡΑΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΦΥΛΗΙΑΠΟΛΛΩΝΙΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Vs. 11. extr. male Sest. ΤΟΓΥΠ. Formam litterarum dedi ex Vaugh.

*Ἀγαθῇ τ[ύ]χῃ, Αὐτοκράτορα Καίσαρα Θεοῦ Τραϊανοῦ υἱόν, Θεοῦ Νερούα υἱωνόν, Τραϊανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστόν, ἀρχιερέα μέγιστον, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ηι* (i. e. *ιη*), *ὕπατον τὸ γ, πατέρα πατρίδος, φυλὴ Ἀπολλωνὶς ἀνέθηκεν.*

Pertinet ad a. p. Chr. 134-135. Vs. 13. vacare prius Iota arbitror, nisi praeferas hoc Ι esse *δεκάτη*, ut in Ancyranis tribuum nominibus praemittuntur numeri (n. 4015.).

## 3803.

*Ibidem* in basi; ex iisdem, quas n. 3802. dixi, schedis.

ΑΓΑΘΗΙΤΗΧΗΙ
ΜΑΡΚΟΝΔΟΜΙΤΙΟΝ
ΕΥΦΗΜοΝ
ΤοΝΛΑΜΠΡοΤΑΤοΝ
ΠΑΤΙΚΟΝΚΑΙΘ
ЄοΝΤοΝΤΗΔ
ΜΥοΤΗΡΙΩΝ
ΜΑΡΚΟϹΔΟΜΙΤΙΟϹ
ΤЄΙΜΟΛЄΩΝ
ΟΚΡ.ΜΥϹΤΑΡΧΗϹ
ΤΟΝΓΛΥΚΥΤΑΤοΝ
ΑΔΕΛΦοΝ

*Ἀγαθῇ τ[ύ]χῃ, Μάρκον Δομίτιον Εὔφημον, τὸν λαμπρότατον [ὑ]πατικὸν καὶ Θεο[λόγο]ν τ[ῶ]ν τῇδ[ε] μυ[σ]τηρίων, Μάρκος Δομίτιος Τειμολέων, ὁ κρ(άτιστος) μυστάρχης τὸν γλυκύτατον ἀδελφόν.*

Vss. 5-6. *Θεὸν* lectio est incredibilis: tamen correctio nostra incerta est. Theologorum frequens in inscriptionibus mentio fit, rarior in nummis. Mysteria, quae hic titulus memorat, coniicio Antinoo dicata fuisse, nato illi Claudiopoli s. Bithynii, in vicinia loci, ubi hic titulus repertus est; atque ille non solum Bithynii, sed in aliis quoque Bithyniae urbibus, inter alias apud Hadrianotheritas imprimis cultus est, atque ex eo nominata insuper est Antinopolis Bithyniae. Ceterum Mannertus Claudiopolin ipsam eo fere loco collocat, ubi haec inscriptio reperta est; Antinoo vero potuisse mysteria celebrari intelliges ex iis, quae disputavit Eckhelius D. N. T. VI. p. 529 sqq. praesertim inde quod Iacchus vocatus est (vide eundem p. 530. et 535.).

## 3804.

*Ibidem* in basi; ex iisdem schedis.

ΚΑΤΑΤοΔΟΓΜΑΤΗΣΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙΤΟΥΔΙΜΟΥΣΕΒΑΣΤοΥ
ΑΓΕΛΕΥΘΕΡΟΝΕΥΦΗΜΟΝ
ΕΠΙΤΟΥΚΟΙΤΩΝΟΣ
Μ.ΟΥΛΠΙΟΣΑΡΙΣΤΑΙΟΣ

Vs. 2. scribe ΔΗΜΟΥ.

*Κατὰ τὸ δόγμα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δ[ή]μου Σεβαστοῦ ἀ[π]ελεύθερον Εὔφημον, ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος, Μ. Οὔλπιος Ἀρισταῖος.*

---

## 3805.

In coemeterio prope fontem Karà-Ghiol-Cesmesi, haud longe ab urbe *Cratia* s. *Flaviopoli*, in cippo marmoreo rotundo; ed. Sestinus l. c. ad n. 3802. p. 22.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣΑΛΕ
ΞΑΝΔΡΩΠΑΤΡΙ
ΚΑΙΑΛΕΞΑΝΔΡΑ
ΤΗΜΗΤΡΙ
ΓΟΝΕΥΣΙΓΛΥΚΥ
ΤΑΤΟΙΣΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

*Ἰουλιανὸς Ἀλεξάνδρῳ πατρὶ καὶ Ἀλεξάνδρᾳ τῇ μητρί, γονεῦσι γλυκυτάτοις, μνήμης χάριν.*

Cf. n. 3806.

## 3806.

*Flaviopoli s. Cratiae* (hodie Garidi, Gerede, Keridi); ed. Ker Porter Itin. T. II. p. 724.

ΙCΛΙΛΝΟΣΛΛΕΖΛΝΔΡΘΙΟ❦
ΝΗΣΟΦΩΣΕΝΘΛΔΕΜΙΜΝΟ
ΝΣΕΜΝΗΛΛΟΧΩΑΓΑΠΗΤΗΣV
ΑΝΔΡΙΠΟΘΗΤΗ
ΣΥΝΤΕΦΛΟΙΣΙΤΟΚΕΥΣΙ❦
ΚΑΙΤΕΚΝΟΑΙΕΝΕΟΥΣΙΝ
ΖΩΝΦΡΟΝΩΝ

*Ἰ[ου]λι[α]νὸς [Ἀ]λε[ξά]νδρ[ο]ιο νησοφως ἐνθ[ά]δε μίμν[ω]*
*σὺν σεμνῇ ἀλόχῳ ἀγαπητῇ, ἀνδρὶ ποθητῇ,*
*σύν τε φ[ί]λοισι τοκεῦσι καὶ τέκν[ῳ] αἰὲν ἐοῦσιν.*
*ζῶν φρονῶν.*

Vs. 3. extr. positum ΣV potius initio eius versus vel vs. 2. extr. scriptum erat. Vs. 2. init. quid lateat nescio: *φῶς* (*lumen*) vix puto verum esse: quamquam fuit, quum deleto O, quod posset ex vitio lapidis ortum esse, coniicerem *ζωῆς* (sive *ζόης*) *φῶς ἐνθάδε μίμνω*, quae fere Christiana sententia est, ut illud in fine *αἰὲν ἐοῦσιν* potest et ipsum Christianum videri. Vs. 6. *καὶ* corripitur. In fine ad *ζῶν φρονῶν* intellige *κατεσκεύασε τὸ μνημεῖον*. Posuit hoc monumentum *Iulianus Alexandri f.* eodem nomine utens quo is, qui n. 3805. comparet: nec tamen videtur idem esse, sed tantum ex eadem familia; nam n. 3805. Iulianus Alexandri f. parentibus sepulcrum fecisse dicitur, et n. 3806. Iulianus sibi et parentibus ac filio vel filiae sepulcrum condit. Quodsi putes utrumque titulum ab eodem scriptum esse, statuendum tibi erit Iulianum primum parentibus hoc sepulcrum fecisse, eique inscripsisse titulum n. 3805. posthac vero uxorem et prolem intulisse eidem sepulcro et novam addidisse inscriptionem n. 3806.

## 3807.

*Ibidem* ubi n. 3805. in columna pedes VIIS alta; edidit Sestinus l. c. p. 22.

ΧΑΡΠΩΝΚΑΙΚΑΛΛΙΓΕΝΙΑ
ΜΑΤΡΩΝΙΠΑΡΘΕΝΦΟΥ
ΓΑΤΙΕΤΩΝΙΓ.ΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

*Χαρ[ίτ]ων καὶ Καλλιγένια Ματρών[ῃ] παρθέν[ῳ θ]υγατ[ρ]ὶ ἐτῶν ιγ̄ μνήμης χάριν.*

## 3808.

Prope *Flaviopolin* secundum Sestinum, qui non sine mendis edidit l. c. p. 21. quinque horarum et dodrantis intervallo ab oppido Boli orientem versus secundum schedas Vaughani, quas misit Levis, in columna marmorea. Vaughanus quoque hoc loco censet Flaviopolin sitam fuisse. Nos damus ex his schedis.

ΖΙΑΙΛΙΣΣΕΥΘΗ
ΤΩΘΡΕΨΑΝΤΙ
ΚΑΙΦΥΣΙΚΩ
ΠΑΤΡΙΜΝΗΜΗΣ
ΚΑΙΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΧΑΡΙΝ

Initio Sest. ΞΙ cet.

*Ζίαιλις Σεύθῃ τῷ θρέψαντι καὶ φυσικῷ πατρὶ μνήμης καὶ εὐσεβείας χάριν.*

*Seuthes* Thracium nomen est; Bithyni vero antiquitus Thraces sunt. *Ζίαιλις* nomen est simile nomini regis Bithynorum *Ζιποίτης* (Phot. cod. 224. ex Memnone); est vero fortasse idem ac *Ζηΐλας*, quo nomine Nicomedis I. filius vocatur (vide Memnon. ibid.). Mirum vero quod Seuthes vocatur *ὁ θρέψας καὶ φυσικὸς πατήρ*, quum alias, ubi *ὁ θρέψας* commemoratur, soleat diversus esse a naturali patre, ut *ὁ θρέψας* et *ὁ γεννήσας* distinguuntur ap. Menandrum comicum (p. 331. Meinek.). Ni fallor, Seuthae ille filius non ex legitimo matrimonio natus erat, sed fortasse ex matre serva: educaverat tamen pater. Quod si statuas, potest sane intelligi, cur Seuthes vocetur *ὁ θρέψας* et simul *φυσικὸς πατήρ*.

## 3809.

In columna marmorea *ibidem* reperta, ubi n. 3808. et Sestino auctore, qui edidit ibid. et Vaughano teste, ex cuius schedis titulum et emendatiorem et pleniorem edo.

ΑΡΙΣΤοΓΕΝΗΣ
ΘΕΟΓΕΝοΥΣ
ΖΩΝΦΡΟΝΩΝ
ΕΣΤΗΣΑΤοΝΒΩΜΟΝ
ΕΜΑΥΤΩΚΑΙΧΡΥΣΑ
ΤΗΣΥΝΒΙΩΜΝΗ
ΜΗΣΧΑΡΙΝ

Vs. 4. Sest. TOMBONON, unde cave TOM scribas. Vss. 6-7. desunt ap. Sest. quod humo tegebantur.

*Ἀριστογένης Θεογένους ζῶν φρονῶν ἔστησα τὸν βωμὸν ἐμαυτῷ καὶ Χρύσᾳ τῇ συνβίῳ μνήμης χάριν.*

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ut starem promisso, quod in praefatione tomi primi (p. xiv.) dedi, huic quoque volumini non solum Corrigenda sed etiam Addenda adieci, atque haec tanto auctiora, quanto acrioribus studiis investigatae nuperrime inscriptiones per eas terras sunt, quarum titulos secundus hic operis nostri tomus complectitur. Et magna quidem pars ex editis libris petita est, qui non prius erant in lucem emissi quam ii huius tomi fasciculi, quibus inserendae inscriptiones erant in illis libris publicatae; permulti tamen tituli in his Addendis primum eduntur, petiti quippe ex schedis doctorum, qui institutum nostrum liberaliter et benigne adiuverunt. Et libros et eruditos, quibus quaeque debeo, suis locis nominavi; quod siqua me latuerunt, cogites velim quam sit difficile complecti omnia. Aegre desideravi Ephemeridem archaeologicam, quae Athenis editur; huius non praesto fuerunt nisi pauci fasciculi, qui anno MDCCCXXXVII. prodierunt. Eximium Gallorum opus, qui monumentorum antiquitatis inquirendorum causa in Peloponnesum missi erant, tantum in iis nostri operis partibus consului diligentius, quas doctus inscriptionum interpres *Le Bas* in peculiari de his titulis libro nondum quod sciam attigit; de ceteris quae in magno illo opere dicta sunt, ea non differunt ab iis, quae Le Bas in peculiari sua collectione proposuit. Bospori Cimmerii et vicinarum regionum titulos auxi potissimum ex copiis, quas ante hos septem annos mecum communicavit *Dubois de Montpéreux*, vir mihi amicissimus et meus olim auditor; posthac ille illius plagae monumenta edidit in Itinerario, quo terras Caucaso adiacentes descripsit. Apographa eius, quibus ipsis usus sum, diligentissime delineata sunt. Finem Addendis imposui m. Aprili a. MDCCCXXXXII. itaque quidquid posthac vel editum vel ad nos missum est, eo non iam licuit uti. Ceterum multi, qui hoc volumine continentur, tituli ab aliis posthac aut ex impressis exemplis repetiti aut ex lapidibus denuo transcripti sunt: horum repetitam editionem non annotatam in his Addendis reperies, nisi ea vel meliorem lectionem attulerit vel aliquid aliud dignum quod commemoretur.

N. 1793. p. 2. tit. *a. c.* verum videtur ἐπ᾽ ἱεραπόλου p. ἐφ᾽ ἱερ. Conf. Ahrens. de dial. Aeol. p. 169.

Post n. 1793. p. 3. adde:

## 1793. *b.*

In vicinia *Anactorii* veteris, in loco Ai Vasili (qui est Ἅγιος Βασίλειος n. 1794. *c.* p. 3.), in cippo pedem cum semisse alto, supra fastigiato; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. IV. tab. XXXIV. n. 164. cf. p. 21.

ΠΡΥΤΑΝΙΣ
ΠΟΛΥΕΥΚΤΟΣΘΕΟΔΟΤΟΥ
ΕΣΤΙΑ
ΛΥΣΙΑΣΜΕΝΟΙΤΙΟΥ
ΥΠΟΠΡΥΤΑΝΙΕΣ
ΕΠΙΚΡΑΤΗΣΔΩΡΙΜΑΧΟΥ
ΛΕΩΝΙΔΑΣΛΕΩΝΙΔΑ
ΑΓΗΣΙΣΤΡΑΤΟΣΜΝΑΣΙΣΤΡΑΤΟΥ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣΜΕΝΑΝΔΡΟΥ
ΣΩΤΕΛΗΣΕΠΙΤΕΛΕΟΣ
ΛΑΜΙΣΚΟΣΛΕΟΝΤΟΣ
ΜΑΝΤΙΣ
ΕΥΞΕΝΟΣΔΑΞΙΜΟΥ
ΑΥΛΗΤΑΣ
ΛΕΩΝΛΕΟΝΤΙΣΚΟΥ
ΙΕΡΟΦΟΡΟΣΦΙΛΙΠΠΟΣΠΟΛΥΕΥΚΤΟΥ
ΜΑΓΕΙΡΟΣΝΙΚΑΝΔΡΟΣΣΩΚΡΑΤΕΟΣ
ΔΙΑΚΟΝΟΣΠΡΩΤΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΡΧΟΙΝΟΧΟΥΣΚΑΛΛΙΠΠΟΣΠΟΛΥΕΥΚΤΟΥ
ΙΕΡΟΘΥΤΑΣ
ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΗΣΤΙΜΟΚΡΑΤΕΟΣ

Πρύτανις
Πολύευκτος Θεοδότου,
ἑστία[ρχος]?
Λυσίας Μενοιτίου,
ὑποπρυτάνιες
Ἐπικράτης Δωριμάχου,
Λεωνίδας Λεωνίδα,
Ἀγησίστρατος Μνασιστράτου,
Μένανδρος Μενάνδρου,
Σωτέλης Ἐπιτέλεος,
Λαμίσκος Λέοντος,
μάντις
Εὔξενος Δαξίμου?
αὐλητὰς
Λέων Λεοντίσκου,
ἱεροφόρος
Φίλιππος Πολυεύκτου,
μάγειρος
Νίκανδρος Σωκράτεος,
διάκονος
Πρῶτος Δημητρίου,
ἀρχοινόχους
Κάλλιππος Πολυεύκτου,
ἱεροθύτας
Καλλικράτης Τιμοκράτεος.

Titulus est ex eodem fere genere ac n. 1798. et in Addendis n. 1849. *c.* Ut hic est ἀρχοινόχους, ita n. 1798. retinendum erat οἰνόχους.

Post n. 1794. *d.* p. 3. epitaphiis prope *Anactorium* repertis adde haec:

### 1794. *e.*

Ibidem ubi n. 1793. *b.* in cippo simili ac n. 1793. *b.* Edidit Leakius Itin. Gr. septentr. T. IV. tab. XXXIV. n. 165.

ΑΝΘΙΣΧΑΙΡΕ — Ἀνθὶς χαῖρε.

### 1794. *f.*

In Bokáli ad Vonitzam, in vicinia *Anactorii*; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. IV. tab. XXXIV. n. 167.

ΣΤΙΛΠΑΣ — Στίλπας.

### 1794. *g.*

In Bokáli ad Vonitzam, in vicinia *Anactorii*, fragmentum; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. IV. tab. XXXIV. n. 166.

ΟΝΝΥΟ
ΣΛΜΙ

### 1794. *h.*

In *Acarnania septentrionali* loco incerto repertus titulus, ab iuvene quodam, cui eius apographum missum erat, communicatus cum Rossio; hic edidit in Bullett. Inst. archaeol. Rom. a. 1840. p. 28. cum notis et hinc Welckerus Nov. Mus. Rhenan. (1841.) p. 206.

ΠΡΟΚΛΒΙΔΑΞΙΟΛΒΞΑΜΑΚΒΚΛ
ΒΞΒΙΑΙΒΝCVΞΟΔΟΙΟ
ΒΟΞΓΒRΙΤΑΞΑVΤΟCΑΞ
ΘΑΝΒΜΑΒΝΑΜΒΝΟΞ

Ξ pro Σ dedi ex notis Rossii.

Προκλείδας [τ]ό[δ]ε σᾶ[μ]α κεκλήσε[τ]αι ἐνγὺς ὁδοῖο,
ὃς περὶ τᾶς α[ὑ]τοῦ γᾶς θάνε [μ]α[ρ]νάμενος.

Ɓ pro Ε et C pro Γ convenit usui Corinthiorum (vide n. 7.), qui colonias in Acarnania plures condiderant; eademque litterae Ε forma extat in Corcyraea inscriptione n. 20. ibi quoque haud dubie ex usu Corinthio, unde propagata est in vasa Italica (vide Guil. Abeken in Annal. inst. archaeol. a. 1836. p. 308 sq.). Spiritus asper deest in voce ὁδοῖο, ut solet aliquando omitti; vs. 2. vero αὑτοῦ usu antiquo praestat, neque αὐτοῦ legendum est. Vs. 1. insolens est Προκλείδας, quod si verum est, debet ad imaginem referri, quam significet σᾶμα; sed praestabat dicere Προκλείδα.

### 1794. *i.*

In loco Lepenú, prope *Stratum* Acarnaniae ad Acheloum; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. I. tab. I. n. 2.

ΔΙΚΚΩ — Δικκὼ
ΛΑΜΠΩΝΟΣ — Λάμπωνος.

Post n. 1796. p. 4. adde:

### 1796. *b.*

In loco Katokhi in Acarnania, prope ruinas *Oeniadarum*, in ecclesia, litteris optimae aetatis; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. IV. tab. XXXIV. n. 163. cf. T. III. p. 556.

ΦΟΡΜΙΩΝ — Φορμίων
ΘΥΙΩΝΟΣ — Θυίωνος.

### 1796. *c.*

In loco Bokhori, circa *Calydonem Aetoliae*; ed. Leakius l. c. T. I. tab. I. n. 1. Monumentum est sepulcrale.

ΦΙΛΟΥΜΕΝΑ — Φιλουμένα.
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ — Ἀντίμαχος.

N. 1798. p. 5. Confer ad n. 1793. *b.* in his Addendis.

N. 1800. p. 5. Leakius Itin. Gr. septentr. T. IV. tab. XXXV. n. 170. aliter divisos versus praebet, eosque brevissimos. In fine habet: ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ‖ΠΛΑΤΟ ΡΟΣ‖..ΥΛΑΠΙΩΝ (Ἀσκλ.). Constanter habet formam Α, eandemque ut plurimum n. 1793. (tab. XXXV. n. 168.).

N. 1810. p. 7. versibus paulo aliter divisis praebet Leakius Itin. Gr. septentr. T. III. tab. XXXIII. n. 159. et habet formam Α.

Post n. 1813. p. 8. adde:

### 1813. *b.*

Prevesae s. Prevyzae, ex parietinis *Nicopolis*; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. III. tab. XXXIII. n. 160. cf. p. 492. ubi titulus restitutus praebetur. Nos tamen aliquoties discessimus ab eruditi viri supplementis.

ΛΙ.ΟΦ. . .ΙΩΜ. . Ω
ΜΑΚΕΔΟΙ.....ΠΑΡΧΩCΙ
ΕΚΤΗCΠΡΑΙΤΩΡΙΑCΧΕΙΛΙ
ΛΕΓΙΩΝΟCΑΗΙΝΕΡΒΙΑCΕ
ΒΟΥC..CΤΗCΕΠΙΤΡΟΠΩC.
ΤΟΥΗΠΕΙΡΟΥΕΠΙΤΡΟΠΩ..
ΧΕΙΑCΠΟΝΤΟΥΚΑΙΒΙΘΥΝ..
·ΕΠΙΤΡΟΠΩΑΠΟΤΩΝΑΠΟΛΙ..
CΕΩΝCΕΒΑCΤΟΥ
ΙΙΙΙΙCΤΗΡCΕΒΑCΤΟΥΑΠΕΛ.
ΡΟCΒΟΗΘΟCΑΥΤΟΥΚΑΤΑΤΟ..
ΦΙCΜΑΤΗCΒΟΥΛΗCΤΟΝΙΔΙΟΝ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Αι(κινίῳ)? Ὀφ[ελλ]ίῳ Μ..ω - - Μακεδό[νι, ἐ]πάρχῳ σ[πείρης] ἕκτης πραιτωρίας, χειλι[άρχῳ] λεγιῶνος ᾱ [Μ]ινερβίας ε[ὐσε]βοῦς [πι]στῆς, ἐπιτρόπῳ Σ[εβασ]τοῦ Ἠπείρου, ἐπιτρόπῳ [ἐπαρ]χείας Πόντου καὶ Βιθυν[ίας], ἐπιτρόπῳ ἀπὸ τῶν ἀπο[δημή]σεων? Σεβαστοῦ, [Μνη]στὴρ? Σεβαστοῦ ἀπελ[εύθε]ρος, βοηθὸς αὐτοῦ, κατὰ τὸ [ψή]φισμα τῆς βουλῆς, τὸν ἴδιον εὐεργέτην.

Μακεδὼν non gentilicium nomen videtur, sed viri proprium; cf. infra n. 1957. *g.*

N. 1814. p. 8. minusculis apponit Leakius l. c. T. I. p. 188. et legit μητρὶ Αἰλίᾳ Ἀλε . . . .‖καὶ τῇ cet.

Post n. 1821. p. 8. epitaphiis *Nicopolitanis* adde:

### 1821. *b.*

*Prevesae* s. Prevyzae; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. IV. tab. XXXIV. n. 162.

ΚΛΑΥ — Κλαυ-
ΔΙΟΣ — διος
ΒΛΑΣΤΟΣ — Βλάστος,
ΕΤΩΝΚ — ἐτῶν κ̄,
ΧΑΙΡΕ — χαῖρε.

## 1821. *c.*

*Ibidem*; ed. idem ib. n. 161.

| | |
|---|---|
| ΛΟΥϕΠΟΝ | Λού(κιος) |
| ΠΩΝΙΟΣ | Ποντώνιος |
| ΚΟΡΝΟΦ | Κορνοφικιανός. |
| ΙΚΙΑΝΟΣ | |

Post n. 1822. *b.* p. 9. insere:

## 1822. *b.*

In ecclesia oppidi Paramythiae, in *Thesprotia ad Cocytum* haud procul a fontibus; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. IV. tab. XXXIV. n. 169. cf. p. 62.

- - ΜΗΓΙΟΝ
- - - ΦΙΝΑΚΟΥ
- - - ΟΛΥΚΟΥ
- - - ΠΝΑΙΒΙΩ
- - ΜΕΧΑΙΡΕ

Vs. 3. fortasse Αὐτ]ολύκου. Tum: Π. Ναιβίῳ, [ἐτῶν] μ̅ε̅, χαῖρε.

Post n. 1829. p. 11. adde:

## 1829. *b.*

*Apolloniae*; ed. Leakius Itin. Gr. septentr. T. I. tab. I. n. 4.

Λ. ΛΙΚΙΝΙ · ΤΗΡΕ
ΕΤΩΝ ΞΕ
ΧΑΙΡΕ

Λ. Λικίνι(ος) Τηρ[εύς]? ἐτῶν ξ̅ε̅, χαῖρε.

## 1829. *c.*

*Ibidem*; ex eodem n. 5.

ΤΙΤΩΙοΥΛΙΩΚΛΗΜΕΝ
ΤΙΖΗΣΑΝΤΙΚΑΛΩC
ΕΤΗΜ̅Ε̅ΗΙΔΙΑΓΥ
ΝΗΚΛΑΥΔΙΑΘΕΡΙΝΗ
ΑΝΔΡΕΙΚΥΡΕΙΩΕCΤΗ
CΕΝΜΝΗΜΗCΧΑΡΙΝ

Τίτῳ Ἰουλίῳ Κλήμεντι, ζήσαντι καλῶς ἔτη μ̅ε̅, ἡ ἰδία γυνὴ Κλαυδία Θερίνη ἀνδρεὶ κυρείῳ ἔστησεν μνήμης χάριν.

Post n. 1830. p. 11. adde:

## 1830. *b.*

*Spalati* in aedibus Episcopi, ex schedis Boghetichii a Kellermanno missis.

ΕΠΙΙΕΡΟΜΝΑΜΟΝΟΣ
ΑΡΧΕΒΙΟΥ
ΤΟΥΚΛΕΟΛΙΚΟΥ

Ἐπὶ ἱερομνάμονος Ἀρχεβίου τοῦ Κλεο[δ]ίκου vel Κλεο[ν]ίκου.

Titulus videtur ad coloniam Doricam pertinere, nec mihi certum est fuisse eum Spalati repertum. Idem dixerim de titulis n. 1830. *c. d.*

## 1830. *c.*

*Spalati*; ex schedis aliis a Kellermanno missis.

ΗΡΑΚΛΕΙ
ΦΙΛΙΣΚΟΣ
ΔΡΩΠΙΩΝΟΣ

Ἡρακλεῖ Φιλίσκος Δρωπίωνος.

## 1830. *d.*

*Ibidem*; ex iisdem schedis.

ΣΔΑΜΑ
ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΤΡΙΤ....
ΔΑΜΟΝΤΡΗΤΟ.....
ΔΑΜΟΝΔΑΜ......
. . . . . . . . . .
. . . . . . . . . .

in parte aversa:

DIS · MANIB
ANTEIAE · P · F
CRISPINAE
CINERIB · SACR

Praeter vocem Δαμάτριος nulla potest certa via restitui. Graecus titulus multo antiquior est Latino, quem qui scripsit, is marmor, quod alii olim usui inservierat, sepulcrali monumento condendo adhibuit.

## 1830. *e.*

*Ibidem*; ex iisdem schedis. Supra est caput Medusae.

D M
...IT..ACΕΚΟΥΝΔΑ
.....ͻΑΥΡΗΛΙω
.....ΤΙωCΥΝΒΙω
......ΤωΑΝΕC
. . . . . . . . . .

*D. M.* - - ιτ - α Σεκούνδα - - - [ῳ] Αὐρηλίῳ - - - - - [τ]ίῳ vel - - [π]ίῳ, συνβίῳ [γλυκυτά]τῳ, ἀνέσ[τησεν] vel ἀνέ[θηκεν] - - -

Post n. 1833. p. 11. adde:

## 1833. *b.*

Marmor Patavii in aedibus publicis asservatum, allatum Salonâ a. 1801. Habeo a Kellermanno.

ΑΝΤΩΝ
ΙΟCΔΙΟΝ
ΥCΙΑΝΟC
ΒΗΡΥΤΙΟC
ΖΗCΑCΕΤ
ΗΛ̅ΕΝΘΑ
ΔΕ ΚΤ

Ἀντώνιος Διονυσιανὸς Βηρύτιος, ζήσας ἔτη λ̅, ἐνθάδε κ(εῖ)τ(αι).

Post n. 1837. p. 12. adde:

## 1837. *b.*

In *Pharo* insula Adriae (nunc Lesina), quam circa Olymp. 98, 4. colonia Pariorum obtinuit opitulante Dionysio I. Syracusarum tyranno (Diod. XV, 13. coll. c. 14.): prius tenuerant barbari. Pariae coloniae meminerunt etiam Ephorus et Scylax, qui post eam epocham scripserunt, et Strabo (VII. p. 315.) aliique ex priorum auctoritate. Titulus hic, characteribus parum elegantibus exaratus, cum seqq. a Steinbüchelio ad me missus est a. 1837. quum essent paulo ante reperti.

ΡΑΣΤΙΕΙΣΤΑΥ
ΛΑΚΗΝΚΑΤΣΩΤΗΡ
ΣΚΑΙΤΗΣΦΑΡΙΩΝΙ
ΕΩΣΤΗΣΦΑΡΙΩΝΚΑΛ
ΕΠΙΤΑΙΕΡΑΕΙΣΤΟΠΡΥ
ΣΚΑΙΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤΗΚΑΙ
ΩΝΑΝΔΡΑΣΠΑΝΤΑΣΟΜΟ
ΓΡΕΣΒΕΥΤΑΣΚΑΙΤΟΝΓΡΑΜ
ΤΑΝΤΑΕΩΣΑΝΠΑΡΕΠΙΔΗΜ
ΟΔΗΥΟΣΕΠΑΙΝΕΣΑΙΔΕΑΥΤ
ΤΗΝΕΝΔΗΜΙΑΝΕΝΤΗΠΟΛΕ
ΜΟΝΑΚΑΙΑΞΙΑΝ . . . . . ΡΩ
ΔΕΚΑΙΤΟΥΣΑΡΧΟΙΩ . . . . ΥΑ
ΤΩΙΔΗΜΟΣΙΩΙΜΕΤΑΤ . ΙΡΑΝ
ΝΟΥΣΕΙΠΕΝΤ . ΜΕΝΑΛΛΑ
ΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩ . ΕΛΕΣΘΑΙΔΙ
ΠΟΛΙΤΩΝΑΝΙΡΑΣΓΣΕΞΕ
ΝΑΙΤΩΙΒΟΥ . ΟΜΕΝΩΙΚΑΤ
ΤΑΣΠΡΕΙΖΒΕΥΣΑΙΕΙΣΔΕΛ
ΟΝΤΙΝΙΟΞΩΝΗΘΕΑΙΘ . ΤΟΝ
ΒΗΤΗΝΤΕΠΟΛΙΝΕΞΕΙΚΑ
ΠΩΝΕΦΕΤΕΡΩΝΚΑΡΠΝ . . Ε
ΧΡΗΘ
ΠΡΑΞΙΕΠΗ⁻⁻ΕΜΠΕΙΝΠΑ
ΠΡΟΣΑΜΓΝΛ . . . ΠΕΙΦΡ . ΙΟΣ
- - - - - - - - ΤΟΜΟΥ

Litterae E forma est E.

